March. Anconitan.
1571.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

155
543

155

Ex libris
Advocati Josephi Aucli Mipiori

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

AEGIDIANAE CONSTITVTIONES CVM ADDITIONIBVS CARPENSIBVS

Nunc denuo recognitæ, & à quampluribus erroribus expurgatæ, cum Glossis non minus doctis quàm vtilibus præstantissimi viri Gasparis Caballini de Cingulo Iurisconsulti Picentis.

Cum Indice tam Capitulorum quàm Glossarum locorum insignium.

CVM PRIVILEGIIS SVMMI PONTIFICIS ET SENATVS VENETI.



Ex libris Ad.ti Josephi Aureli Mipini

VENETIIS MDLXXI.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ

155
543

SANCTISSIMO DOMINO NOSTRO PIO V. PONTIFICI MAXIMO

GASPAR CABALLINVS F.

CVM LEGES (*Beatiſſ. Pater*) *diuinitus per ora Principum promulgentur, populisq; dentur, vt boni virtutis amore allecti illas ſeruent, alijsq; bene rectèq; inſtitutæ vitæ exemplum præbeant, mali vero formidine pœnæ à malo perpetrando arceantur. Hinc fuit, q̃ cum Sedes Apoſt. Auinione reſideret, Italiæ aliquot Prouinciæ ditioni Eccleſiæ ſubditæ ob Pontificis abſentiam tumultuarent, bellaq; inſimul inhirent, atq; in ſeditionem rebellionemq; prorumperent. Innocentius illius nominis Sextus Vicarium generalem in Italiæ partibus deſignauit Ægidium Cardinalem Epiſcopum Sabinen. Hiſpanum ex familia Carilla, propter cuius aduentum debellatis ſuperbis, Tyrannideq; expulſa, omnibusq; locis pacatis, vt in poſterum in pace viueretur, quaſdam leges edidit (quas vulgo Ægidianas conſtitutiones nuncupamus) quibus populus iuſtitiæ veſtigia inſectans, iuxta illarum legum tramites incedens, politicè rectèq; viueret, quas poſtea ob longam temporis intercapedinem inueteratas, emendari curauit Rodulfus Pius Cardinalis de Carpo Prouinciæ Marchiæ tunc Legatus meritiſſimus, illasq; Paulus Tertius immortalis nominis Princeps obſeruari mandauit. Cum ego nunc illas recenſuerim, in textuq; lituras aliquas correxerim, non exiſtimaui congruentius à me fieri poſſe quàm illas tibi Principi noſtro dicare, vt protegas obſeruareq; in Rom. Eccl. ditione facias, quod fœliciter tibi ſuccedet, ſi duo ammoneas, quæ tempore hoc noſtro infœlici maximè vigent. Primum illud eſt, vt à tuis iuſdicentibus Prouinciarumq; Rectoribus reuoces facultatem indicendi pœnas pro eorum arbitrio pro delictis in dies contingentibus, ſed illis tuo infallibili iudicio (ad hoc etiam ſi tibi videbitur quibuſdam peritis accerſitis) pœnam indicere certam, ex hoc enim tolles, vt quæſtuariam iuſtitiam non habeant (eſt enim res ſanctiſſima ciuilis ſapientia, quæ pretio numario æſtimari non poteſt) ſed pro delicti qualitate*

condigna applicetur pœna, quod ſapienter Ariſtoteles in rethoricis admonuit. Alterum eſt, vt uiris literatis adminiſtratio publica credatur, vt diuinus Plato de repub. aiebat, à quibus iuſtitia plenum conſequetur effectum, indignum enim reputat Cicero in officio tentari pecunia, aut fautoribus, quod virtute ambiendum eſt. Quod ſperandum eſt ſub tuo pientiſſimo Pontificatu, omnesq; latari debent, te nunc Principem habere velut à Cœlo delapſum. Eia age iuſtiſſime Pontifex, & tuo ſanctiſſimo arbitrio hæc moderare, hasq; leges, quas ad te refero, obſeruandas iube, & me fideliſſimum mancipium tua gratia dignum puta. Vale Venetijs Kalendis Iulij. M D LXXI.

AD LECTOREM AVCTOR.

SEBASTIANVS Neapodanus (Amantiſſ. Lector) vir ſua tempeſtate in facultate legali peritiſſimus gloſſas quaſdam ad contextum in Regni conſtitutionibus appoſuit, poſt illum Andreas Iſernia ampliores quaſdam annot. fecit, poſtremò cæteri commentarios ſuper illis conſcripſerunt, inter quos anteſignanus eſt Mattheus Afflictus, qui diligenter omnia adunguem perſecutus eſt. Super Galliæ conſuetudinibus conſtitutionibusq; ſcripſerunt facundiſſimi viri Nicolaus Boerius, Andreas Tiraquellus, Bartolomeus Caſſaneus, Petrus Rebuffus, & plures alij, ſuper Hiſpaniæ legibus Didacus Couarruuias, & alij quos ipſe refert, viri alioqui in praxi conſumatiſſimi, & in iure ciuili conſultiſſimi. In conſtitutionibus noſtris Aegidianis nullum hucuſque reperi, qui ſaltem paratlytas aliquas fecerit, & non crediderim (cum in ditione eccleſiaſtica ſeruentur) quòd non adſint viri, qui & ſapientia, & longa fori experientia ſuperent ſupradictos. Ego enim inter omnes minimus tentare non dubitaui hanc prouinciam (par eſt omnes omnia experiri) & nunc gloſſemata aliquot in hoc conſtitutionum opere applicui. Non ſunt tamen hæc noſtra dictata velut ex Delfico reſponſo pronunciata, & quæ inter Herculis certamina referri poſsint, ſed ſatis mihi fuiſſe arbitratus ſum, ſi viam alijs aperuerim multo maiora his, & vtiliora explicandi, turba togatorum in eccleſiaſtica ditione eſt, qui in foro diu conſenuerunt à quibus ſententiæ & opiniones multorum votis confirmatæ exire poterunt. Quod habui in publicum dare non detrectaui, nolui tamen glo. ordinem peruertere, & doctorum congerie conturbare, in quibus (quantum fieri potuit) veterum autoritatibus adheſi. Ea tamen omnia reſeruaui explicanda in meis ſuper his conſtitutionibus commentarijs (vt feci in tractatu meo de euictionibus, qui iam per manus circunfertur) quos in publicum dare decreui maturiori conſilio, vt limatius prodeant. Ordinem hunc ſeruaui, conſtitutiones ipſas in textu à quampluribus erroribus expurgaui inueni ſententias aliquot mutilas, quaſdam ſuperuacuis verbis abundare, alibi tranſpoſita verba, vt vbique lector remorari poſsit in illarum intelligentia, recte atque ordine omnia in ſuam conſonantiam reduxi, parenteſi, commatibus ornaui, vt feſtiuior, atque liberior lectio habeatur.

HAB BIBLIOTEKA OHYMENU MEDVINKOBA

Inueni in libro primo duarum constitutionum ordinem prępostęrum, quas transposui, & illæ erant quinti & decimi capitis, congruebat enim vt decima præcederet, tum quia antiquior, tum quia à quinta moderatur. Sex constitutiones libri primi (vt in eis lectorem admonui) repetitas in quarto libro nolui aliter eas expungere, quoniam cum in diuersis libris constitutæ sint, vt superfluæ resecandæ non videbatur, cum in pandectis hoc idem seruatum vidi, & aliquot leges diuersis in titulis replicatas ego in vnum congessi ad Decium, in l. posthumo. C. de bon. poss. contra tab. & facilè cuilibet inter studendum contingere potest, quinimo in tractatu, de donat. inter virum & vxor. eandem legem bis repetitam legi paucis mutatis verbis, & tamen edixit Iustinianus nihil superfluum in iure reperiri. Indicem locorum ipsarum constitutionum optimo consilio apponendum non duxi, quoniam sicut inciuile est, nisi tota lege prespecta iudicium facere, ita incongruum videbatur constitutionum loca concisa, & per versiculos citare, sed satis mihi fuit rubricarum elenchum apponere cuiuslibet libri, occasionem etenim erroris tollere conatus sum, non tota constitutione lecta & perpensa, Aduocatus, Iudex, deciperentur, hic in sententia proferenda, ille in causa ipsa peroranda, qua occasione sic sublata, oportebit (vt ad æquilibrium omnia deducantur) illas totas perlectas diligenter expendere. Non defui glossarum locorum insignium in calce operis repertorium adiungere, vt lectori labores minuerem, si alicuius gl. decisiones præsto sibi esse desideret. His igitur interim fruere, & qualiacunque sint boni consule. Vale.

DE CONFIRMATIONE AEGIDIANARVM CONSTITVTIONVM.

PAVLVS PP. III.

PAVLVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuã rei memoriã. Officij nostri debitum, quo sumus, vniuersis nostræ curæ (præsertim etiã in temporalib⁹ creditis) in iustitia debitores exigit, & ad hoc potissimum nos inducit, vt in his per quæ vnicuique iustitia debitè ministretur, & illam exquisitis vijs conculcare satagentium malitijs obuietur, eiusdem officij partes propensius impartiamur, ac ea, quæ propterea prouidè ordinata, ac etiam Apostolico prędidio fulcita, & extensa cõperimus, vt semota omni ambiguitate, firmiora persistant, denouo approbamus, ac aliàs pro eorum obseruatione prouideamus, prout in domino conspicimus salubriter expedire. Sane (sicut nobis innotuit) dudum postquam bo. me. Aegidius tit. S. Clemẽtis Presbyter Cardinalis tunc in humanis agens, & fe. re. Innocentij Papæ VI. prædecessoris nostri, ac Sedis Apost. in Patrimonio beati Petri in Tuscia, & Ducatu Spolet. ac Marchiæ Anconitan. Romandiolæ, Campaniæ, & maritimæ Prouincijs, necnon Ciuitatibus, Terris, Castris, & locis. S. R. E. immediate subiectis, & infra limites tunc expressos constitutis, Legatus, necnon in spiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis, sufficienti ad id per literas dictæ Sedis facultate suffultus pro tranquillo, & prospero statu prouinciarum, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum plures laudabiles, honestas, & salubres constitutiones, & ordinationes prouinciales ædiderat, piæ me. Sixtus Papa IIII. etiam prædecessor noster, tam illas, quam alias ab alijs diuersis Romanis Pontificibus, ac Legatis æditas, & per dictum Aegidium Cardinalem in vnũ volumen in sex libros distinctum collectas, & redactas, per eos, qui tunc erant, & pro tempore essent in prouincijs, ciuitatibus, terris, castris, & locis prædictis, deputati Legati, etiam de latere, Gubernatores eorum Locumtenentes, firmiter, & inuiolabiliter obseruari debere statuit, & ordinauit, prout in ipsius Sixti prædecessoris literis, quas etiam ad Vrbem, ciuitates, terras, & loca specialis commissionis, & in illis tunc, & pro tempore deputatos Vicecamerarium, Gubernatores, Thesaurarios, Potestates, Iudices, & Officiales extendit, ac sub censuris in eis contentis in eisdem Vrbe, ac specialis commissionis ciuitatibus, terris, & locis, sicut in prouincijs firmiter obseruari mandauit, plenius continetur. Cum autem (sicut accepimus) à non nullis de viribus literarum prædictarum, & in eis contentorum hæsitetur, sub eo prætextu, quòd forsan non appareat constitutiones prædictas in Vrbe, & prouincijs, ac ciuitatibus, terris, castris, & locis prędictis, etiam specialis commissionis, aut aliquibus ex ipsis vsu receptas fuisse. Nos considerãtes ex hoc necessariò nõ inferri, quòd constitutiones, additiones, modificationes, & correctiones prædictæ suum vigorem amisserint, attendentesque quòd re. me. Leo Papa X. etiam prædecessore nostro in Lateranen. Concilio nouissime celebrato Aegidianas constitutiones prædictas, quæ fundamentum totius ferè voluminis existunt prædicti, approbauit, & confirmauit, quodq; constitutiones prædictæ, vt nobis à peritis, quibus hanc curam demandauimus, relatum est, & iuridicæ, & populis vtiles, & proficuæ sunt, & propterea volentes omnino effectum suum consequi, & plenum robur obtinere literas prędictas, quarum tenores præsentibus haberi volumus pro expressis, cum extensione prædicta, & omnibus, & singulis decretis, & clausulis in eis cõtẽtis, authoritate Apostolica tenore præsentium ex certa scientia approbamus, & confirmamus, easq; tam

in Vrbe quàm prouincijs, ciuitatibus, terris, & locis prædictis, etiam ſpecialis commiſſionis per omnes cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis extiterint, perpetuis futuris temporibus, inuiolabiliter obſeruari debere, ſicq; per quoſcunq;, etiam Palatij Apoſtolici Cauſarum Auditores, & quoſcunque alios, etiam authoritate Apoſtolica deputatos Iudices, etiam in pendentibus cauſis pronunciari, ſententiari, & diffiniri debere, ſublata eis aliter iudicandi, ſententiandi, & diffiniendi authoritate, & facultate, irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquã quauis occaſione, vel cauſa, & authoritate cõtigerit attentari, decernimus. Volumus, quoque præſentes literas in Valuis Baſilicæ Principis Apoſtolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apoſtolicæ, ac acie Campi Floræ per aliquem ex Curſoribus noſtris affigi, & copiam collationatam dimitti, vt illæ ad cunctorum notitiam facilius valeant peruenire, ne aliqs de illis ignorantiam prętendere poſſit, nec quomodolibet allegare, cum non ſit veriſimile apud aliquos remanere incognitum, quod tam patenter fuerit publicatũ. Non obſt. præmiſſis ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon omnibus illis, quæ Sixtus, & Leo prædeceſſores præ dicti voluerunt non obſtare, cæteriſq; contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ approbationis, confirmationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis Dominicæ M D XXXVIII. Tertio Cal. Auguſti. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

PAVLVS PP. III.

AD PERPETVAM Rei Memoriam. Ex debito paſtoralis officij, meritis (licet imparibus) noſtris humeris impoſiti, ad ea etiam nos conuenit noſtræ vigilantiæ curas adhibere, per quæ vniuerſi populi, noſtræ potiſſimum ſolicitudini etiam in temporalibus crediti, ſalubriter, & proſperè dirigantur, & per quæ confuſionibus extirpatis, Ius æqua lance miniſtretur, & propterea nonnunquam his, quę ad hoc prouidè geſta comperimus, vt firma illibata perſiſtant noſtræ confirmationis munimen, libenter adijcimus, prout temporum, & Prouinciarum qualitatibus conſpicimus in Domino ſalubriter expedire. Cum itaque (ſicut accepimus) nuper cum conſtitutiones, per bo.me. Aegidium tunc tituli ſancti Clementis olim presbyterum Cardinalem, tunc in humanis agentem, & in certis ciuitatibus, & prouincijs, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſubditis Apoſtolicæ Sedis de latere Legatum & Vicarium generalem, ſalubrem directionem ciuitatum, & prouinciarum earundem concernentes. Necnon reliquæ leges, ſanctiones, & ordinationes per diuerſos alios ipſarum Prouinciarum pro Romana Eccleſia prædicta vicarios, & gubernatores editæ, & per eundem Aegidium Cardinalem ſuis adiunctæ, & in ſex libros redactæ, & partitæ, ob diuerſarum aliarum ſanctionum & decretorum, per varios gubernatores Apoſtolicos, ac etiam per literas *nonnullorum Romanorum Pontificum* noſtrorum prædeceſſorum pro rerum & temporum qualitatibus, præſertim ad vſum Prouinciæ noſtræ Marchiæ Anconitanæ poſtmodũ editorum, & prædictis Aegidianis adiunctorum, ſeu alligatorum, dubia, repugnãtias, abſurditates, & confuſiones in Iudicijs, & negocijs, inter dilectos filios dictæ Prouinciæ homines in varios ſenſus interpretarentur, & minus clarè intelligerentur, ex quo homines Prouinciæ huiuſmodi multiplicum litium inuolucris, diſpendijs, & incommodis afficiebantur, & inuoluebantur. Dilectus filius noſter Rodulphus tituli ſancti Clementis tunc ſanctæ Priſcæ presbyter Cardinalis de Carpo nuncupatus, cupiens Prouinciæ, & hominum prædictorum ſubleuamini prouidere, & litibus ac differentijs, pro poſſe iter præcludere, de mandato noſtro etiam tunc dictæ Prouinciæ Agentibus, id ſæpius à nobis eflagitantibus, ſingularũ etiam additarum conſtitutionum, ac extrauagantium prædictarum repurgationis, & repartitionis cognitione, ac tribunalibus, & iudicijs per quoſcunq; iudices, & perſonas cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis excellentiæ, & præeminentiæ exiſtentibus, perpetuis futuris tẽporibus in eadem Prouincia obſeruari debere, ac quicquid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane fore decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos iuris, & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, necnon dictæ Prouinciæ ſtatutis, & conſuetudinibus, reformationibus, & capitulis etiam (vt præfertur) roboratis, cæterisq; contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quòd præſentium tranſumptis manu Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius Prælati, aut perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides adhibeatur in Iudicio, & extra quæ præſentibus adhiberetur ſi eſſent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Peruſiæ ſub Annulo Piſcatoris Die x. Septembris. M D XLIIII. noſtri Anno Decimo.

Fab. Epus Spol.

HAYKOBA BIBLIOTEKA
ИМЕНИ І. І. МЕЧНИКОВА

TABVLA CAPITVLORVM CONSTITVTIONVM.

CAPITA PRIMI LIBRI.

ROOEMIVM fol. 1
Facultates Vicariatus eiusdem cap. 1 3
Quòd legatus possit dispensare super irregularitate 2 7
Super absolutione cum rebellibus de nouo effectis post datam præcedentium literarum 3 9
Super absolutione fautorum, & receptatorum hæreticorum. 4 10
De prohibitione compositionis super homicidio 5 12
Quòd legatus possit componere super homicidio 6 13
Renocatio literarum saluiconductus homicidis quomodolibet concessarum 7 14
Abdicatio à Legatis, & Gubernatoribus facultatis remittendi homicidas, & eisdem concedendi saluosconductus, cum nonnullis alijs prouisionibus contra homicidas 8 15
Approbatio concessionis præmissæ 9 18
Mandatum Reuerendiss. D. Angeli Episcopi Tiburtini, prouinciæ Marchiæ Locumtenentis pro obseruatione dictæ bullæ 10 20
Quòd consanguinei compellantur ad redimendum bona damnatorum 11 21
De prohibitione compositionis, cassationis, & suspensionis processus sine thesaurario non facienda 12 22
Bulla Sixti Papæ IIII. q̃ Gubernatoribus, & Thesaurarijs non liceat de maioribus condemnationum gratijs excedere sex florenos: in minoribus vero tertiam partem 13 23
Qualiter procedatur contra offendentes Marchionem, Rectorem, Thesaurarium, & concitantes terras ad rumorem 14 25
De non faciendo caualcatam, vel etiam cursum sine licentia Rectoris, et non expellendo aliquem de terra propria 15 27
De Rectore, ne prorumpat contra Thesaurarium ad violentias 16 28
De processibus factis propter census non solutos, siue affictus, vt non tollantur, nisi vocato Thesaurario 17 29
De executoribus mittendis pro censibus, & affictibus: & de modo seruando in mittendo 18 30
De locationibus, arrendationibus, et custodia prouentuum, de compositionibus faciendis Item de Rectore, & Thesaurario, vt habeant puras manus, et abstineãt ab inhonestis lucris, & negociationibus 19 32
De exemptione Castrorum comitatus quondam Fani à iurisdictione ciuitatis 20 26
De prohibitione quæstus ex venditione barattariæ, siue ludi, & quæstus meretricum. 21 37
Quòd nullus gratis ad instantiam cuiuscunq; officialis Ecclesiæ debeat aliquid portare 22 38

CAPITA LIBRI SECVNDI.

DE iuramento & officio Rectoris prouinciæ 1 41
De numero, et distinctione officialium Rectoris generalis prouinciæ Marchiæ 2 45
De audientia danda per Rectorem, & eius officiales 3 47
De vita, honestate, & habitatione Rectoris, suorumq; officialium. 4 50
De officio quatuor iudicum curiæ generalis 5 53
De officio iudicum præsidatuum 6 57
De casibus atrocibus & capitalibus non cognoscendis absque licentia Rectoris 7 58
De compositionibus per iudices præsidatuum non faciendis absque licentia Rectoris 8 59
De appellationibus cognoscendis per iudices præsidatuum 9 59
De officio Marescalli. 10 60
De officio & mercede notariorum Cameræ Rectoris, & sigillo 11 65
De solutionibus notariorum Thesaurarij 12 67
De salario & mercede scripturarum notariorum bancarum 13 69
De sigillis & pertinentibus ad bancam, & eorum solutionibus 14 81
De viaticis iudicum, officialium, & maiorum commissionum salarijs 15 82
De executoribus, & executionibus 16 84
De capitibus solidorum, sine salarijs soluendis Cameræ à litigantibus 17 87
De aduocato & procuratore fisci, ad causas Cameræ, & pauperum 18 88
De notario, siue procuratore Cameræ ad negocia 19 89
Quòd aduocatus, & procurator fisci sit procurator pauperum 20 90
De aduocatis, & procuratoribus curiæ generalis, & eorum priuilegijs. 21 91
Quòd nullus de collegio possit recipi in fideiussorem pro aliquo casu ciuili, vel criminali 22 94
Quòd nulla statuta fiant per Communitates contra collegiatos 23 95
Quòd pro literis, sigillis, & scripturis collegiati nil persoluant 24 96
Quòd aduocati, & procuratores nihil exigant ex patrocinijs, nisi vt ex conuentione competet eis actio 25 97
Quòd non possint salarium ab vniuersitate petere, nisi pro vno anno 26 98
Quòd citationes ad instantiam curialium taxentur 27 98
De solutionibus patrociniorum pro causis ordinarijs 28 99
De solutionibus patrociniorum super instrumentis in forma cameræ 29 100
De solutionibus cancellariæ Rectoris 30 101
De portulis, & ipsarum portularum solutionibus 31 103
De curialibus curiæ generalis 32 105
Quòd Aduocati, & procuratores non teneantur respondere, nec iurare in alia curia 33 106
De baiulis & præcone 34 107
De custodia carcerum, & captiuorum 35 111
De statutis, & ordinamentis terrarum 36 113
De gabellis & datiuis 37 118
De ambasciatoribus mittendis per terras ad curiam 38 121
De non scribendo literas sine consensu regiminis, & manu Cancellarii. 39 122
De syndicatu officialium 40 122
De parlamento, & exercitu 41 126
De securitate venientium ad curiam 42 127
De custodia fortilitiorum, & roccarum, quæ tenentur pro Ecclesia 43 129
De terris, rebus, & iure Romanæ Ecclesiæ non occupandis, & occupatis restituendis 44 130
De fortilitiis non ædificandis sine licentia, nec reparandis 45 132
De literis Rectoris, & suæ curiæ recipiendis vt decet, & legi faciendis 46 133
De exilio non imponendo prouincialibus 47 134
De examine notariorum faciendo 48 135
De solutionibus scripturarum tam notariorum curiadium circa acta bancarum, quàm aliorum notariorum in prouincia. 49 136
De victualiis non portandis extra puinciam 50 138
De compositionibus super maleficiis, seu processibus, & condemnationibus 51 139
De phibitione reparationis castri montis offi 52 141
De priuilegiis terrarum, & iurisdictionem prætendentium, vt registrentur 53 142
De distributionibus, & distinctionibus ciuitatum, & terrarum 54 143
De insignijs, & armis clauium Ecclesiæ apponendis in locis publicis, et patẽtibus, et tubis 55 145

CAPITA LIBRI TERTII.

DE officio Rectoris, seu auditoris super spiritualibus 1 149
De officio iudicis super spiritualibus 2 152
De modo procedendi in causis spiritualibus 3 155
De excommunicationibus, & interdictis in fauorem appellantium, & prosequẽtium ius suum in curia nostra 3 155
De modo deferendi corpus CHRISTI ad inmum, & illud referendum 5 158
Quòd missa non celebretur sine lumine ceræ 6 160
De non celebrando in locis interdictis, & non pãrticipando cum excommunicatis 7 161
De pœna admittentium publicè excõicatum, vel interdictum cuiuscunque conditionis 8 163
De pœna excommunicati, vel suspensi diuinis se immiscentis 9 164
Quòd clerici non incedant sine tonsura, & habitu: nec secularibus inhonestis actibus se immisceant 10 165
Quòd clerici non fœnerentur 11 167
Contra vsurarios christianos 12 167
Quòd iudex spiritualium contra vsurarios possit per inquisitionem procedere 13 168
Ne vsurarij absoluantur, vel ecclesiastica gaudeant sepultura 14 170
De pœna clericorũ tenentiũ publicè cõcubinã 15 170
De pœna clerici arma portantis 16 172
Quòd clerici non incedant post tertium sonum campanæ 17 172
De hora celebrandi matutina 18 173
De pignorantibus vasa sacra, vel ornamenta ecclesiastica, & ea recipientibus 19 174
Quòd clerici non assumant officium cõis, nec exerceant aduocationem in curia seculari 20 175
Quòd clerici nõ admittantur ad pcurationem 21 175
Quòd clerici non recipiant contractum in fraudem collectarum, & de pœna contrafacientium 22 176
De gabellis non soluendis per ecclesiasticas personas 23 176
De pœna sustinentium sententiam excommunicationis vel interdicti animo indurato vltra certa tempora 24 178
Quòd quilibet Episcopus habeat procuratorem in curia generali 25 178
Quòd Episcopi, & cæteri prælati, & religiosi teneantur seruare excommunicationes, & interdicta. 26 180
Quòd notificatio sententiæ excommunicationis, & interdicti possit fieri per edictum 27 183
De matrimoniis. 28 183
Quòd inquisitores non procedant fictè, nec colore quæsito contra aliquem non hæreticum, nec cruce signent, nec dent licentiam armorum, nisi vt infra continetur 29 184

CAPITA LIBERI QVARTI.

CONTRA delinquentes 1 187
Quòd accusatores non probantes non puniantur pœna talionis, sed extraordinaria 2 210

In

In quibus casibus possit per inquisitionem procedi ex officio 3 210
Quòd iudex procedendo per inquisitionem mittat copiam ad Cameram 4 214
De Denuntiatoribus deputandis, & habendis continuè per vniuersitates 5 214
Moderatio super denunciationibus maleficiorum 6 215
De præuentione in maleficiis, de quibus per ordinarios locorum intra mensem cognitum non fuerit 7 215
Quòd mensis præfixus vniuersitatibus ad inquirendum, currat à die scientiæ delicti 8 216
DE abolitione concedenda 9 216
De modo, & effectu citationis, & banni 10 216
De præuentionibus 11 291
De præuentionibus admittendis 12 220
De non ponendo aliquem in carcerem sine mandato Rectoris, vel iudicis 13 221
De procuratoribus admittendis in criminalibus causis 14 221
Quòd homicidæ, & alii, quibus pœna sanguinis venerit imponenda, non audiantur per alios quouis nomine pro eis comparentes, nisi se in carcere constituant ad arbitrium iudicis, & ætas minor 25. annis non excusset, (dummodo 20. annum delinquens attigerit) et de gratiis super homicidio in carcere, vel aliter arbitrio iudicis per impetrantem verificant 15 223
Declaratio q̃ pater admittatur pro suo interesse pro filio homicida, & in omnibus casibus in proxima const. expressis 16 224
De filiisf. adultis, & mulieribus quando admittantur in causis criminalibus 17 225
De peculio, seu legittima soluenda de delictis filiorum 18 226
Quòd consanguinei, & affines vsq; ad quartum gradum possint cõpelli ad emendum bona condemnatorum, & q̃ parentes teneantur ad integram legitimam filiorũ condemnatorum 19 227
De commissione testium in causis spiritualibus, ciuilibus, & criminalibus in certis casibus 20 228
De cõmissione testium in causis criminalibus 21 228
De probatione famæ, et sociorum q̃ sufficiat in robariis, & certis aliis casibus 22 229
De pœna incidentium arbores fructiferas 23 230
De pœna incidentium arbores, & syluas, & de quisitione lignorũ ad cõburendum in curia 24 231
De malefactore, contra quem apparent indicia, quomodo citetur 25 232
De condemnationibus in causis criminalibus 26 243
De mitigatione pœnarum propter confessionem, pacem, solutionem infra certum tempus, & nimiam paupertatem 27 245
De augumentatione pœnarũ ex certis causis 28 246
De bannitis, & condemnatis pro maleficio 29 247
Ampliatio de bannitis, & condemnatis pro maleficio 250
De bannitis ad mortem non receptandis 31 250
Contra homicidas, bannitos, & cõdemnatos 32 251
Constitutio Pii II. Pontif. Max. contra homicidas, & bannitos, & condemnatos pro homicidiis 33 252
Bulla Sixti Papæ IIII. Pont. Max. contra homicidas 34 255
De bannitis & condemnatis ad mortem naturalem impunè offendendis 35 258
Quòd homicida notorius, licet non bannitus, possit impunè offendi 36 258
De pœna eligentium, & assumentium aliquem Imperatorem, vel Principem, seu Potestatem in terra Ecclesiæ 37 260
De pœna occupantium aliquam terram Ecclesiæ, & vsurpantium iurisdictiones Ecclesiæ 38 262
De rebellibus, inimicis Ecclesiæ, & præbentibus eisdem auxilium, consilium, & fauorem 39 264
De pœna facientium guerras, & exercitus, vel caualcatas, & facientium ad ea apparatum aliquem, vel congregationem gentium 40 266
De non faciendo caualcatam, vel etiam cursum sine licentia Rectoris, & non expellendo aliquem de terra propria 41 267
De pœna facientium guerras, exercitus, vel caualcatas 42 268
De represaliis non concedendis 43 271
De represaliis non concedendis subditos contra Rectoris prouinciæ, pterq̃ ab ipso Rectore 44 271
De pœna facientium confœderationem, ligam, vel conuenticulam 45 272
Qualiter procedatur contra offendentes Marchionem, Rectorem, vel Thesaurarium, et concantum terras ad rumorem 46 273
Quòd nullus assumatur in capitanenm, potestatem, confalonerium, vel officialem alicuius præeminentiæ in terra propria 47 275
De pœna tenentium simul plura officia, & continuantium officium 48 275
De pœna impedientium officiales, & eorum officio 49 277
Decretum. D. Episcopi Tiburtini super offensis officialium per iudices curie generalis, & non per alium cognoscendis 50 279
Confirmatio supradicti decreti. Venerabili fratri Locumtenẽti Legati prouinciæ nostræ Marchiæ 51 280
Moderatio, seu declaratio super offensis officialium 52 281
De pœna impedientium prosequentes, & prosequi volentes iura sua in curia Romana, vel in curia Rectoris prouinciæ 53 281
De homicidio 54 282
De pœna amputantium manum, vel aliud membrum, vel debilitantium, & facientium cadere in terram 55 287
De pœna percutientium, & offendentium in personã sine armis 56 187
De pœna percutientium aliquem cum armis 57 288
De pœna insultantium aliquem euaginantium arma & admenantium cum eis 58 289
De verbis iniuriosis & minatorijs 59 290
Quòd pœna delationis armorum confundatur cum pœna insultus. 60 290
De ponentibus ad domum alicuius rem iniuriosam, vel difamatoriam 61 291
De mandatoribus, fautoribus, & auxiliatoribus 62 291
De offensis per inuocationem auxilij Papæ, vel Legati, vel Rectoris in protectiones 63 293
De falsarijs 64 294
De priuatis carceribus. 65 295
De latronibus, robatoribus, & furoribus 66 295
De pœna inferentium vim expulsiuam, vel turbantium aliquem in rebus alterius 67 297
De Veneficis 68 298
De raptu mulierum, adulterio, incestu, & stupro 69 299
De adulterijs, quando laborat publica infamia, procedi potest ex officio 70 300
De pœna stupantis virginem nondum viripotentem 71 301
De pœna inferentium vim mulieribus, & per vim osculantium 72 304
De pœna deierantis 73 303
De pœna petentis plus debito 74 303
De pœna petentis debitum iam solutum 75 303
De pœna rumpentium pacem 76 304
De pœna singularis personæ rumpentis pacẽ 77 304
De pœna nominantium iniuriosè aliquam partem guelfam, vel gibellinam 78 305
De prohibita portatione armorum 79 305
De pœna destruentium domos sine licentia rectoris 80 306
Quòd domus, & bona condemnatorum non destruantur 81 306
Quòd domus et bona damnatorum non destruantur 82 306
Quòd domus rumpentis pacem destruatur 83 306
De pœna auferentium nouum, siue prohibitum pedagium 84 306
De gabellis non soluendis per personas ecclesiasticas 85 307
De non imponendo nouas gabellas, & pedagia 86 307
Quòd vnaquæque terra teneat suas statas, & loca secura 87 308
De pœna non reficientium pontes, fontes, & vias 88 309
Quòd officiales non possint executionem facere contra nõ reficientes pontes, fontes, & vias, nisi præcedat monitio 89 310
De aucupatoribus, & venatoribus 90 310
De pœna eligentium, vel retinentium rebelles, & bannitos Ecclesiæ 91 311
De pœna non parentis mandato officialis 91
Contra blasfemantes Deum, & Virginem, & iurantes 93 312
Quæ intelligatur causa crimin-lis 94 314
De informationibus maleficiorum mittendis ad Cameram per iudices spiritualium, & maleficiorum, & eorum notarios 95 313
De potestatione fienda per procuratorem fisci iudicibus, & notarijs 96 314
De pœnis pecuniarijs ad quam monetam intelligantur 97 314
De maleficijs in quibus non est per constitutiones determinata pœna 98 314
Quòd hi, quibus pars aliqua pœnæ applicatur, non possint petere, nisi pro rata compositionis factæ cum thesaurario 99 315

CAPITA LIBRI QVINTI.

De officio & iurisdictione iudicis ciuilium 1 318
De modo procedendi in causis ciuilibus non excedentibus summam 100. solidorum 2 322
De modo procedendi, quando de debito apparet publicum instrumentum 3 323
De modo procedendi, quando apparent apodisse manu debitoris 4 328
De executione instrumentorum in forma camerę celebratorum 5 330
De modo procedendi in causis ciuilibus excedentibus summam 100. solidorum, & tenutis dandis & obseruandis 6 331
Super eodem ex constitutione Angelinæ 7 335
Quòd in causis, vbi petitur reintegratio possessionis procedatur summariè 8 335
Quòd tutor, & curator possint constituere procuratores 9 336
De prohibito officio procurationis, & syndicatus iudæorum 10 337
Quòd iudæi possint fieri procuratores ad constituendum christianos 11 338
De exceptionibus, quę non impediunt litis ingressum, & reseruantur 12 338
De præscriptione sex annorum contra instrumenta iudeorum, & vsurariorum. 13 340
De non procedendo contra contumaces ad tenutam nisi facta fide de credito 14 341
Quòd in vno citatorio, seu præcepto non possint cumulari nomina debitorum vltra quatuor & de salariis procuratorum pro contumacia 15 341
De terminis seruandis in causis ciuilibus 16 924
De obseruatione terminorum Angelinæ per commissarios Apostolicos 17 345
De capitulis admittendis næ causæ in longum protelantur 18 346
De responsione fienda positionibus, & articulis 19 348
De iudiciis & pertinentibus ad ea 20 351

De

De cauillosis, seu calumniosis exceptionibus refrenandis 21 351
Quòd auditores, & iudices teneantur terminos constitutionis Angelinæ obseruare, & quolibet die accedere ad bancum iuris 22 352
De diebus iuridicis seruandis 23 353
Quòd nulla sententia proferatur, nisi prius confecto registro, & dato vtrique parti 24 353
Quæ forma sit seruanda in alienationibus, & contractibus minorum 25 354
De simulatis contractibus 26 355
De non faciendo contractum cum illo, cui interdicta fuerit bonorum administratio 27 355
De actis, & instrumentis productis qualiter restituantur, & de termino ad accipiendum copiam 28 356
Quòd auditores, & iudices non expediant causas extra curiam 29 357
De allegationibus non fiendis voce per aduocatos, nisi aliter eis fuerit iniunctum 30 357
De obseruatione constitutionis super præscriptione instrumentorum hebræorum, & vsurariorum 31 357

CAPITA LIBRI SEXTI ET VLTIMI.

QVOD ad ipsum Rectorem possit liberè appellari. 1 361
In quibus casibus appellari non valet 2 365
Quòd sponte confessus crimen in iudicio non possit appellare 3 371
De friuolè appellantibus 4372
Quòd non appellatur ad Papam omisso medio, & quis cognoscat de appellationibus interpositis ad Rectorem 5 373
Quòd appellatio interponi possit ad iudicem ad quem appellatur 6 374
De exhibitione, & petitione apostolorum 7 374
De appellatione viua voce facta quãdo valeat 8 375
Forma qualiter procedatur in causis appellationum tam ante sententiam, quàm post 9 376
De eodem & terminis seruandis ex constitutione Angelina 10 377
De eodem super desertione 11 377
De appellationib. interponendis à iudicibus generalibus prouinciæ celeriter expediẽdis 12 382
De restitutione in integrum petenda directa via, omissis administratoribus 13 383
Quando appellationis remedio non possit renunciari 14 385
Quòd acta exhibeantur in iudicio, quando appellatur in causis criminalibus, & quomodo procedatur quando non exhibeantur 15 387
De modo procedendi super secundis appellationibus, quæ interponuntur ad Rectorem prouinciæ, & suos iudices 16 389
Super appellatione ab interlocutoria 17 390
De modo soluendi salariũ super appellatione 18 390
Quibus diebus & temporibus termini, & tempora non currant in causis appellationum & alijs 19 391
De feriis 20 391
Quòd iudices præsidatuum deferant appellationibus coram eis interpositis ad curiam nostram 21 392
De pœna notarij recusantis recipere rogitum de appellatione, & præsentatione literarum 22 393
De celebratione festiuitatum, & registris fiendis 23 394
De instrumentis appellationum, & sententiis ponendis in registris, & eorum solutionibus 24 396
Quòd à Rectore, & suis iudicibus appelletur solum coram eis, & nullus alius recipiat, vel scribat appellationem alibi factam 25 396
De non faciendo executionem ante decẽ dies 26 397
Quòd in appellationibus non currat aliquis terminus ordinarius per Statutum ad soluendum 27 399
Quòd nullus officialis debeat committere punctum quæstionis alicuius ante, vel post diffinitiuam sententiam 28 400
De committendo punctum ad consilium sapientis 29 402
De pœna innouantium, vel aliquid facientium contra appellantem, siue volentem appellare ad curiam generalem 30 403
De prohibitione innouationis contra appellantes, & reuocatione innouatorum 31 405
Quòd nullus, qui contra appellationem fecerit, audiatur super defensione 32 408
Quòd quis cognoscere debet contra innouantes appellatione pendente, vel impedientes appellantes, aut eorum fideiussores 33 408
De non admittendis appellationibus, nisi facto de posito quartæ partis pœnæ 34 509
De appellationibus interponendis à sententiis capitalibus 35 410
Quòd à sententiis & grauaminibus commissariorum Apostolicorum generalium ad Rectorem prouinciæ liberè possit appellari & recurri 27 410
Quòd curiales sint in oĩbus, & p omnia ciues in oĩbus ciuitatibus, terris, & locis quinciæ 37 411
De diuersis iuribus constitutionum, quæ debeant in obseruantiam præualere. 38 411

FINIS.

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO D. ALEXANDRO FARNESIO

SACROS. ROMANAE ECCLESIAE CARDINALI AMPLISSIMO ILLIVSQ. VICECANCELL.

GASPAR CABALLINVS S.

VBLIVM Scipionem (Card. Amplissime) dicere solitum, scripsit Cato, (vt Marcus Tullius refert in officijs) nunquam se minus ociosum esse, quàm cum ociosus, nec minus solum quàm cum solus esset. Magnifica vero vox, & magno viro ac sapiente digna, quæ declarat illum & in ocio de negocijs cogitare, & in solitudine secum loqui solitum: vt neque cessaret vnquam, & interdum colloquio alterius non egeret. Itaque duæ res quæ languorem afferunt cæteris, illum acuebant ocium & solitudo. Quæ in te esse facile vnusquisque conspicere potest, ut nunquam te ocium conterat, neque solitudo inficiat, ita in utrisque te geris, ut quisque augurare possit, te illum magnum Scipionem non solum æquasse, sed viuum illius simulacrum nobis referre. Vnde te perbeatum in Christiana Repub. esse iudico, qui & honoribus, & rerum gestarum gloria floruisti, eumq; uitæ cursum semper tenuisti, ut uel in negocio sine periculo, uel in ocio cum dignitate esses. Ego his allectus fœlicitatibus non potui me continere, vt te non excolerem & velut Diuum venerarer, & quoniam sine aliquo munere à me hoc fieri non debere arbitratus sum, cum nonnullos meos labores in Ægidianis constitutionibus inseruissem, tu mihi primus occurristi cui priorum duorum librorum glossas dicarem, & quamuis non eæ sint, quas tanto viro dignas esse iudicem, tamen hoc munusculo te salutare non abhorrui, vt me in tuam seruitutem insinuarem, vt si aliquando cognoueris meam operam in aliquo tibi profuturam, cognoscas te de me promittere posse, ac de re propria. Et eo audentius hoc facere suscepi, quoniam scio auum tuum Paulum Tertium (nunquam illius interituram memoriam) ex nostris fouisse, & maximis cum dignitate, tum præmijs cohonestasse. Illud ergo iucundo suscipies animo, atque sub nutu tui nominis à latrantium canum baubatibus proteges.

Vale Venetijs Nonis Iulij. MDLXXI.



CONSTITVTIONVM MARCHIAE ANCONITANAE, CVM GLOSSIS GASPARIS CABALLINI IVRISCONSVLTI.

LIBER PRIMVS.

Proœmium.[a]

VOLENTES (sicut nobis commissi solicitudo requirit officij) fideles[b] Ecclesiæ[c] sub debitis iuris ordinibus regulari: vt iuste viuentes quietis cómodo fruantur,[d] & pacis: & appetitus noxius debitis correctionibus arceatur: nos Aegidius miseratione diuina Sabinensis Episcopus Cardinalis,[e] apostolicæ[f] sedis Legatus, & prouinciarum, ac terrarum Ecclesiæ in partibus Italiæ, citra regnum Siciliæ consistentium Vicarius[g] generalis, visa multitudine constitutionum, officialium, ac rectorum Ecclesiæ in dictis prouincijs, terris, de quarum pluribus, propter vetustatem earum, primæui non reperiuntur auctores: & visis q̃ plurimis Romanorum Pontificum constitutionibus sub bulla transmissis: de quarum aliquibus, propter negligentiam vtentium, sunt originales bullæ deperditæ: & ipsis constitutionibus præmissis omnibus nostro mandato nobis hactenus præsentatis: & eis per nos, & nonnullos iuris peritos, & expertos viros, quos ad hæc vocauimus, diligenter inspectis, & sæpius recensitis: post multos labores vnum nouum volumen præsentium nostrarum constitutionum pro honore Ecclesiæ fieri iussimus: in quo vtilibus inde repertis, inutilibus, superuacuis, & contrarijs resecatis: no uisque iuribus secundum opportunitatem locorum, temporum, & negociorum inuentis, constitutiones æque honestæ omnes, vtiles, & portabiles, digestæ, & cum omni mansuetudine continentur sub congruis ordinibus & titulis collocatæ: atque distributæ per debitum ordinem in sex libros.[h] In quorum primo continentur literæ commissionum nobis factarum per summum Pontificem, quæ tangunt potestatem nostræ legationis, & vicariatus, & circa constitutiones edendas. Deinde constitutiones papales, quas in dictis litteris inuenimus quarum aliquæ, licet de aliquibus prouincijs mentionem faciant, & de aliquibus non, tamen ipsas ad omnes prouincias, & terras prædictæ Ecclesiæ prorogamus. In secundo libro continentur constitutiones pertinentes ad rectores, & ad officiales pro Ecclesia, & iuribus publicis defendendis, ac conseruandis. In tertio libro continentur constitutiones pertinentes ad officium rectorum, & iudicum super spiritualibus. In quarto constitutiones ad correctionem maleficiorum, in quo cum leuitate sunt limitatæ pœnæ, quasi in omnibus, & singulis maleficijs, nisi in commissis arbitrio iudicantis. In quinto constitutiones pertinentes ad officium iudicis causarum ciuilium. In sexto, & vltimo constitutiones pertinentes ad officium iudicum appellationum: & in hoc volumine nostra intentio terminatur. Mandamus igitur ipsas constitutiones in præsenti contentas volumine per omnes rectores, populos, officiales, & personas alias inuiolabiliter obseruari. alias constitutiones quoruncunque rectorum, & officialium dictarum prouinciarum, & terrarum Ecclesiæ in dictis parlamentis eorundem, in hoc volumine non insertas, cassantes, & viribus vacuantes.

GLO. PROOEMII.

SVMMARIVM.

1 *Proœmium arguit intentionem finalem.*

a PROOEMIVM † arguit in-
1 tentionem finalem & mentem legislatoris, l. fin. ff. de hær. inst. vbi Bald. not. ita communiter à scrib. allegari. Alex. cons. 7. nu. 5. lib. 2. & alibi dicit Bal. in l. vt liberis, not. 1. C. de coll. q proœmium considerari debet tanquam causa finalis, & ex verbis proœmij colligitur mens disponentis. Abb. in c. aduersus, de immu. eccle. & probatur hoc expresse in princ. in auth. de cons. & vter. fra. in illis verbis, dictum est iam in legibus hoc sæpe proœmium, & vide infrà lib. 3. c. 1. gloss. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Duplex est fidelitas.*

b FIDELES] Duplex † est fidelitas, nam quæ-
1 dam est debita ad causam feudi, quædam est debita per subditum suo superiori ad causam dominationis custodię & protectionis. Prima sic diffinitur. Fidelitas est ius quoddam, per quod tenetur vasallus ad omnia ex natura fidelitatis feudalis, vt patet. in c. 1. de no. for. fid. c. forma, 22. q. vlt. Secunda sic diffinitur. Fidelitas est habitus siue ius quoddam, per quod inferior tenetur suo superiori domino. probatur in c. 1. ad fi. qual. vas. fi del. iur. ten. & his duobus modis capitur hic à conditore.

SVMMARIVM.

1 *Solus Papa in ecclesia Dei habet plenitudinem potestatis.*

c ECCLESIAE] Sacrosancta Romana & Apo
1 stolica ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso domino Saluatore nostro primatum obtinuit, sicut beato Petro dixit, Tu es Petrus, & super hãc petram ædificabo ecclesiam meam, vt in c. sacro-
1 sancta. 22. dist. & Matt. 16. itaq; solus † Petrus in ecclesia Dei habet plenitudinem potestatis. c. est aliud. 24. q. 1. quæ plenitudo inter cætera ostendi tur in clauibus iudiciariæ potestatis in foro exteriori, est enim iudex totius ecclesiæ vt est tex. in c. Episcopo & in c. cuncta per mundum. 9. q. 3. & testatur Innoc. in c. solitæ, de maio. & obed. in sede Petri Dominus totius ecclesiæ potestatem posuit. c. quãuis. 21. dist. Papa igitur solus tanquam caput potest exercere omnimodam iurisdictionem per se vel alios vt hic contingit.

SVMMARIVM.

1 *Boni virtutis amore, mali pœnæ metu leges seruant.*
2 *Princeps debet subditorum utilitati studere.*
3 *Iuris ciuilis cognitio semper fuit summo in honore.*

d PACIS] Oderũt peccare boni virtutis amore.
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.
1 Et propterea † cum alij sint boni, & hi virtutis amore non trasgrediantur, alij sint mali, & hi per præcepta legum, & metu pœnæ sunt coercendi l. 1. ff. de iust. & iu. Hoc facere ad iurisdictionem exercentem spectat. Propterea dicit Papa in proœ. decret. Rex pacificus pia miseratione disposuit sibi subditos fore pudicos, pacificos & modestos, sed effrænata cupiditas pacis æmula hoc impedire videtur, & propterea legibus coercenda. Vnde dicitur Oseæ. c. 8. scribam eis multi
2 plices leges. c. scribam, de præsumpt. Princeps † enim debet subditorum vtilitati studere, & noctes ducere insomnes, vt subiecti quiete viuant in auth. vt iud. Sin. quo suffr. in prin. & dicit Imperator voluntarios labores appetimus, vt quietem alijs præparemus, vt in auth. vt diui. iuss. Marcus Tullius de iure ciuili in officijs scribens, sic eleganter loquitur. Iuris † ciuilis semper summo in honore fuit cognitio atque interpretatio, quam ante hanc confusionem temporum Principes in ipsa possessione retinuerunt. Nunc vero vt honoris, vt omnis dignitatis gradus, sic huius scientiæ splendor deletus est. Quod temporibus nostris etiam dolẽdum est, sed crabrones excitare nolo.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia quare dicitur Apostolica.*
2 *Legatus non potest dicere auctoritate Apostolica.*

c APOSTOLICAE] Ecclesia † dicitur apo-
1 stolica, quia in Apostolis, qui fuerunt primi, qui adhæserunt Christo initiata est. c. cum igitur. 35. q. 1. & Christus est caput huius Ecclesiæ. c. 1. ad Ephes. & Petrus caput vt Christi Vicarius & consequenter cæteri Pontifices, & sic pro vno tantum capite reputantur. In hac sede Apostolica hodie residet Pius huius nominis. V. religionis & iustitiæ cultor. Quamuis enim hic Aegidius Apostolicæ sedis Legatus † esset, non po-
2 test dicere auctoritate Apostolica facimus, sed auctoritate legationis. c. hi qui. c. si Apostolicę sedis, c. si à sede, de præb. lib. 6. quia alia est auctoritas Apostolica, alia legationis. Rebuf. in conc. Fran. in for. mand. Apost. verb. Apostolica.

SVMMARIVM.

1 *De Cardinalibus remissiue.*
2 *Quid de eis statuerit Concilium Basilien se.*

f CARDINALIS] Hic possem † dicere quid
1 sit Cardinalis, vnde dicatur, quales debeant esse, quot sunt genera Cardinalium, quot sunt numero, qui sunt & ad quid sunt, & de eorum titulis & priuilegijs, sed longum hæc habent tractatum, ideo ea licet videre per Alua. in tit. Epis. vel Abb. col. 7. cum seq. Phil. Probum in add. ad Io.

Io. Mon. in c. eos de hæret. lib. 6. Barb. tract. de præst. Card. Capy. decis. 114. & Mod. Ferrar. in
2 tract. de Card. Audi tamen illud, quod statuit † Concilium Basilien se Sess. 23. Sint viri in scietia moribusq; ac rerum experientia excellentes, nõ minores 30. ann. Magistri doctores, seu licẽtiati cũ rigore examinis in iure diuino vel humano. Et propterea Papa creare debet Cardinales omni exceptione maiores, & ecclesiæ vtiles, nõ ignaros, aut pueros.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Principis est ordinarius.*

g VICARIVS] si eligitur † vicarius à Princi-
1 pe in loco ipsius Principis, puta in vrbe Romana, iste non est delegatus sed ordinarius, ita proprie loquitur tex. in c. sua, & ibi Inno. de off. vic. gl. in c. perlectis 25. dist. & in c 2. de off. vic. lib. 6. & talis vicarius omnia potest, sicut ipse Princeps, secundum Bar. in l. 1. §. à præfecto ff. de leg. 3. & in l. 2. post glo. ibi. C. de off. eius qui vic. alt. ger. Alex. in rub. ff. de off. eius.

SVMMARIVM.

1 *Partitio tria operatur.*

h SEX LIBROS] partitio † tria operatur, ani-
1 mum legentis præparat, mentem audientis incitat, & memoriam artificiose reformat, gl. in proœ. inst. Ias. in fi. rub. inst. de act.

FACVLTATES VICARIATVS eiusdem. Cap. 1.

2 INNOCENTIVS [a] Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Aegidio tituli sancti Clemẽtis presbytero Cardinali, apostolicæ sedis Legato, [b] ac in prouincia patrimonij Beati Petri in Thuscia, Ducatus Spoletani, Marchiæ Anconæ, ac Romandiolæ, Campaniæ, & in Maritimæ prouincijs, ac in ciuitatibus, & terris, & alijs omnibus Romanæ Ecclesiæ immediate subiectis, & intra terminos tuæ legationis constitutis, nostro, & eiusdem Romanę Ecclesiæ in temporalibus Vicario generali salutem, & apostolicam benedictionem. Cum onus vniuersalis regiminis dominici gregis superna dispositione iniunctũ attendimus, & nostrum attente prospicimus imperfectum: videntes nullo modo per nos ipsos posse exoluere debitum apostolicæ seruitutis, nonnunquã fratres nostros sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, viros electos ex millibus, scientia præditos, & virtute: in quibus timor Domini sanctus permanet, in solicitudinis partem assumpsimus: eosdem & in vniuersas mundi prouincias, & partes, incumbentibus negocijs designantes, vt ipsis vices nostras supplentibus in eisdem, & ipsorum cooperatione laudabili nostri oneris alleuiationem facientibus, nos ministeriũ nobis cõmissum fauente diuina gratia facilius, & efficacius exequamur. Sane, licet ad cunctorũ Christi fidelium curam, & regimen, veluti ipsarum ouium pastor, & rector, intentæ mentis, iurisq; aciem extendamus: prouincias enim, & terras temporaliter apostolicæ sedi subiectas, & ipsarum populos diuersos ipsius Romanæ Ecclesiæ speciales filios, & deuotos, prę cordialius intueamur: & super eorum felici regimine, & statu prospero, & tranquillo specialius affectibus peculiaribus cupimus prouidere. Attendẽtes itaq;, quòd tu potens opere, & sermone: quem in magnis expertum, & arduis probitate, ac fidelitate probatum, gratiarũ dominus, scientiæ magnitudine, industriæ claritate, maturitate consilij, morũ elegantia, & alijs grandium virtutũ titulis insigniuit: in cuius affectu geritur (vt indubitanter tenemus) pacificare discordes, sedare fluctuationes, & turbines: iustitiæ terminos colere, & errantes ad viam rectam reducere veritatis: quòd nos absentes repugnante natura non possumus assistere, commissam tibi curam diuina gratia prudẽter, & fideliter exequeris: matura cum patribus nostris deliberatione præhabita, de ipsorum cõmuni consilio, & assensu, te in patrimonio beati Petri in Tuscia, Ducatu Spoletano, Marchiæ Anconæ, Romandiolæ, Campaniæ, Maritimæ prouincijs, ac omnibus, & singulis ciuitatibus, & terris eiusdem Romanę Ecclesiæ temporaliter mediate, vel immediate subiectis, infra terminos legationis tuæ, vt præmittitur, nostrum, & eiusdem Romanæ Ecclesiæ Vicarium in temporalibus reformatorem: ac pacis, & prouinciarum conseruatorem constituimus generalem: circunspectioni tuæ patrimoniũ, Ducatum, Marchiam Anconæ, prouincias, ciuitates, & terras prædictas, prędictę Romanæ Ecclesię nomine, prout & inquãtum ad Romanam

Ecclesiam pertinet, reformandi, regendi, gubernandi, & administrandi: ac in eis iu-
c risdictionem [c] plenariam, prout, & inquantum ad dictam Ecclesiam pertinet, vel pertinere poterit, exercendi. Ciuiles, & criminales causas per te, vel alium, seu alios audiendi, examinandi, discutiendi, & causarum cognitionem, & decisionem alij, seu alijs communiter, vel diuisim, generaliter, vel specialiter committendi, & ad te, cum placuerit, reuocandi: omnesq;, & singulos cuiuscunq; excellentiæ, auctoritatis, nobilitatis, præeminentiæ, conditionis, aut status existant, quos iustitia suadente priuandos videris, priuandi eos statibus, dignitatibus, honoribus, principatibus, ducatibus, marchionatibus, comitatibus, baronijs, dominijs, terris, feudis, retrofeudis, iurisdictionibus, iuribus, rebus, & bonis mobilibus quibuscunq;: easq; dictæ Romanæ Ecclesiæ confiscandi, & applicandi: ac in patrimonio, Ducatu, Marchia Anconæ, prouincijs, ciuitatibus, & terris eiusdem: rectores, potestates, capitaneos, vexilliferos, & castellanos, iudices, & quoscunq; officiales alios generales, temporales, vel spirituales, & officia prædicta, & omnia alia, & singula generalia, & specialia quocunq; nomine, vel titulo fungãtur, vel nuncupentur: prout ad Romanam Ecclesiam pertinuerit, creandi, cõstituendi, instituendi, suspendendi, remouendi, deponendi, & destituendi: & culpabiles ciuiliter, & criminaliter per te, vel aliũ, seu alios puniendi: & querelas contra ipsos per quoscunq; propositas audiendi summariè: & de plano iudicandi, & emendas, & satisfactiones debitas fieri, faciendi. Inter principes, duces, marchiones, comites, barones, dominos temporales, nobiles, & personas alias, cõmunitates, & vniuersitates, ac populos, & omnes alios, & singulos discordes, & dissidentes, patrimonij, Ducatus, Marchię, prouinciarum, ciuitatum, & terrarũ prædictarum pacem, & cõcordiam reformandi: & inter ipsos treugam inducendi: ipsosq; ad eas, eorumq; cõseruationẽ quibuscũq; pœnis, & destructionibus, ac sententijs, prout ad dictã Ecclesiam pertinuerit, concordes in charitatis æternæ vinculo confirmandi: colligationes, cõfœderationes, pactiones, conuentiones, societates, & ligas, contra Romanam Ecclesiam, vel cõtra bonum pacis, & statum illarum partium pacificum, seu in præiudicium, seu damnum patrimonij, Ducatus, Marchiæ, prouinciarũ, ciuitatum, & terrarum prædictarum, inhibitas, ac etiam inhibendas cassandi, & annullandi: & pœnas super illis adiectas, vel adijciendas relaxandi: occupata iniustè ab occupatoribus, & detentoribus quibuslibet eripiendi, & recuperandi: eiectos, & expulsos à locis, & rebus, ac bonis suis quibuscunq;: iniquè priuatos ad loca, & bona eorum propria reducendi, restituendi, & integrandi, & super quibuscunq; delictis fortè factis rebellionibus per qnascunq; vniuersitates, vel singulares personas commissis, vel in posterũ vicariatus tui tempore committendis, dispensandi, componendi, concordandi: & delinquentes ad Ecclesię Romanæ gratiam, & obedientiam reducendi, Et super inhabilitatibus, & infamijs, quas propterea incurrerint, dispensandi: & vniuersitates, & personas huiusmodi ad statũ pristinum in integrum reducendi: generales, & particulares exercitus in auxilium eiusdem Ecclesiæ, protectiones, status pacifici patrimonij, Ducatus, Marchiæ, prouinciarum, ciuitatum, & terrarum prædictarum: & contra rebelles, & status pacifici turbatores, & quoscunq;, ex causis, & alijs quibuscunq;, & quomodocunq; videbitur, indicendi, faciendi, congregandi. hostes, rebelles, & contradictores quoslibet per admonitionis, priuationis, depositionis, relegationis, proscriptionis perpetuæ, vel temporalis sententias, prout ad ipsam Ecclesiam pertinuerit (sublato appellationis obstaculo) compescendi, & coercendi: & de causis appellationum ad sedem apostolicam cognoscendi: & eas fine debito terminandi, ac faciendi, ordinandi, & statuendi: & reali executioni mandandi: & omnia, quæ ad huius pleni vicariatus in temporalibus, & reformatoris officiũ pertinent, & quæ necessaria, vel vtilia fuerint, quocunq; modo in præmissis, & ea tangentibus, & quomodolibet eorundem, & quæ ad honorem, & cõmodum eiusdẽ Romanę Ecclesiæ, ad vtilitatem, & prosperum, & tranquillum statum patrimonij, Ducatus, Marchiæ, prouinciarum, ciuitatum, & terrarum prædictarũ cedere videris, & tibi visum

d sum fuerit expedire. Non obstãtibus [d] quibuscunq; priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis, vel imperialibus, sub quorumcunq; verborum expressione cõcessis, & contrarijs, etiam patrimonij, Ducatus, Marchiæ, prouinciarũ, ciuitatum, terrarum prædictarũ statutis, consuetudinibus obseruatis, per quæ nullum cuique, cuiuscunq; præeminentiæ, dignitatis, excellentiæ, conditionis, aut status fuerit: in hac parte volumus adferri suffragium, concedentes liberam, & plenariam facultatem. Vicariatus autem curam, regimen, gubernationem, administrationem, potestatem, ac iurisdictionem huiusmodi, tã diu volumus perdurare, donec per sedem eandem aliud cõtigerit ordinari: Nos insuper processus, sententias, atq; pœnas, quos, & quas proferri, ac etiam quæ per te rite fieri contigerit, rata habebimus: & faciemus (auctore Domino) inuiolabiliter obseruari: per hæc autem rectoribus, & officialibus in patrimonio, & Ducatu, Marchia, prouincijs, ciuitatibus, & terris prædictis, per sedẽ apostolicam constitutis, quominus iurisdictionem, & potestatem eis concessam, quãdiu in suis officijs, & administrationibus præsiderint, exercere libere, sicut prius, valeant: non intendimus aliquod præiudicium generari. Vt igitur præmissa omnia, & singula melius, plenius, & vtilius exerceri possint, vniuersis, & singulis patrimonij, Ducatus, Marchiæ, prouinciarum, ciuitatum, & terrarum prædictarum rectoribus, vicerectoribus, potestatibus, capitaneis, officialibus, & cęteris nostris, & ecclesię subiectis, cuiuscunq; status, præeminentiæ, dignitatis ecclesiasticæ, vel mundanæ, ordinis, vel conditionis existant: damus districtius in mandatis, vt tibi efficaciter pareant, & intendant. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ constitutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Villam Nouam Auinionensis diœcesis ij. calendas Iunij, Pontificatus nostri anno primo.

GLO. CAP. I.

a [I]NNOCENTIVS] huius nominis Sextus Gallus Stephanus nuncupabatur, in vtraq; legum facultate peritissimus, vir maxime sinceritatis, & acerrimi iudicij, sedit Auinione. Hic ad res Italicas gubernandas misit Legatum de latere, & Vicarium generalẽ Aegidiũ Cardinalem Hispanum ex familia Carilla vt testatur Platina in vitis Pontificum. Qui sedatis tumultibus Italicis, vt in pace viueretur, quasdam cõstitutiones composuit, compilauitq;, quibus Ecclesię subditi regerẽtur, vulgo constitutiones Aegidiane nuncupantur.

SVMMARIVM.

1 *Legati de latere mittuntur solum Cardinales.*
2 *Cardinali legato creditur absq; literis legationis.*
3 *Procedit in his, quæ veniunt iure legationis.*

b [L]EGATO] duo not. sunt primo quòd Lega-
1 ti † de latere mittuntur solum Cardinales, Bal. in c. 1. vbi Dec. nu. 3. de appel. Abb. in c. 1. in fi. de off. leg. eo quia, cũ lateri Pontificis assistãt, si mittuntur, de latere Pontificis velut missi, de latere Legati nuncupantur. Secundò not. q̃ Car-
2 dinali † Legato creditur, quanuis legationis literas non ostendat. c. nobilissimus, & ibi gl. 97. di. Io. And. in c. 1. de off. leg. in 6. vbi Gem. col. 2. in fi. & sequitur Rot. decis. 175. not. q̃ legatus, in antiq. Paul. de Cast. in l. 1. C. de mand. prin. Rom. consi. 59. dub. 4. Abb. consi. 17. in fi. lib. 2. Lapus alleg. 15. in prin. & alleg. 33. nu. 4. Fel. in c. q̃ super his, nu. 8. de fid. instr. Abb. in c. q̃ translationem, in fi. de off. leg. Alex. consi. 102. col. pen. vbi Appost. multos cõcordantes allegat, lib. 2. Intel-
3 ligunt † tamen omnes supradicti scrib. (vt colligit Dec. in d. l. 1. num. 18.) q̃ procedat solum in ijs, quæ veniunt iure legationis, cæterum in illis, in quibus requiritur spetiale mandatum, non creditur, nisi ostendat literas facultatis, Specul. tit. de leg. §. 3. Gem. c. super eo. §. 1. de hær. lib. 6.

c [P]LENARIAM] idem esset si simpliciter concessisset iurisdictionem, quia nihilominus veniret merum & mixtum imperium, Dec. contra Ias. in l. imperium nu. 26. ff. de iurisdic. omn. iud. & illud verbum plenariam ad maiorem expressionem censetur additum, & vide Mod. rep. ibi.

SVMMARIVM.

1 *De clausula, non obstantibus quædam not. digna.*
2 *De clausula, ex certa scientia idem.*
3 *De clausula, de plenitudine potestatis.*
4 *De clausula, motus proprij.*
5 *De clausula, supplentes omnes defectus.*

d [N]ON OBSTANTIBVS] de his non ob-
1 stantibus † plene Fel. in c. nonnulli, col.

28.concl.15. de rescrip. & ad saturitatem licet vi dere Barto. in extraua g. ad reprimendum, verb. non obstantibus, vbi multa dicit. Hæc pauca tamen not. duxi. Primo, q̃ hæc clausula non est necessaria in legibus, quanuis in rescriptis, statutis, & priuilegijs sit necessaria. Bald. in marg. in verb. clausula. q. 10. allegat gl. sing. in verb. nullam, in c. veniens, de præscrip. quia secunda constitutio derogat prime sine alia expresione. c. 1. de const. lib. 6. Not. etiam, q̃ hac clausula nullus inferior vti potest ad legum, constitutionum, vel statutorum derogationem, Alex. & alij in l. nemo potest. ff. de leg. 1. vbi Rip. multa egregia dicit, Rebuf. in conc. fran. in for. mand. apost. verb. constitutionibus, quia inferiores derogare non possunt superiorum ordinationibus, clem. ne Romani de elect. Similiter hæc clausula non extenditur ad actum iuratum, niſi exprimatur, glo. sing. in c. cum non deceat, de elect. lib. 6. clem. dudum. §. fi. de sepul. Rom. sing. 7. Alexan. consi. 27. nu. 15. lib. 1. consi. 38. nu. 5. lib. 3. Rebuf. vbi supra verb. iuramento, vbi multos allegat. Intelligit tamen hoc Gem. consi. 83. opponitur, in fi. vt procedat, quando iuramentum est particulariter interpositum, secus si generaliter. Not. q̃ non valet rescriptum contrarium consuetudini, statuto, vel priuilegio, niſi de illis fiat mentio, saltem per hanc generalem clausulam non obstantibus, Probus in add. ad Io. Mon. in c. fi. de cõsuet. lib. 6. Alex. consi. 122. li. 4. Rebuf. vbi supra verb. contrarijs. Not. q̃ additur non obstantibus quibuscunque, *quia quando duo vel plura obstant*, nõ sufficit, q̃ vnum vel duo remo*ueantur, etiam* si apponatur clausula generalis, sed omnia tolli debent, vt hic, per hæc verba generalissima, quibuscunq;, Bal. in l. si non Aelia Sentia, per illum tex. ff. de hær. inst. Dec. consi. 542. Reuerende Pater. nu. 9. & consi. 602. nu. 19. per tex. in l. qui testamento, in prin. ibi si aliud eos nihil impediat. ff. de test. c. vn. ibi si aliud nõ obstat canonicum. de æta. & qual. lib. 6. Aymo consi. 6. nu. 59. Rebuf. vbi supra verb. quibuscunq;. Not. q̃ hæc clausula plus operatur, quàm clausula ex certa scientia Bal. in prælud. feud. col. 8. versi. item dicit. Aret. consi. 15. col. 4. Dec. consi. 34. nu. 10. Not. q̃ clausula hęc non videtur tollere priuilegia inserta in iure cõmuni, vt per gl. in l. 2. §. omnes, & in l. hæres absens, in prin. vbi Bar. ff. de iud. similiter non videtur derogare priuilegio miserationis causa cõcesso, vt per Cy. in l. 1. C. quando imp. int. pup. Nec priuilegio concesso piæ causæ. c. si propter, de rescrip. lib. 6. Nec concesso ob causam alimentorum. l. libertis. §. posthumus, ff. de alim. & cib. leg. Rom. consi. 436. col. pen. versi. 8. Dec. consi. 165. col. fi. in fi. Ias. in l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. Ruy. consi. 226. & consi. 228. lib. 1. & quædam ad propositum vide per Dec. consi. 10. nu. 5. cum seq. Not. q̃ clausula non obstantibus non tollit dispositiones per Principem confirmatas, niſi expresse dicatur, gl. in clem. dudum, in fin. in verb. pacta, de sepult. Fel. in c. constitutus, col. pen. versi. considera tertio, de rescrip. Ias. consi. 105. col. 2. lib. 1. Item per hanc clausulam Papa non tollit constitutiones Prædecessoris conditas ad fauorem alicuius loci, sed bene inferiorum, Ro. consi. 327. iste sunt. quia difficilius tollit Papa constitutiones Prædecessoris, quàm statuta inferiorum, c. quod vero. 25. q. 1. vbi ait, iniuriam mihi facio, cum Prędecessorum meorum iura perturbo, Rebuf. vbi supra verb. confirmatione. Not. q̃ hæc clausula non tollit vitium surreptionis, sed restringitur ad expressa Bal. consi. 490. ponitur q̃ quidam Nicodemus col. 2. cir. med. lib. 1. Corn. consi. 245. col. 2. in fin. lib. 1. nec vitium obreptionis Aym. consi. 295. nu. 3. idem Bal. consi. 505. D. Mediolani lib. 5. dicit, q̃ ista clausula tollit vitium surreptionis, quando est spetialis derogans in specie his, quæ tacita dicuntur, ita q̃ appareat de intentione Principis, &
2 scientia, Aymo consi. 68. nu. 6. De clausula † ex certa scientia not. infrascripta. Primò q̃ illa non operatur, niſi in his, in quibus præsumitur Princeps habere scientiam, non autem in his quæ in facto consistunt, vt not. Bal. in l. fi. col. penul. C. sent. rescind. non poss. sequitur Alex. consi. 23. nu. 6. lib. 5. Gramat. decis. 105. nu. 3. Dec. consi. 198. nu. 6. consi. 142. num. 7. con. 544. nu. 10. & consi. 580. nu. 4. Secundo not. q̃ hæc clausula nõ operatur in præiudicium tertij, Bald. in prælud. feud. col. 14. Paul. de Castr. consi. 160. quæstio *ista vertitur*. Dec. consi. 468. num. 21. Intelligit Aymo duobus modis non procedere, primò vt non procedat in his, quæ sunt iuris ciuilis, quando Princeps de facto informatus est, Dec. c. fin. col. 3. post med. versi. & prædicta conclusio, de conf. vti. vel inu. in c. super eo, de off. dele. Vnde si Princeps informatus de illegittimitate legittimet ex certa sciẽtia natum ex coitu damnato, perinde est, ac si in spetie d̃rogaret tex. ĩ §. fi. ĩ auth. quibus mod. nat. eff. sui, Pau. de Cast. consi. 41. visso testõ Reliquiani. lib. 2. Secundò non procedit, quando cum hac clausula concurrit etiam clausula nõ obstantibus, quia duæ clausulę simul iunctæ operantur etiam in notabile præiudicium tertij in his, quæ sunt mere iuris ciuilis, Alex. Dec. in l. si quis iniquum. §. si is pro quo, ff. q̃ quisque iuita dixit Aym. consi. 182. nu. 13. No. quod factum est ex certa principis scientia in dubium reuocari non potest, not. Bar. in l. conficiuntur. §. codicilli, ff. de iu. cod. consi. 196. Ciuitati Camerini, col. 2. Old. q. 257. Factum tale est, col. 4. & dicit Bal. in c. 1. §. si quis autem, in prin. per illum tex. de pac. constan. quòd non debet quis audiri contra illud, quod Princeps facit ex certa sciẽtia, imo repelli debet, & illi perpetuum imponi silẽtium, Dec. consi. 373. nu. 7. Hæc clausula operatur effectum

ctum suum, quando fuit processum cum causę cognitione, secus si sine ea, quia tunc parum operatur, Rot. decis. 230. Papa confirmando. in no. Dec. consi. 410. nu. 21. Et propterea quando Princeps in priuilegijs ponit hanc clausulã, apparet, quòd voluit præiudicare etiam illi, cui esset ius quæsitum, ut dicit Pau. de Cast. consi. 105. donatio prædicta, col. 2. allegat glo. in c. ad hæc, de rescrip. & idem concludit Ana. consi. 81. viso instumento. Dec. consi. 271. nu. 8. consi. 269. nu. 11. consi. 191. nu. 3. & consi. 624. col. fi. Alexan. consi. 216. num. 18. lib. 2. idem Dec. consi. 655.
3 nu. 20. De clausula † de plenitudine potestatis breui hæc habeas. Primo hæc clausula nihil operatur in his, quæ sunt facti, de quibus princeps informatus non fuit. Et propterea si princeps rescribit contra sententiam, quæ transisset in rem iudicatam, cum clausula de plenitudine potestatis, nihil contra eam operatur rescriptum, quando princeps de hoc informatus non fuisset, Bal. in l. fi. C. sent. rescin. non pos. Abb. in c. pastoralis. §. præterea, de off. deleg. & in c. ad aures, col. fi. de rescrip. Soc. consi. 120. col. 6. versi. respondetur etiam, lib. 3. Dec. consi. 198. col. pen. in fi. Aym. consi. 126. nu. 3. Not. etiam, q̃ hæc clausula non derogat dispositioni habenti clausulam derogatoriam, Abb. c. nonnulli, de rescrip. Io. And. in c. 1. de excess. prælat. lib. 6. Soc. d. consi. 120. & Aym. in d. consi. 126. vbi in pulchro casu consuluit, quicquid in contrarium senserit Marsi. in prat. crim. §. quæritur, nu. 6. Et stante hac clausula, nemo contra eam audiri debet, sed imo per petuum imponi silentium, Dec. consi. 464. num. 17. Princeps inferior, qui superiorem recognoscit, non potest vti hac clausula. Curt. Sen. consi. 65. super præmissa, col. 2. Bal. in l. si testamentũ, C. de test. in l. rescripta, q. 3. C. de precib. imp. off. Ias. in l. nemo potest, lect. secunda. not. 1. ff. de leg. 1. Dec. consi. 373. nu. 15. quod locum non habet, quãdo hac clausula vsus esset per tempus, cuius initij memoria non extat in contrarium, Bal. in consi. 267. ad euidentiam promitto. col. 2. post med. lib. 1. quem refert & sequitur Aym. consi. 135. nu. 3. Est enim plenitudo arbitrij nulli necessitati subiecta, nulliq; iuris publici regulis limitata, & non conceditur niſi à Deo, Bal. in l. si aquam. nu. 38. C. de seru. & aqu. Et hæc clausula solet apponi in condendis legibus, ac in arduis, quæ operatur, vt videatur princeps supra ius dispensare. c. proposuit, de conc. præb. clem. pastoralis, de re iud. Rebuf. in conc. fran. titu. de
4 reg. ad præl. no. verb. plenitudine. Clausula † motus proprij non operatur, niſi in his, quæ in iure expressa sunt, Card. in clem. si Romanus, q. 3. de præb. vbi dicit, q̃ motus proprius Papæ est optimus artifex, omnem habens virtutem, sequitur Francus in c. si pluribus, not. 2. de præb. lib. 6. maximeq; est vtilitatis, & põderis, teste Crem. sing. 135. circa quam. 45. effectus, & 14. restrictiones ponit Rebuf. in concord. fran. in forma mand. apost. verb. motu proprio. Circa quam no. duo. primum est, q̃ talis clausula suos operabitur effectus, etiam si cõcesio emanauerit ad instantiam partis, vt si dicatur talis nobis supplicauit, vt cõcederemus mandatum, cui illud etiam motu proprio concedimus, singulare est dictum Bal. in c. niſi, col. 1. de off. leg. sic consuluit Dec. consi. 51. post num. 3. & consi. 602. col. 1. Secundum est, q̃ stante clausula ista, non admittitur pars ad probandum contrarium, quia esset arguere principem de mẽdacio, doct. in c. si motu, de præb. li. 6.
5 Clausula † supplentes omnes defectus, tantum defectus iuris positiui non naturalis tollit, nec incapacitatem personæ. c. 1. & ibi not. Cano. de transl. Fel. in c. ex parte 1. col. 17. versi. & istis adde, & c. postulasti, col. 16. ver. 3. casu, de rescr. Dec. consi. 516. nu. 13. consi. 541. nu. 21. consil. 602. nu. 20. Rebuf. in for. mand. apost. verb. iuramento, Hinc dixit Aym. consi. 104. nu. 2. q̃ stante huiusmodi clausula, semper de inhabilitate personæ dici potest, Dec. c. ex parte 2. limit. 4. de off. deleg. facit in arg. tex. in l. tutor, de iureiu. vbi Ias. not. 2. dicit, q̃, quanuis iuramentum habeat executionem paratam, nihilominus semper opponi potest de inhabilitate personæ, quæ iuramentum detulit.

e INDIGNATIONEM] Significat in literis Papæ priuationem benefitiorum, Bal. in c. 1. §. porro, col. 2. versi. item not. tex. in c. 1. §. item si delator, quæ sit pri. cau. benef. amit. in feudis, & vide Bar. in extraua. ad reprimendum, hoc eodem verbo.

QVOD LEGATVS POSSIT dispensea super irregularitate. Cap. II.



INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Aegidio tituli sancti Clemẽtis presbytero Cardinali, apostolicæ sedis Legato, salutem, & apostolicã benedictionem. Cum te ad certas partes Italiæ in literis tuæ legationis expressas, cõmisso tibi in eis plene legationis officio destinemus: nos cupientes, vt etiam incolis earundem partium eo amplius te reddere valeas gratiosum, quo maiori fueris per nos potestate munitus, discretioni tuæ, quoscunque rebelles, & in deuotos nostros, & Ecclesiæ Romanæ clericos, vel laicos, volentes ad obedien-

tiam, & deuotionem nostram, & ipsius ec
clesiæ pure, simpliciter cum effectu redi
re, ad huiusmodi, & ipsius ecclesiæ obe
dientiam, & deuotionem recipiendi, ip
sosq; id humiliter, & deuote petentes, ab
a omnibus, & singulis excom.[a] sententijs,
postquam tamẽ eis, quibus propterea ad
satisfactionem tenentur, satisfecerint, ab
b soluẽdi in forma[b] ecclesiæ cõsueta, iniun
cta sibi inde pœnitentia salutari, & alijs,
quæ de iure fuerint iniungenda: cum cle
c ricis *ipsis super* irregularitate,[c] si quã hu
iusmodi sententijs, & pœnis, aut eorum
aliquibus, vel aliqua celebrando diuina,
vel immiscendo se illis, aut susceptis ordi
nibus ministrando (non tamen in contem
ptum clauium) contraxerint, dispensan-
d di:[d] *interdicta*[e] quoq;, ac pœnas quascun
e que *aliter temporales*, vel spirituales ab
homine, vel à iure, & specialiter per pro
cessus per felicis recordationis Clemen
tem Sextum, & quoscunque alios Pontifi
ces Romanos prædecessores nostros, aut
eorum auctoritate factos, & habitos, pro
mulgatas, & inflictas suspendendi, re
laxandi, remittendi, nec non dignita
tes, & honores ecclesiasticos, ac omnes,
& singulas inhabilitates, irregularitates,
vel *infamias*, & alias quascunque notas,
& maculas *abolendi*, & *abstergendi*: ip
sosq; repertos habilitãdi, habiles redden
di: in integrum ad successiones, & quas-
cunq; possessiones, bona, iura, iurisdictio-
nes, dignitates, priuilegia, honores, & sta
tus ecclesiasticos, & mundanos restituen-
di, si, & prout tibi videbitur expedire, etiã
si ab huiusmodi excõmunicationibus ab
solutio, ac interdictorum, & pœnarum hu
f iusmodi suspensio[f] relaxatio[g] & remissio,
g & notarum, & macularum ipsarum abster
h sio, abolitio,[h] & restitutio essent apostoli
i cæ sedi specialiter reseruatæ,[i] plenam te
nore præsentium tibi concedimus potesta
tem. Datum apud Villam Nouam Aui
nionensis diœcesis 14. calendas Setem
bris, Pontificatus nostri anno primo.

GL. CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Absoluendi forma ab excommunicatione.*
2 *Excommunicatio sub conditione ab homine lata, quo modo tollatur.*

b IN FORMA] Absoluendi † forma ponitur
1 in c.a nobis, in fin. el 2. de sent.excom. vt fiat, scilicet cum pœnitẽtiali psalmo, & tam oratione dominica, quàm alia cõsueta, igitur absque ea so
lenni absolutione minime tollitur excommunicatio, tex.optimus, in c. cum desideres. §. vlt.eod. titu. debet etiam iurare, q̃ stabit mandato ecclesiæ. c. ex tenore, eo. tit. quamobrẽ Abb. in c. 1. not. 6. de iud. post glo. in clem. 1. verb. donec, de deci.
2 existimat, excommunicationem † ab homine latam sub ea cõditione, donec satisfeceris, non tol
li nec dissolui absque absolutione etiam secuta sa tisfactione, quorum opinio communis est, Fely. Dec. Rip. in d.c. 1. no. 6. quã ibi improbat Alcia. cuius argum. recte refellit Dida. in d.c. alma mater, par. 1. §. 11. nu. 5.

c IRRGVLARITATE] Irregularitas est im pedimentum canonicum ex facto seu defectu proueniens, quo quis prohibetur ad ecclesiasti
cos ordines promoueri, & in eisdem ministrare, Specul. tit. de leg. §. iuxta, Arch. Io. And. & doct. in c. 1. de re iud. lib. 6.

d DISPENSANDI] Dispensatio est relaxa tio à iure facta ab eo, qui habet ius dispen
sandi, doct. in pro cæ. lib. 6. vbi late Probus in add. ad Io. Mon. Gram. decis. 81. nu. 10. glo. in c. nisi ri gor, 1. q. 7. Ioan. de Turre crema. in c. sicut quæ
dam. 14. distin.

e INTERDICTA] Interdictum ecclesiasti- cum est suspensio, à diuinorum officiorum sacramentorumque actiua & passiua celebratio
ne, respectu alicuius loci, vel personarum facta, Dida. in d.c. alma. 2. par. §. 1. nu. 2.

f SVSPENSIO] Plures sunt species suspensio nis, de quibus glo. magistra, in clem. cupien tes, verb. suspensi, de pen. ad quã semper recurre.

g RELAXATIO] Relaxare est in pristinum statum reponere. c. si annus, de hær. lib. 6.

h ABOLITIO] principem abolitione gene rali criminis reos immunes facere, Ang. satis diligẽter de malef. verb. nec nõ ad quærelam. Et iste principis generalis abolitio, ni & specia
tim a Principe dicatur, ad grauiora crimina nõ ex tẽditur, Bar. in l. de pupillo. §. in prouinciali, ff. de no. ope. nun. vbi late Alex. & Ias. Bar. in l. Lucius, ff. ad Turp. Mars. in prat. crim. §. diligenter. Solet quandoque princeps particulariter abolitionem facere, sicuti definitur in l. abolitio, cum seq. ff. ad Turp. & in l. 2. C. de abol. gen.

RESER-

i RESERVATAE] Quæ sint reseruata sedi apostolicæ, & in illis non possit dispensa
re legatus de latere absque speciali facultate po nit glo. & ibi docto. in c. quòd translationem, de offi. leg. Specul. tit. de dispens.

SVPER ABSOLVTIONE cum rebellibus de nouo effectis post datam præcedentium literarum. Cap. III.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Aegidio titu li sancti Clemẽtis presby tero Cardinali apostolicæ sedis Legato, salutem, & apostolicam benedictionem. Dum te ad certas partes Italiæ in litteris tuæ legationis expressas, commisso tibi in eis plene le gationis officio destinantes, vt incolis ip sarum partium eo amplius te possis redde re gratiosum, quo maiori per nos fores po testate munitus, discretioni tuæ (videlicet decimoquarto calendas Septembris, Pon tificatus nostri anno primo) quoscunque rebelles, & indeuotos nostros, aut Eccle siæ Romanæ clericos, vel laicos, volentes ad obedientiam, & deuotionem nostram recipiendi ipsos, à te id humiliter, & deuo te petentes ab omnibus, & singulis excõ municationum sententijs, postquam tunc eis, quibus propterea ad satisfactionem tenentur, satisfecerint competenter, ab soluendi in forma ecclesiæ consueta, iniun cta inde sibi pœnitentia salutari, & alijs, quæ de iure forent iniungenda: & cum cle ricis ipsis super irregularitate, siquam ex huiusmodi sententijs, & pœnis, aut eorum aliquibus, vel aliqua, diuina officia cele brando, vel se illis immiscendo, aut in su sceptis ordinibus ministrando (non tamen si in contemptum clauium contraxissent) dispensandi: interdicta quoque, ac pœ nas quascunque aliàs spirituales, vel tem porales ab homine, vel à iure specialiter per processus p̃ felicis recordationis Cle mentem Sextum, & quoscunque alios Ro manos Pontifices prædecessores nostros, aut eorum auctoritate factos, & habitos, promulgatas, & inflictas suspendendi, re laxandi, remittendi, ac omnes, & singulas irregularitates, & infamias, & alias quas-
cunque notas abolendi, & abstergendi:
a ipsasque sic repertas habilitandi,[a] & habi les reddendi: in integrum ad successio
nes, & quascunque possessiones, & bona, iurisdictiones, dignitates, priuilegia, hono res, & status ecclesiasticos, & mundanos restituendi, si, & prout tibi videbitur expe dire, etiam si ab huiusmodi excommuni cationibus absolutio & interdictorum, & pœnarum huiusmodi suspensio, relaxatio, remissio, ac notarum, & macularum ipsa rum absersio, abolitio, & restitutio essent specialiter sedi apostolicæ reseruatæ, plenam concessimus per nostras literas pote statem. Nunc autem (sicut accepimus) non nulli post datam dictarum literarum no bis, & ecclesiæ prælibatæ rebelles, & inde uotos se fecerint, volumus, & tibi præsen tium tenore cõcedimus, quòd recipiendi etiam ad obediẽtiam, & deuotionem præ dictam, & absoluendi, habilitandi, & resti tuendi ipsos omnes, & singulos, qui post datam prædictam nobis, & ecclesiæ præli batæ rebelles, & indeuotos se fecerint, & cum eisdem simpliciter dispensandi, ac pe nas, & interdicta suspendendi, relaxandi, remittendi inhabiles: irregularitatis, vel infamiæ notas, seu maculas abolendi, ab stergendi, prædicta omnia alia, & singula in eis, contenta in literis, cum etiam eis dem faciendi, prout de ipsis rebellibus, & indeuotis, qui tunc erant (ut superius est expressum) plena tibi, & libera per omnia sit potestas. Datum apud Villam Nouam Auinionensis diœcesis secũdo nonas Sep tembris, Pontificatus nostri anno tertio.

GL. CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Symoniaci post absolutionem sunt habilitandi.*

a HABILITANDI] Aduerte q̃ symo-
1 niaci † in ordine, vel beneficio sunt excommunicati, & non possunt ab solui ab alio, q̃ à Papa, nisi in mor tis articulo, extraua. detestabile, de sym. in com. Hi & similes anteaquam habilitentur, sunt prius absoluendi, & quoad symoniam solus papa habi litat, c. de symoniace de sym. Et propterea quãuis sit aliquis absolutus à symonia, non tamen erit ha bilis ad habenda beneficia, nisi habilitetur, nec ad exercitium ordinum.

SVPER

SVPER ABSOLVTIONE fautorum,& receptatorum hæreticorum. Cap. IIII.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Aegidio tituli sancti Clemẽtis presbytero Cardinali,apostolicę sedis Legato, salutem, & apostolicá benedictionem. Dudũ aduersus damnatæ perditionis filios,& iniquitatis alumnos Frãciscũ de Ordelafis de Forliuio: Ioannem, & Gulielmum fratres de Manfredis de Fauentia,nostros,& Ecclesię Romanę rebelles,[a](ac per nos demum
b hæresi[b] ipsorum, exigentibus culpis, & excessibus condemnata,)nonnullos processus fecimus diuersos,tam in eos,quàm in omnes,& singulos fautores,& receptatores eorum, & adhærentes eisdem, latas pœnas,& sententias continentes,prout in nostris literis inde confectis plenius continetur.Nunc autem,sicut accepimus,nõnullis fautorib⁹,& receptatorib⁹,& adhærentibus ipsis, domino eorum corda pulsante,ab huiusmodi fautoria, receptatione,& adhæsione velle desistere videretur: nos,qui *vices illius in terris gerimus, qui omnes desiderat saluos fieri, & neminem vult perire*: misericordes cum contritis, & humiliatis corde inuenire volentes,di-
c scretioni tuæ quoscunque fautores,[c] receptatores, & adhærentes huiusmodi clericos, & laicos, qui propter fauorem,receptationem,& adhęsionem huiusmodi tam in dictis processibus declaratas, q̃ aliâs à iure prolatas pœnas,& sententias incidissent: volentes ab eisdem fauore,receptatione,adhæsione desistere,& ad obedientiam, & deuotionem nostram,& eiusdem ecclesiæ, pure, simpliciter, & cum effectu redire, ipsiq; ecclesiæ fideliter adhærere, ad huiusmodi nostram, & ipsius ecclesiæ obedientiam, & deuotionem recipiendi, ipsosq; id humiliter, & deuote petentes, ab huiusmodi omnibus, & singulis excõmunicationibus, & alijs sententijs, atque pœnis huiusmodi,postquam tamen recess
d siones,recognitiones,& abiurationes[d] debitas fecerint: & illis, quibus ad satisfactionem tenerentur, satisfecerint competenter,ac tibi,nostro,& Ecclesiæ Romanæ nomine,prout iura volunt, præstiterint iuramenta,absoluendi in forma ecclesiæ cõsueta,iniunctis sibi inde pœnitentijs salutaribus,& alijs,quæ de iure fuerint iniungenda: & cum clericis ipsis super irregularitate, si quam huiusmodi sententijs, & pœnis,aut eorum aliquibus, vel aliqua aliligati celebrando diuina, vel immiscendo se illis, aut in susceptis ordinibus ministrando (non tamen in contemptum diuinum contraxerint) dispensandi: interdicta quæcunque, ac pœnas quascunque spirituales, & temporales ab homine, vel à iure, & specialiter processus tam per nos, quàm per felicis recordationis Clementem sextum, & quoscunque alios Romanos Pontifices prædecessores nostros,aut eorum auctoritate factos, habitos, & promulgatos, & inflictas, suspendendi,relaxandi,& remittendi,ac omnes, & singulas inhabilitatis,& infamiæ notas, & alias quascunq; notas, & maculas abolendi, & abstergendi: ipsosq; sic repertos habilitandi,& habiles reddendi,& in integrum ad successiones, & quascunque possessiones,bona,iura,iurisdictiones,dignitates,priuilegia, honores, & status ecclesiasticos, & mundanos restituendi, si, & *prout tibi videbitur* expedire, etiam si ab huiusmodi excommunicationibus,& absolutionibus,interdictio,& pœnarum huiusmodi suspensio, relaxatio, & remissio, ac notarum, ac macularum ipsarum exterfio,& abolitio,habilitatio, & restitutio,essent sedi apostolicæ specialiter reseruatæ, plenam concedimus tenore præsentium potestatem. Datum apud Villam Nouam Auinionensis diœcesis.ij. nonas Septembris,Pontificatus nostri anno tertio.

GL. CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis ab electione dicta.*
2 *Hæreticus præsumitur, qui libros hæreticorum habet.*
3 *De suspecto de hæresi.*
4 *Qui contemnit canones, & Papæ præcepta hæreticus est.*
5 *In materia hæresis,testis debet reddere rationem.*
6 *Ex sola nominatione,quis non efficitur hæreticus.*

REBEL-

REBELLES] Hæretici dicuntur rebelles ecclesiæ, contra quos inuocatur brachium seculare,c. si quis sacerdotum. 11.q.3.Alfon.Aluarez.c.53. nu.22.in Specul.sum.Pon.

b HAERESI] Hæresis grecè, latinè ab elec-
1 tione dicitur, ꝙ scilicet eam vnusquisq; sibi eligat disciplinam, quã putat esse meliorem. Affl.in const.reg.incip.inconsutilem.Pau.Ghirl. in tract.de hæret.Lud. Carrer. in eod.tract.& Iul. Clar.in prat.crim.§.hæresis.Quicunque igitur alter scripturã sacram intelligit,quam sensus spiritus sancti flagitet, à quo scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari põt. c. hæresis. 24.q.3.Alfon.Aluarez in Specul. sum.
2 Pont.c.53. Vnde † hæreticus præsumitur ille,qui libros hæreticorum apud se habet, Arch. in c.fin. 24.q.2.Rom.sing. 322. eo ipso. Rebuf. tract.nomi.q.1.nu.16.Not.etiam,ꝙ suspectus † de hæresi,
3 & ex ea causa vocatus ab inquisitoribus, iudiciũ subterfugiens, in excommunicatione,in eum ob eam cõtumaciam lata, ad annum vsque persistẽs, vt de hæresi conuictus, hæreticus est pronuncian dus,tex. elegans in c. cum contumacia,& ibi glo. de hæret.in 6.Dida.in d.c.alma,par.1.§.7.nu.11.
4 Similiter † ille,qui contemneret seruare canones, & Papæ præcepta ex malitia, dicens Papam non habere potestatem statuendi, nec ligandi, puniri debet tanquam hæreticus,glo.sing.in c. generali, verb. inhibemus, de elect. in 6. per tex.in c.nulli fas. 10.dist.sequuntur doc.in c.1.de const. Rebuf. tracta.nomi.q.19.nu.11. Not. præterea, quòd si
5 testes † dicerent, quem hæreticum, nec reddant causam in specie,non licet reo defendere innocentiam.Plane si dicant, quòd male dixit de ecclesia, quia mandata Papæ despexit, vel similia, potest reus probare contrarium,scilicet quòd bene sen-
6 tit de ecclesia.Ex † sola nominatione non fit quis hæreticus, sed ex operibus contra fidem, Aym. consi.262.nu.5.vbi testatur, quòd aliàs legit confessionem cuiusdam, dicentis se hæreticum circa aliqua, quæ minime ad hæresim pertinebant. vide infrà lib.3. c. fin.

SVMMARIVM.

1 *Fautores hæreticorum qua pœna puniantur.*
2 *Qui dicantur illorum fautores.& receptatores.*
3 *Qui adhærentes & defensores.*
4 *Inter cætera hi sunt excommunicati.*

c FAVTORES] statuit † Alexander Quartus
1 contra fautores, receptatores, atque defensores hæreticorum, quòd sint inhabiles ad ecclesiasticum beneficium, seu offitium publicum, & qui illos tumulauerint, vel fauerint ad tumulandum,excommunicationi subiaceant,c.2. de hær-
2 li.6.Et illi † dicuntur hæreticorum fautores,primo qui publica potestate fungentes, si condemnatos ab ecclesia fugant, & non puniunt. c. sicut est,& c.qui potest.23.q.3. Secundo fautores iudicantur verbo, qui excusant eos. Tertiò qui procurant,vel mittunt alimoniam ad hæreticos, qui eos liberant, qui ea, quibus liberantur, subministrant arg.c.est iniusta,23.q.4. Quartò qui extirpationem hæreticorum impediunt, item qui eos occultãt, seu aliàs ipsorum excõmunicationem, incarcerationem, vel punitionem malitiosè impedire præsumunt,aut captos, vel carceratos relaxant præter voluntatem ecclesiæ. Item illi,qui requisiti ab Episcopo, vel Inquisitore nequiter recusant, vel prætermittunt iuuare eos, qui præfatos hæreticos capere cupiunt.Receptatores hæreticorum dicuntur, qui scienter hæreticos recipiunt,siue latenter, siue manifestè. Cæterum ad
3 hærentes † & defensores dicuntur, qui defendunt errorem hæreticorum, & isti damnabiliores sunt illo, qui errat, & non solum hæretici, sed hæresiarchæ dicuntur c.qui aliàs,24.q.4. Dicuntur etiam defensores,qui defendunt pro suis viribus, & potentia ne ad manus iudicis veniat examinandus,vel puniẽdus,24.q.1.per totum.Horum pœnam late explicat Inn. 3. in c.excommunicamus,
4 §.credentes,de hæret.inqens. Quilibet † talis credẽtium fautorum,receptatorum, ac defensorum hæreticorum est excommunicatus, & si nõ satisfecerit infra annum, tunc ipso iure est infamis, nec ad publica officia,seu concilia, nec ad eligendum aliquos ad huiusmodi, nec ad testimonium debet admitti, nec potest condere testamentum, nec ad alicuius hæreditatis successionem accedere, nullus quoque ei super quocunque negotio, sed ipse alijs cogeretur respondere, si iudex est,eius sententia non valet, si aduocatus non admittetur eius patrocinium, si Tabellio nõ valent eius instrumenta, & sic in similibus. Si vero sit clericus ab omni offitio,& benefitio debet deponi.Et illi, qui tales, postquam fuerint ab ecclesia nominati,euitare contempserint,debent excommunicari. Et omnes clerici, qui talibus exhiberent ecclesiastica sacramenta,vel traderent ecclesiasticę sepulturę,eleemosinas,aut oblationes eorũ reciperent,debent priuari suo offitio, ad quod nunquam restituatur sine indulto sedis apostolicæ spetiali. Similiter & regulares,quorum etiam priuilegia in illis locis non reseruentur eis.

SVMMARIVM.

1 *Nulli ecclesia hæretico claudit gremium redeunti.*
2 *Formula abiurationis.*

d ABIVRATIONES] Nulli † hæreticorum,
1 ad fidem redeunti, ecclesia sancta Dei gremium suum claudit. Vnde de quacunque hæresi, quilibet conuertatur, non est recipiendus, nisi ad arbitrium sui Episcopi, vel inquisitoris fidei,

abiu-

abiurata & anathematizata hæresi, c. saluberimũ, 1. q. 7. Apud praticam inquisitorum fidei, forma
2 †abiurationis hæretici, post confessionem suæ hæresis, ante pœnæ impositionem, plene habetur sub hac forma. Ego, N. recognosco, & confiteor coram vobis dominis, me errasse in prædictis, & super his chorde contrito, & humiliato absolutionem, & pœnitentiam requiro, & hãc hæresim, & omnem aliam, quocunq; nomine censeatur, ab iuro, & promitto, quòd decetero seruabo illibatam fidem, quam Romana tenet ecclesia, & prædicat, & quòd hæreticos, & credentes eorum toto posse meo persequar, & eorum fautores, receptores, & benefactores bona fide & sine mora manifestabo ecclesiæ, vel Prælato, & pœnitentiam, quæ mihi pro dicta mea culpa iniungetur, integre seruabo, & complebo, & volo, & concedo, ꝙ si ab hac hora in antea contigerit, me relabi ad eundem errorem, vel alium cuiusq; hæresis, quocunque nomine censeatur, errando forte in aliquo casu, vel credendo, seu fidem habendo errantibus, vel eos, vel credentes eorum recipiendo scienter, aut defendendo, aut fauendo, dicto, vel facto, vel eis benefaciendo, qualitercunque eos vel celando, aut non manifestando bona fide & sine mora, vel si pœnitentiam iniunctam à vobis integre non seruabo, & perfecte non compleuero, ab inde ipso facto habear excommunicatus, periurus, & hæreticus manifestus, & me ego iudico, ita ꝙ sine ampliori cognitione, & sententia, quæ iure relapsis, & manifestis hæreticis indicitur, mihi pœna imponatur. Insuper asserо, & protestor, me puram, & totam veritatem dixisse de me & alijs, inquantum scio, & si forte constare poterit, me malitiose de veritate aliquid suppresisse, vel tacuisse, imponenda vel iniungẽda mihi à vobis pœnitentia, seu absolutio obtenta, vel obtinenda, nihil mihi prosit.

DE PROHIBITIONE COMpositionis super homicidio. Cap. V.

Constitvtio ista (vt compilationis ordo seruetur) inserta infra hoc libr. c. 10. rectius hic collocatur, quoniam ab vtriusque data colligitur. s. huius & illius positæ in cap. 5. istam velut antiquiorem limitari ab illa, hoc etiam indicant narratiua verba illius, cum in ea Papa hanc summatim referat, iure igitur merito præcedere debet illam.

INnocentivs Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuã rei memoriam. Sicut facilitas veniæ, delinquendi incentiuum solet parere, sic rigor iustitiæ terminum ponit excessibus, & aditum interdicit errori. Sanè ad audientiam nostram molesta nobis insinuatio fide digna produxit, ꝙ in non nullis terris Ecclesiæ Romane immediate subiectis, de consuetudine, vel aliâs obseruatur, ꝙ homicidæ quilibet, dum tamen cum interfecti consanguineis pacem habeant, & de pace fidem possint facere per officiales ipsius Ecclesiæ, ad compositionem pecuniariam indifferenter, & passim, atq; frequenter pro quantitate valde modica admittuntur. Vnde fit, ꝙ dum homicidæ ijdem reatus sui pœnam modici precij venalitate mercantur, sumpta ex impunitate licentia, facile prorumpunt in culpam. Et ex hoc malignandi exemplo in alios deriuato sæuit malus frequenter in bonum, lacessit improbus probum, potens opprimit humilem, & grauat sæpe noxius innocentem. Cum autem publicæ vtilitatis interfit, vt maleficia non remaneant impunita: nos huic morbo, qui erronicus factus, ferrum expectat, volentes congruam adhibere medelam, omnibus, & singulis rectoribus, & alijs quibuscunque officialibus quarun cunque prouinciarum, terrarum, ciuitatum, castrorum, & locorum aliorum ipsius Ecclesiæ præsentibus, & futuris auctoritate apostolica *districtius inhibemus*, ne pro reatu cuiuscunq; homicidij aliquem ad cõpositionem pecuniariam præsumãt admittere homicidam. Compositiones, siquas contra inhibitionem nostram huiusmodi fieri contingerit, irritas, & inanes: & homicidas ad compositiones admissos, admissione huiusmodi non obstante, sicut ante compositiones erant, eisdem subditos esse legibus, decernentes: non obstantibus constitutionibus, & statutis huiusmodi, et alijs obseruantijs quibuscunque, quæ omnia quo ad hæc uiribus uacuamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, constitutionis, et vacuationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare forte præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Villam Nouam Auinionẽsis diœcesis idibus Iunii, Põtificatus nostri anno primo.

QVOD

QVOD LEGATVS POSSIT componere super homicidio. Cap. VI.

INnocentivs Episcopus seruus seruorum Dei, dilecto filio Aegidio tituli sancti Clemẽtis presbytero Cardinali, apostolicæ sedis Legato, salutem, & apostolicam benedictionem. Dudum ad audientiam nostrã producta petitio, molesta nobis, fide digna relatione multorũ, ꝙ in nõnullis terris Ecclesię Romanæ immediate subiectis, de consuetudine vel aliâs
a obseruabatur, ꝙ homicidæ,[a] dum tamen cum interfecti consanguineis pacem haberent, & de pace huiusmodi fidem facerent per publica instrumenta, per officiales ipsius Ecclesiæ ad compositionem pecuniarum admittebantur indifferenter, &
b passim: & frequenter pro valde modica quãtitate inde fiebat, ꝙ homicidæ ijdem, dum reatus sui pœna venalitatem modici precij mercabantur, sumpta ex impunitate licentia facile prorũpebant in culpam: & ex hoc malignandi exẽplo in alios deriuato sæuiebant: malus frequenter in bonum lacessebat, improbus probum opprimebat, impotentem potens, & noxius innocentem. Nos attendentes, ꝙ publicæ vtilitatis interest, ꝙ maleficia non remaneant impunita, cum facilitas veniæ incentiuum delinquendi pariat, & excessibus terminum ponere, ac errori præcurrere soleat rigor iustitiæ sæuientis: nos huic morbo, qui iam factus erat infirmus, & ferrum ad curationem expectabat ipsius, volentes congruam adhibere medelam, omnibus, & singulis rectoribus, & alijs quibuscunque officialibus quaruncunq; prouinciarum, ciuitatum, castrorum, & aliorum quoruncunque locorum ipsius Ecclesiæ præsentibus, & futuris auctoritate apostolica districtius inhibendo, ne pro reatu cuiuscunq; homicidii aliquem ad compositionem admittant: homicidiorum compositiones, siquas contra inhibitionem nostram huiusmodi fieri contingeret, irritas, & inanes, ac homicidas admissos ad cõpositiones huiusmodi subditos esse (sicut ante cõpositiones huiusmodi subditi erant)

legibus. Decernentes admissionem huiusmodi, & constitutionem, ac statuta huiusmodi, & alias iuris obseruationes, quę omnia (quo ad hoc) viribꝰ duximus euacuanda: non obstantibus quibuscunque. Cum autem (sicut pro parte tua fuit propositum coram nobis) propter guerras, quæ in partibꝰ prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, quę ad ipsam Ecclesiam immediate pertinent, & in qua consuetudo huiusmodi seruabatur, his diebus præteritis delictis exigentibus, fremuerunt quàm plures, vt homicidii facinus, malitiæ temporum, & aliæ occasiones impulerunt, vt expediat communibus cõmodis, ex causis, quas intimasti nobis, ad tẽpus rigorem inhibitionis huiusmodi tẽperare, discretioni tuæ, de qua in his, & aliis (in domino) fiduciam obtinemus: cum quibuscunque laicis dictæ prouinciæ, de quibus tibi videbitur, super homicidiis[b] per eos vsque ad diem datarum præsentiũ quomodolibet perpetratis, cõponendi nomine ipsius Ecclesiæ: & compositiones, quas per te fieri contigerit, ab ipsis recipiendi, ac eos ipsos, quæ ab eis recipere te continget, & de omni pœna, & mulcta liberandi, & absoluendi: necnon processus habitos, condemnationes factas, banna promulgata, & sententias contra ipsos latas cassandi, annullandi, & irritandi, ac omnem infamiæ notam contra eos inde obortam abolendi: ipsosque ad honorem, statum, & famam, & ad quoscunq; actus legitimos, & ad quascunque possessiones, bona, iura, & feuda, vel alia restituendi, & habilitandi, liberam, & plenam concedimus licentiam, ac veram tenore præsentium facultatem, inhibitione huiusmodi, quam aliter in suo robore permanere volumus, non obstante. Datum Auinione. ii. nonas Decembris, Pontificatus nosti anno tertio.

GLO. CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Homicida, ꝙ puniatur pœna pecuniaria, omnibus legibus repugnat.*

a Homicidae] Res mali exempli est, si homicida pœna pecuniaria punia
1 tur. Nam iustitiæ † punitiuæ proprium est, vt pœna iuxta sceleris mensuram

mensuram imponatur, constat enim hoc iuri naturali non esse cõueniens, homicidij crimen pœna tantum pecuniaria puniri, aduersatur hoc ipsum legi diuinæ, & euangelicæ, secundum quas morte puniendus est homicida, Gen. c. 9. Leui. c. 14. Nu. c. 35. Deut. c. 25. vbi dicitur, q̃ secũdum mensuram delicti, erit & plagarũ modus, Matth. c. 26. omnis qui gladio ferit gladio perit. c. duo ista 23. q. 4. Sic etiam & humana lege homicida, quod fecit, expectet l. 3. C. de epis. aud. Deinde, q̃ tãtum pœna pecuniaria homicidia puniãtur, maximam præstant delinquẽdi occasionem, præsertim diuitibus, nullam enim reus pertimescit culpam, quam redimere numis existimat. c. pauper. 11. q. 3. Igitur leges sic punientes homicidia nec iuste sunt nec reip. conueniunt, & ideo nec cõdi, nec seruari debent, Arch. d. c. duo sunt, Abb. Dec. & cæteri Cano. in c. fi. de cõstit. Abb. in cap. 2. de del. pue. Fel. in rub. de hom. & multa huc spectantia no. dicta reperies apud Dida. lib. 2. resol. c. 9. Adde Aret. cons. 58. Marsi. sing. 665. Barb. cons. 70. Marsi. cõsi. 115. Abb. Rocc. Curt. in cap. fi. de consuet. Fel. plene in rub. de homic. Gem. & alij in c. fi. de consuet. lib. 6. Alex. & cæteri in l. 1. ff. quod quisq. iu. Carr. in prat. crim. de homicid. versi. circa secundum nu. 18. cũ seq. Intellige semper quod dictum est, si dolo homicidium cõmissum sit, Aym. cons. 6. nu. 100. qui alios allegat. pluribus enim ex causis excusatur homicida à pœna ordinaria, quas videbis infrà lib. 4. cap. 54.

SVMMARIVM.

1 *Legatus de latere iure legationis non potest de homicidio componere.*

2 *Nullus inferior potest vti clausula derogatoria.*

REVOCATIO LITERARVM salui conductus homicidis quomodolibet concessarum. Cap. VII.

Idem repetit infrà lib. 4. cap. 32.

IOANNES Cardinalis Papiẽsis & c. vniuersis, & singulis præsentes literas inspecturis salutem, & nostrorum obedientiã mandatorum. Curam iniunctæ nobis solicitudinis alto nostræ mentis affectu iugiter reuoluentes, nihil pectori nostro tam fixum, firmumq; insidere conspicimus, quàm iustitiæ verum cultum, & inuiolabilem obseruatiam. ea enim est, quæ primum in subditos nostros honorem faciet, ac subditorum nostrorum tranquillitati, & cõmodis omnibus amplissime consulet: quæ cum ita se habeant, semper illa meditamur, ac volumus. Et quoniam à Deo iustissimo, & liberalissimo donorũ omnium concessore nobis promittitur, opportune disponimus: per quæ ipsius iustitiæ partes aut declinatas, aut neglectas reuocari, & excitari putamus. at tunc longe maiori studio id prosequimur, ac facimus, cum *intelligimus in primis* sanctiss. D. N. Papæ commendatissimo desiderio, & sanctis iussionibus, decenter obtemperare, & contra damnatos, & criminum reos per dispositionem nostram huiusmodi conuenienter animaduerti. Sanè igitur cum inter alia (statum totius prouinciæ accuratius requirentes) intellexerimus, esse nonnullos iniquitatis filios homicidas, & diuersorum maleficiorum reos conuictos, nefarios, atq; impuros homines in nostra generali, & aliis prouinciæ Marchiæ Anconitanæ nostræ legationis curiis, tum variis causis, & tẽpore, tum rite, & legitime condemnatos: sicq; in banno positos, qui in præfata prouincia impune cõuersantes in illius ciuitatibus, terris, & in locis, tãquam in receptaculis prauitatis eorum, ac peruersitatis resident, partim literis, & saluis conductibus nostrorum in officio prædecessorum, partim priuilegiis, & immunitatibus propriorum locorum fidentes. Quorum omniũ opportunitate, veluti quodam asylo tutati, & procliuiores ad perpetranda

b 1 HOMICIDIIS] Ex his intelligis, q̃ †legatus de latere iure legationis non potest de homicidio componere, & ratio esse potest, quia cum de iure communi pœna mortis homicida puniatur, non potest inferior legem superioris tõllere, clem. ne Romani, de elect. vide tamen Affl. decis. 287. Ideo nullus † inferior potest vti clausula derogatoria, vt potè non obstante aliqua lege, vel constitutione in contrarium faciente, Alex. & alij in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Hinc est, q̃ non valet conuentio, vt quis propria autoritate capi possit, quia non est dominus membrorum suorum, l. liber homo, ff. ad l. Aquil. Minus valet conuentio, q̃ pars non soluens infrà terminum præstitutum, possit excommunicari non præcedente monitione, & sic non seruata forma, c. sacro de sent. excõ. Nec potest testator hæredem damnare ad soluendas vsuras legatarijs, si distulerit legata soluere, Bart. per illum tex. in l. 3. §. fi. ff. de an. leg.

da facinora redditi, in tãtam impurissimæ, ac sceleste vitæ licentiam deuenerunt: & reperimus, prouinciam ipsam latrocinijs, interceptionibus negociantium, & huiusmodi malis pene infestam. Volentes propterea tam perditæ abusioni occurrere, & hac veluti contagione quadã prouinciam (quantum in nobis est) expurgare, vt coertione, punitione, & extirpatione malorum, boni honestis actibus, & modestiæ vitæ dediti, quotidie confirmentur in melius, tranquillè, pacificeq; viuentes, ideo tenore præsentium ex auctoritate nostræ legationis omnes, & quascunque securitatis, tutelæ, & salui conductus literas sub quibuscunque, forma, modo, tempore, ratione, & causa: sub quouis etiam tenoris contextu, & efficacia, etiã si de illis habenda esset mentio specialis, quomodocunq;, quandocunque, & qualitercunq; tam à Legatis, aut à Gubernatoribus prædecessoribus nostris, quàm ab officialibus, communitatibus, & vniuersitatibus locorum, homicidis quibuscunque in dicta nostra curia, aut alibi condemnatis, & bannitis concessas, reuocamus, irritamus: nullis quoque viribus subsistere decernimus: & post quindecim dies à publicatione præsentiũ computandos, eisdem minime suffragari. Committentes cõtra eos, & quemlibet eorum, omnem tam realem, quàm personalem executionem, atque etiam iniungentes Marescallo, cæterisq; officialibus præfatæ nostræ curiæ sub pœna priuationis officij, quatenus vbicunque præfatos homicidas reperiri cõtingat, detineant, capiant, & iustitiam faciant, requisito (si opus fuerit, & eis videbitur) fauore, & auxilio tam ordinariorum, & officialium locorum, quàm quoruncunque capitaneorum, conductorum, comestabilium, armigerorum, aut aliorum stipendiariorum ad stipendia sanctissimi domini nostri, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ militantium, & in eadem prouincia pertinentium, quàm prædictis Marescallo, & officialibus requirentibus parere, & obedire sine exceptionibus volumus: mandantes, ac districtius inhibentes, sub pœna mille ducatorum auri apostolicæ cameræ applicandorum de facto, atque etiam irritationis, & annullationis omnium indultorum, priuilegiorum, remissionum, & cõcessionum, quouis tempore, & à quibuscunque ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum præfatæ prouinciæ nostræ legationis, potestatibus, antianis, prioribus, regiminibus, cõmunitatibus, & vniuersitatibus, ad quos, & ad quas quomodolibet spectat, aut spectare possit, & quibus hæ literæ præsentatæ fuerint, quatenus homicidas ipsos, & sic condemnatos nullo pacto, nulla causa, nullo etiam quoruncunque priuilegiorum, immunitatum vigore, ac prætextu, quibus omnibus ex facultate nobis attributa, expresse derogamus. In hac parte intra loca, & iurisdictiones eorũ, aut extra, quomodolibet etiam quouis quæsito colore directè, & indirectè recipere, fouere, manutenere, sustinere, aut aliquid eis, & eorũ cuilibet auxilium, consilium, & fauorem præstare per se, vel alios, aut alium præsumant: contrauenientes omnes huic nostro edicto, mandato, & præcepto, tam publicas, quàm priuatas personas super expressis pœnis, vltra pœnas in constitutione cõtentas, ipso facto subiacere declarantes: de quarũ contrauentione, seu contradictione stabimus relationi præfatorum officialium curiæ nostræ. In quorum fidem præsentes fieri, &c. munitas, & eas in audientia nostra iudicari, & publicari. Datum Maceratæ in palatio nostræ solite residentiæ &c. die decima nona Octobris, Pontificatus sanctissimi prælibati anno primo.

ABDICATIO A LEGATIS, ET Gubernatoribus facultatis remittendi homicidas, & eisdem concedendi saluos conductus, cum nonnullis alijs prouisionibus contra homicidas. Cap. VIII.

Idem repetit infrà lib. 4. c. 33.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Ad retinendas insolentias transgressorum, & transgressiones insolentium refrenandas, si neruus publicæ disciplinæ lentescit, eorum ad peccandum voluntas fit laxior, & exemplum impunitatis periculosius in alios deriuatur. Propter quod ad Præsidentis

dentis officium pertinet, talem adhibere iustitiæ seueritatem, & debitam executionem, ꝙ commissa crimina puniat, & committendorum in posterũ interdicat audaciam. Cum autem ad audientiam nostram peruenerit, ꝙ à certis annis citra in nostris, & Ecclesiæ Romanæ terris, locis, & tenimentis, nobis, & Ecclesiæ prædictæ mediatè, & immediatè subiectis, q̃ plura quandoque etiam ex leuibus causis commissa esse reperiantur homicidia: sitq; inter alia crimen homicidij pernicioſum, & detestabile: debeatq; iuxta canonicas sanctiones graui animaduersione puniri: tantoq; seuerius puniendum, extirpandum, quanto manifestius cognoscimus, ꝙ ex eo vt plurimum scãdala, & mala plurima subsequũtur. Cupientes iccirco ex debito pastoralis officij, ꝙ nostri, & Ecclesiæ Romanæ prædictæ mediatè, & immediatè subiecti, iuxta piam dispositionem regis pacifici, qui regnat in cœlis, pacifici sint, & modesti, nos tamen pro huiusmodi crimine homicidij debite puniendo edidimus constitutiones infrascriptas, quas ad hoc, vt aliquis de eisdem ignorantiam prætendere non possit, volumus per omnes, & singulas ciuitates nobis, & Ecclesiæ Romanæ prædictę mediatè, vel immediatè subiectas, publico præconio publicari: mandantes ac auctoritate apostolica, tenore præsentium decernentes, omnes, & singulos iuxta constitutionem, & earundem determinationẽ obstrictos esse, ad obseruationem ipsarum, ac si personaliter singulis intimatæ forent, vt non sit verisimile, ꝙ ad eorum notitiam non deuenerit, quod extitit tam publico præconio patefactum. Tenor vero constitutionum, de quibus supra fit mentio, sequitur, & est talis videlicet.

Sanctissimus dominus noster intendens quieti patriæ consulere, & ipsam sicarijs, homicidis, & malefactoribus expurgare, statuit, & decreuit, ꝙ omnes illi, qui pro delicto homicidij fuerint condemnati, seu aliàs de ciuitate aliqua, & districtu illius banniti, nõ possint ad ciuitatem, seu districtum huiusmodi quocunque tempore redire, seu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, vel consanguineis, seu filijs ipsius occisi: nec Legatus etiam de latere, aut Gubernator, qui pro tẽpore fuerit, vel quiuis alius possit auctoritate ap. seu ex officio suæ legationis aliquem homicidam sic ex bannitum rebannire, reducere, seu reuocare ad ciuitatem, vel districtum, aut eorum alterum, seu ei licentiam, vel saluum conductum concedere redeundi, seu morandi in eis, vel eorum altero in perpetuum, vel ad tempus modicũ, siue magnum: nec etiam per diem vnum, siue noctem: ꝙ si secus per quenquã ex supradictis factum fuerit, incidat in pœnam excom. ipso facto sine vlteriori sentẽtia declarationis, à qua per aliũ quàm per summum Pont. (& tunc facta de hoc speciali expressione) non possit absolui: ac reductio, licentia, reuocatio, saluus conductus, & cassatio processus, & banni huiusmodi sint ipso iure nulla, nulliusq; roboris, vel momenti: incidat etiam in pœnam duc. mille cameræ apostolicæ appl. quam thesaurarius, cui hoc secretò, vel publice fuerit denunciatum, retineri faciat, & mandet, nullo super hoc expectato, seu requisito superioris mandato. quod si nõ fecerit thesaurarius ipse, eandem sententiam excommunicationis ipso facto cũ eisdem qualitatibus incurrat. Ipseq; sic rebannitus reductus, reuocatus sue aliquo quocunque modo reuersus, possit, & debeat capi, detineri, & incarcerari: & de ipso, secundum sententiam contra eum latam, iustitiam fieri, & per gubernatorem, potestatem, & alios officiales, ad quos spectat, seu pertinet, incontinenti sine vlteriori licentia, notificatione, & requisitione superioris, vel alterius, sub pœna ducentorum duc. auri cameræ apostolicæ ap pl. vel retinendorum, quam thesaurarius præfatus simili modo, ac forma, ac sub similibus censuris faciat retineri, prout supe rius est expressum. Hoc autem extendi vo luit ad eos, qui reuocati, & rebanniti, vel aliâs quomodocunq; remissi fuerint quacunq; auctoritate, seu licentia, præterquàm ex speciali commissione, seu mandato Ro mani Pontificis, contento in literis authenticis, & bulla plumbea munitis à duobus mensibus citra, termino dierum quindecim, quo possint de ciuitate libere recede re eis concesso, vel qui in futurum rebannientur, seu aliâs remittentur per quencunque quauis auctoritate præstitum, sub pœnis

pœnis pecuniarijs, & alijs ecclesiasticis censuris: de quibus superius est dictum. Item, quòd quæcunque appellationes interpositæ, vel interponendæ ab huiusmodi, vel alijs sententijs, siue grauaminibus contra homicidas latis, vel à processu contra eos facto) etiam si lis, vel instãtia super eis pendeat, & inhibitionis, vigore ipsarum, emissæ per auditorem cameræ, vel per alium quemcunq; ordinarium, vel delegatum) sint nullæ, & inualidæ: nec ad vlteriora super eis, vel ipsarum vigore procedi possit, aut debeat: quinimo appellationes, lites, & causæ huiusmodi censeantur aduocatæ, extinctæ, & inualidæ: nec potestates, vel alij officiales inhibiti, huiusmodi mandatis inhibitionibus, litis pendentijs, censuris, & pœnis in eis contentis astringantur: immo teneãtur, & debeant sub pœnis suprapositis ad executionem sententiarum latarum procedere: possit tamen in causis alijs à iure, vel statuto permissis appellari ad Gubernatorem ciuitatis, seu prouinciæ, qui infra mensem causam definire teneatur: quo elapso, appellatio, inhibitio, & instantia super eis sint nullæ, & liberè sine impedimento possit fieri executio sententiæ, vel banni, ac si non fuisset inhibitum, & appellatum. Quodq; banniti, & condemnati pro huiusmodi crimine homicidij censeantur, & sint banniti à locis circumuicinis vsque ad milliaria 50. intra quæ si reperti fuerint, possit, & debeat capitalis sententia, siue condemnationis pecuniariæ executio fieri contra eos per potestates, & alios officiales ciuitati, districtui, & loco præsidentes, sub pœnis pecuniarijs simili forma imponendis. Item, quòd omnes, & singuli homicidæ, quorum delictum notorium fuerit, vel de homicidio infamati, seu cõdemnati, etiam si de delicto huiusmodi ex forma statutorum non possit inquiri, vel aliqua pœna imponi, vel etiam si ipsius delicti, vel pœnæ pro eo impositæ, auctoritate apostolica, vel alterius (ab ea, vel Romano Pontifice potestatem habentis) sit facta remissio, cassatio, processus, & sententia annullatæ, vel aliâs quomodolibet dispensatum per viam gratiæ, seu iustæ remissionis in totum, vel in partem non possint habere officia, vel dignitates in quibuscunque locis, ciuitatibus, terris, à quibus banniti fuerint, in quibus domicilium aut originem habuerint, seu aliam moram traxerint, vel resederint: etiam si fuerint absoluti, rebanniti, vel aliâs eorum sententia, seu condemenatio, siue processus cassati, irriti, vel aliâs pro infectis habiti, sed perpetuo sint infames, & omni dignitate priuati: nec possint ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere, non admittantur ad iudicandum, seu ad aliud officium exercendum: & ab omnibus actibus legitimis sint perpetuò suspensi. quinimo, si huiusmodi officia acceptauerint, exercuerint, seu ad ea exercenda admissi fuerint, tam ipsi, quàm Gubernator, Legatus, aut superior, qui eum elegerit, vocauerit, aut ipsum officium exercere, seu ei præesse passus fuerit, pœnam quingentorum ducatorum auri ipso facto incurrat: & sua gubernatione priuetur: nec gesta in iudicio, vel extra iudicium tam per eum, qui admissus fuerit ad officium, quàm per eum, qui illud ab eo exerceri passus fuerit, de cætero valida sint, & robur obtineant: quinimo sint nullius roboris, vel momenti: & si eccl. personæ fuerint, excom. sententiam ipso facto incurrant sine vlteriori declaratione, à qua non possint, (præterquàm à Ro. Pont. cum speciali delicti, siue omissionis huiusmodi expressione) absolui: & thesaurarius Cameræ sine aliqua requisitione, seu notificatione, vel inhibitione, aut monitione salarium eisdem, vel alteri debitum retinere debeat, si ab eo debeatur: si vero non debeatur, mandet potestati, gubernatori, vel alteri, ad quem spectat, ab eis, vel eorum altero exigi, & satisfieri sub eisdem censuris, & pœnis, prout superius est expressum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ voluntatis, mandati, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem &c.

Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis domini M CCCC LXI. v. cal. Februarij, Pont. nostri anno tertio. 1461

APPROBATIO CONSTITVtionis præmissæ. Cap. IX.

Idem repetit infrà lib. 4. cap. 34.

IXTVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Deo, & hominib⁹ abhominabiles esse viros sanguinũ Prophe ta testatur : nec immerito cum horrenda sæuitia non solum corporum, sed etiam animarum eorũ quas interi munt, si nõ sint armis spiritualibus (diuina præueniente gratia) prẽmuniti, deperditionem procurare noscantur: pro quibus dominus noster Iesus Christus mortẽ subijt temporalem. Ad reprimendum igitur talium conatus nefarios, plurimum cõferre arbitramur contra eos, qui huiusmodi detestabile scelus patrare non expauescunt, iustitia scientes se puniri, & latas pro tempore condemnationes debitæ executioni demandari, ea, quæ pro talium condemnationum faciliori executione, & sicariorum huiusmodi persecutione à Prædecessoribus nostris proinde emanarunt, vt eo firmius obseruẽtur, quo fuerint sæpius Apo. auctoritate munitæ, libenter approbantes, *munimine roboramus* : atq; alia ꝺsuper statuimus, prout *in domino conspicimus* salubriter expedire. Dudum siquidẽ per fę. re. Pium Papam II. prædecessorẽ nostrum accepto, ꝙ (à certis annis tũc elapsis citra) in terris, locis, & tenimentis Ro. Eccl. immediatè subiectis q̃plura (etiã ex leuibus causis cõmissa) esse reperiebantur homicidia. Idem prędecessor attendens crimen hmõi inter alia esse pernicioſum, & detestabile, & iuxta canonicas sanctiones debere graui animaduersione puniri, & tãto seuerius puniendũ, & extirpandũ fore, quãto manifestius cognoscebatur, ꝙ ex eo plurimum scandali, & mala plurima subsequebãtur : ac cupiẽs ꝙ eiusdem Ecclesię mediatè, vel immediatè subiecti, pacifici forent, & modesti : & terras, ac loca prædicta sicarijs expurgare, inter alia statuit, & decreuit, ꝙ omnes illi, qui pro delicto huiusmodi forent condemnati, seu aliâs de ciuitate aliqua, seu districtu ipsius banniti, nõ possent ad ciuitatem, vel districtũ huiusmodi quocunque tempore redire, seu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab hæredibus, vel consanguineis, seu filijs ipsius occisi : nec Legatus etiam de latere, aut Gubernator, qui pro tempore foret, vel quiuis alius posset auctoritate apostolica, seu ex officio suæ legationis aliquem homicidam, seu exbannitum rebannire, & reducere, seu reuocare ad ciuitatem, vel districtum, aut eorũ alterum, seu ei licentiã, vel saluũ conductũ concedere, seu morandi, & eis, vel eorum alteri in perpetuũ, vel tempus modicũ, siue magnum : nec etiam ad diem vnum, siue noctem, ꝙ si secus per quemcunque ipsis prædictis factum foret, ipso facto in pœnam excom. sine vlteriori sententia, & declaratione, à qua per alium q̃ summum Pont. (& tunc facta de hoc speciali expressione) nõ possit absolui : ac licentia, reductio, reuocatio, saluus conductus, & cassatio processus, & banni huiusmodi essent ipso iure nulla, nullius q̃ roboris, vel momenti : incideretq; etiam in pœnam duc. mille Cameræ Apost. applican. quam thesaurarius, cui hoc secretè, vel publicè fuerit relatũ, vel denunciatum, retineri faceret, & mandaret nullo super hoc expectato, seu requisito superioris mandato, ꝙ si non faceret ipse thesaurarius, eandem sententiam *excom. ipso facto* cum eisdem qualitatibus incurreret : ipseq; sic rebãnitus reductus, siue quocunq; alio modo reuersus posset, & deberet capi, detineri, & incarcerari, & de ipso secundum sententiam contra eum latam, iustitiam fieri per Gubernatorem, potestatem, & alios officiales, ad quos spectaret, & pertineret incontinenti sine vlteriori licentia, notificatione, & requisitione superioris, vel alterius, sub pœna cc. duc. auri Cameræ predictæ appl. quam thesaurarius præfatus simili modo, & forma, ac sub similibus censuris faciat retineri : & ꝙ quæcunq; appellationes interpositæ, vel interponendæ ab huiusmodi, vel alijs sententijs, siue grauiminibus contra homicidas latis, vel à processu contra eos facto : & si lis, vel instantia super eis pendere, & inhibitiones vigore ipsarum emissæ forent per auditorem, vel per quencunq; alium ordinarium, vel delegatum, essent nullæ, & inualidæ : nec ad vlteriora super eis, & ipsarum vigore procedi posset, aut deberet : quin

quinimo appellationes, lites, & causæ huiusmodi censerentur aduocatæ, extinctæ, & inualidæ : nec potestates, vel alij officiales, quibus inhibitum foret, mandatis, & inhibitionibus, litis pendentijs, censuris, & pœnis in eis contentis astringerentur, imo tenerentur, & deberent ad executionem sententiarum latarum procedere. posset tamen in casibus à iure, vel statuto permissis appellari ad Gubernatorem ciuitatis, siuæ prouinciæ, qui infra mensem causam definire teneretur : quo elapso, appellatio, inhibitio, & instantia super eis esset nulla : & liberè sine impedimento posset fieri executio sententię, vel banni, ac si non fuisset inhibitum, & appellatum. Quodq; banniti, & condemnati propter huiusmodi crimen homicidij, censerentur banniti ab omnibus locis circumuicinis vsque ad milliaria quinquaginta : intra quæ si reperti forent, posset, & deberet capitalis sententia, siue condemnationis pecuniariæ executio fieri contra eos per potestates, & alios officiales ciuitatis districtui, & loco præsidentes, sub pœnis pecuniarijs simili forma imponendis. Item, ꝙ omnes, & singuli homicidæ, quorum delictum notorium foret, vel de homicidio infamati, seu condemnati, etiam si de delicto huiusmodi ex forma statuti non posset inquiri, vel aliqua pœna imponi : vel etiam, si ipsius delicti, vel pœnæ pro eo impositæ, auctoritate apostolica, vel alterius (ab ea, vel à Romano Pontifice) potestatem habẽtis, esset facta remissio, cassatio processus, & sententia annullata, vel aliàs quomodolibet dispensatum per viam gratiæ, vel iustæ remissionis, in totum, vel in partem, non possint habere officia, vel dignitates quibuscunq; in locis, ciuitatibus, & terris, à quibus banniti forent, in quibus domicilium aut originem haberent, seu aliâs moram traherent, vel residerent : etiam si forent absoluti, rebanniti : vel aliàs eorum sententia, seu condemnatio, siue processus irriti, vel aliâs pro infectis habiti : sed perpetuò sint infames, & omni officio, & dignitate priuati : nec possint ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere. non admittantur ad iudicandum, seu aliquod officium exercendum, & ab omnibus actibus legitimis sint perpetuò suspẽsi. Quinimo, si huiusmodi officia acceptarẽt, exercerent, seu ad ea exercenda admissi forent, tam ipsi, quàm Gubernator, Legatus, aut superior, qui eum eligere, vocare, aut ipsum officium exercere, seu ei præesse pateretur : pœnam quingentorũ ducatorum auri ipso facto incurreret, & sua gubernatione priuaretur : nec gesta in iudicio, vel extra iudicium tam per eum, qui admissus foret ad officium, quàm per eum, qui illud exercere passus foret, de cætero valida essent, & robur obtinerent : quinimmo essent nullius valoris, vel momenti. Et si ecclesiasticæ personæ forent, sententiam excommunicationis ipso facto incurrerent, sine vlteriori declaratione, à qua non possent (præterquam à Romano Põtifice cum speciali delicti, seu omissionis huiusmodi expressione) absolui : & thesaurarius camerę, sine vlteriori requisitione, seu notificatione, aut inhibitione, vel monitione, salariũ eisdem, vel alteri debitũ retinere deberet, si ab eo deberetur, si vero non deberetur, potestati, Gubernatori, vel alteri, ad quem spectaret, ab eis, vel eorum altero exigi, & satisfieri sub eisdem censuris in eisdem literis, quas idem Prędecessor per omnes ciuitates Ecclesiæ præfatæ publico præconio publicari mandauit, plenius continentur. Cum autem (sicut nuper accepimus) cõtenta in eisdem literis ab aliquibus temporibus citra, non fuerint obseruata, & ex illorum inobseruantia subditi præfatæ Ecclesiæ promptiores fuerint ad homicidia committenda : iamq; ferè passim quotidie homicidia perpetrentur. Et homicidæ præfati ideo ad illud committendum promptiores existant, quia sperant latere, & suorum excessuum remissionem cõsequi facile posse. Nosq; detestabilem, & horrendam talium sicariorum nequitiam ad aliorum cautelam opportunis iuris remedijs prosequi studio cupimus indefessõ : habita super his cum fratribus nostris præfatæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, & de illorũ cõsilio statuta, & decreta prędicta Pij pdecessoris prędicti, & (prout illa cõcernunt omnia, & singula in dictis literis contenta) auctoritate apostolica prędictiũ tenore approbamus : & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, ac volumus : & præfata auctoritate de eorundem

rundem fratrum consilio statuimus, & ordinamus, quòd condemnati hactenus, & quos in posterum condemnari continget vbilibet, in ciuitatibus, terris, & locis prædictis pro homicidio: siue vt principalis, siue vt auxilium, consilium, & fauorem præstantes suarum condemnationum remissionem, aut contra illos saluum conductum, & licentiam secure in loco patrati criminis, vel ei infra quinquaginta miliaria (vt præfertur) propinquo nullatenus obtinere possint ab alio, quàm à nobis, & Romano Pontifice, qui pro tempore erit, & alicuius alterius etiam Legati de latere remissio nemini suffragetur. Et si forte contingeret nos, & eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem ad remissiones, siue saluum conductum huiusmodi procedere, talis remissio per præoccupationem processisse censeatur, & nemini prodesse possit, nisi in illa verè præsentium literarum tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas id importantes, insertus foret, specificata, & determinata causa exprimeretur: quæ nos, & successores nostros induceret ad derogandum: præsertim ea, quæ cũ tam matura deliberatione à nobis emanant, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, & illis, quæ idem Pius prædecessor *in dictis suis* literis voluit obstare, cæterisque contrarijs quibuscunque. Et, vt præmissa eo plenius notescant, volumus per Legatos, rectores, gubernatores prouinciarum, ciuitatum, & locorum, temporali dominio præfatæ Ecclesiæ subiectorum, in singulis ciuitatibus, & locis Legatis commissis, sono tubæ præmisso, publicari: & in registris, quibus talia decreta dictæ Sedis sunt solita, registrari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, constitutionis, statuti, ordinationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis domini M CCCC LXXX. quarto calendas Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

MANDATVM REVERENDISsimi domini Angeli Episcopi Tiburtini, prouinciæ Marchiæ Locumtenentis pro obseruatione dictæ bullæ. Cap. X.

ANGELVS Episcopus Tiburtinus Marchiæ Locumtenẽs &c. Vniuersis, & singulis officialibus, communitatibus, antianis, priori bus, confalonerijs, cæterisq; hominibus prouinciæ Marchiæ, ad quorum notitiam præsentes deuenerint, tam præsentibus, quàm futuris, seu eorum Locumtenentibus salutem in domino sempiternam. Noueritis nuper nos accepisse à sanctitate domini nostri bullas suprascripti tenoris, & continentes in effectu alias bullas recolendæ memoriæ Papæ Pij contra homicidas editas, cõprehendentes vlterius, & auxilium, consilium, & fauorem præstantes eisdem homicidis condemnatis hactenus, & in futurum condemnandis, in ciuitatibus, terris, & locis Sedi Apostolicæ subiectis, eadem pœna, qua principales homicidæ, teneantur. Neq; condemnationum remissionem, saluum conductum, aut *licentiam* securè morandi, & *cætera*, *nisi* à Romano Pontifice obtinere possint: & prout seriosè in supradictis bullis fit mentio, ad quas nos referimus. Proinde intendentes, quantum in nobis est, illas obseruare, atque ab alijs etiam obseruari facere, nobis duximus significandas, atq; intimandas. Mandantes harum seriè, quatenus sono tubæ publicari, & registrari faciatis sub pœna nostri arbitrij Camerę Apostolicæ ipso facto applicanda. Et insuper vos districtius monemus, vt homicidas ipsos, & auxilium, consilium, & fauorem præstantes, vt supra nullatenus retinere, vel receptare præsumatis deinceps: alioquin pœnam dictarum bullarum, ac prouincialium constitutionum in contrafacientes exequemur. In quorum fidem præsentes fieri fecimus, & nostro sigillo iussimus muniri. Datum Maceratæ die XXVII. Octobris M CCCC LXXX. Mandamus, vt baiulo satifaciatis ita, vt non possit queri: & à tergo præsentium scribatur, quid ei vnaquæq; communitas soluerit.

MAN-

MANDATVM magnificorum dominorum Priorum Fabriani tubicinibus Fabrianen. vt debeant pręconizare dictã bullam iuxtà illarum continentiam, & mandatum.

SVPRADICTAE bullæ, & mandatum supradictum fuerunt præsentatæ, & præsentatum magnificis dominis Priorib⁹ artium, & populi terræ Fabriani: qui statim facta dicta præsentatione præceperunt, & mandauerunt publicis banditoribus, siue tubicinibus terræ prædictæ, ne dictarum literarum apostolicarum, & mandati prælibati locumtenentis, aliquis ignorantiam prætendere possit, vt dictas literas apostolicas, & mandatum supradictum, & illarum, siue illius tenorem, continentiam, & effectum omnibus innotescat, sono tubarum alta, & intelligibili voce per publica, & cõsueta loca terræ prædictæ, vbi similia bannimenta fieri solent, notificent, & notificare debeant supradictas literas apostolicas, & mãdatum supradictum, ac illarum, siue illius tenorem publicare, & notificare debeant: & illas, siue illud ad vnguem, & sine aliqua diminutione vnusquisque, vt supra mandatũ, siue sancitum extitit, per præfatum sanctissimum dominum nostrum Sixtum diuina prouidentia Papam Quartum, ac reuerendissimum in Christo patrem, & dominum nostrum Episcopum Tiburtinum prouinciæ Marchiæ Locumtenentem pro illarum executione seruare debeant. Relatio dictæ publicationis per dictos tubicines. Dicta die supradicti bannitores, post commissionem eis factam euntes, & redeuntes, retulerunt prælibatis magnificis dominis Prioribus in palatio eorum solitæ residentiæ existentibus, prædictas literas apostolicas, & mandatum alta, & intelligibili voce, & sono tubarum more solito per publica, & consueta loca terræ Fabriani banniſſe, & præconizasse: ac de illis per publica bannimenta omnibus notitiam dedisse, & omnia alia fecisse, & dixisse, prout, & sicut habuerunt in mandatis, & in dictis literis apostolicis, & mandato continetur.

QVOD CONSANGVINEI compellantur ad redimendum bona damnatorum. Cap. XI.

Idem repetit infrà lib. 4. cap. 19.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Cura pastoralis officij nobis (licet immeritis) super na dispositione commissa, studia nostræ mentis solicitare non desinit, rebus singulis executionem adhibere iustitiæ, &, vt latæ in criminosos pro tempore condemnationes debitum sortiantur effectum, opem, & operam impendere efficaces. Fide digna relatione accepimus, q̃ nonnulli suis exigentibus demeritis, criminaliter in alma vrbe, alijsq; ciuitatibus, terris, & locis nostro, ac Romanæ Ecclesiæ temporali dominio subiectis pro tempore condemnati, in varijs pecuniarum summis, seu aliàs cum eorundem condemnatorum confiscatione bonorum à locis, in quibus sunt condemnati, se absentant: & ne quispiam eorum bona immobilia emat, aut conducat à fisco, minis, & alijs exquisitis remedijs procurant vsquequo tractu temporis abolitis ex gratia condemnationibus huiusmodi, bona ipsa recuperẽt, fructum interim persæpe percipientes ex eis. Sicq; quandam sibi vendicant suorum impunitatem delictorum: quæ res alijs incentiuum tribuit delinquendi. Quidam vero ex eo prætextu, quòd filij, vel nepotes, & in patris, vel aui potestate existant, nec bona aliqua habeant, quæ in patratis per eos excessibus (si illorum grauitas exigat) confiscari, aut aliàs per condemnationum ferendarum pro tempore contra eos executionem capi possint, ad delinquendum præceteris sunt promptiores. Nos igitur attendentes parum esse sententias ferri, nisi debitæ executioni demandentur, ac ratione casuum emergentium licitum esse leges transgredi: ac volentes super his opportunum adhibere remedium, auctoritate apostolica hac in perpetuum valitura constitutione sancimus, licere exactoribus cõdemnationum huiusmodi tam hactenus latarum, quàm aliarum, quas ferri contigerit in

futurum in Vrbe, ciuitatibus, terris, & locis prædictis, siue condemnationum earundem commodum ad Cameram Apostolicam, siue ad communitates ciuitatum, terrarum, & locorum eorundem, vel personas offensas in totum, vel in partem, sit peruenturum: dum principales condemnatos habere nó poterunt, compellere eorum consanguineos, & affines vsq; in quartum gradum iuxta canonicas sanctiones computandum, ad emendum bona, quæ confiscata fuerint, & confiscata non fuerint, pro currenti valore quantitatum, latarum contra illorum dominos cõdemnationum earundem, & si consanguineos non haberent, vel haberent impotentes, super quorum impotentia executorum eorundem declarationi stetur, si confiscationes, & condemnationes ipsæ ad Cameræ prefatæ commodum sint cessuræ, etiam communitates, vniuersitates locorum, in quorum territorijs bona cõsistunt, ad huiusmodi emptionem faciendam teneantur. & parentes habentes taliter condemnatos in potestate sua, ad soluendum pro illis, quos habent in potestate, si ipsorum bona sint confiscata, integram legitimam, quam haberent de bonis eorundem parentum, si tunc decederent, cogãtur: *si vero in pecuniarijs pœnis damnati sint*, ad pœnas ipsas soluendum pro concurrenti quantitate, ad quam tũc ascendere contigerit valor legitimæ memoratæ. ita quòd soluta semel legitima modo prædicto, amplius, de bonis huiusmodi nõ soluat, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non indultis, priuilegijs, gratijs, & constitutionibus, ciuitatibus, terris, & locis prædictis concessis, seu factis: & cum illis initis capitulis, & conuentionibus, cæteris q; contrarijs quibuscunque. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis domini M CCCC LXXXVIII. tertio kalendas Iunij. Dominus Galletus.

VERVM quianos Rodulphus Pius Cardinalis de Carpo, qui supra Legatus, experientia testãte vidimus, & comperimus per Sedem Apostolicam pro temporum varietate huiusmodi, potestatem alienandi bona confiscata quandoq; indultam thesaurarijs pro tempore existentibus, qui inhærentes verbis supra scriptæ constitutionis, iuxta ipsius vigorem ad exactionem integram procedunt, Iccirco rigorem, & modum prædictum moderantes, auctoritate, qua fungimur, decernimus exactiones huiusmodi (quatenus mitius, ac benignius fieri potest) executioni mandari.

DE PROHIBITIONE compositionis, callationis, & suspensionis processus sine thesaurario non facienda. Cap. XII.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Quamuis omnes, quos regendos nobis diuina prouidentia commisit, irreprehensibiliter regere merito affectemus, officialium tamen nostrorũ actus, & mores tanto fore irreprehensibiliores appetimus, quanto officiales ijdem in executione commissorum eis officiorum vices nostras gerere comprobantur, quantoq; ipsorum excessus trahuntur facilius, & pernicioſius in exemplum. Sane multorum insinuatio nostrum frequenter pulsauit auditum, quòd nonnulli officiales Ecclesiæ Romanæ, dum contra communitates, seu vniuersitates, ac singulares personas prouinciarum, ciuitatum, castrorum, villarum, terrarum, siue locorum regimini commissorum, prout exigit qualitas commissorum excessuum per easdem aliquos inchoant quandoque processus, interueniente precio, vel precij corruptela: processus huiusmodi sæpius suspenduntur, interdum mandant, & faciunt cancellari, & nonnunquam cum his, contra quos processus huiusmodi habiti sunt, ad indecentem compositionem [a] descendunt. thesaurarijs, [b] qui sunt in eisdem prouincijs, seu ciuitatibus pro eadem Ecclesia non vocatis, in iniuriam subditorum, ac præiudicium, & ipsius Ecclesiæ graue dispendium, & iacturam. Volentes itaque super hoc de opportuno prouidere remedio, suspensiones, & cancellationes huiusmodi fieri de cætero prohibemus: statuentes, vt compositiones, quas, nisi vocatis thesaurarijs

rarijs ipsis fieri contigerit, irritas, & inanes: pecuniam quoq; ex huiusmodi compositionibus prouenturam non nisi eisdem thesaurarijs cum ad eorum immediatè spectet officium, præcipimus assignari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, & statuti, ac præcepti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Villam Nouam Auinionensis diœcesis Idibus Iulij, Pontificatus nostri anno primo.

ITEM in materia compositionis præmissæ inuenimus aliàs, & aliter ordinatum iuxta literas in forma bullæ expeditas, felicis recordationis Sixti, capite quinto insertas in additionibus Sixti, quarum tenor talis est. videlicet.

GLO. CAP. XII.

a COMPOSITIONEM] Cicero ad Heren. lib. 2. concessionem appellat, per quam nobis ignosci postulamus, & diuidit eam in purgationẽ, & deprecationem. Purgatio est, cum consulto à nobis factum, sed necessitate, fortuna, aut imprudẽtia factum esse asserimus. Deprecatio est, cũ fatemur nos peccasse, neq; id imprudenter, aut fortuna, aut necessario fecisse dicimus, & tamen nobis ignosci postulamus, aut quia maiora officia, quàm maleficia videbuntur constare, aut aliqua virtus, aut nobilitas est in eo, qui supplicat, aut aliæ causæ, quas enumerat Cicero. Illam purgationem, veniam, seu indulgentiam, aut literas innocentiæ vulgo nominamus, quæ concedi permittitur supplicanti. Hanc deprecationem, remissionem, & gratiã etiam vulgo nominamus, & hanc Cicero deprecationem in iudicijs nõ venire asserit, sed apud Principem, & eius suppremam curiam. Nam cũ à iudice impetratur deprecatio, reus non satis eius se tutum confidit præsidio, q; ille iudex de legum seueritate quicquàm remittere non poterat, quare apud suppremos magistratus, quibus lege mitius agere licet, tantum valet deprecatio. Pro Cameræ Apostolicæ interesse prohibet hic Papa, ne compositio fiat absque Thesaurarij beneplacito, tum ne Camera iustis fraudetur pœnis, tum ne delicta remaneant impunita l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil.

b THESAVSARIIS] Olim Camera Apost. pprijs impensis, atq; periculo cõstituebat tributorũ exactores, & introituũ. Verum valde propter hoc damnificabatur, ceperunt huiusmodi arendamenta per viam appaltus in prouincijs sedi Apost. subiectis vendi, & hi hodie vocantur vulgo Thesaurarij. Adest Romæ maior Thesaurarius, apud quem æs omne, quod in Ca. Apost. intrat, reconditur & reponitur, cuius munus tantum est, ęs Cam. Apost. recipere custodire, & vbi opus est erogare, Octa. Vestr. in sua praxi rom. lib. 2. c. 3. Hunc olim potuisse creari in Marchia à Legato testatur Bart. in l. illud. C. de præstã. lib. 10. Et an sit dignitas, vel officium colligo à Rot. decis. 173. de thesauraria, in no. determinationem. Nam aut habent administrationem rerum sine prærogatiua, & non sunt in dignitate, sed in officio constituti tantum, sed si habent administrationem cũ iurisdictione (vt Camerarius Papæ) tunc est dignitas, Inn. in c. de multa, de præb. Arch. c. 1. de consu. lib. 6.

BVLLA SIXTI PAPAE IIII. ℣ Gubernatoribus, & Thesaurarijs non liceat de maioribus condemnationum gratijs excedere sex florenos: in minoribus vero tertiam partem. Cap. XIII.

a SIXTVS [a] Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filijs magistro Ioanni Andreæ de Gemaldis Notario, & cubiculario nostro, & Syluestro de Maluicinis canonico ecclesiæ collegiatæ. S. Sixti Viterbiensis, in Marchia Anconitana, & Romandiolæ prouincijs, syndicis, & commissarijs nostris salutem, & apostolicam benedictionem. Cum nos nuper syndicos, [b] & commissarios ad inquirendum summariè simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij, solennitate iuris omissa, & sola facti veritate inspecta, de regimine, ac administratione iustitiæ, necnõ integritate, & munditia Gubernatorum, & quoruncunq; officialium etiam castellanorum, & armigerorum in Marchia Anconitana, & Romandiolæ, prouincijs supra dictis pro nobis, & Romanæ Ecclesiæ actu sua officia exercentium: & qui tempore nostro officia huiusmodi exercuerint, quocunq; nomine censeantur, & quauis dignitate præfulgeat, vel honore, duxerimus de

putandos, illuc etiam destinandos. Nos, vt commissum vobis officium huiusmodi vtilius exercere,& quę deformata sunt,ad rectitudinis semitam reducere valeatis,ip siq; Gubernatores,& alij officiales prædicti iuris cõtenti limitibus,& à rationis tramite deuiare non possint, discretioni vestræ auctoritate apostolica tenore præsentium committimus,& mandamus, quatenus Gubernatoribus prædictis, seu Locũtenentibus,& eorum singulis,vt tenorem, & formam literarum felicis recordationis Pauli Papę secundi pdecessoris nostri(quibus inter alia cauetur expresse, q̃ Gubernatores,seu rectores prouinciarum,ciuitatum,& castrorum,& locorum Romanę Ecclesiæ subiectorum, pœnas, siue mulctas, & condemnationes pecuniarias cameræ apostolicæ de iure, & de consuetudine applicari solitas,remittere nequeant, aut donare,vel de illis gratiam, aut vllam remissionem facere,nisi ad summam sex florenorum auri de camera in mulcta,seu condemnatione, quauis graui, prout in illis plenius cõtinetur) debeant inuiolabiliter obseruare, iniungere procuretis: hoc etiam adiecto, q̃ de pœnis, quarũ tertia pars est minor sex florenorum, vltra tertiam ipsarum partem gratiã facere non præsumant. Alioquin,si contra fecerint, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant: & quod secus factum fuerit, omni careat
c firmitate. ¶ Quodque in causis criminalibus,siue maleficijs, ante sententiarum prolationem, processus circundari facere nullatenus præsumant, sed causas ipsas,prout iustum fuerit,per diffinitiuas sententias faciant terminari: & nihilominus Gubernatoribus,& thesaurarijs prouinciarum prædictarum eadem auctoritate districte iniungatis,vt omnes, & singulas supplicationes,in quibus & delictum,& pœna, in qua delinquens persona ex forma constitutionum, vel statutorum venit condemnanda, exprimitur,necnon gratiam per Gubernatores,& thesaurarios factam in Libro speciali faciant registrari: in fine vero officij talem librum ad cameram apostolicam in dilate per fidelem nuncium mittere teneantur. Volemus etiam, atque mandamus, quòd officiales nostri prædicti infra tempus per statuta, seu iura muncipalia limitatum, eorum sententias executioni debitæ omnino demandare teneantur,sub pœnis nostro arbitrio statuendis: Vbi autem tempus prædictum per statutum limitatum non foret, vestro iudicio limi-
d tetur, d & pœna contrafacientibus imponatur: quæ omnia (sicut præfertur) per vos iniungenda, Gubernatores, thesaurarij, & officiales ante dicti, & futuri etiam pro tpe in eorũ officijs successores sub eisdem pœnis inuiolabiliter obseruare in perpetuũ teneantur. Et qm̃ camera apostolica supra dicta in nonnullis ciuitatibus, terris,& locis nostræ ditioni subiectis pro refectione murorum, fontium, & viarum, ac aliorum similium pro eorum cõseruatione multas pecunias soluere consueuit: volumus, q̃ thesaurarij nostri ad illarum solutionem, nisi actualiter exponantur, & ea fiant, ad quæ ordinata sunt, nullatenus teneantur: vosq; etiam illa officia,quæ à dicta camera salaria recipiunt, & necessaria non existunt,eadem auctoritote supprimere,& extinguere procuretis, ne camera ipsa absq; necessitate sustineat detrimentum. Sic igitur ex traditis à domino virtutibus in exequendis nostris mandatis huiusmodi, vos exercere studeatis, q̃ vltra bonorum operum vestrorũ laudem, nostram, & apostolicæ sedis benedictionem,& gratiam vberius mereamini. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ M CCCC LXXVII. XI. kalendas Iulij, Pontificatus nostri anno sexto.

Et quia dictas ordinationes,& decreta huiusmodi, prout iacent,vsu,& necessitate ipsius prouinciæ,aliter (vt facile credendum est) exigentibus, non seruari: sed passim iuxta qualitates personarum, & delictorum,ac facultates, compositiones fieri supplicantium,pro arbitrio rectoris,& thesaurarij pro tempore moderari, & taxari,prout in contingentia facti,vsu,& experientia testantibus, in præteritum obseruatũ vidimus:& nos quoque habita in dictis compositionibus deliberatione matura, seruauimus. Propterea eidem consuetudini inherentes, vt retro actis temporibus extitit obseruatum, in futurum decernimus obseruari: habito tamen semper,vt antea, thesaurarij consensu.

GLO.

GLO. CAP. XIII.

a SIXTVS] huius nominis Quartus Ligur, Franciscus de Ruere vocabatur,patria Sauonensis,generalis fuit fratrum Minorum conuentualium, in theologica facultate peritissimus.Sauone (dũ ibi pro Rep. Ianuensi ego Magistratu fungerer) tria memoria digna ab eo cõstrui mandata comperi. Montem pietatis ab ipso ibi erectum quindecim milliũ scutorum pro egentium subuẽtione, cuius administratiõ ad loci communitatem spectat.Capellam Virgini dicatam, quæ Sixti capella vocatur,vbi in die Sabbati preces quædam decantantur. Et musicalem harmoniam in ecclesia cathedrali. Addidit & Iulius secundus Sixti nepos ex fratre celeberrimam ecclesiá,quę nunc in arce inclusa est adillius ciuitatis tutationem fabricata,& palatium insignis structure.

SVMMARIVM.

1 *Syndicus vnde dicatur.*
2 *Qui illum constituere possint.*
3 *Si dicatur,Canonici constituunt syndicum,non sufficit.*
4 *Idem si diceretur conuocatis decurionibus.*

b SYNDICOS] Syndicus †dicitur, quia dicat
1 simul causas singulorum de vniuersitate, gl. est in §.fi.verb.velit, inst. de cura. & gl. in l.1.§. quibus, verb. syndicum, ff.quod cuiusq; vn.no. Bal.consi.93. lib.2.Spec.tit.de synd. Et ab vniuersitate † so'ent constitui,collegio,vel communitate, Dec.consi.221. & consi.297. & tunc satis est, q̃ constituantur à consiliarijs, non autem à prioribus ipsam communitatem representantibus, Alex. consi.40. lib.7. & huiusmodi syndici vniuersitatum habẽt liberam administrationem sicut tutores.l.iusiurandum & ad pecunias.§.defensor per glo.ibi & Scrib.ff.de iureiu. Alex,cõs. 22.col.3.lib.1.Capy.decis.5.Hinc est,q̃ si in in-
3 strumento diceretur,q̃ Canonici † talis ecclesiæ constituerunt talem syndicum,non probatur, q̃ fuerit maior pars canonicorum, nisi in instrumento ita enuntietur, quia illa verba in duobus verificari possunt,Alex.consi.112.num.6.lib.7. Cano. in c. quanto,de his quæ fiunt à Præl. Affl. decis.245.nu.10.Hinc etiam dixit Bar.in l.fi.C. de præd.cur. lib.10. q̃ non sufficit, q̃ in instru-
4 mento dicatur conuocatis † decurionibus, nisi dicatur,q̃ interfuerunt duæ partes ex tribus.l.nominationum.C.de decur.lib.10.Alex.cõsi.195. nu.4.lib.7.

SVMMARIVM.

1 *Clausula decreti irritantis cuius virtutis.*

c FIRMITATE] † clausula hæc decreti irri-
1 tantis operatur, q̃ si contrarium fiat, pro infecto habetur.c.ad petitionem,de accus.Rom. consi.334.col.1.Abb.in c.audita nu.13. de rest. spol.Soc.consi.150.nu.29.lib.1. à quibus limitationem colliges,gl.in clem.1.de immu.eccle.facit.l.1.ibi nullius momenti.ff.de fer.doct. in c. dilecto, per illum tex. de præb. Rebuf. in conc. fran.tit.de fir.& irreuo.conc.stab.§.1. Et not. q̃ hæc clausula irritans iudicem ignorantem etiam afficit,c.dudum.c.pen.de præb. in 6.Abb.Fel. & Dec.in c.cæterum de rescr.Rot.Pedem. decis.5. nu.2.&3.

d LIMITETVR] Qui pro tempore in prouincia Marchiæ Legati fuere, assignarunt terminum vnius mensis locorum iudicibus ad exequendas sententias criminales pecuniarias. Demum Pius Quartus March.æ communitates priuauit pœnis maleficiorum pecuniarijs & confiscationibus,& applicauit immediatè Ca.Apost. vt legitur in eius motu proprio desuper confecto,vt videbis in Bullario. Iudicumq; emolumẽta ex dictis pœnis incamerandis reduxit ad decem pro centenario. Hoc forsan factum fuisse, quia communitates faciles erant ad condonandum pœnas reis, vt sic audaciores fierent homines ad delinquendum, inquit Arist. lib.5. eth. c. 5. q̃ delinquentium scelera ex æquilibrio iuxta mẽsuram & criminis qualitatem punienda sunt, exacte proportione obseruata, alioquin maximam præstaret delinquendi occasionem.

QVALITER PROCEDATVR contra offendentes Marchionem, rectorem, thesaurarium, & concitantes terras ad rumorem. Cap. XIIII.

Idem repetit infrà lib.4. cap.46.



OANNES Episcopus seruus seruorum Dei,ad perpetuam rei memoriam. Dierum crescẽte malitia, sicut vidimus mundum in deteriora iugiter prolabi, sic homines mente assueta(deprauante nequitia malorum)passim cumulum superare: vt & boni,qui aliâs non auderent virtutis amore delinquere, interdum peruersis admixti concurrere cum illis licite habeant,& in apertam malitiam prosilire. Est igitur compescenda malorum audacia, vt saltim pœnæ formidine retrahantur à noxijs. Sicq; boni sectando virtutem meliores effecti, non cogantur perire cum illis. Sane vulgaris famæ notorium publicat, & longe,lateq;,ipsa iniuriosa transgressus eui

dentia

dentia manifestat, q̃ nonnulli de Marchiæ Anconitanæ prouincia nobis, & Ecclesiæ Romanæ subiecta, nedum olim temporibus diuersorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum gressus fidelitatis egressi declinarunt ad infidelitatis reprobæ deuiatum: sed & diebus non longe præteritis contra nos, & eandem Ecclesiam, ac dilectum filium Amelium præpositum Bellimontis cappellanũ nostrum, prouinciæ memoratæ rectorem, ceruicem rebellionis erigere præsumpserunt: & in quosdam officiales, & familiares suos crudeliter sæuientes, post graues illatas iniurias, & probrosas contumelias irrogatas eisdem, & post bona ipsorum violenta de prædatione subtracta, eos cruentæ mortis supplicijs in ore gladij tradiderunt. Inter quos pars fuisse non modica, cui mens sanior inerat, & tantæ temeritatis egressus non leuiter displicebat, sed habuerunt vel inuiti furori confusæ multitudinis cedere, dum illis nequierunt conatibus obuiate. Nos igitur, vt mali pœnarum impositionibus grauium perterriti, vereantur in antea in consimilis erroris vim relabi, ac boni persistentes in firma fidelitate constanter, non habeant propter illorum claudicare perfidiam, remedijs quibus possumus, prouocare volentes, & animarum saluti, dictæq; prouinciæ pacifico statui paternis affectibus prouidere cupiẽtes, de fratrum nostrorum consilio hac perpetuò valitura constitutione sancimus, vt quicunque in prouincia ipsa moram trahens, clericus, vel laicus famæ suæ prodigus, ipsius Ecclesiæ calcata reuerentia, in hoc sceleris genus irrepserit, q̃ rectorem, qui pro tempore regimini dictæ prouinciæ in spiritualibus auctoritate apostolica præsederit, vel ipsorum aliquem, aut eorum, vel alicuius ipsorum vicarium, seu vicarios, iudicem, vel iudices, vel ipsius prouinciæ thesaurarios, aut Locumtenentem eiusdem (quod absit) occiderit, aut offendendo illum, vel illos insecutus extiterit, ceperit, captiuauerit, detinuerit, pecusserit, aut etiam vulnerauerit, vel ipsorum aliquem, vel alios in locum, vbi moram traxerit, insultum fecerit: aut ipsum, vel ipsos obsederit, siue de suo regimine, vel officio forsan expulerit, vel fugauerit, vel socius fuerit facientis, aut illum, vel illos bonis aliquibus spoliauerit, vel prouinciæ supra dictæ, aut alicuius ciuitatis, castri, vel loci, de prouincia ipsa populum, vel vniuersitatem, aut aliquos ex eis, vel quosuis alios de prouincia ipso duce, contra nos, & præfatam Ecclesiam, seu rectorem, officialem, & Locumtenentem prædictos, vel ipsorum aliquem ad seditionem quomodolibet excitabit: ac rebellionem, seu conspirationem per se, vel alium, seu alios facere, vel procurare præsumpserit: siue ipsorum aliquem, vel ad id dederit auxilium, consilium, vel fauorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè: cuiuscunq; conditionis, aut ordinis, dignitatis, aut status ecclesiastici, vel mundani fuerit, etiam si patriarchali, vel archiepiscopali, seu episcopali, vel superiori præfulgeat dignitate, perpetuo sit infamis, vt nec ad testimonium, vel alios actus legitimos admittatur: sit intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem, nec ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato vocetur. Nullus ei super quocunque negocio respondere, sed ipse alijs respondere teneatur: nec quæuis causæ ad audientiam perferantur illius: nec valeant eius sententiæ, vel processus: nullus ei in quacunq; causa, vel negocio patrocinium præstare præsumat: nec ipse ad patrocinium alicuius admittatur. Instrumenta cõfecta per eum, si forte tabellionatus officiũ exerceat, nullam habeant firmitatem, sed potius cum auctore damnato damnentur: dignitatibus personalibus, officijs, vel beneficijs ecclesiasticis, vel mundanis, quæ obtineret, quandocunq;, & quocunq; nomine censeantur, sit eo ipso priuatus, & inhabilis, & indignus ad quælibet alia in posterum obtinenda: filij eius ad nullos honores ecclesiasticos, vel mundanos, ad nullam dignitatem, vel beneficia ecclesiastica, aut officia publica quomodolibet admittantur: libertatibus, & immunitatibus realibus, & personalibus, priuilegijs, & indulgentijs quibuscunq; sub quacunq; forma verborum ab apostolica sede sibi concessis, ex tunc penitus careant. Vasalli, & homines à iuramẽto fidelitatis, & alia quauis obligatione, quibus tenerẽtur, ijsdem sint penitus absoluti. Feuda quoq;, iura, honores, & alia quæcunq; officia, bona immobilia,

mobilia, quæ in dicta prouincia Marchiæ, & alibi, ubicunq; a prædicta Romana Ecclesia obtinerent, sint eo ipso penitus confiscata: alijs vero feudis, iuribus, honoribus, officijs, & bonis immobilib⁹ quibuscunq; alijs ecclesiasticis, quæ tenerent, sint eo ipso ptiuati, quæ sic ad easdem ecclesias libere reuertantur, q̃ de illis earum rectores pro sua voluntate disponant. Mobilia vero bona ipsis concedimus fidelibus occupanda: illud nihilominus adijcientes nostræ huiusmodi sanctioni, vt sic delinquentes, excomunicationis sententiæ, vniuersitas vero, seu communitas, quæ deliquerit in prædictis, eiusq; territorium, & districtus, interdicto ecclesiastico subiaceat ipso facto. à qua quidem excommunicationis sententia nullus ab alio, q̃ à Romano Pontifice possit absolutionis beneficiũ obtinere, nisi dũtaxat in mortis articulo cõstitutus. Per hoc autem nõ adimimus singularibus potestatibus facultatem vtendi legibus aduersus sic delinquẽtes, quas catholici Principes ediderunt. Dignum est enim, vt quos timor Dei à malo non reuocat, pœna mali in eos adiecta compescat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Auinione octauo kal. Septembris, Pont. nostri anno tertio.

DE NON FACIENDO CAVALcatam, vel etiam cursu sine licentia rectoris, & non expellendo aliquem de terra propria. Cap. XV.

Idem repetit infrà lib. 4. cap. 41.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei. Ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorum. Ad hoc dignoscitur media inter discordes iustitia constituta, vt nemo dicere sibi ius audeat, nemo ipsius iustitiæ transgredi limites inordinata voluntate præsumat: sed quod sibi credit alter aduersus alterum forte competere, coram iudice iustitia mediante prosequatur. Nouimus enim, q̃ dierum crescente malitia, sit assueta nequitia malorum, mentes hominum deprauare: quod in apertam prosilire violentiam non timentes, sæpius alter insurgit in alterum: & alius quod aduersus alium existimat se fortassis habere, vijs pacificis, & iuris ordine pretermissis, violentis conatibus obtinere præsumit. Inter alios vero, qui ad hoc feruenter inducuntur indomita voluntate, nonnulli de nostra Marchiæ Anconæ prouincia ad huiusmodi prosilire conatus per motus effrenos, & agiles non verentes, ipsius prouinciæ statum sæpe turbant pacificum, periculis in ea, nõ absq; dispendijs animarum, fidelium stragibus, & bonorum detrimentis, iniurijs, scandalis suscitatis. Nos igitur, qui prouinciam ipsam quadam singulari affectione diligimus, & tanquam recreationis nostræ pomœrium, paternæ benignitatis oculis intuemur, cupientes in illa (turbationibus, & scandalis quibuscunque remedij nostri appositione subductis) bonũ pacis, & concordiæ non lædatur: ac debitum, & congruum reputantes, vt talium sic compescatur audacia, q̃ à violentijs retrahantur: vniuersis, & singulis tam laicis, q̃ clericis cuiuscunq; status, ordinis, vel dignitatis existant, comitibus quoq;, baronibus, potestatibus, capitaneis, & alijs quibuscunq; officialibus, & inferioribus gradibus positis: necnon communitatibus, ac vniuersitatibus ciuitatum, terrarum, castrorum, & aliorum quoruncũq; locorum in prædicta prouincia cõsistentium, auctoritate præsentium districtius inhibemus, & mandamus expresse, ne ipsorum aliquis contra alium sibi ius dicere, aut guerram, vel exercitum, seu caualcatam (nisi de licentia rectoris prouinciæ supradictæ) per se, vel alios facere, vel mouere per hostiles incursus, seu violentias occupare, inuadere, vel etiam retinere, seu aliquem de domo propria, seu ciuitate, castro, vel loco expellere, capere, seu tenere, siue ad vindictam, vel vltionem aliquam prosilire quauis causa, vel occasione præsumat: sed quilibet ius suum per viam iustitiæ coram cõpetenti iudice prosequatur. Nos enim omnes, & singulos tam clericos, quàm laicos contra inhibitionem, & mandatum huiusmodi,

iusmodi (postquam illa ad notitiam peruenerint eorundem, vel per eos steterit, quominus potuerit peruenire) facientes, (nisi in casibus à iure permissis) sententiam excommunicationis: & insuper eosdem clericos suspensionis pœnam incurrere, ac prædictorum castra, terras, loca, & communitates, & vniuersitates prædictorum, si contra huiusmodi inhibitionem, & mandatum nostrum venire presumpserint, ac dictorum clericorum ecclesias (qui facere contra prædicta forsitan attentabunt) interdicto ecclesiastico subiacere volumus ipso facto: omnesq; prædictos, & singulos omnibus priuilegijs, indulgentijs, gratijs, libertatibus, & immunitatibus realibus, & personalibus, feudis, locationibus, bonis, iuribus, & honoribus, officijs, & quibuscunq; cõcessionibus, quæ à Romana Ecclesia, & à quibuscunq; alijs ecclesiasticis obtinere noscuntur, eo ipso fore priuatos: & nihilominus omnes, & singulos comites, barones, nobiles, potestates, capitaneos, officiales, ac communitates prædictas mille marcarum argenti, vnamquamque personarum ipsarum, quæ contra inhibitionem, & mandatum ipsorum facere, vel venire præsumant, ducentorum florenorum auri, quam eo ipso incurrant, pœna mulctamus. Contra clericos prædictos ad priuationem omnium beneficiorum ecclesiasticorũ, dignitatum, personatuum, & officiorum cum cura, vel sine cura, quæ forsitan obtinerent, ac reddimus eos inhabiles, & indignos ad ea, & quælibet alia in posterum obtinenda. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, voluntatis, priuationis, & mulctationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione decimo kalendas Ianuarij, Pontificatus nostri anno sexto.

DE RECTORE, NE PRO-rumpat contra thesaurarium ad violentias. Cap. XVI.

a BENEDICTVS[a] Episcopus seruus seruorum Dei, ad futuram rei memoriam. Molesta nobis multorum relatione ad nostrum peruenit auditum, quòd nonnulli rectores prouintiarum, ciuitatum, atque terrarum ad Romanam Ecclesiam immediatè spectantium, fines suos excedentes, frequenter à thesaurarijs prouinciarum ipsarum, vltra stipendia eis constituta, pecunias de bonis, & iuribus ad eandem ecclesiam pertinentes, ac alias ad ipsam ecclesiam spectantes, recipere, exigere, ac extorquere per violentiam sunt conati: quodque thesaurarios ipsos, si eorundem rectorum non satisfecerint voluntati, iniurijs, contumelijs, & interdum vlterius prorumpentes, carceribus manciparunt, non sine graui contumelia, in prẽiudicium Ecclesiæ memoratæ huiusmodi, atque rectorum ipsorum in coercenda in hac parte temeritatis audacia intendẽtes, omnibus, & singulis rectoribus b ipsis præsentibus, & futuris inhibemus, ne per se, vel per alium, seu alios directè, vel indirectè, publicè, vel occultè talia de cætero attẽtare aut ipsis thesaurarijs (in quos nullam iurisdictionem habere certum est) in eorumq; notarijs, & familiaribus ex quibusuis causis, seu occasionibus iniurias irrogare præsumant. Contrarium vero præsumentes, excommunicationis sententia innodamus, & officijs, quæ exercẽt, priuatos volumus esse ipso facto, res enim pernicioſi admodũ est exempli, c si hi qui ad corrigendã iniustam vitam aliorum positi sunt, ac virtuosis operib⁹ viuendi normam debent alijs demonstrare, vitiorum (actionum suarum exemplo) incentiuum præberent alijs delinquendi. Nulli ergo omni no hominum liceat hanc paginam nostræ intentionis, inhibitionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare forte præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum apud Villam

Villam Nouã Auinionensis diœcesis octauo Idus Maij, Pont. nostri anno decimo.

GLO. CAP. XVI.

a BENEDICTVS] huius nominis Duodecimus Tolosas, sedit Auinione, vocatus Iacobus tit. sanctæ Priscæ presbiter Cardinalis, qui successit Ioanni XXIII. vt narrat Platina in eius vita.

b RECTORIBVS] mandat rectoribus prouinciæ, ne iniurijs afficiãt thesaurarium, qui ab illius iurisdictione exemptus est. Et præclare Isocrates Nicoclem Regem admonet, vt mitis sit. Nam potissimum est (inquit) ipsum rerum punctum attingere. Hinc elegans apud græcos senarius.
Ne quempiam punito, nisi rem expenderis.
Aristoteles quoq; lib. 2. eth. hanc benignitatem comendat. Nos (inquit) interdum homines eos, qui minus succenseant (quàm deceat) laudamus, clementesq; appellamus.

c EXEMPLI] Apost. dicebat. Castigo corpus meum, & in seruitutẽ redigo, ne cum alijs prædicauerim, ego reprobus efficiar. quod exemplum ob oculos habere debent prouinciarum Moderatores. Quid à iusdicente obseruandum sit, explicat Calistratus, in l. obseruandum. ff. de off. præsid. & latè prosequitur Foller. in sua praxi. crim. in proœ. Et inquiebat Cicero in Salustium. Carere debet omni vitio, qui paratus est in alium dicere.

DE PROCESSIBVS FACTIS propter census non solutos, siue affictus, vt non tollantur, nisi vocato thesaurario. Cap. XVII.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Multorum sepe relatio nostrum pulsauit auditum, q; rectores prouinciarum, ciuitatum, castrorum, terrarum, & aliorum locorum, ad nos, & ad Ecclesiam Romanam spectantium (dum pro recuperandis, & exigendis censibus, a & alijs iuribus eidem Ecclesiæ debitis) contra communitates, seu vniuersitates, & singulares personas ciuitatum, terrarum, & aliorum locorum subditorum eidem, aliquos temporaliter, seu spiritualiter formari, seu fabricari faciũt processus, rectores ijdem ad suspensionem, seu relaxationẽ processuum huiusmodi, non satisfactis de huiusmodi censibus, & iuribus eiusdem Ecclesiæ, sine consensu, & conscientia thesaurariorum prouinciarum, ciuitatum, castrorum, locorum, & terrarum ipsarum, pro eadem Ecclesia (quorum intererat de ipsa habere notitiam) pro cesserunt in graue præiudicium Ecclesiæ. Volentes itaque indemnitati iurium in hac parte ipsius Ecclesiæ prouidere, vniuersis, & singulis rectoribus prouinciarum, ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorũ ipsi Ecclesiæ pertinentium, præsentibus, & futuris auctoritate apostolica districtius inhibemus, ne processus aliquos spirituales, vel temporales, per eos, vel quemlibet eorum habitos, vel habendos, pro exigendis, & recolligendis, ac recuperandis huiusmodi censibus, & alijs quibuscunq; iuribus Ecclesiæ memoratæ, nisi vocatis thesaurarijs ipsarum prouinciarum, qui pro tempore fuerint, suspendere, relaxare, cassare, aut annullare præsumant: suspensiones, relaxationes, cassationes, & cancellationes (si quas contra inhibitionem nostram fieri contigerit) decernentes irritas, & inanes. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum.
Datum apud Villam Nouam Auinionensis diœcesis pridie kal. Iunij. Pontificatus nostri anno primo.

VERVM nos Rodulphus Pius Cardinalis de Carpo, qui supra Legatus, pro exactione huiusmodi censuum, & affictuum, comperimus aliâs varijs modis prouisum ex additionibus Gabrielis per cõstitutionem sub rubrica. De executoribus mittendis pro censibus, & cætera, prout infra immediatè.

GLO. CAP. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Census pro tributo accipitur.*
2 *De annuis reditibus quædam utilia, et sic de censu moderno.*

a 1 GENSIBVS] census † ad propositũ nostrũ pro tributo accipitur, tex. in l.2.C. in.cens. uel reliq. & Math. c.22. scriptum est, Licet censum dare Cęsari an nõ? Et sic cẽsus appellatur quicquid alteri datur in signum, & recognitionem subiectionis, iurisdictionis, & imperij, aut dominij.

2 Annui † reditus perpetui, qui in pecunia soluẽdi frequenter constituuntur, uulgo cẽsus appellantur, de quibus pauca quædã scribere cõstituti. Est igitur sciendum, ꝙ talem censum cum quibusdã insertis conditionibus probarunt Mart. V. & Calist. III. ut patet in tit. de emp. & uend. extrauag. 1. & 2. in cõmunibus. & Paulus. III. supplicatione. D. Io. Baptistæ Ciappardelli aduocati Maceratẽsis Picentibus concesit secundum præfatas Mart. & Calis. cõstitutiones. Tres principales cõditiones sunt, ut interueniat iustum pretium, ꝙ reditus iste reguletur à rerum qualitate, & temporum conditione. Quæ ansam præbuerũt multis perquirendi, quod dicatur iustum pretium annui reditus, & istius moderni census, & Didacus recent. ultimus, lib.3. resol. c.9. nu.5. hoc in uestigans, imprimis dixit, ꝙ in his reditibus per petuis iustũ pretium est 20. pro uno, & sic quinque pro 100. arg. glo. in auth. perpetua. C. de sacrosan. eccle. ubi Saly. q. pen. quæ opinio uidetur communis secundum Tiraq. de retract. proxim. §.1. glo.6. nu.19. quandoq; iustum pretium est, quantum ascendit cumulus portionum 15. annorum. l. si quis argẽtum. §. sin autem donator. C. de dona. demum dicit, ꝙ tutius uidetur, ut in his reditibus perpetuo constituendis quantum ad iustam eorum æstimationem necessariò obseruanda sit prouinciæ consuetudo, ipsaq; communis hominum æstimatio, quæ cuiuslibet rei iustum pretium uerè definire solet. l. prætia. ff. ad l. falc. Rip. respon. lib.1. c.19. dicit, ꝙ cum hoc dubiũ sit, spectat ad Principem illius taxatio, propter quas uarietates, & huius taxationis incertitudinem Tiraq. in loco iam citato post multa relata in fin. d. glo.6. asserit, ꝙ ipse ab huiusmodi cõtractibus abstinuit, & consuluit, amicos abstinere. Mihi tamen multum placet Inn. sentẽtia in c. in ciuitate, de usur. uolentis censum regulari à fructibus rei, super qua census ille est constitutus, interueniente uero rei ualore, quem Mod. sequuntur in tract. usur. q.5. Non omitto, ꝙ Neoterici quidam iniecerunt scrupum in re, uolẽtes ꝙ census in persona constitui posit, & ꝙ rebus peremptis nihilominus debeatur, ut legere poteris apud Didac. libr.3. resol. c.7. quod ut tolleret Mod. Pon. Pius. V. animarum zelator, declarauit, ꝙ census posit solum constitui in re certa immobili, uel habente immobilis naturam, & illa peremptа pereat cẽsus, quibusdã etiã alijs additis conditionibus obseruandis in horum censuum perpetuorum cõstitutione. Illud uerũ est, ꝙ nemo horum Pontificum taxauit quantitatem census, & hoc ideo est, propter incertitudinem redituum, & rerum uariabilem ualorem, sed credendum est ꝙ cuiuslibet conscientiæ reliquerit, ut seipsum ęstimet, quantus sit, & quàm graue sit, fratrem suum in negotio circũuenire, & quia dificile sit, imo periculosum hac taxatione usuram paleare. Ille autem (meo consilio) in foro conscientiæ tutus erit, qui ab huiusmodi cõtractibus abstinuerit. Est uerum, ꝙ Alcia. cumulatę uirtutis uir in l. cum stipulati. ff. de verb. obl. dicit, in septem casibus illas constitutiones procedere posse, quas ibi seriatim refert, & inter cæteros ille uidetur extra dubium de quinque pro 100. Ego (ut dixi) mallo abstineri, quàm quid agendum aliter consulere.

DE EXECVTORIBVS mittendis pro censibus, & affictibus: & de modo seruando in mittendo. Cap. XVIII.

ITEM ne propter cẽsus, & affictus summatur aliqua occasio mittẽdi executores, statuimus, & ordinamus, ꝙ potestates, vicarij, ac priores, antiani, & consules ciuitatum, castrorum, terrarum, & locorum quoruncunq; Romanæ Ecclesiæ per legationem nostrã teneantur exigere censum, & affictum,[a] ac talleas,[b] necnon firmantias, focularias debitas cameræ apostolicæ per ciuitatem, terram, castrum, seu locum, cui præsunt, & etiam soluere ante finem termini, in quo debet solui census, & affictus, ac tallea, firmantia, focularia, & annata, siue arminia prædicta thesaurario illius prouinciæ, in qua erit facienda talis solutio. Si uero prædicti fuerint negligentes in exigendo, & soluendo censum, & affictũ, ac talleas, firmantias, focularias, arminias prędictas in termino supra dicto, & etiam per octo dies sequentes finem dicti termini, tunc elapso termino dictorum octo dierum, potestates, & capitaneos præ dictos incurrere volumus ipso facto pœnam tertiæ partis salarij eorundem, & priores, consules, seu antiani tertiam partem quantitatis prædictarũ talleæ, census, & affictus, & aliorum supra dictorum: & si demum per alios octo dies immediatè sequentes, præfati potestates, vicarij, capitanei, consules, antiani, seu priores, negligentes extiterint in executione, & solutione, prædicti tales potestates, vicarij, seu capitanei, ipso facto incurrant alterius tertiæ partia pœnam eius, ad qđ ascendunt talleæ, census, & affictus, & alia prędicta, & si dicti potestates, capitanei, vicarij, consules, & priores, & antiani per alios octo dies supra dictorum sexdecim immediatè sequentes, negligentes fuerint in executione, & solutione prędictis, tunc, & eo casu priuati sint, & esse intelligantur toto salario regiminis eorundem: & ipsi priores, antiani, & consules incidant in pœnam dupli eius, qđ ascendunt census, & affictus, tallea, firmantia, & focularia prædicta, & prædictæ pœnæ applicẽtur Cameræ Apostolicæ in prouincia illa sine aliqua sententia, siue declaratione quacunq;, & isto casu post dictos tres terminos sic elapsos, mitti possit executor pro censu, & affictu, & alijs prædictis non solutis, expensis ipsorum officialium sic negligentium ad exactionem, & solutionẽ prædictas. Si vero executor mittatur pro Camera ad exactionem alicuius condemnationis pecuniariæ, seu pro incorporando, vel adipiscendo aliqua bona confiscata, (vel alia iusta de causa) pro vtilitate cameræ, de consensu rectorum in eo casu soluatur per thesaurariũ dicto executori de pecunia Cameræ. Volumus tamen, & etiam ordinamus, ꝙ pro eadem causa ad eundem locum plures executores eodem tempore mitti non possint, pœna quingentorum florenorum rectori, & thesaurario vice qualibet contrafacientibus, & ꝙ nullus familiaris dictorum rectoris, & thesaurarij, iudicum, seu officialium, seu alicuius aduocati generalis curiæ, in executorem (sub pœna prædicta) mittatur: adijcientes, ꝙ omnes executiones eis commissas faciendas, se, & eorum nomina, ac causas propter quas, & loca, ad quæ mittuntur, ac diem arreptionis itineris, & reuersionis eorundem in registris, seu libris thesaurarij teneantur mentionem facere de prędictis, pœna quinquaginta librarum executori cuilibet contrafacienti. In nullo alio vero casu volumus, & statuimus, ꝙ executor mittatur sub pœna mille florenorum auri Cameræ Apostolicæ applicandorum, rectori, & thesaurario cuiuslibet prouinciæ vice qualibet contrafacientibus: quam pœnam quemlibet ipsorum toties, quoties cõtrafactum fuerit, ipsos incurrere volumus ipso facto: & cum in facto proprio sit culpabilis ignorãtia: dictamq; cõstitutionem retroactis annis, ac etiam de præsenti, iuxtà ipsius continentiam, & tenorem, firmiter vsu minime seruari: quinimo potius, experientia testante, in contingentia facti transmitti executores pro exigendis censibus, & affictibus huiusmodi, pariter & pro exigendis cõdemnationibus Camerę, tum capitalibus, tum pecuniarijs ad loca prouinciæ accedere Marescallũ dictæ prouinciæ, seu eius Vicemarescallum, & officiales ipsius. Quorũ abusui, & corruptelæ occurrere volentes, statuimus, & ordinamus, ꝙ quoties contigerit pro dictis exactionibus transmitti, si fuerit Marescallus pro capitali condemnatione, prout hactenus, habeat vnum scutum. Si vero eius Vicemarescallus habeat dimidium, in pecuniarijs vero percipiat quilibet executor carlenos quatuor, & omnibus dictis casibus sine aliquibus expensis, iuxtà constitutionem sub rubrica de Marescallo,[c] quam constitutionem in reliquis uti rationabilem, & honestã obseruari volumus, & mandamus, prout in ciuilibus passim seruatur.

c

GLO. CAP. XVIII.

a AFFICTVM] dictum ex re, & non occasione rei, nec propter rem, glo. est not. in l. liber homo. 2. ff. de verb. ob. & not. in l. ꝙ procurator, la piccola. ff. de procur. & quomodo probetur concessio ad affictum, docet Alex. cons. 102. nu.8. lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Tallea angariæ species.*
2 *Tria fuerunt pensitationum genera.*

b 1 TALEAS] Angariæ † species est tallea quæ non solet imponi subditis nisi ex consuetudine, vel pacto, Bal. in l. hi quibus. C. de fid. libert. & respondit Aym. consil. 205. dub. 5. ꝙ tallearum onus spectat ad illum, qui fructus percipit l. apud Iulianum. §. hęres. ff. de leg. j. Et not.

2 tria † fuisse pensitationum genera, ex quibus ęrarium Reip. Rom. constabat, Canonem, Oblationem, & Indictionẽ, in canonẽ censentur ea, quæ diademati Principis ita adherent, vt ordinarij reditus ęstimẽtur, qualia sunt portoria, vectigalia, possessiones, ac prędia: decima precij, quo res omnes venduntur, omniaq; alia in fiscum quo-

quo

quo iure ordinario cedentia. Oblatio dicitur, quicquid a popularibus ipsi Principi defertur, vt auxilia in totius Regni conuentu promissa, hęc vulgo seruitia nuncupãtur. Tertium genus indictio appellatur, & significat collectam, siue id quod Princeps proprio ædicto (certam numorum summam indicendo) populis imperat, hæc vero quandoq; augentur superindictionibus, si publica id suadeat vtilitas, vel necessitas. l. j. C. de indic. & l. vna. C. de superind. l. indictiones. C. de anno. & trib. lib. 10.

c MARESCALLO] vt habes infrà lib. 2. cap. 10.

DE LOCATIONIBVS, arrendationibus, & custodia prouentuum, de compositionibus faciendis. Item de rectore, & thesaurario, vt habeant puras manus, & abstineant ab inhonestis lucris, & negociationibus. Cap. XIX.

BENEDICTVS Episcopus seruus seruorũ dei ad perpetuam rei memoriam. Inter multas solicitudines nobis, & Apostolicę Sedis officio incũbentes, ad hoc libenter intendimus, & efficacem (quantum cum Deo possumus) operam adhibemus, vt in terris, & prouincijs nobis, & Ecclesiæ Romanæ immediatè subiectis, regnet iustitia,[a] rationis æquitas vigeat, quibusuis fraudibus, & malitijs relegatis. Sane, quia (sicut sæpe probatum extitit ad nostri apostolatus auditum) inter rectores, & thesaurarios in eisdem terris, & prouincijs per Sedem Apostolicã deputatos ratione, vel occasione reddituum, & prouentuum ad eandẽ Romanam Ecclesiam in eis terris, & prouincijs spectandorum, plerunq; contentiones, dissensiones, & æmulationes non sine scandalis, & dispendijs suscitari contingit: nos his obuiare, ac nostris, & eiusdem Ecclesiæ prouidere (circa hæc) indemnitatibus cupiẽtes, ordinationes infrascriptas (deliberatione matura p̃uia) faciendas, prouidimus, quas irrefragabiliter in eisdem terris, & prouincijs volumus, & præcipimus in posterum obseruari. Imprimis quidem ordinamus, q̃ redb dituum,[b] & prouentuum prædictorum arc rendationes,[c] & firmæ annis singulis fiant temporibus debitis per rectorem, & thesaurarium cuiuslibet prouinciæ: simul, & concorditer pręcedentibus legitimis subhastationibus (vt est moris) quodq́ue sine fraude cõcedantur huiusmodi arrendationes, & firmæ personis idoneis, & fidelibus plus offerentibus: non tamen fratribus, nepotibus, consanguineis, & familiaribus rectoris, vel thesaurarij supradictorum, ne (per tales forsan) subditos plus debito grauari contingat. Illi autem, quibus (vt præmittitur) tradentur huiusmodi arrendationes, & firmæ, cautiones præstent idoneas, quibus se principaliter obligent pro omnibus, ad quæ possent principales teneri, siue ratione contractus, siue delicti, seu alia causa quacunq;. In præconizationibus vero, subhastationibus prædictorum, sub pœnis grauibus (de quibus rectori, & thesaurario prouinciæ videbitur expedire) q̃ nullus cuiuscunq; conditionis existat, aliquem, vel aliquos, qui prædictos redditus, & prouentus, vel ipsorum aliquos ad firmam, seu arrendationes recipere, & oblationes pro illis facere in subhastationibus antedictis voluerit, facto, vel verbo, per se, vel per alium, seu alios publicè, vel occultè impedire, minas eis inferre, vel eos offendere quoquomodo præsumant: & si forsan aliquis repertus fuerit temerarius eiusdem inhibitionis trasgressor, pœnis huiusmodi subijciatur: & aliâs inde (prout iustitia suaserit) puniatur. Item volumus, & ordinamus, q̃ Castellaniæ castrorum, & aliorum locorum ad nos, & ad Ecclesiam memoratam spectantium, quæ sub manu teneantur eiusdem Ecclesiæ, de quibus non esset expediens, q̃ traderentur ad firmam, per rectorem, & thesaurarium prouinciæ cuiuslibet simul, & concorditer viris idoneis, & fidelibus, quoties opportunum fuerit, commendentur, qui personas, & alias res secum ad custodiam deputandas sine fraude tenere debeant, quæ de fructibus, & prouentibus, & exinde venientibus, fidem, & rationem reddere Cameræ Apostolicæ teneantur. Super his autem tales sint personæ, quibus fient commendæ prædictæ, vt castra, loca, & huiusmodi cõmendæ de manibus ipsorum haberi, & recuperari possint liberè, quando, & quoties expedire rectori, & thesaurario videbitur, absq; cuiuscunq; difficultatis, & contradictionis obstaculo, tam per receptiones idonearũ
d cautionũ,[d] q̃ per cautelas sufficiẽtes: aliàs prouideant rector, & thesaurarius antedicti. Si vero aliter hmõi arrendationes, firmas, & cõmendas contigerit attentari, aut per rectorem, seu thesaurariũ (cuiusuis prouinciæ) fraus, vel dolus intrauerit sup his, hmõi arrẽdationes, firmę, & cõmendæ, robore careãt firmitatis: & nihilominus ille, vel illi ex eis, qui fraudẽ, vel dolum cõmiserint in hac parte, ad restitutionẽ damnorum, quibus Romana Ecclesia subiaceret, ppea sint astricti. Verũ cũ per illos, quibus castellaniæ prædictorũ locorũ, & castrorũ cõmendãtur, interdũ super mutatione seruientium stipẽdiariorũ, qui eis per curiam rectoris, vel thesaurarij, pro tutiori eorum studio deputantur, fraudes non parũ damnosæ prędictę cameræ sæpe (sicut asseritur) committuntur: ordinationi nostræ adijcimus, q̃ seruientes huiusmodi, postquàm per dictam curiam fuerint assignati mutari, & alij subrogari non possint absq; rectoris, & thesaurarij prouinciæ licentia speciali: siquidem de castris, & locis, quæ commendari cõsueuerunt, hactenus habeatur de singulis per rectorem, & thesaurarium, deliberatio prouida, & matura, vtrum ea, vel earum aliqua concedi ad firmam annualem expediat, vel in manu eiusdem ecclesiæ retineri personis idoneis commendanda: & si horum vltimum expedientius videatur, causas, & rationes, quibus mouebuntur super hoc, Cameræ prædictæ non differant (si finistrã cõtra se suspitionem vitare voluerint) intimare. Omnes autem firmas prædictas annuales esse debere intelligimus, & etiam commendas prædictas, nisi propter industriam, & fidelitatem aliquorum, quibus essent factæ prædictę commendæ: amplioris temporis spacio commendæ prorogentur eisdem. Rursus ordinamus, & volumus, q̃ in singulis terris, & prouincijs supra dictis, sit de cętero vnus fidelis notarius per nostrum, & Apostolicæ Sedis Camerarium deputandus, qui super dictis subhastationibus, oblationibus, firmis, commendis (vt supra, & infra scriptis) quoties oportunum fuerit, scripturas faciat publicas, vt de gestis circa præmissa, prædicta Camera valeat plenius ĩformari:

qui quidem notarius de suo super prædictis exercendo fideliter officio in manibus dicti Camerarij, vel alterius, cui ipse hoc committẽdum prouiderit, iuramentum præstabit: & deinde tanquam bonus notarius curiæ rectoris prouinciæ, notariatus officium cum emolumentorum perceptione inde sibi peruenientium, exercebit. Præterea ordinamus, & volumus, q̃ in singuli eisdem prouincijs, tres libri annis singulis habeantur, quorum vnum rector, alium vero thesaurarius, & tertium prędictus notarius teneant, & conseruent: in quibus quidem tribus libris, omnes, & singuli redditus, & prouentus ex quibuscunque causis, toto illo anno prouenientes, ad eandem Camerã per prefatum notarium scribantur fideliter, & distincte: ita q̃ in capite cuiuslibet septimanæ, præsente dicto notario super his, quæ illa septimana peruenerint de quibusuis redditibus, vel prouentibus, & his etiam, quæ illa septimana expensa fuerint, simul habeant conuenire. Omnia in dictis tribus libris fideliter, particulariter, & distincte, per dictum notarium conscribantur: & sic per totum annum facere teneantur, nisi forsan forent aliquoties legitimis impedimentis detenti: quibus cessantibus, vel subductis de septimana, vel septimanis, quas, vel quibus propter impedimentum huiusmodi computare (vt præmittitur) omisissent: de quibus septimanis per ordinem singulariter, & distinctè computent: & similiter in eisdem tribus libris scribantur per notarium ante dictum. Anno vero cõpleto rector, & thesaurarius totius anni recolligant eorundem, præsente notario, rationes: & eosdem tres libros per calculationẽ fidelem cõcordent: quibus sic actis, vnus de huiusmodi tribus libris scriptus per ipsum notarium de suo signo signatus, claususq; sigillis rectoris, & thesaurarij, ad prædictã Cameram transmittatur fideliter, eiq́ue infra duos menses à fine anni computandos prędicti, præsentetur, vt ipsa Camera videre possit plenius, & commodius quid, & qualiter actum circa premissa fuerit: & vtilius sit agendum. Hos nempe modum, & formam deinceps futuris temporibus volumus in eisdem terris, & prouincijs absque omissione, & transgressione qualibet ob-

seruari. Porrò, quia circa compositiones, & firmantias, quæ secundum morem, & consuetudinem illarum partium fieri solent, interdum fraudes, & malitiæ, in rei detrimentum publicę, & grauamen subditorum, & Cameræ præfatæ præiudicium, plerunque (vt asseritur) committuntur: nos ad euitandas fraudes, & tollendas malitias huiusmodi, volumus, & etiam ordinamus, ꝙ compositiones, & firmantiæ quoties de quibuscunq;, vel pro quibuscunq; causis fuerint faciendæ, per rectorem, & thesaurarium simul, & concorditer vocatis, & præsentibus iudicibus curię, vel vno ex eis, ac aliquibus alijs fidelibus, qui sciãt statum, ac qualitatem negociorum, super quibus erit compositio, vel firmantia facienda: habeantq; notitiam personarum, quas negocia ipsa tangerent, demum attentis circunstãtijs, & deliberatione pręhabita diligenti, fiant prædictæ compositiones, & firmantiæ in casibus debitis, & honestis. Sed antequam procedatur ad perfectionem ipsarum, illi, qui pro se, vel alijs habebunt componere, vel finire, præsentent ibidem ad sancta Dei euangelia iuramentum, quòd ratione, vel occasione compositionis, & firmantiæ, vel negocij, de quo agitur, nil rectori, vel thesaurario, aut alicui, vel aliquibus curialibus, vel familiaribus eorum pro ipsis, seu in eorum commodum dederint, vel promiserint, vel datum, vel promissum, siue per se, siue per alium, vel per alios tacite, vel expresse, sub quouis colore, vel causa, nisi duntaxat illud, quod pro compositione, vel firmantia, debet dictæ Cameræ applicari. Et si aliter prędictæ compositiones, & firmantiæ factæ fuerint, eoipso sint nullæ, cassæ, irritæ, & inanes. Quæ quidem omnia per præfatum notarium conscribantur. Illos autem, qui (post quam præsens ordinatio nostra publicata fuerit) aliquid cõtra tenorem eiusdem darent, vel reciperent pro præmissis, ad pœ-
e nam[e] dupli (eidem Cameræ applicãdam) teneri volumus, & constringi. Nullis autem, post hac Sedis Apostolicæ remissio super hoc valitura. Per hoc autem non intelligatur prohibitum, quominus notarij, & officiales pro suis scripturis, & laboribus iustum, & moderatum salarium (sicut consuetum est) recipere valeant, vt ratio-
nis fuerit sine fraude: & pars lædens parti læsæ possit satisfacere competenter. In omnibus autem, & per omnia caueant rector, & thesaurarius, ꝙ malefactores indiscretè, ac in læsionem vtilitatis publicæ (præsertim illos, ex quorum compositionibus, & firmantijs possent in prouincia scandala, & pericula cõtingere) ad compositiones, & firmantias huiusmodi admittant nullo modo. Postremum, cum (vt fertur) plerunque rectores, & thesaurarij suis stipendijs non contenti, redditus, & prouentus aliquorum locorum in decretis sibi prouincijs consistentium, & spectantium ad Ecclesiam memoratam, ad manus suas sub certis occasionibus, seu coloribus (non sine detrimento præfatæ Cameræ) retinere, ac in vsus suos dispensare præsumunt: id omnino fieri decętero, prohibemus. Ad hæc volentes rectores, & thesaurarios, ac alios officiales, qui nunc sunt, & erunt in posterum in supradictis terris, & prouincijs pro Ecclesia deputati, prędicta mandata obser-
f uare, necnon à turpibus lucris, & muneribus manus suas habere mundas: [f] excommunicationis pœna districtius inhibemus, ne sordida munera recipiant quoquomodo, cum de pecunijs, vel de bonis Ecclesię memoratæ, quæ ad manus ipsorum, vel cuiuslibet eorundem quomodolibet peruenerint, mercationes prohibitas clericis, nec personas ecclesiasticas concernentes, sub quouis colore, vel modo exercere præsumant: sed easdẽ pecunias, & bona (prout ad eorum cuiuslibet ipsorum pertinebat officium) custodiant, & dispensent, inde rationem legitimam reddituri. Si vero contrarium temeritate pręsumptuosa fecerint, exinde, præter pœnam prædictam, corrigi exigente iustitia volumus, & puniri. Vt autem ordinationes nostræ huiusmodi firmiter, & inuiolabiliter deinceps futuris temporibus obseruentur, volumus, & mandamus, ꝙ rectores, & thesaurarij prouinciarũ prædictarum, qui nunc sunt, mox post præsentationem prędictarum eis factam, de illis obseruandis, & adimplendis (inquantũ in eis fuerit) in præsentia notarij publici, ꝙ publicum instrumentum inde conficiat, nobis è vestigio trasmittendum, præstet ad sancta Dei euangelia iuramentũ. quodq; rectores, & thesaurarij, qui de cætero deputa-

putabuntur in dictis terris, & prouincijs, literas suorum officiorum recipiant, in manibus præfati camerarij præstando iuramentum: de obseruandis tenaciter ordinibus huiusmodi teneantur. Demum volumus, mandamus, & ordinamus, vt in singulis terris, & prouincijs nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ immediatè subiectis inte graliter, fideliter, & distinctè scribantur omnes, & singuli prouentus, & redditus: necnõ possessiones, iura, & denarij, qui ad Ecclesiam memoratam spectant ibidem, & de illis in singulis prouincijs fiant duo libri bene compositi, & ordinati, quorum vnus penes rectorem, & thesaurarium remaneat, & alius ad prędictum transmittatur camerarium in archiuio eiusdem Ro. Ecclesiæ conseruandus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum ordinationis, voluntatum, adiectionis, & mandatorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione quarto nonas Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.

GLO. CAP. XIX.

a [I]VSTITIA] eleganti figura, atque imagine ueteres quõdam iustitiam pinxerunt. Virginem, in altera manu habentem libram, qua significarent æquitatem in omnib. seruãdam esse, nihilq; durius, uel remissius cõstituendum, quàm res deposcit. Quod.n. æquilibrium est in trutina, id ἐπιεικία est in iure, ac rectum incedere iudex debet, non in hanc uel illam partem inclinare: ut uel durior sit, uel remissior. Duplex est iustitia, distributiua, quæ unicuiq; suum tribuit meritũ & pœnam habita personarum ratione. Commutatiua, quæ rerum communicationem æqualiter ab omnibus seruandas (nõ distinguẽs personas) ordinat.

b REDITV] prouentus & reditus promiscue ponuntur, Card. in clem. 1. in princ. de eccles. præla. & dicitur reditus quasi retro datus, Bal. in l. Filio, not. 2. ff. de lib. & posthu. & in l. coheredibus, paulo post prin. C. fam. hęrc. glo. in uerb. reditus, in c. generali, de elect. lib. 6.

c ARENDATIONES] arendare est ad firmã dare, seu fructus vendere no. in c. uest.

d CAVTIONVM] quando requiritur cautio idonea, non sufficit simplex repromissio, sed requiritur pignoratitia, uel fideiussoria glos. in uerb. idonea, in c. quanquã, de usur. & in c. ad nostram, de iureiu. ubi post alios Fel. gloss. & ibi latè Ias. in l. sancimus. C. de uerb. sig. Rebuf. trac. de sent. executo. art. 1. glo. 16. tom. 1.

SVMMARIVM.

1 *Vbi certa pœna non exprimitur, iudicis arbitrio relinquitur.*
2 *Qui multoties secundum delicti qualitatem usque ad mortem arbitratur.*
3 *In Principe omnes pœne sunt arbitrariæ.*

e POENAM] Hæ pœne arbitrandæ sunt ut à bono uiro, arg. l. uir bonus. ff. iud. sol. not. per glo. & Bar. in l. si qua pœna. ff. de uerb. sig. &
1 hoc est generale, ꝙ ubi certa † pœna expressa non est in iure, iudicis arbitrio relinquitur. c. de causis, de offic. del. l. 1. in fin. ff. de iu. deleg. Grama. decis. 2. nume. 27. decisio. 39. nume. 10. Tamẽ ab illorum iniquo arbitrio appellari posset, uel peti, ꝙ reducatur ad arbitrium boni uiri, glo. in c. super his, uerb. arbitrum, de accus. glos.
2 & Bar. in d. l. si qua pœna. Et multoties † secundũ delicti qualitatem arbitrabitur usq; ad mortem inclusiuè, glo. celebris, in §. in summa, inst. de iniu. sequitur Abb. in c. ex literis, de rescrip. allegãs bonum tex. in hac materia in l. sacrilegij. C. ad. l. iul. pecul. ubi tex. imponit pœnam arbitrariam, & tamen narrat aliquando fuisse impositam pœnam mortis. Gram. consi. 39. nu. 7. ubi pulcrè distinguit, uide las. in. l. qui iurisdictioni. col. 1. ff. de iurisd. om. iud. & in l. & si contra num. 2. C. si contra ius uel util. pub. Fely. in c. ex literis de cõstit. col. 2. In Principe † autem omnes pœne sunt
3 arbitrariæ, & poterit pœnam mortis arbitrari, casus est in l. 1. C. de sum. trin. & ibi Bald. in rep. Aret. in malefi. uerb. & ibi caput à spatulis amputetur. & ibi Apost. Bal. in l. fi. ff. d' senat. in l. legis uirtus. ff. de legib. Feli. in c. qualiter & quando. §. ad corrigendos de accus. Gram. decisi. 36. num. 12. & uoto 10. in fine. Et quia hanc materiam arbitrariam late & copiosè pertractat. d. Iacob. Menoch. in suo tract. de arbitr. iud. ad illum te reijcio.

f MVNDAS] Imperator multum fauet officiali, qui mundas manus habet. §. necessitatem & §. illud, in authẽ. iusiur. quod pst. ab his. xenia tamen, iuxta. l. solent. ff. de offic. proc. & leg. accipere libet, & solet Põtifex addere in literis patentibus, dummodo biduo consumi pos

sint. Munera igitur suscipere prohibentur, quoniam ea sapientum oculos excecant, Par. de put. de synd. uerb. poculenta. c. 2. nu. 2. multosq; perdit aurum & argentum, & usque ad cor regum cõuertit. Legitur apud Mich. c. 7. destructam fuisse Hierusalẽ, eo q Principes in muneribus iudicabant. Sed proh dolor, hodie in hac infelici despotia iustitiam quæstuariam habemus, orandus est Altissimus, ut his quoq; aliquãdo finem imponat.

DE EXEMPTIONE CASTRORUM comitatus quondam Fani à iurisdictione ciuitatis. Cap. XX.

BENEDICTVS Episcopus seruus seruorũ Dei, ad perpetuam rei memoriam. Copiosa Sedis Apostolicę benignitas fideles, & deuotos seruos oculis respiciẽs gratiosis, eis in suis oportunitatibus se consueuit liberalẽ, & propitiã exhibere. Sanè dilectorum filiorum hominum, & habitantium Montis Roli, Montis Vetuli, Fractarum, Turris sancti Viti, Montis Folij, sancti Laurentij, Collis alti, Insulæ Gualteraschę, Reforzatæ, sancti Bartoli, Bartis Ropulæ, Mondauij, Orciani, sancti Georgij, Lubricarię, & Plagiarum, castrorum comitatus quondam Fani, nobis exhibita petitio continebat, q dum felicis recordationis Ioannes Papa Vigesimus secũdus Prædecessor noster aduersus officiales, consilium, & commune ciuitatis prædictæ Fani, propter rebelliones, & infidelitates, & alia detestanda crimina ab eisdem commissa, extraneos, & varios excessus contra Deum, & Romanam Ecclesiam perpetratos, procedens contra ipsos officiales, consilium, & commune (prẽter pẽnas alias) omnibus priuilegijs, dignitatibus, officijs, iuribus, iurisdictionibus, bonis mobilibus, & immobilibus vbicunque existentibus, per processus (iustitia exigente) priuauit. Postmodum autem Prędecessor præfatus, certis causis ad hoc ipsum mouentibus, volens in his mitius agere cum eisdem, bonæ memoriæ Francisco Episcopo Florentino, & quondam Falconi de Papia thesaurario ecclesię Adaganensis tũc Vicerectori Marchiæ Anconitanæ, per suas literas certi tenoris cõmisit, vt supra dicti officiales, consilium, & commune sub certis modis, pactis, & cõditionibus (in literis eisdem continebatur plenius, & exp̃ssius) à pęnis absoluerẽtur supradictis. Verum supradicti Episcopus, & Vicerector super contentis in eisdem literis ad actus aliquos procedentes, de voluntate, & consensu expressis syndicorum, & procuratorum præfatorum officialium, cõsilij, & co mmunis, & ex certa scientia: ipsisq; syndicis, & procuratoribus præsentibus, & approbantibus, ordinauerunt, q castra prædicta, & quodlibet eorundem remanerent, sicut existebant tunc Ecclesiæ Romanæ immediatè subiecta, à potestate, iurisdictione, ac dominio prædictorum officialium consilij, & communis Fanensis, vsq; ad dictæ Sedis beneplacitum, [a] franca, libera, & exempta. Cum autem (sicut eadem petitio subiungebat) aliqui tyranni ciuitatis prędictæ Fanensis venire contra ordinationem huiusmodi per eosdem factam Episcopum, & Vicerectorem (vt præmittitur) molientes, dicta castra, vel aliqua ex eis, suæ subiacere nitantur tyrannicæ seruituti, nobis pro parte dictorum hominum, & habitatorum extitit humiliter supplicatum, vt eis prouidere super his de oportuno remedio, paterna diligentia curaremus. Nos igitur præmissis diligentius intellectis, & attentis, deuotione, ac fidelitate ipsorum hominum, & habitatorum, quas gesserunt hactenus ad eandem ecclesiam, & gerere studient (sicut testimonium percepimus fide dignum) benignis supplicationibus inclinati, castra prædicta, & eorum quodlibet cum suis territorijs, & districtibus, ab omni iurisdictione, potestate, dominio, & subiectione communitatis Fanensis, ac officialium communis, & consilij prædictorum de nouo vsq; ad eius sedis beneplacitum eximimus: & ab eisdẽ, sicut nunc sunt, franca, libera, & exempta, & eidem Ecclesiæ Romanæ, ac rectori Marchiæ prædictę, qui nunc est, & pro tempore fuerit, immediatè subiecta, volumus, & decernimus remanere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ exemptionis, voluntatis, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione decimo septimo cal. Februarij, Pontificatus nostri anno quarto.

a

GLO. CAP. XX.

SVMMARIVM.

1 *Beneplacitum usque quo duret.*

a 1 BENEPLACITVM] † si sub nomine dignitatis ponatur, tũc perpetuo durat, ut hic, si uero sub noĩe proprio, finitur morte. c. si gratiosè, de rescr. lib. 6. ad no. in c. qm̃ Abb. de offi. del. Ang. consi. 217. Cor. consi. 235. li. 2. Capi. pulcre decis. 136. ubi diligenter distinguens hoc discutit. Hinc est, q si Papa concesserit tibi beneficiũ usq; ad suæ uoluntatis placitum, durabit donec per Papam reuocetur, Specul. tit. de emphy. uers. 178. Paris de Put. de synd. uersi. officialis, ubi dicit, q officialis datus ad beneplacitum sedis apost. est perpetuus, quia sedes nunquam moritur, secus si sit datus ad beneplacitum Papę, quia eo mortuo expirat d. c. si grariosè allegat Bal. in l. iurisperitos. ff. de excus. tut.

DE PROHIBITIONE QVAESTus ex venditione Barattariæ, siue ludi, & quæstus meretricum. Cap. XXI.

INNOCENTIVS Episcopus seruus seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Quamuis omnes, quos regendos nobis bonitas diuina commisit, irreprehensibiliter agere cupiamus, eorum tamen actus, & mores, qui nobis, & Ecclesiæ Romanę noscuntur immediatè subesse, tanto esse irreprehensibiliores appetimus, quanto de illis specialiter imminet cura nobis. Sane ad audientiam nostram peruenit, q in nonnullis prouincijs, & ciuitatibus, nobis, & eidem Ecclesiæ immediatè subiectis, ex quadam consuetudine, seu abusu potius obseruatur (& in Romana curia obseruatum est) q in certis locis prouinciarum, ac terrarum Ecclesiæ prędictæ, barattariæ [a] (vulgariter) nuncupatę, per certos officiales earundem prouinciarum, ciuitatum, & curiæ, aut alios venduntur ad tempus, licet, & licuit quibuscunque ludum [b] exercere publicè taxillorũ: ex quo præter morum deformationem, quæ inde resultat, frequenter scandala oriuntur: & brigæ, ac nonnunquã (quod molestius est) nomen diuinum blasphæmant. [c] Quodq; officiales ipsi stipendijs proprijs non contenti, quinimo lucris turpibus (non sine præiudicio salutis, & famæ propriæ inhiantes) à prostitutis publicè meretricibus, [d] quę de infami propriorum corporum quæstu viuunt, septimanis singulis, sine causa, exigunt in proprijs commodis (imo incommodis verius applicãt) vnũ grossum. Volentes igitur super his de illo remedio prouidere, q talia de cætero non contingant, barattarias huiusmodi in eisdem prouincijs, ciuitatib⁹, & curia fieri, & vendi de cætero strictius prohibemus. Rectorib⁹ ciuitatum, & prouinciarum ipsarum, ac camerarijs præsentibus, & futuris, omnibus, & singulis districtè pręcipiendo mandamus, vt quorumcunq; officialium, vel aliorum contra inhibitionem nostram easdem barattarias huiusmodi ordinantium, vendentium illas, & ludentium quomodolibet in eisdem, ac exigentium à præfatis meretricibus prostitutis aliquid, temeritatis audaciam puniant, & castigent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, & mandati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Apud Villam Nouam Auinionensis diœcesis quarto cal. Augusti, Pontificatus nostri anno primo.

b

c

d

GLO. CAP. XXI.

BARATTARIAE] quæ dicatur barattaria ponit Paul. de Cast. in cõsi. 150. li. 1. & quomodo puniatur no. in l. iudices. C. de digni. lib. 12. tex. & Ange. ibi. not. 1. in auth. ut iud. sin. quo. suff. §. si quis autem, quæ in officialibus etiam per iuramentum probatur, Ang. in auth. eo. §. oportet ei. De barattaria meminit Bald. consi. 20. processus lib. 5. inquiens barattaria est quando iudex pecunia, uel aliter corumpitur, adde Amod. in tracta. syd. nu. 161. cum seq. Odof. in l. fin. C. de pęna. iud. l. 1. & ibi glo. in uerb. acceperit. ff. ad l. iul. repet. Probatur etiam barattaria sicut dolus. s. ex in

dicijs & coniecturis.l. dolum.C. de dol.c.2.de re nunt.li.6.Boer.decis.101. Plotus in l.si quando, nu.76.C.und.ui. Aym.consi.8.& consi.319.

b LVDVM] de ludo aliqua diximus infra li.2. c.4.& lib.3.c.10.& uide Iul. Clar. in prat. crim.§.ludus.

SVMMARIVM.

1 *Blasphemiæ diuisio.*

c BLASPHEMANT] Thomas Aquinas 2.2. q.13.art.1.& alij theologi scholastici post
1 eũ diuidunt † species blasphemiæ (nec inepte) in attributiuam, derogatiuam, & usurpatiuam, (verbi gratia) attributiua est, attribuere deo corpus, uel in iustitiam, aut immisericordiam, sed postrema hæc exempla magis spectant ad derogatiuam. Derogatiua est, negare Christum esse iustitiam, sanctificationem, & expiationem nostram. Vsurpatiua autem blasphemia (licet nimiũ uulgata) est, tribuere hoc operibus nostris, Apost.ad Alex. consi. 233.lib.6.Circa quæ uide Bal.consi.477.ille qui dicit.lib.3. Petrasan.sing. 83.Soc.consi.102.lib.1.Boer.decis.301.Gram. decis.50. Afflic.in const.regni. incip. blasphemantibus, Iul. Clar.,in pract.crimin.§.blasphemia.

SVMMARIVM.

1 *Meretrices soluunt certum quid annuum Iudici Romæ.*

2 *Quæ inuitæ compelli non possunt ad coitum.*

d MERETRICIBVS] Testatur Vestrius in sua praxi Rom.lib.2.c.de iud.Maresc.
1 q illi iudici omnes † meretrices Vrbis certum anuum censum soluunt,& hoc,ut possint mercedes luæ artis coram illo iudice consequi, qui suo arbitrio mercedes meretricias pro qualitate mulieris arbitratur, & passim de illis aduersus iuris regulas iure sibi præscripto ius dicit, & Bononiæ idem uidi seruatum, & in prouincia nostra Marchiæ Marescallus hodie ab his meretricibus certum quid anuum exigit, illisq; patentes literas facit,ut quæstum sui corporis capiant. Vt nõ immerito Dec. & Cagn. in l. nemo inuitus.ff.de
2 reg. iu. dixerint posse meretrices † cogi à quolibet ad se prostituẽdum, cum hoc publicæ agãt. Verum Dida.lib.3.resol.c.14.contrarium, acerrime sustinet.contra etiam Marsi.sing.150.Nam licet meretrix publicæ meretricium sit professa, cogi non poterit corpus proprium ad coitũ inuita alicui exibere, tametsi alijs id commune fecerit. Nec meretrix tenetur quemquam ad coitum admittere, quia nõ tenetur mortale crimen cum quolibet admittere,ergo cõsequens est, nõ posse eã inuitam cõpelli ad coitum, carnaleve cõmertium cum quolibet habendũ, de quo meritricio coitu uide Iul.Clar.in prac.crim.§. fornicatio.

QVOD NVLLVS GRATIS AD instantiam cuiuscunq; officialis Ecclesiæ debeat aliquid portare. Cap. XXII.

a GREGORIVS[a] Episcopus seruus seruorum, Dei ad perpetuam rei memoriã. Releuationi iniustorũ grauaminum nostrorum subditorum,præsertim pauperum,prouidere pietatis studijs cupientes, vniuersis,& singulis Apost.Sedis Legatis, ac vicarijs,Gubernatoribus nostris, & successorum nostrorum Romanorum Pontificum,etiam si sint Romanæ Ecclesiæ Cardinales: thesaurarijs,& rectoribus generalibus,necnon rectoribus,& marescallis,ac potestatibus,capitaneis,depositarijs, iudicibus, castellanis,& alijs quibuscunq; officialibus nostris, & eiusdem Ecclesiæ (quocunq; nomine nuncupentur) præsentibus, & futuris in ciuitatibus Bononiæ,& Perusij, earumq; communitatibus, & districtibus: necnon Romandiolæ, Marchiæ Anconæ, Ducatus Spoletani, patrimonij beati Petri in Thuscia,Campaniæ, Maritimæ, & Massæ Trabariæ prouincijs,& alijs ciuitatibus,terris, & locis dictæ Ecclesiæ im-
b mediatè subiectis,[b] (quorum nomina haberi volumus præsentibus pro expressis)tenore præsentium districtius inhibemus,ne frumentum,& alia blada,vinum,ligna,fœnum,paleas,aut res alias ad ipsorum, seu officialium familiarium, & hospitiorum suorum, vel aliorum quorumcunq; vsum spectantia, per ciues, & incolas dictarum ciuitatum, communitatum, districtuum, prouinciarum, terrarum, & locorum, seu per ipsorum ciuium, & incolarum nauigia,currus, aut animalia, gratis sine iusto, & integro naulo, & præmio statim soluendo deferri faciant,seu compellant: non obstantibus statutis „constitutionibus,mandatis, & consuetudinibus contrarijs quibuscunq;, quæ per præsentes reuocamus, cassamus,& viribus vacuamus. Nos enim omnia,& singula præcepta, damna, mulctas,condemnationes, & alias pœnas, siqua contra nostram huiusmodi inhibitionem sint,vel in posterũ fuerint attẽtata, ex nunc decernimus irrita, & nullius penitus existe-

re præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei,ac beatorum Petri,& Pauli apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum apud Pontem Sorgiæ Auinionensis diœcesis decimo septimo cal. Iulij, Pontificatus nostri anno tertio.

GLO. CAP. XXII.

a GREGORIVS] huius nominis Vndecimus Gallus,Petrus Belforte nominatus, Auenione sedit p aliquot annos,& postmodum sic diuino afflante spiritu sedem Romam restituit cum per 70.annos plus minus in Gallia resederit, à Clemente.V.usq; ad ipsum, ut demonstrant Platina in uitis Pontificum, & Sylua uariarũ lectionum.

b SVBIECTIS] Hic Papa studet subditorum utilitati, & noctes aliquando ducit insomnes, ut subiecti quietè uiuant in auth. ut iud.sin. quo.suff.in prin.& dicit Imperator uoluntarios labores appetimus, ut quietem alijs præparemus,in auth. ut diui. iuss.

FINIS LIBRI PRIMI.

HAYKOBA ЮНУ imehi I. I. MEЧНИКОВА

CONSTITVTIONVM MARCHIAE ANCONITANAE, CVM GLOSSIS GASPARIS CABALLINI IVRISCONSVLTI.

LIBER SECVNDVS.

a NOS Rodulphus[a] Pi[9] de Carpo Cardinalis,& Legat[9], omnes cõstitutiones primo libro ab Aegidio olim Episcopo Sabinẽ si Legato compilatas diligenter collocandas censuimus. Ipsisq; veteribus constitutionibus non nullas ab aliis iam additas, sed in diuersis locis dispersas (vt materia ipsa, & ratio postulabat) loco suo accõmodauimus. Veritiq; (ne,aut nihil,aut parum egisse videremur) si quid, quod necessarium foret,intactum, seu neglectum, relinqueretur, complures nostras addidimus, atque ad optatum finem perducere decreuimus. Secundo autem libro non minorem adhibuimus curam: perspicientes enim constitutiones in eo positas ad bene,beateq; viuendum, non minus elegantes,quàm necessarias, atque ad omnium ciuitatum salutem pertinentes negligenter esse collocatas,vt colligerentur, suisq; locis ponerentur,curauimus. Ibidem non nullas alias etiã necessarias à summis Pontificibus, & prouinciæ rectoribus editas, primis constitutionibus adiungere visum operæprecium fuit. Quæ etiam negligenter dispensate,(quum non nisi maximo labore inueniri possent) vt in seriem redigerentur,mandauimus. Siquas ob temporum varietatem tam ex primis,quàm ex additis constitutionibus prouincialibus non conducere duximus, eas partim grauissimis, ac sapientissimis viris approbantibus corrigi,partim abrogari (optimis adducti rationibus) iussimus. Quæ autem in secundo continentur,vt prima fronte per seriem apparerent,quàm maxime placuit.

GLOSS.

a RODVLFVS] Pius Cardinalis de Carpo amplissimus, hic dum Marchiæ legatus de latere esset,has constitutiones emendari, ac compilari mandauit cum quibusdam additionibus ad prouincialium commodum & utilitatem,ut apparet in earum cõfirmatione Pauli. III. per breue sub data anni. 1544. ut sic dubitari non possit, quin eius,additiones extra prouinciã nõ seruẽtur,sed solum Agidianæ constitutiones,quas idem Paulus III. ad beneficium subditorum sedis apposto. aprobauit per breue sub data anni. 1538. & in iure hoc clarum est, q̃ constitutiones locales non ligant nisi loca in quibus uigent. l. fin. cum ibi not. ff. de iurisd. om. iud. c. fin. de const. libr. 6. Et hę constitutiones sunt ius municipale prouincię Marchiæ, & non uniuersale ius,quia vnaquæque prouincia suo sensu abundat. c. fin. 25. dist. Affl. decis. 404. nu. 6.

DE IVRAMENTO, ET OFFICIO rectoris prouinciæ. Cap. I.

a AEGIDIVS Episcopus Sabinensis Apostolicæ sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Prouida legum[a] auctoritas, sacros ét canones imitata, prouinciarum, & prouincialium vtilitate ac oportunitate pensatis salubriter statuit,vt cuiq; b præesset prouincię Prę̃ses[b] vnus: per quem ipsa gubernaretur vtiliter: & per quẽ possent prouincialium desyderia explicari: concedens eis,qui regunt prouincias, pa- c testatem gladij,[c] merum, & mixtum imperium,

rium,causarum quarumlibet notionem: rectoresq; prouinciarum,non sine causa, ampla potestate dotauit: quorum officium, & præclaram dignitatem tam dispositio iurium, quàm voluntas,& tolerantia Romanorum Pontificum, & consuetudo laudabilis plurifariam honoribus, & potestatibus insigniuit. Quibus omnibus ratis manentibus (nisi quãtum per Sedem Apostolicam in aliquibus casibus esset cõtrarium specialiter stabilitum,vel in futurum contigerit ordinari, & saluis constitutionibus insertis in præsenti volumine, quibus per rectorem alicuius prouinciæ, & eius potestatem nolumus in aliquo derogari) quædam, quæ vniuscuiusque rectoris incumbunt officio,ne videantur per taciturnitatem negligi,duximus specialiter designan d da. Congruit[d] namque bono,& graui Præsidi solicitudinibus,& curis continuis, dare operam efficacem,vt paçatam, & quietam prouinciam teneat: ipsamq;, & ipsius terras, & loca omnia gubernet, & manuteneat in vera fidelitate,& obedientia sanctæ Romanæ Ecclesiæ,& Romani Pontificis: ad cuius dominium ipsæ prouincię pertinent in spiritualibus,& temporalibus pleno iure: & diligẽter aduertere, ac remedijs oportunis occurrere, ne tyrannides[e] inuadant,ne scintilla aliqua, seu scandalum rebellionis[f] insurgat,& bona fide pro viribus exterminare ab omnibus locis suæ g iurisdictionis hæreticos[g] ab Ecclesia damnatos: iura quoque, bona,& res Romanæ Ecclesiæ defensare, & occupata recupera h re pro posse: ecclesias,[h] viduas[i] pupilli los,[k] pauperes,[l] & miserabiles[m] personas i k ab oppressionibus releuare: & eorum iu l ra cum causarum breui expeditione fauom rabiliter conseruare: & malis hominibus prouinciam, & loca suæ iurisdictionis pur n gare: iustitiam sine acceptione[n] personarum omnibus ministrare, & facere ministrari: exactiones illicitas prohibere, eisq; resistere: & scandala, & discordias remo- o uere: atq; pacem,[o] & concordiam in suæ iurisdictionis homines seminare: & idem rector puras manus habeat, secundum q̃ p iura requirunt: & venalitate[p] iustitiæ, iniquis extorsionibus, exactionibus, & con q cussionibus[q] prorsus abstineat: & omnia, & singula, quæ ad eius spectant officium, r iusiurandum non improuidè ordinatum[r] à iure: quo iuramento contineatur expresse, q̃ ipse rector communicator sit, & per- s petuò erit catholicæ[s] fidei,& sacrosanctæ t Romanæ[t] Ecclesiæ,& nunquam aduersabitur: nec alium (quantum possibilitatem habebit) aduersari permittet: & secũdum u puram conscientiam[u] in officio, & administratione sibi commmissis, dictæ Ecclex siæ, & summo Pontifici[x] fidele seruitium præstaturum. Et q̃ nullam penitus dedit, nec dabit occasionẽ consequendi dictum y officium. Cum omni studio fiscalia[y] iura Romanæ Ecclesiæ in locis sibi commissis diligenter inspiciet, & defendet, & q̃ pro posse hæreticos exterminabit de dictis locis Ecclesiæ: deuotos,ac fideles Ecclesiæ, & summi Pontificis paterne tractabit,& secundum possibilitatem illæsos vndiq; conseruabit: & q̃ æquus vtriq; parti semper in publicis disciplinis existet: & nulli parti citra,quàm iustum est, se exhibebit,& inquiret vniuersa delicta, & omnem æquitaz tem[z] seruabit,secundum q̃ sibi visum fuerit iustum, & q̃ puras manus ab omni ve- & nalitate iustitiæ, & ab omni symonia,[&] & illicitis extorsionibus cõseruabit. & q̃ officiales bonos,& legales,& idoneos,quãto melius poterit,& nouerit, assumet, & deputabit ad officia, ad quæ officiales distribuere debet: & si quem,vel si quos ex eis,post assumptionem eorum prauos, seu non idoneos

neos cognouerit, amouebit, & loco amoti alium idoneũ subrogabit. Et q̃ omnes,
2 & singulas constitutiones ² inſertas in præſenti volumine fideliter obſeruabit, & faciet à ſuis officialibus, & familiaribus (pro ut ad quemlibet ipſorum pertinet) inuiolabiliter obſeruari.

GLO. CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Legum autoritas in quibus uerſetur.*
2 *Quid ſit lex.*
3 *De illius laudibus remiſſiuè.*

a 1 LEGVM] autoritas † uerſatur in quatuor, imperare, uetare, permittere, & punire. l. legis uirtus. ff. de legib. Et eſt lex † ſanctio ſancta, iubẽs honeſta, prohibens contraria. l. 2. ff. eo. de cuius autoritate, & qualitate multa ſcripſit Rebuf. í proꝙ. conſt. galliæ, tom. 1. in cuius † laudem conſultiſſimus vir And. Alcia. dum Auinione legeret orationem edidit, quæ publicæ circunfertur.

SVMMARIVM.

1 *Præſidis nomen generale eſt.*
2 *Propriè dicitur, qui alicui prouinciæ præeſt.*
3 *Illius propriè officium.*

b 1 PRAESES] vt habetur in tit. de offi. præſid. & in tit. extra de offi. leg. Præſidis † nomẽ generale eſt, illoſq; omnes comprehendit, qui iudicandi munus exercent publicum. l. 1. & 2. illo tit.
2 propriè † tamẽ (ut hic) qui alicui prouincię preeſt, illiuſq; † proprium eſt perſonam non conſiderare, nec potẽtis uultum honorare, iuſtè ac omni tempore proximo ſuo ciui, ſeu peregrino iudicare, paruum, ac magnum audire, nullam pęnitus perſonarũ acceptionem habere. c. nouit, uerſ. ceterum, ubi Cano. de iud. c. ſummopere. 2. q. 3. in alteram partem non inclinare, ſed æqua lance (quod iuſtitiæ proprium eſt) ius ſuum unicuiq; tribuere, illeſum, intactumve, auth. iuſiur. quod præſt. ab his.

SVMMARIVM.

1 *Gladij poteſtas quid ſignificet.*
2 *Imperij diſtinctiones remiſſiuæ.*

c 1 CLADII] poteſtas † merum imperium ſignificat, ad animaduertendum in facinoroſos homines. l. ſolent in prin. ff. de offi. proc. l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. Dec. Cagno. in l. nemo poteſt gladij. ff. de regu. iu. ut merito Apoſt. dixerit non ſine cauſa gladium portat Magiſtratus ad uindictam malorum, & quo † nam modo diſtinguantur ea, quæ ſunt meri imperij, ab his, quæ mixti eſſe cenſentur, & rurſus, quod diſcrimen ſit inter hęc, & ea, quæ ſunt ſimplicis iuriſdictionis, non eſt præſentis ſpeculationis, ſed ad not. in d. l. imperium, & in c. quòd ſedem, de offi. ord. quo in loco Alcia. ad ingenia excitanda multa proponit, uide Dida. lib. reſolut. 3. c. ult.

d CONGRVIT] concordat tex. in l. congruit ff. de offi. præſ. ubi mandat Imperator pro uinciam malis hominibus expurgari, lex. n. propter tranſgreſſores poſita eſt.

SVMMARIVM.

1 *De tyranno aliqua remiſſiue.*

c 1 TYRANIDES] ſcripſit Bar. auriga noſter tractatum de tyranno, & † unde dicatur tyrannus, & quis dicatur, Soc. conſ. 22. col. 1. lib. 1. Affl. deciſ. 150. nu. 13. cum ſeq. Capy. deciſ. 130. num. 35.

SVMMARIVM.

1 *Rebellis is dicitur qui Principi, aut eius officialibus non obedit.*

f 1 REBELLIONIS] Rebellio † dicitur, quando quis inobediens eſt Principi, ſeu eius officialibus propter Principem, Bar. in extraua. qui ſint reb. & in l. hoſtes. ff. de capt. & poſtl. reuerſi. uide in materia Rot. Pedem. deciſ. 79. 94. & 138.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus non eſt ab eccleſia defendendus.*

g 1 HERETICOS] Hæreticus † non eſt ab eccleſia defendendus, imo is poterit inuitus ad punitionem criminis à ſacris tẽplis abduci, Marſ. in l. ex ſenatuſconſulto, ad fi. ff. de ſic. Boer. deciſ. 110.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia græcè, latinè congregatio dicitur.*
2 *Strictè quæ à religionis profeſſoribus repreſentatur.*

h 1 ECCLESIAS] græcè † latinè fidelium congregationem dici Alc. in rub. C. de ſacroſ. eccle. hic non ſic uniuerſaliter accipi, ſed pro illa, quæ † à religioſis uiris repreſentatur, & quantum ad hoc utitur iure pauperum, Bal. in l. omnes, in princ. C. de epiſ. & cler. & multa ei, à iure ſunt conceſſa priuilegia, quæ omnino ſeruanda ſunt, quæ diligenter in unum congeſſit And. Tiraq. in tracta. de priuileg. piæ cau.

SVMMARIVM.

1 *Viduæ honorandæ ſunt, quæ vere viduæ ſunt.*
2 *Cuius in iure duplex eſt ſignificatio.*

i 1 VIDVAS] Viduæ inquit Apoſt. honorandæ ſunt, qnæ verè viduæ ſunt, aliquando vidua

2 uidua dicitur, quæ nunquam uirum habuit, Bar. in l. 1. C. quando imp. int. pup. ad fin. aliquando illa, cui uir mortuus eſt, c. uidua. 34. diſtin. & ſic paſsim accipitur ſecundum cõmunem uſum loquendi, uide. l. malum. §. uidua, & ibi Alcia. ff. de uer. ſig. Guid. Pap. q. 566. nu. 2. aliqua de viduis in praxi per Capy. deciſ. 24. nu. 10. cũ ſeq. & 129. nu. 9. Rot. Ped. deciſ. 77.

SVMMARIVM.

1 *Pupillus, græca dictio eſt.*
2 *Differentia inter pupillum & orfanum.*
3 *Orfanus propriè qui utroq; parente orbatus eſt.*
4 *Pupillus quomodo accipiatur apud iuriſc.*

K 1 PVPILLOS] quos hic orfanos appellare poſſumus, eſt † enim græca dictio, vtitur ea imperator, in l. priuilegia. C. de epiſ. & cler. Valla
2 tamen lib. 4. eleg. c. 33. diſtinguit † orfanum à pupillo, q̃ pupillus ſit, qui caret patre, eſt tamen in
3 ea ætate, cui tutor datur. Orfanus propriè † dicitur, qui vtroq; parente eſt orbatus, Dauid Pſa. 9. Tibi derelictus eſt pauꝑ, orfano tu eris adiutor, & in quibuſdã ciuitatib. certa ſunt ipſis domicilia cõſtituta, & rectores eorum vocãtur Orfanotrophi. l. orfanotrophos, & l. omnia. C. de epiſ. & cler. clem. quia cõtingit, de relig. dom. & tot. tit. de infan. expoſ. Apud iuriſconſ. in l. pupillus. ff.
4 de uerb. ſign. accipitur † pupillus pro eo, qui cũ impubes eſt, deſinit in poteſtate eſſe, vel morte, vel mãcipatione. vide Cy. in d. l. orfanotrophos, ad fin. Dida. prat. quæſt. c. 6. ſcriptum eſt Exod. c. 22. Viduæ, & pupillo non nocebitis. Eſaic. c. 1. Defendite viduam, iudicate pupillo.

l 1 PAVPERES] idem probatur in l. vni. C. qñ imp. c. ſignificantibus, de offic. deleg. Dauid Plal. 9. & Pſal. 10. oculi. eius ad pauperem reſpiciunt, & Pſal. 40. Beatus vir, qui intelligit ſuper egenum, & pauperem in die mala liberabit eum dominus, de quibus multa in tract. de paup. per Cornel. Benino. Peruſ. vide infra eo. c. 20.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicantur miſerabiles perſonæ relinquitur arbitrio iudicis.*
2 *Rebuf. aliquas nominat & illarum priuilegia refert.*

m 1 MISERABILES] Rerinquendum eſt † arbitrio iudicis, quæ dicantur miſerabiles perſonæ, præter expreſsim in iure nominatas, ſecundum Cy. Bar. Bal. & doc. in d. l. vn. & doc. in d. c. ſignificantibus, Alb. 1. par. ſtatu. q. 112. quorum opinio communis eſt, vt teſtatur Dida. in
2 loco iam citato nu. 3. ad fin. & † per ordinem aliquot enumerat Rebuf. in trac. de ſent. prouiſ. art. 3. glo. ult. tom. 1. vbi illorum etiam priuilegia refert, Affl. deciſ. 257. Guid. Pap. q. 566. quę omnia facile videre poteris.

SVMMARIVM.

1 *Sicut Deus perſonarum non eſt acceptor, ita nec Iudex.*
2 *Exemplum Anacharſis & Ptolomæi.*

n 1 ACEPTATIONE] ſicut. n. Deus † omnipotens ſummus iudex nõ habet acceptionem perſonarum, ita nec eius miniſter habere de
2 bet. c. nouit, de iud. Sed heu † Anacharſis philoſophi ſententia ſeruatur, qui legem aranearum telis ſimilauit, q̃ videlicet potẽtes tranſmittat, debiliores vero retineat, vel ſecundum Claud. Tolo. reti piſcatoriæ, ſicut. n. illud minutos, piſcicu los dimittit, grandes retinet, ita hodierna lex pingues viros (à quibus pecunias eruſcare poſsint) retinet, pauperes vero dimittit.

SVMMARIVM.

1 *Pax eſt vinculum perfectionis.*
2 *Inter pacem & concordiam differentia*

o 1 PACEM] pax † ſecundum Apoſt. eſt vinculum perfectionis, & Chriſtus eſt pax noſtra, qui fecit vtraq; vnum, & beati pacifici quoniam
2 filij Dei vocabuntur. Et noſtrates inter pacem & cõcordiam differentiam conſtituunt, qa pax eſt genus, concordia vero ſpecies Alex. & alij in l. 1. ff. de pac. vnde dicunt, q̃ ſtatutum de pace habenda non verificatur in concordia.

SVMMARIVM.

1 *Iuſtitiæ fundamentum eſt fides.*
2 *Quod fundamentum altis eſt defixum radicibus.*
3 *Reprehenſio modernorum iudicum.*

p 1 VENALITATAE] præclarè ſcripſit Cicero lib. 1. of. q̃ † iuſtitiæ fundamentum eſt fides, ſic dicta, vt fiat, quod dictũ eſt, quod funda
2 mentũ † ſic altis eſt defixum radicibus, qđ nec potẽtia frangi, nec gratia flecti, nec pecunia corũpi
5 poſsit, ſed moderni iuſtitiæ † miniſtri qui magis amant tenebras quàm lucem, ab hoc inflexibili tramite vt plurimum deuiant, quos Deus malorum vindex, quàm citius perdere velit, vide. l. venales. C. quando prou. non eſt ne.

SVMMARIVM.

1 *Neminem concutiendum dicebat Chriſti Præcurſor.*
2 *Concuſſores lex communis punit.*
3 *Iudices reprehenduntur.*

q 1 CONCVSSIONIBVS] Præcurſor Chriſti Baptiſta dicebat, neminem † concutiatis, ſed eſtote contenti ſtipendijs veſtris, & habe
2 mus legis † proviſionem adprimè vtilem. ff. de
3 cõcuſ. per totum, quæ male ſeruatur, quia † cum extortotibus communicant iudices, & ambo eſ-

ſent

sent laqueo suspendendi.c. qui cum fure, de fur. quinimo, debet iudicens illicitas exactiones coercere, & errantes punire.l.illicitas in princ. ff.de offic.præs.

SVMMARIVM.

1 *Inter simplicem loquelam (quantum ad obligationem) & iuramentum nulla est differentia.*
2 *Quantum ad fractionem est differentia.*

r ORDINATVM] ius statuit formam iuramenti præstãdi ab ijs, qui administrationẽ suscipiũt, vt in authen. iusiur. quod præst. ab his, &
1 quãuis † quantum ad obligationem nulla sit differentia inter simplicem lo quelam & iuramentũ
2 c.iuramenti.22.q.5.tamen † quantum ad fractionem, & violationem differẽtia est, quia plus peccat periurus, quàm simolex mendax, cuius quidẽ discriminis manifesta ratio est, ob diuinum testimonium, quod contemnitur, vel falsæ adsertioni adijcitur, sicut Thomas explicat.2.2.q.89.art.8. vnde non tibi fiat mirum, si hoc iuramentum exigitur, vt facilius quis memor sit salutis ęternę.l. fi.C.de crim.sacril.

ſ CATOLICAE] id est vniuersali, quam Papa fatetur & tenet in c.1.de sum.trin.& fi catho.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Romana omnium ecclesiarum caput.*

t ROMANAE] ipsa ecclesia † Romana est ca
1 put omnium ecclesiarũ, ratione principij institutionis, & prælationis.c.quamuis.21.dist. c.1.22.dist.Prep.per illum tex.in sum.15.dist.& dicitur domina, c. oportebat. 79. dist. & mater. c.qui abstulerit.12.q.2.c.fi. de foro cõp. vbi etiã magistra dicitur, ꝙ præcipuam curam aliarum habet.l.quibus.ff. de verb. sing. à qua omnes aliæ ecclesiæ deriuãtur.c.fi.11.dist. c.loqtur.24.q.1.

SVMMARIVM.

1 *Fidei & conscientia iudicium.*
2 *Agens contra conscientiam ædificat ad gehennam.*

u CONSCIENTIAM] sicut fides † est iudi-
1 cium, quo credimus aliquid, ita conscientia est iudicium, quo iudicamus particulariter de nostris actibus moralibus, & propterea conscientia credulitas quædam est, vnde fides ab Apost. appellatur.c.fi. de præscrip. vnde † agens contra conscientiam ædificat ad gehennam. c.literas de rest. spol. c.omnes.28. q. 1.c. per tuas.2. de sim. Dida.lib.1.resol.c.1.nu.1.

SVMMARIVM.

1 *Potestatis plenitudo in Rom. Pont. ostenditur.*

x PONTIFICI] plenitudo † potestatis Ro.
1 Pontificis ostenditur in potestate clauium in foro conscientiæ, & in foro exteriori in clauibus iudiciariæ potestatis, est.n.iudex totius ecclesiæ, vt est tex.in c.Episcopo, & in c.cuncta per mundum.9.q.3. & testatur Inno. in c. solite, de maio. & obed. ad quod vide Alfon. Aluarez in in Spec.sum.Pont.c.1.& quædam non aspernanda de Rom.Pont. potestate per Alci.in epist.inter claras.C.de sum.Tri.Thom.Campeg.in trac. de pot. Papæ post August. de Ancona de pot. eccles.

SVMMARIVM.

2 *Quæ dicuntur iura fiscalia.*
2 *Fiscus in dubio vtitur iure priuatorum.*
3 *Statutum generaliter loquens cõprehendit fiscum.*
4 *Qui multoties est deterioris conditionis.*
5 *Qualiter fisco est fauendum.*

y FISCALIA] iura † dicuntur pœnæ malefi
1 ciorum, bona vacantia, bona confiscata, collectę Bald.Affl.in c.1.quæ sint regal. in feud. vbi latius loquuntur, vt multa à iure priuilegia fiscus habet, vt colligit Bald.in l.2.C.de hęred.vel act.vend.Franc.Luc.Parm.in tract. de priu.fisci,
2 illud verum † semper intelligas, quando reperitur sic expresse priuilegiatus, alias vtitur iure priuatorum, glo.in l.item veniunt. §.in priuatorum ff.de pet.hęred.Inde inferebat Dec.cõsi.531.nu.
3 3. ꝙ statutum generaliter loquens etiam fiscum comprehendat, quando in illo casu non est priuilegiatus, Bal.per illum tex.in l. in fraudem §.fin. ff.de testa.mil.Aym.consi.168.nu.10.vbi addit,
4 ꝙ multoties est deterioris conditionis, vt probatur in l.si legatus in prin.ff.ad Treb.Iaſ.in §. si
5 quis agens col.fi.inst.de act.& † qualiter fisco sit fauendum explicat integro capite Dida.lib.1.resol.c.16.& quomodo procedat illud, ꝙ in dubio contra fiscum, explicant Doct.in l.1.ff.sol.ma.& ad illius enarrationem aliqua addit Aym.cõsi.6. nu.128.

SVMMARIVM.

1 *Æquitas est medium quoddam inter seueritatem & benignitatem.*
2 *Inter duo mala minus eligendum.*
3 *Aliquando æquitas acerbius agit in delictis.*

z AEQVITATEM] æquitas † est medium
1 quoddam inter seueritatem & benignitatem. Nam inter durius & remissius, inter seueritatis & clementię gloriam affectandam, velut inter extrema nimis dura temperamentũ est æquitas, quę media via incedit. Vbi vero non est ęquũ
1 medium, ibi inter duo † mala minus malum sequi oportet, sicut inter duo vtilia, præferendum est, quod plus vtilitatis habet, sic inter duas res honestas, honestior præcedit, vt latè disputat Ci
3 cero lib.3.offi. Porro æquitas † tamen non semper mitius agit in delictis, sed interdũ etiã acerbius. Vt.n.medici in curationibus, ꝓpter varietatem

tatem circunstantiarũ augent, aut moderantur cõmunem remedij formam probabili ratione, ita legumlatores propter varietatem circunstantiarũ exasperãt, aut mitigant generales notitias.

SVMMARIVM.

1 *Symonia quid sit.*

& SYMONIA] est voluntas studiosa emẽdi vel
1 vendendi aliquid spiritualis, vel spirituali annexum.c.cum olim, de rer.perm. Dida.lib.1. resol.c.5.nu.4. Alfon. Alua. in Spec.sum.pont.c. 61.nu.17. vbi latè loquuntur.c. Matæus de sym. Rebuf.in concord.fran.tit.de elect. derog.verb. symoniacis. Iul. Clar. in prat. crim. §. symonia Guid.Papæ.q.80.

SVMMARIVM.

1 *Inferior a Papa non potest derogare his constitutionibus.*

2 CONSTITVTIONES] quibus † derogare non potest inferior à Papa Clem.ne Ro
1 mani de elect. Rebuf.in concord. fran.in form. mand.apost.verb.constitutionibus.Affli.decis. 22.num.4.

DE NVMERO, ET DISTINctione officialium curiæ rectoris generalis prouinciæ Marchiæ. Cap. II.

AEGIDIVS Sabinensis Episcopus apostolicæ sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Quia solus rector exercitio, & executioni non sufficeret omniũ ipsius officio incumbentium, oportet ipsum habere officiales, & ministros, per quos in talibus adiuuetur, & importabilibus laboribus sibi non congruis releuetur: circa quæ in pluribus antiquam consuetudinem imitantes, statuimus, ꝙ rector Marchiæ possit, & debeat (pro suo officio commodius exercendo) deputare septem bonos, idoneos, & expertos iudices iurisperitos: vnum Marescallum bonum, discretum, & probum in armis, & viginti quatuor bonos expertos, & legales notarios: quorum iudicum, quatuor resideant in curia generali dicti rectoris, in loco, seu terra residentiæ ipsius curiæ: & sint, & vocentur iudices curiæ generalis rectoris Marchiæ præfatæ. Vnus vero eorum iudicum sit clericus, & saltem in canonico iure peritus, qui vocetur, & sit iudex super spiritualibus ad forum ecclesiasticum pertinentibus: alter vero dictorum iudicum vocetur, & sit iudex causarum appellationum deuolutarum ad curiam generalem rectoris prædicti: alius vero ex dictis iudicibus vocetur, & sit iudex causarum criminalium curiæ antedictæ. Quartus vero ex dictis iudicibus vocetur, & sit iudex causarum ciuilium curiæ memoratæ. Reliqui vero tres iudices præsidatuum sint, & etiam nominentur. Vnus (videlicet) Præsidatus Abbatiæ Farfensis, alter vero Præsidatus Camerinensis: tertius vero Præsidatus sancti Laurentij in Campo, per ipsos Præsidatus separatim, et singulariter deputati. Ex notarijs vero duo vocentur, & sint notarij cameræ dicti rectoris, & alter coadiutor, & substitutus notarij camerę (prout ipsi rectori videbitur) deputare. Tres alij ex dictis notarijs deputentur, & sint ad officium spiritualium, & pertinentium ad forum ecclesiasticum, cum dicto iudice super spiritualibus, vel rectore super spiritualibus dictæ Marchię. Tres iterum alij ex dictis notarijs deputentur, & sint ad officium appellationum: & cum iudice earum appellationum prædicto. Quatuor etiam ex dictis notarijs deputentur, & sint ad dictum officium causarum criminalium ad scribendũ. Tres vero alij ex dictis notarijs deputentur, & sint ad scribendum in dicto officio causarum ciuilium, & cum dicto officiali causarum ciuilium. Ex reliquis vero nouem notarijs, tres ad scribendum in quolibet prædictorum præsidatuum cum singulis ipsorum iudicum præsidatuum deputentur. Si autem in quocunq; dictorum præsidatuum viderit pauciores notarios sufficere, possit rector prædictus, quot expedientes viderit, deputare. Quilibet vero dictorum quatuor iudicum curiæ generalis Marchiæ: & aduocatus fisci recipere, & habere debeat à Camera Romanę Ecclesiæ, & eius thesaurario in Marchia pro suo salario, seu stipendio centum ducatos auri pro quolibet anno sui officij, pro rata singulis mensibus, quibus seruierit, persoluendos: & vltra dictum salarium sex ducatos auri singulis dictorum mensium pro expensis: reliqui vero iudices præsidatuum habeant salarium

rium consuetum. Marescallus vero prædictus recipere, & habere debeat à dicta camera, & thesaurario singulis mensibus, quibus seruiuerit in suo officio duas postas mortuas pro se, & sua familia, & equo: & sex viuas pro sex armigeris equitibus, quos bonos, & bene armatos: & cum bonis equis in suo officio continue debeat retinere ad stipendium consuetum solui stipẽdiarijs Ecclesiæ, equitibus in dicta Marchia, seu secundum, q̃ ipsis stipendiarijs pro tẽpore persoluetur. Notarij vero prædicti (sicut nec consueuerunt) nullum à dicta camera recipere debeant salarium pro eorum mercede, sed solum à partibus, pro quibus, seu in quorum seruitium scripserint, recipere debeant pro eorum mercede, prout infrà sub Rubrica De salarijs, & mercede notariorum taxatum per ordinem continetur. Dicti vero iudices, & notarij nullatenus sint de dicta Marchia oriundi,[a] vel incolæ, aut habitatores cõtinui, nisi rector cum aliquibus notarijs scribentibus cum iudicibus suis in causis ciuilibus tantum propter eorum fidelitatem, & sufficientiam duxerit dispensandum: & sic in alijs prouincijs volumus tenaciter obseruari. Insuper nullus ex dictis iudicibus, seu notarijs possit permanere continuando idem officium vltra annum: nisi cum eorum aliquo, siue aliquibus pro eorum sufficientia, & vtilitate officij pro secundo anno tantum, & non pro maiori tempore dispensatum fuerit per rectorem. Dictus vero Marescallus non possit per rectorem aliquis deputari, qui rectori vsq; ad quartum gradum consanguinitatis, vel affinitatis attineat. Numerus vero iudicum, & notariorum curiarum, vel rectorum aliarum prouinciarum, & salaria ipsorum iudicum, & Marescalli eorum sint, sicut sunt hactenus consueta. Dum autem in prædicta secunda constitutione, in finalibus quasi verbis expresse prohibitum fuerit, iudices, & notarios curiæ generalis non posse esse de oriundis, vel incolis, aut habitatoribus continuis ipsius prouinciæ Marchie: nec citra dispensationem posse vltra annum in eorum officio permanere.

NOS Rodulphus Pius Card. & Legatus prædictus inuenimus in quibusdam additionibus editis ab Ioanne Episcopo Albano Cardinali Andagunen. tunc temporis eiusdem prouinciæ Legato, fuisse illud idem iteratò prohibitum: & nedum in iudicibus, & notarijs, verũ etiam in ipsius prouinciæ Marescallis. Quam vero constitutionem cũ sua Rubrica hic apponi mandauimus, & est talis: Quòd iudices, & Marescalli, non sint de Marchia. Imprimis renouantes ordinationem constitutionum antiquarum statuimus, & ordinamus, q̃ spiritualium, ciuilium, & criminaliũ causarum, ac appellationum iudices, necnon Marescalli generales prouinciæ Marchię de cætero nullatenus sint prouinciales; seruentq; diligenter formam constitutionum prouinciæ, Quòd si contigerit à Romano Pontifice aliquem de prouincia in iudicem, vel Marescallum huiusmodi deputari, Legatus, Gubernator, vel Locutenens, cum ad exercendum officium (impetrata venia Romani Pontificis) non prius admittere teneatur, q̃nàm ipsum Romanum Pontificem consuluerit. Sanctissimus insuper dominus noster Paulus (ad præsens Papa Tertius) cognoscens huiusmodi prohibitionẽ multum eidem prouinciæ, & prouincialibus salubrem esse, & econtra noxium plurimum, si & cancellarius ipsius rectoris pariter sit de Marchia, inter cętera in quodam suę sanctitatis breue sub Data Romæ apud sanctum Petrum vndecima Ianuarij, M DXXXVI. Pontificatus eiusdem anno secundo: quo Marescallum, & Cancellarium in memorata prouincia ex eadem esse posse expresè vetuit. Item, q̃ Marescallus, & Cancellarius non sint de ciuibus, & incolis, seu habitatoribus dictæ prouinciæ. Et nos Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus, consyderantes eandem ibi esse debere iuris dispositionem, vbi apparet eandem militare rationem, quia officium auditorum rectoris pro tempore eiusdem prouinciæ non distat multum ab officijs iudicum ordinariorum: ideo extendentes prefatarum constitutionum dispositiones, volumus ipsas habere locum etiam in auditoribus, vt nec oriundi, incolæ, vel habitatores continui in dicta prouincia, possint esse auditores in ipsa generali curia. Inhibemusq; de cætero iudices, auditores marescallos, & cancellarios posse quoquo pacto, causa, vel colore, vltra biennium

nium exercere eorũ officia. Quod tam præfatus Aegidius in præmissa constitutione, quam etiam Cigismundus de Gonzaga eo tempore prouinciæ Legatus, in alia sua constitutione expresse prohibuit, dum in rubro, & nigro ad vnguem (vt supra) obseruari mandauit: videlicet: Quòd auditores, iudices, & marescalli, non exerceant officia sua vltra biennium, cum ex longa conuersatione auditorum, iudicum, & marescalli, multæ cum prouincialibus per ipsos cõtrahantur familiaritates, & amicitiæ: & propterea eorũ officia vilescant. Mandamus de cætero ipsorũ aliquem ad dicta officia vltra bienniũ recipi, & admitti nõ debere, nec illa exercere posse. Et si aliquos ad longius tẽpus in dictis officijs deputari, & poni, seu aliàs confirmari contingat, rector prouinciæ eos nõ recipiat, nec admittat, ni si prius sanctissimum Dominũ nostrũ consuluerit: NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus, indubitato comperimus argumento, rationes prædictas efficaces, verasq; esse, & etiam quàm plurimas circa id concurrere, quas gratia breuitatis omittere destinamus.

GLO. CAP. II.

a RIVNDI] Optimum est, q̃ iudices sint exteri, & id maximè cõducit in publicam vtilitatem propter quietum statum reip. ad legum ipsarum tutelam, ad ius vnicuiq; reddẽdum, ita seruari à Rege Catholico testatur Dida. lib. prat. quæst. c. 4. nu. 5. circa med.

DE AVDIENTIA DANDA per rectorem, & eius officiales. Cap. III.

INSVPER cum non ad sui, sed ad prouincialium commodum Præses in prouincia prædicta destinari sit solitus, quod in eo consistit potissime, dum ipsi prouinciales, secundum emergantiam casuum, & negociorum qualitatem eundem Præsidem facilius adire, consulere, atque alloqui possint, Aegidius Sabinensis Episcopus Legatus, & Vicarius præfatus innouando quandam veterem constitutionem Bertrandi Episcopi Ebredinen. in hanc formam super audientia prædicti rectoris edidit constitutionẽ. Aegidius Sabinensis Episcopus apostolicæ sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Bonæ memoriæ dominus Bertrandus Episcopus Sabinensis, dum erat Archiepiscopus Ebredinen. & reformator per Sedẽ Apostolicam deputatus, inter cæteras constitutiones, quandam edidit in hanc formam. Item cultum iustitiæ augeri (præsertim circa personas miserabiles, impotentes, & occasione delinquendi, & fi non amore iustitiæ, saltem pœnæ timore, & maioris iudicij robore) cupiẽtes, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, q̃ rector saltem bis in septimana in aula sua, vel alio loco publico, pro iustitia reddenda sedere, & conquerentibus (præsertim de officialibus, & familiaribus suis) publicè debeat suam præsentiam exhibere, nisi forte arduis negocijs impeditus, interdum vacare ad talium causarum audientiam non valeret. Quam constitutionem tanquam vtilem volumus obseruari: adijcientes, q̃ noster rector Ambasciatoribus terrarum, & alijs præsertim prouincialibus, ad eum recursum habere volentibus, pro oportunitatibus eorum expediendis, facilem (vt decet) in audiendo se præbeat, & curet ipsos absque mora, & dispendio, quanto potest celerius expedire: & singulis diebus veneris iudicem maleficiorum suæ curiæ, & suos notarios maleficiorum ad se conuocet, & in vnum simul conueniat, & eadem die diligenter inspiciat, & examinet omnes processus maleficiorum suæ curiæ: & eos, qui sunt in casu expeditionis per sentẽtiam absolutoriam, vel condemnatoriam (prout iustum fuerit) absq; tarditate, & prorogatione temporis faciat expediri. Iudices vero rectoris prædicti continuè, saltem diebus iuridicis, & horis cõgruis pro iure reddendo quibuslibet (prout ad eorũ spectat officium) publice sedeant, & petentibus sine difficultate iustitiam ministrent: & lites quantum poterunt, faciant breuiores. Notarij autem cum suis iudicibus semper, quando iudices ibi sederint, ad bancum iuris sedeant, atq; assistant cum actis, & scripturis opportunis, vt possint litigantium causæ, & negocia (vt conuenit) expediri, pœna iudicibus

decem

decem librarum denariorum pro qualibet vice: & notarijs quinq; librarum denariorum pro quolibet, & qualibet vice, qua contra factum fuerit auferenda. Ioannes autem de Castelliono alius pro tẽpore Legatus videns, quod de superioribus audiẽtijs ordinatum extiterat, fore saltem circa iudices declarandum, seu in melius reformandũ, addidit & ipse de audiẽtia,[a] & horis stationum iudicum cõstitutionẽ, quam, vti bene editam, duximus non esse prætermittendam: immo hoc in loco addendam formaliter: & est talis. De audientia rectoris, & iudicum. Item constitutioni de audientia danda, & copia sui facienda per rectores, & suos officiales, quæ incipit: (Bonę memoriæ. ibi iudices vero rectoris) addendo decernimus, ne propter diuersitatem horarum sessionis ad bancum, ad ius reddendum incertitudine iudices, procuratores, notarij, & alij apud tribunal ipsorũ iudicum assistere volentes, quoquomodo impediantur, & de cætero in loco audientiæ nostræ curiæ generalis omnibus, & singulis diebus, & horis iuridicis, in curia prædicta de sero, hora deputanda per ipsos iudices pro qualitate temporũ, & mensium, per vnum campanarium deputandum, pulsetur campana communis loci, ita & sonus ipse verisimiliter possit omnibus innotescere in dicta curia: iudices ipsi teneantur illico sedere & ius reddere, quantum eis visum fuerit oportunũ: & procuratores ipsi, & notarij, & quicunq; alij volentes assistere possint: ita & pulsata campana, nemo expectetur vlterius: & procuratores dicto tẽpore in loco curiæ existentes, post dictam campanam pulsatam habeantur pro legitime citatis, & cuntumacibus. Quod cum in desuetudinem quasi abierit, Benedictus Cardinalis Rauennaten. nuncupatus, dum & ipse legationis officio in eadem prouincia fungeretur, innouauit, & in pristinam reduxit consuetudinem, dum in suarum constitutionum primo capitulo sic rubricauit, & disposuit, videlicet: Quòd auditores, & iudices teneantur terminos constitutionis Angelinę obseruare: & quolibet die accedere ad bancum iuris. Item, & in causis ciuilibus, & mixtis seruẽtur termini constitutionis Angelinæ, cum additione constitutionis Andegauen. vel Albanen. & alterius constitutionis in quinto libro incipientis: Finem litibus imponere cupientes. & alterius constitutionis in additione Bononien. in quinto Libro Capitulo nono. & ne ex tenore dictarum constitutionum causæ fiant immortales, statuimus, decernimus, & ordinamus, & auditores, & iudices nostræ curiæ, quolibet die iuridico teneantur, & debeant (videlicet qui sunt in curia) simul, & coniunctim sub pœna excommunicationis latæ sententiæ accedere ad tribunal: & pulsata campana bis, iudex iuxta consuetudinem, & stilum iam obseruatum, se ponere debeat, & sedere, & pronunciare illam diem currere, & protestari, si procuratores recusant ad tribunal accedere, illam diem currere, & per custodem Archiuij annotari facere pro die iuridica, & vtili: & omnes dicti termini ad vnguem obseruentur, prout obseruari mandamus sub excommunicationis pœna: etiam in causis pendentibus decernentes per præsentes ex nunc nullum, & inane, & nullius valoris quicquid fieri contigerit cõtra formam dictæ nostræ constitutionis, nisi aliud per nos in aliqua causa pupillorum, viduarum, & miserabilium personarum, vel alicuius forensis extra prouinciam fuerit decretum, statutum, & ordinatum: quibuscunque commissionibus per nos factis, & faciendis, etiam illis, in quibus dictis constitutionibus foret expresse derogatũ, non obstantibus. NOS Rodulphus Pius de Carpo Cardinalis, & Legatus, diligenter perspicientes aliorum rectorum constitutiones, tempore, quo fuerant sancitæ, nedum vtiles, & necessarias, verum etiam sanctissimas existimari, nũc vero propter temporum varietatem, nimiamq; viuendi licentiam, aliquid in eis esse, quod iure desiderari possit, propterea (cum quæ de nouo emergunt, nouo indigeant auxilio) nouam hanc constitutionem edidimus, vt ordo postulantium penitus obseruetur, & omnium desyderia publicè exponantur: ac fœminæ, pupilli, humiles, aut rustici, qui procuratorum, patronorúmve ex aduerso contendentium auctoritatem, potentiamque reformidantes cedere solent, ne ab ipso tribunali infracto[b] animo, iuribus posthabitis, ac causa penitus deserta recedant, sed libere agere audeant, suiq; animi sentẽtiam tutissime

tutissime expromant, decernimus vt primũ extra prouinciã, si quispiã adesset orator: deinde prouincialium (pro locorum dignitate) oratores audiantur, eorumq; negocijs terminatis, viduæ, pupilli, humiles, ac rustici, cæteriq; omnes, qui patronos, vel procuratores non haberent: si vero habuerint, suo tempore & per eis aduocati, & procuratores postulabunt, & causas commodius agitare, & in eisdem in iudicio liberius versari poterunt. Post hos patroni seriatim (procedendo à primo vsq; ad vltimum, veluti collegiatorum ordo expostulat) præcedant. Post autem prædictos aduocatos (nisi forsan causa ab aduocato proposita procuratorem exigat procurator vtiq; cum eo interuenire possit, etiam & alij sint aduocati, qui per seriem postulare contendant) procuratores à primo vsq; ad nouissimum incipiant. Studeant tamen aduocati, & procuratores, vt quos in causis contradictores, & aduersarios habere sciunt, in causis, quas proponere intendunt, alta voce requirant, siquid opponere, aut contradicere voluerint: demumq; sine iurgiosa contentione discutiant. Dumq; in audiendis publicè postulantium votis præoccupamur, non susurrent, néve spatientur, sed in aliquo auditorij remotiori loco seruato ordine se collocent, & cum silentio audiant: & statim post thesaurarium ipsi auditores, & iudices assistant, postmodum ciuitatum oratores, deinde aduocati, successiuè procuratores, & demum cæteri admittantur: curent quoque vt quod ab ipsis propositum, atque postulatum fuerit, vnico ferè contextu, ac breuiore sermone expediant, ne verborum multiloquio, aliorum causæ protrahantur, in loco iuris reddendo coram ipsis iudicibus, & auditoribus pro tribunali sedentibus, senior in collegij ordine proponat, & huiusmodi nostræ constitutionis transgressores arbitrio nostro plectantur. Edidit etiam Sygismundus Gonzaga Card. Mant. const. aliam super accessu, & sessionibus notariorum ad tribunal, quam inferius suo loco recensendam censuimus.

GLO. CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Rector prouinciæ qualiter se præbere debet in audientia.*
2 *Audientia quandoq; capitur pro loco vbi ius redditur.*
3 *Rector potest legem condere.*
4 *Ab illius sententia de iure non datur appellatio, sed supplicatur.*
5 *Potest mulctare vbi pœna non est statuta.*
6 *Omnes dilationes ex causa potest breuiare.*
7 *Ex bono & æquo iudicare solet.*
8 *Quando absoluit ab expensis non tenetur allegare causam.*

a 1 AVDIENTIA] Rectorem Prouinciæ † in audientia facilem se præbere debet, non tamen contemni se patiatur, nec calamitosorum præcib. illacrimetur, neq; est constantis atq; recti iudicis, cuius animi motum uultus detegit, sic moraliter dicebat Calistr. in l. obseruandum. ff. de off.
2 præsid. Audientia † quandoq; capi potest pro loco vbi ius redditur, sed tunc latinius dicitur auditorium, est. n. locus vbi causę audiuntur, & lites iudicantur. l. contra. §. is qui. ff. de re iudic. l. mulier. ff. ad Treb. l. minor autẽ. ff. de min. l. lecta ff. si cer. pet. Non est ambigendum Rectorẽ † prouinciæ posse legem condere. l. non ambigitur. ff. de legibus. c. pen. de offic. lega. quod intellige in eius iurisdictione, generalẽ vero solus princeps potest facere, gl. in d. l. non ambigitur, Io. Fab. in §. quod Principi, inst. de iu. nat. Restituit in integrũ, inferiores magistratus nequaquam. l. vn. in fin. ff. de offi. præf. præt. l. præfecti. ff. de mino. l. 1.
4 §. de qua. ff. de post. De iure cõi non datur † appellatio ab eius sententia, credidit eũ Princeps eos, qui ob singularem industriam explorata fide eorum & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse prosapientia ac luce dignitatis suæ, quàm ipse foret iudicaturus. l. vn. de off. præf. præt. poterit tamen ab illius sententia supplicari auth. quæ supplicatio. C. de pc. imp. off. Guid. Papæ decis. 50. l. vn. C. de sent. præf. præt. l. nemo. C. de sent. & interl. om. iud. Imo. consi. 142. nu. 3. Alex. consi. 2. col. 3. & 4. li. 3. Vantius latè in trac. null. tit. an qual. sen. Rebuf. de lit. ciuil. nu. 3. & seq. & de suppl. seu err. propos. q. 2. nu. 11. & q. 10. num. 70. cum seq. tom. 1. Potest mulctare † quando pœna non est
5 taxata vsque ad tres libras auri. l. eos. C. de mo. mulc. & vsq; ad 50. quando peccatum est grauissimũ. l. illustres, illo tit. & si videret expedire maiorem imponere posset, cum loco Principis sit l. 1. §. de qua autẽ. ff. de postul. ne nimia indulgentia officium inquinet. l. 1. ff. de coll. deteg. potest etiá pœnas ordinarias minuere, vel in totum remittere, si viderit expedire. l. illicitas. §. fin. ff. de offi. præsi. Guid. Pap. decisio. 206. Aufr. in add.
6 Cap. Tolos. q. 274. Omnes † dilationes potest ex causa breuiare, etiam si per constitutiones terminus esset prefixus, ad instar Principis. l. 2. ff. de

re iud. Quamuis alij iudices debeant iudicare secundum allegata & probata d. l. illicitas. §. veritas. c. 1. de offi. ord. tamen rector † prouinciæ ex bono & equo iudicare solet, & debet veritatem attendere non subtilitatem. Bar. in l. vna in fin. C. vt quæ des. aduo. Guid. Pap. decis. 29. Ias. §. si minus inst. de act. Abb. in c. dilecti, per illum tex. not. 1. de iud. Rot. Pedem. decis. 79. nu. 44. cum seq. per tex. in l. properandum. §. & siquando. C. de iud. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. Sal. in l. minorem nu. 2. C. de non nu. pecu. pulcher tex. in l. eos. §. super ijs vero. C. de appel. c. iudicet, & ibi glo. & Gem. 3. q. 7. his adde Fel. in c. pastoralis de off. deleg. vbi septem limit. refert. Quando inferior iudex absoluit ab expensis victam parte causam allegare debet. §. oportet, in auth. de iud. Bar. & Bal. in l. lucius. ff. de his q not. infa. rector † ipse non tenetur, & alia potest de quibus in nostris commentarijs.

7

8

b INFRACTO] qualis debet esse rector prouinciæ Iac. de Bellouisu in prat. sua rub. quo. sint cau. nu. 170. sic dicit, debet esse arbor fructifera & robusta, quæ non debet ad flatum venti cuiuslibet agitari, quia non ad flatum venti orientalis ratione affectionis & parentelæ, nec ad flatum venti occidentalis ratione præmiorum, & pecuniæ, nec ad flatum venti meridionalis ratione timoris & potētiæ, nec ad flatum venti septentrionalis ratione rancoris & inimicitiæ. Fortis ergo & firma esse debet & æqua vt libra, nec declinans nec claudicās ad dextram nec siniſtram, sed equa lance debet esse media inter partes. *l. nullus. C. de* iud. c. 1. de re iud. lib. 6. debet habere tunicam fortitudinis, corticem veritatis, medullam æquitatis ante oculos. l. quod si epheſi. ff. de eo quod cer. loc. l. rem non nouam. C. de iud. & aures præbere omnibus Sap. c. 6. præbete aures, qui continetis multitudinem, & placebit vobis in turbis nationum, quoniam data est potestas vobis à domino, & virtus ab altisimo, qui interogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur, quoniam cum essetis ministri regni illius non rectè iudicastis, nec custodiuistis legem iustitiæ, neq; secundum volūtatem Dei ambulastis. Rebuf. in proœ. cōc. fran. verb. summas.

DE VITA, HONESTATE, & habitatione rectoris, suorumq; officialium. Cap. IIII.

MIRIFICO quodam, ac diuino quodammodo afflatus spiritu ad vlteriora procedēdo, præfat⁹ Aegidius Sabinensis Episcopus prorupit in editionem cuiusdam Angelinæ quartæ constitutionis: quā rectores prouinciarum semper præ oculis habere deberent, & in mente pariter, & in corde gerere, dum dixit. Aegidius Sabinensis Episcopus Apostolicæ Sedis Legatus, & domini nostri Papæ vicarius. Quia, (vt iura testantur) quibus plura cōmittuntur, plura honestatis, [a] & pōderositatis exiguntur ab eis. Statuimus, & ordinamus, q̄ rector, qui tam arduum gerit officium, & sui officiales, & familiares (prout eorum statui conuenit) viuant sub decore congruæ honestatis, ab illicitis gestibus, minis, concussionibus, & extorsionibus abstinendo; & præfati officiales vltra eorum salaria debita (& per constitutiones insertas in hoc volumine) ordinata recipere non præsumant: nec quocunque velamine, vel colore prohibita eis per constitutiones huiusmodi recipere audeant quoquomodo: & quia (vt iura dicunt) esculenta, & poculenta offuscant corda iudicum, ipsa eisdem officialibus dicti rectoris, & eorum familiaribus recipere per se, vel alium, atq; per quoscunque dari eisdem penitus prohibemus: idem quoque rector, ac sui officiales, & eorum familiares nō cogant per se, aut alios aliquam personam vendere sibi granum, vinum, victualia cætera, nec res alias, sed solum emant, quod eis expedit, aut emere, seu habere volunt à volentibus sponte vendere pro iusto precio (sicut alij communiter emunt) per eos venditoribus ante receptionem rerum effectualiter persoluto: nisi reperirentur pro exercitio eorum officij in loco, vbi propter malitiam, vel inepti tudinem habitantium victualia, hospitia, lecti, & necessaria eis non inuenirentur venalia: tunc enim possint cum modestia, & honestate cogere habentes talia ad vendendum, vel præstandum, iusto tamen precio (vt prædicitur) persoluto. Rector quoquè suos officiales, & familiam honestè viuere, & habitare compellat: nec sinat eos cum dissolutione vagari: vel ipsos in turpes lasciuias, & iniurioſas contumelias prosilire: nec aliquis, qui non sit vere familiaris rectoris, vel suorum iudicum, & officialium, & secum continuè non habitauerit, sub ficto colore nomen huiusmodi familiaritatis assumat, ne sub fauore talis nominis concussiones, aut alia illicita (subditis perterritis) cōmittantur: & familiares eorū non sint de prouincia oriundi, nec incolæ, & habitatores continui: non enim videtur honestum esse, q̄ aliqui sub prætextu familiaritatis huiusmodi conuersationem acquirant, vel gratias: ne eorum comprouinciales opprimant quoquomodo. Statuimus etiam, q̄ rector non possit, nec debeat alicui suo familiari tunc, vel qui ante suus familiaris fuerat, infra annum concedere aliquam potestariam, vel officium vicariatus, vel alterius vocabuli in aliqua terra, vel loco, vbi per rectorem, vel Ecclesiam potestas, vel officialis talis ordinari deberet. Nec etiam talis familiaris possit per aliquem ad aliquod officium eligi in aliqua terra de prædictis, vel alijs, ne forsan illis illicita committentibus, & subditis reclamare non audētibus, eorum defectus transeant impuniti: & subditi contra iustitiā reperiantur oppressi: quæ prohibitio in castellanis, & custodibus roccharum, & fortelitiorum non vendicet sibi locum: sed ad tales custodias rector possit familiares, & alios fidos (vt expediens viderit) deputare. Prædicta quoque prohibitio rectori, & eius officialibus, & familiaribus facta, esse pari ratione & mō thesaurario cuiuscunq; prouinciæ, & officialibus, & familiaribus, volumus etiam ratam esse, & firmiter obseruari cōstitutionem editam per bonæ memoriæ Bertrandum Episcopum Sabinen. dum erat Archiepiscopus Ebredinen. & reformator: qua decreuit, q̄ nullus de prouincia originem trahens, seu larem, aut domicilium ibi fouens, vestes, seu robas, rectoris, vel thesaurarij audeat accipere: nec rector, siue thesaurarius cum precio, vel sine precio sibi dare: aliâs tam dantes, quàm accipientes (vltra pœnam excommunicationis) pœnam centum florenorum auri incurrere voluit ipso facto: & dictæ prohibitiones, receptiones, in familiares originalium, & incolarum prouincię locum nō habeant, in capellanum (siquem rector retinere voluerit) nec in vilibus personis, quæ ad vilia ministeria detinentur, sicut sunt mulaterij, asinarij, fornarij, ferentes ligna pro igne, & coqui, regatij, & alij similes, ad quod se prohibitiones huiusmodi non extendant. Rector etiam pro suo honore, & habiliore modo sui officij possi

a

secum in aula sua, seu habitatione tenere iudicē suæ curiæ ad maleficia deputarum, & iudicem ad causas ciuiles, vel alterum ipsorum, sicut sibi videbitur expedire: & pro expensis iudicis, quem sic secum tenebit, & vnius famuli, & vnius regatij recipiat rector ipse à camera sex ducatos auri quolibet mense, qui (vt supra dictum est) in alia constitutione pro expensis huiusmodi debeantur: & quando aliquem ex dictis duobus iudicibus, vel ipsos ambos dictus rector (vt prædicitur) secum retinuerit, teneat cum quocunque ipsorum iudicum notarios ipsi iudici ad suum officium deputatos: & eisdem victum exhibeat cibi, & potus, pro quibus rector habeat à dictis notarijs quartam partem salariorum scripturarum suarum: Alij vero iudices curiæ rectoris, & etiam prædicti duo, quando non habitant cum rectore, habitent in honestis locis, & patentibus, & causantibus: sui copiā faciant, vt decet: & quilibet iudex secum teneat in eadē domo, & habitatione notarios oēs ad suū offīm deputatos: & ipsi notarij cū suo iudice ibi debeant cōtinue habitare, & viuere ipsorū expensis, put de vita, & victu inter eos, & suū iudicem concorditer fuerit ordinatum, volumus, & etiam mandamus (*sicut in constitutionibus continetur*) q̄ nullus dictorum notariorum præsumat ludere [b] ad taxillos, vel aleas, aut alium alium ludum prohibitum, siue baratarias, in quo pecunia, vel res aliqua perdi possit, & qui contrafecerit, in libris 5. denariorum pro qualibet vice puniatur. Insuper cum officiales stipendijs sibi assignatis, & per eos acceptatis, debeant esse contenti: rectoremq;, & eius officiales, & domesticos remunerationis gratiam deceat honestate præuia expectare, statuimus, q̄ nulla persona præsumat muneribus, promissionibus, vel aliter verbis, aut factis corrumpere [c] aliquem iudicem, notarium, aduocatum fisci: vel quemcunque alium officialem, vel familiarem, seu domesticum aliquem eorum ad aliquod officium generale, speciale, siue ad aliquā executionem, vel prosecutionem alicuius negocij, siue causę quomodolibet deputatū: sed nec ipsi officiales, vel familiares, siue domestici aliquid recipere à quocunq; suę, vel sui domini iurisdictioni subiecto, qui cōtrafecerit,

b

c

officio ipso sit ipso iure priuatus: & insuper pro quantitate, vel re data, vel recepta contra dictam formam (quæ non excedat valorem 20. solidorum denariorum) in decem libris denariorum vice qualibet puniatur: & si fuerit valoris à 20. solidis supra, pro qualibet libra valoris illius rei in decem libris denariorum puniatur.

Item sequentes constitutionem aliam domini Bertrandi præfati, volumus ꝙ notarij Cameræ rectoris, & thesaurarij, seu curiæ generalis rectoris, officium syndicatus, & procurationis, vel alterius promotionis negociorum in se publicè, vel occultè assumere non attentent: nec intercessores pro vniuersitatibus, vel singularibus personis existant: alioquin vltra pœnam excommunicationis, quam ipso facto incurrunt, officio notariatus publicè sint priuati: & deinceps ad aliquod officium in terris Ecclesiæ vllo tempore assumi non possint. Gabriel Senen. tituli sancti Clementis presbyter Card. & Legatus dictæ prouinciæ prænarratam Sabinen. imitatus constitutionem, etiam ipse in additionibus suis posuit super præmissis legem, dum in suarum additionum cap. XIIII. infra scripto modo addidit: Quòd rector non recipiat aliquod salarium à communitate occasione alicuius officij, vel potestariæ. Item attendentes quendam abusum &c. statuimus, quòd nullus rector alicuius prouinciæ Ro. Ecclesię infra legationem nostram audeat, seu percipiat salarium aliquod ab aliqua ciuitate, terra, seu castro, ratione alicuius potestariæ quouis modo: & quòd communantia, & homines dictarum ciuitatum, seu castrorum non teneantur soluere salarium aliquod ratione officij potestariæ, nisi illi personæ duntaxat, quæ personaliter exercuerit, seu exercebit officium potestariæ in ciuitate, castro, seu terra, de quibus petitur salarium. Ioannes quoque de Castelliono Card. & Episcopus Papien. adhærendo sancitis per præfatos dignissimos Legatos, posuit etiam ipse nouam constitutionem in primo capite, De vita, & honestate rectoris, in rubrica, & in nigro hoc modo. Imprimis constitutioni Aegidij sub rubrica, De vita, honestate, & habitatione rectoris, & suorum officialium in secundo libro constitutionum, quæ incipit: Quia (vt iura testantur) addimus, quòd vnicuipue auctoritate præsentis constitutionis, & additionis impunè, & liberè liceat, & permissum sit coram nobis, & imposterum successorib⁹ deferre, & nominare omnes, & singulos nostros familiares, officiales, & alios in nostra curia residentes, contra honestatem verbo, aut facto eam vitam ducentes, ita quòd de oportuno remedio aduersus tales prouidere valeamus, cuius nomen secretum, & occultum tenebitur. Sixtus quoq; IIII. Pontifex Maximus in quadam eius bulla, sub data Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dom. M CCCC LXXVIII. tertio cal. Iunij, Pont. eiusdem anno septimo, parum ante medium suarum (vt supra) literarum eandem Sabinen. constitutionem citando addidit, secundum infra scriptum tenorem, videlicet: Et dictæ constitutioni secundi libri sub rubr. 4. De vita, & honestate, ac habitatione rectoris, & suorum officialium, dum prohibet familiares rectorum, & gubernatorum familiaritate durante, & ea finita, infra annum ad aliquod officium assumi eadem auctoritate adijcimus, quòd Legati, rectores, & gubernatores præfati ab his, qui pro tempore electi, assumpti, vel deputati fuerint ad aliqua officia, aut alijs pro eis, etiam sponte soluentibus, & offerentibus directè, vel indirectè, electiones eorum officij procurando, vel etiam confirmationes malitiosè differendo, seu illas confirmando, nihil vltra recipiant, aut recipi permittãt, quàm per constitutiones sit permissum: nullamq; super participatione de ipsorum officiorum salario, & emolumento pactionem ineant, aut iniri permittant per quoscunq;, (præsertim domesticos, & familiares suos, sub eadem excommunicationis sententia (vt præfertur) incurrenda. Paulus secũdus Pontifex Maximus hoc idem vetuit, quod in Sabinen. constitutione, & antedictis alijs apparet, dum in quadam bulla suæ sanctitatis, sub data Romæ apud sanctum Marcum, anno incarnationis dominicæ M CCCC LXVI. quinto decimo calendas Aprilis: & eius Pontificatus anno secundo, inter cętera dixit parum post initiũ: Volentes igitur talibus abusibus prouidere, & ꝙ officiales, & ministros, Apostolicæ Sedis

Sedis omnem integritatem, munditiamq; seruari, hoc perpetuo prohibemus edicto, ne quisquam deinceps rectorum, aut gubernatorum, & quoruncunq; officialium Romanæ Ecclesiæ, vel etiam Legatorum de latere ad regimen, & gubernationem prouinciarum, ciuitatum, ac terrarum Romanæ Ecclesiæ deputatorum, vel deputandorum, à prouincijs, ciuitatibus, terris, quibus præsunt, vel officia exercent, nec à singularib⁹ psonis suę legationis regimini, vel gubernationi suppositis, aliqđ genus muneris, nec aurum, nec argentum, aut vestem, aut equum, aut aliquod cuiuslibet speciei munus accipiat, præter esculenta, & poculenta, quæ breui tempore consumi possunt: quod tempus ad biduum moderamur, alioqui tam dantes, quàm accipientes, etiam si pontificali præfulgeant dignitate (dummodo non sint sacrosanctæ Romanæ Ecclesię Cardinales, qui in sacro collegio coram nobis sponte sua obtulerunt, & promiserunt non recepturos se huiusmodi munera) ipso facto sententiã excommunicationis incurrant: à qua absolui non possint, nisi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo constituti. Et insuper omne id, quod acceperint, & aliud tantundem restituere teneantur. Quas constitutiones sic (vt præmittitur) registratas multum commendauimus: & tanquam iuri, & rationi consonas, NOS Rodulphus Pius Card. & Legatus antedictus obseruari mandamus.

GLO. CAP. IIII.

a HONESTATIS] vide quid sacrosancta Synodus Trident. decreuerit Sess. 2. patribus circa vitæ cultum atq; honestatem.

SVMMARIVM.

1 *Ludus est laboris alleuiatio.*
2 *In ludo tempus amittitur.*
3 *Ex illis crimina oriuntur.*
4 *Inuentus fuit à diabolo.*
5 *Aleatores sunt deterioris conditionis quàm latrones.*
6 *Commendatur scaccorum ludus consideratis circunstantijs.*

b 1 LVDERE] †Ludus est laboris alleuiatio vt in c. continebatur, de hom. Soc. consi. 16. lib. 1. ludus azardi alearũ & taxillorum est prohibitus đ iure, auth. alearũ vsus. C. đ relig. & sump. fun. auth. interdicimus. C. de episc. & cler. Old. q. 78. Corn. consi. 101. lib. 2. Gram. consi. 35. in fi.

2 In ludo † enim tempus amittitur, & oportet semper orare, ille enim semper orat secũdum Greg. qui bene operatur, & de omni verbo otioso reddenda est ratio. Quis enim ludos appellat, ex quibus † crimina oriuntur? vt in proœ. ff. 5. illud. ludus † inuentus fuit à diabolo. c. præterea, dist. 51. & cõsuetudine nõ poterit validari. c. ex parte, de consi. quãuis sit immemorabilis, quia est nutriti ua peccati gl. sing. in c. deniq;, dist. 4. dicens, consuetudo excusat à pœna temporali non autem gehennali. c. si romanorũ 19. dist. Inquit Philos. 4. eth. ꝙ aleatores † sunt deterioris conditionis, quàm latrones. Hinc celebre dictum Chilonis ex septem sapientibus Corinthum missi ab Atheniensibus iungendæ societatis causa, & ibi principales populi ludentes aspexerit, adeo illud abhorruit, vt statim infecto negocio illinc discederet (inquiens) nolle se gloria spartanorũ, quorum virtus per orbem clarescebat, hac infamia maculare, ne diceretur cũ lusoribus societatem cõtraxisse. Commendatur † scaccorum ludus velut virtutis specimen, qui permittitur temporis circumstãtijs adhibitis Ricard. lib. sent. 1. dist. 7. art. 5. q. 8. latius tamen videas Card. Turrecrem. c. episcopus. 35. dist. san. Tho. secunda, secundi. q. 32. ad septimum. & vide infra lib. 3. c. 10. gl. fi.

c CORRVMPERE] corrũpens iudicẽ cum pecunia si actor est perdit causam. l. 1. C. de pœn. iud. qui mal. iud. si vero reus perdit exceptionem, secundum gl. ibi in verb. amittat. Bald. inibi & cæteri sequuntur, Bar. in l. falsum. C. si ex fals. instr. glo. in l. venales, verb. infirmus. C. quando pron. nõ est nec Fel. c. cum venerabilis, col. 5. de except. Par. de Put. de synd. verb. an si, & intelli ge, ꝙ perdit causam non ipso iure sed per sententiã Bar. in l. 1. §. sed & cõstitutio, col. 1. versi. quæro pro declaratione. ff. de calum. & in d. l. 1. q. 3. C. de pœn. iud. Dida. in reg. peccatum. cart. 102. Iudex vero varijs punitur pœnis, Gram. cõs. 35. nu. 9. Iul. Clar. in prat. crim. §. fin. q. 73. versi. Iudex committens, Boss. in tit. de officiali. corrup. pecun. post nu. 10.

DE OFFICIO QVATVOR IVDICVM curiæ generalis. Cap. V.

VM iudices ordinarij curiæ generalis secundã post rectorem in dicta prouincia Marchiæ teneant potestatem, cõtinuato quasi ordine Aegidius Episcopus

Sabinen. præfatus præinserto cap. quarto quintam addidit constitutionem, officium quatuor iudicũ curiæ generalis prouinciæ prædictę continentem sub infrascriptis formalibus verbis.

AEGIDIVS Sabinen. Episcopus Apostolicæ Sedis Legatus, & domini nostri Papæ vicarius: Iudicum curiæ generalis officia (iurisdictionis morem solitum, & cõsuetudines veteres in hac parte sequentes) sic duximus distinguenda. Iudex super spiritualibus cognoscat de omnibus causis spiritualibus, & de omnibus causis pertinentibus ad forum ecclesiasticum, & de omnibus appellationibus interpositis, & interponendis ad eum, seu rectorem, seu auditorem super spiritualibus dictæ prouinciæ ab ipsis abbatibus,[a] plebanis,[b] & quibuscunq; prælatis,[c] rectoribus, & clericis quoruncunq; locorum regimini Marchiæ commissorum, & de omnibus alijs, quæ infra in constitutionibus tertij libri huius voluminis continentur. Iudex causarum criminalium cognoscat de omnibus primis causis criminalibus[d] meris, & mixtis, tam meri, quàm mixti imperij per accusationes, denunciationes, inquisitiones ad eum delatas: & in his cognoscendis, & terminandis, secundum constitutiones inferas in hoc volumine, & maximè in quarto libro, plenam habeat potestatem. Iudex causarum ciuilium[e] cognoscat de omnibus primis causis ciuilibus, quæ ad rectorem Marchiæ, siue ipsius iudicis audientiam, siue curiam deuoluuntur: & in his omnibus cognoscendis, & terminandis, secundum constitutiones huius voluminis, & maximè locatas in quinto libro, plenam intelligatur iurisdictionem habere. Iudex vero appellationum[f] Marchiæ habeat potestatem, & iurisdictionem cognoscendi, & terminandi causas omnes appellationũ, & nullitatum, quę interponuntur ad ipsum, vel rectorem Marchię super temporalibus à iudice maleficiorum, & iudice ciuilium prædictis, & à iudicibus præsidalibus, & comitatus quondam Vrbini, & comitatus quondam Fani, & rectore, & officialibus Massæ Trabariæ, & omnibus potestatibus, iudicibus, & officialibus quoruncunq; locorum regimini rectoris prouinciæ commissorum: in omnibus, & de omnibus, quę, & prout in constitutionibus huius voluminis, & maximè positis in sexto libro, plenius continentur. Constitutionem autem bonæ memoriæ domini Bertrandi tunc Ebredinen. Archiepiscopi, & reformatoris prouinciarũ, obseruari volumus, quam vtiliter edidit in hac forma: Item cum indecens sit promiscuis actionibus rerum turbari officia, præsertim iudicum, quibus est honor[g] debitus deferendus: quod tamen esse contingit, cum alij creditum, siue commissum officium alterius subreptitia impetratione, vel importunitate precum exercet. NOS volentes, ꝙ quilibet iudicum maioris curiæ, sic onus suum portare debeat, & cõmissum sibi officium studeat exercere: ꝙ se alterius officio non immisceat, nec se de eo sine causa rationabili intromittat, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, quòd causæ ciuiles, seu criminales cuiuscunq; conditionis existant, quæ ad cognitionem, examinationem, & decisionem quorumuis iudicum curiæ (secundum modum suum, & iurisdictionem eisdem à rectore commissam) de sui natura debebunt, & poterunt pertinere, per rectorem prouincij alteri iudici, vel personæ nullatenus committantur, nisi forte iudex ille, ad quem causæ cognitio pertineret, partibus, aut alteri earum esset suspectus,[h] aut ob impedimentum infirmitatis,[i] aut absentiæ, aut aliud, propter quod intromittere se non posset, seu commissio per rectorem alij fienda de partium procederet voluntate. Item attendentes, ꝙ neque rationi consonat, neque iuri, quòd iudex, ad quem à partibus pro recipienda iustitia debet accedi, conuerso ordine ad partes (præsertim quæ propter commissa maleficia se reddunt indignas) veniat, se propter hoc à loco, vbi maior curia teneretur multorum, quorum causæ ibidem agun tur in præiudicium, & impedimentum iustitiæ, absentando: eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, quòd quandocunque contigerit aliquem, seu aliquos, cuiuscunque status, aut conditionis existant, deferri, accusari, seu denuntiari, vel contra eos ex officio procedi, de quouis crimine publico,[k] vel priuato, ad examinationem, & iurisdictionem rectoris prouinciæ, seu iudicum ipsorum quo-

quomodolibet pertinenti, iudices maioris curiæ, seu præsidatuum, ad locum delicti, seu ad personas de delictis culpabiles nullatenus (nisi ex magna, & euidenti causa, rectoris arbitrio, & cum thesaurarij, & iudicum suorum consilio decernenda) valeant, seu debeant proficisci. Sed si super cõmissis delictis aliqua generalis, vel specialis summaria, vel alia (prout rectori, seu iudici videbitur) informatio fuerit facienda, vnus, seu duo notarij idonei, & fideles ad informationes recipiendas huiusmodi, & pro describendis delatorum bonis, & alijs, quæ occurrerent, per rectorem, seu iudicem transmittantur: & qui criminosi, seu culpabiles asseruntur de crimi nibus, de quibus ciuitates, vel loca iurisdictionem non haberent, pro subeunda iustitia ad maiorem curiam veniant: & per potestates, rectores, & regimina terrarum ad ipsam maiorem curiam, & iudices sub fida custodia transmittantur. Si vero potestates, rectores, & regimina terrarum, vbi malefactores, seu delati latitarent, seu morarentur continuo (etiam illo tempore, in quo ipsi officiales per prædictos rectores, vel iudices existerent requisiti) non curarent, vel iniustè differrent delatos huiusmodi ad præfatam curiam maiorem sub fida custodia remittere,[l] & personaliter exhibere, ex tunc ipso facto potestas, rector, & regimina, sententiam excommunicationis incurrant: & terra (vbi delati huiusmodi fuerint requisiti) ecclesiastico sit supposita interdicto: & nihilominus incurrat pœnam mille florenorum auri Cameræ Romanæ Ecclesiæ applicandam. Insuper, quia contingit interdum necessitas infirmitatis, vel absentiæ, vel alterius iusti impedimenti, propter quod quicunque dictorum iudicum suo officio præsentialiter in loco curiæ seruire non posset, statuimus, ꝙ tunc alter ex eis, vel aduocatus fisci possit tenere locum absentis à loco curię (vt prædicitur) impediti, quem ipse principalis iudex, cuius locus tenendus est, vel rector ad id duxerit deputandum. & ad plenam probationem huiusmodi locumtenentis depositionis sufficiat, si notarius actorum, siue causæ in quocunq; actu, qui per eum fieret in sua scriptura, vocet, seu appellet eum Locumtenentem, etiam si aliter de commissione huiusmodi non constaret, & auctoritate, & vigore præsentis constitutionis censeatur iurisdictio attributa. Volumus tamen, ꝙ si absentia, vel impedimentum huiusmodi fuerit, in iudice maleficiorum minus triginta diebus, eius locumtenens non possit interim sententiam absolutoriam ferre decrimine, nec testes in causa criminis publicare: & prædicta locum habeant, etiam in iudicibus aliorum rectorum dictarum prouinciarum, iuxta officium per rectorem eorũ cuilibet attributum. Quam constitutionem cognscentes NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus prædictus esse aliqua suppletione indigentem, maxime secundum præsentia tempora, in hunc modum suppleri, & declarari manda uimus pro eo, quia in finalibus quasi verbis eius, & in versiculo, insuper quia contingit, dum dicitur, ꝙ propter aliquas necessitates (vt in ipso versiculo) contingat aliquem ex præfatis iudicibus se absentare: vnus, vel saltem aduocatus fisci teneat locum alterius. Perspicientes locumtenentiam prædictam posse esse perniciosam, & periculosam in ipsarum causarum (præsertim criminalium) decisione: dicimus, & declaramus, quia ipsi iudices, præsertim iudex criminaliũ, per examen, & processum talem potuissent habere ipsarum causarum veritatem, & merita, & meritorum cognitionem: quod alij locumtenentes, vel subrogati prædicti habere non possint: & propterea interdum absoluendi condemnarentur, & è contra: ꝙ nullatenus de cætero in decisionibus causarum tam ciuilium, quàm criminalium præfati locumtenẽtes, seu subrogandi iudices (iuxtà præinsertas Aegidij constitutiones) non possint quoquomodo se intromittere, & easdem causas tam ciuiles, quàm criminales per sententiam terminare. Reseruamus tamen rectori prouinciæ præfato arbitrium, si in aliquibus casibus (super quibus ipsius conscientiam oneramus) viderit, & absq; dubio cognouerit, ꝙ subrogatus, vel locumtenens supradicti iudicis sit apprime informatus, possit præfatæ nostræ declarationi dispensare, & causam cognoscendam, & decidendã (prout sibi videbitur) demandare: & cum in præcedenti quadã constitutione cõparauimus fore ipsos auditores recto-

ris iudicibus ordinarijs, & ipsorum quasi officia exæquauimus. Et quia etiam ipsos auditores ex aliqua legitima causa impediri possunt, quominus tribunali, & causis agitandis, & expediendis intersint, præfatam Aegidij cõstitutionem cum præmissa nostra suppletione extendimus, & locum habere volumus in omnibus, & per omnia in ipsis auditoribus rectoris pro tempore, & ipsorum negocijs, & causis ipsis demandatis: & tanto magis ad id statuendum circa auditores inducti fuimus, quanto cognouimus concernere prouincialium vtilitatem, dum releuantur à solutionibus sigillorum, ac etiam rogituum notariorum; per quorum media fieri solent commissiones, & multiplicatæ recommissiones causarum, prout casus eueniunt.

GLO. CAP. V.

a ABBATIBVS] siqs Abbas cautus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, sobriusq; nõ fuerit, & diuina præcepta verbis & exemplo non ostenderit, ab Episcopo in cuius territorio existit, & à vicinis Abbatibus à suo arceatur honore, etiam si omnis congregatio vitijs suis consentiens eum Abbatem habere voluerit, ita cautum fuit *in concilio Triburt.* & habetur *in c.* siquis abbas. 18. q. 2. Et sic abbas debet esse Roscius, hoc est, mire (vt apud Romanos vulgo dicebatur) & perfectæ probitatis homo.

b PRAELATIS] dicit Augustus. Prælatus seipsum bonorum operum præbeat exẽplum, corripiat inquietos, consoletur pusilanimes, suscipiat infirmos, patiens sit ad omnes, disciplinam libens habeat, metuẽdus imponat, & tamen magis amari à subditis appetat, quàm timeri, vt latè prosequitur Floren. in 3. part. sum. tit. 16. c. 7. §. 1. Et dicuntur Prælati quasi præ alijs lati & ditati, & illius appellatione veniunt tam superiores quàm inferiores. c. decernimus vbi Abb. & Dec. not. 2. de iud. c. quia nos & ibi Dec. not. 3. de appel. & latè prosequere vt per Rebuf. tract. de pacif. poss. q. 10. Et tripliciter habet pascere oues Prælatus exemplo bonæ conuersationis, verbo prædicationis. c. inter cætera de off. ord. c. sit rector 43. dist. & fructu orationis, & sic orare pro subditis. 1. reg. c. 12. absit à me hoc, vt cessem pro vobis orare, sed hæu in Prælatos modernos illud intorqueri potest.

Poscendo à grege non à pascendo merentur.
Pastores ouium nomen habere suum.
Quibus dominus dicit per Ezech. c. 24. væ pastoribus, qui pascebant semetipsos. Nonne greges à pastoribus pascuntur? Rebuf. in conc. franc. tit. de const. verb. pascere.

c PLEBANIS] Plebania dicitur, quæ sub se habet capellas, in quibus instituuntur clerici perpetui. c. 1. in fi. ne cler. vel mon. in 6. plenè Paul. de Cittad. in trac. de iurep. in 3. par. q. 32. in prima cau. acq. Rebuf. tract. nomin. q. 16. nu. 16.

d CRIMINALIBVS] quæ dicantur causæ criminales merę & quæ mixtę latè cõtrouertunt Cano. in rub. extrà de iud. Illa est receptior opinio, vt quando pœna applicatur fisco, causa dicatur criminalis, quando parti ciuilis, Abb. in d. rub. de iud. nu. 5. Zas. cons. 19. nu. 1. li. 1. cæteri Cano. d. rub. 10. Cephal. consi. 35. num. 31. lib. 1. & consi. 141. nu. 21. eod. lib. Soc. Iun. consi. 99. nu. 26. lib. 2. Iul. Clar. in §. fi. q. 1. Respõdit etiam Grat. consi. 71. nu. 9. li. 2. q̃ tunc etiam iudicium dicitur ciuile, quando aliquis priuatur aliquo officio, & nihil applicatur fisco.

e CIVILIBVS] causæ ciuiles dicuntur, quæ nullam habent admixtam criminalitatis notam. Et intelligę, q̃ hic iudex cognoscet de his causis solum inter laicos. Nam & causæ ecclesiasticæ dicuntur quædam criminales vt causa hæresis. c. ad abolẽdam, de hæret. & aliæ de quibus per doct. in clem. dispendiosam, de iud. sunt etiam causæ ciuiles ecclesiasticæ de quibus in c. super prudentia 14. q. 2. Et hæ causæ cognoscuntur solum à iudice spiritualium, Rebuf. in cõcord. frã. tit. de causis verb. statuimus.

f APPELLATIONVM] Appellatio est de minori iudice vel inferiore ad maiorem iudicem facta prouocatio. c. anteriorum. §. illo. 2. q. 6. Rebuf. in const. reg. tract. de appel. tom. 3.

g HONOR] exhiberi potest quatuor modis, primo verbo illum salutando. l. publia. §. fi. ff. depos. & birro depositio illi reuerentiam, & honorem impendere. c. statuimus, de maio. & obed. secundo exhibetur edicto, & hoc est, quando quis dedicat opus suũ alicui, vel illam in suo opere nominat, tunc ille honor est perennis propter famam, quia postea talis arbitrabitur fuisse, qualem scripta declarant, arg. l. cum precibus. C. de prob. tertio exhibetur honor literis, vtpotè quando mittitur epistola, not. in clem. fi. de sent. excom. quarto exhibetur honor realis, & actualis, & iste pinguior est verbali, vñ dicebat Apost. presbiteri duplici honore digni sunt (idest) verbali, & actuali exhibendo alimoniã, Rebuf. tract. nom. q. 14. nu. 50. concordat tex. in c. vt debitus, de appel. Hinc dicit tex. in l. fi. C. de aduo. diuers. iud. qui iudicem aliquem adit, & ab eo sibi reddi ius postulet, imprimis ipsum sibi conciliare debet salutando.

SVSPE-

h SVSPECTVS] Et propterea Papa & Princeps non possent committere causam iudici suspecto, remota recusatione per glo. sing. in c. ad hæc de rescrip. Verum cõmunis opinio est in contrarium, Abb. & Dec. in c. cum inter, de except. Dec. consi. 175. nu. 2.

i INFIRMITATIS] impedimentum præstat in omnibus excusationem. l. siquis instituatur hæres, in fi. ff. de hæred. insti. l. quæsitum. ff. de re iud. & multa impedimentorum genera ad propositum vide relata per Rebuf. in cõst. reg. tit. de excus. nu. 30. cum multis seq. tom. 3.

k PVBLICO] quod sit delictum publicum, quod priuatum ex ijs intelliges quæ diximus. infrà li. 4. & in terminis vide Iul. Clar. in §. 1. vbi optimè loqtur, illud interim te admonere volo, q̃ furtum, quod regulariter est delictũ priuatum circunstantia aliqua efficitur publicum, veluti sunt peculatus expilationes bona rapta (quæ improba furta appellantur) furta manifesta & sacrilegia, item militaria furta grauiores pœnas mẽrentur, propter enim loci religionem & propter militarem disciplinam cõseruandam olim infligebatur capitis pœna pro furto autore Polybio Bar. in l. siquis vxori, de fur. & in l. sed si vnius. §. quædã, de iniu. Cicero act. 5. in Verrem. l. aut facta. §. locus. ff. de pœn.

SVMMARIVM.

1 *Remissio fit ad locum commissi delicti.*
2 *Quorum expensis fieri debet.*

1 REMITTERE] Not. duo, primo, q̃ huiusmodi † remissio fit plerunque ad locum commissi delicti, vt ibi puniatur delinquens, ad illius reip. læsionem cõpensandam & in aliorum exemplum. c. 1. de rapt. clem. pastoralis. & re iud. doct. in l. à diuo Pio. §. sententiam. ff. de re iud. & quamuis de iure communi remissio passim concedatur Cepol. consi. 59. Dida. prat. quæst. c. 11. nu. 6. Tamen de consuetudine seruatur contrariũ Abb. consi. 24. nu. 1. lib. 1. Gram. consi. 28. in fi. Bal. consi. 393. lib. 1. cõsi. 209. in fi. lib. 2. & cons. 238. lib. 4. Rimin. consi. 7. nu. 7. Rolan. consi. 60. nu. 22. lib. 2. Fulg. consi. 149. nu. 2. Soc. Iun. cons. 76. nu. 7. lib. 3. Intellige hoc inter iudices, q̃ non subsunt eidem Principi. Dida. d. c. 11. nu. 10. Frã. Mar. decis. 400. nu. 9. part. secũda. Aufr. super de cis. Tholos. 319. In leuibus nunquã habet locum remissio Duenas reg. 278. limit. 3. Item quando d̃ crimine igitur ciuiliter Aufr. in d. q. thol. 319. Si Ecclesiasticus petat ad se remitti clericum delinquẽtem tenetur, & debet iudex secularis illum remittere, Ias. consi. 121. in primo dub. lib. 1. Iul. Clar. in §. fi. q. 38. versi. est autem. intellige expensis ipsius clerici Aufr. in add. Cap. Thol. decis. 273. Boer. decis. 303. col. pen. Secundo q̃ quan-

2 uis † de iure communi hæ remissiones fieri deberent fisci expensis si accusator non adsit Ias. in d. §. sententiam. col. 2. Bal. in c. nonnulli col. 3. de rescrip. Rebuf. tract. de lit. requis. nu. 11. tom. 2. tamen seruatur, q̃ delinquentis expensis fiat, si est soluendo, & in subsidium à fisco vel accusatore si extat.

DE OFFICIO IVDICVM præsidatuum. Cap. VI.



ONTINVATO demum ordine, pcedendo, Aegidius Episcopus Sabinensis prædictus de officio iudicum præsidatuum condidit constitutionem: quia cum & ipsi præsidatuum iudices quàm plures sub eorum regiminibus terras haberent, & loca quàm plura, & consequenter vniuersitates causarum, & ordinariam haberent cognitionem, & iurisdictionem, verum non tanta, quanta iudices ordinarij fungebantur dignitate, & potestate, merito tertio loco post ipsum rectorem, & iudices ordinarios dictæ curiæ generalis posuit ipsos præsidatuum iudices, & de ipsorum officio tractare incœpit, dum dixit: AEGIDIVS Episcopus Sabinen. apostolicæ sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius, pro commoditate prouincialium, vt facilius consequantur iustitiam, & eam possint à pluribus inuenire, ab antiquo extitit ordinatum: & abinde continuè consuetum officium iudicum præsidatuum Marchiæ, ad quorum in suis præsidatibus officium, & iurisdictionem pertinet cognoscere, & terminare ciuiles, & criminales primas causas a procedendo, & sententiando secundum formam constitutionum, sicut iudices curiæ dictæ Marchiæ generalis. Verũ quia decens, & iuri consonum est, q̃ maiores causæ, & arduæ ad maiorem curiam deferantur, & etiam litigantium exposcit vtilitas, q̃ arduæ causæ, & graues ventillẽtur in auditorio, in quo inuenitur copia peritorum, statuimus, q̃ causæ dominij, seu iurisdictiones castrorum, & causæ contentionis territorij inter ciuitates, vel castra, & causæ vasallagiorum, & somagiorum, & causæ iurisdictionum, vel priuilegiorum, quæ prę tenderent contra Ecclesiam, vel Apostolicam Sedem, vel curiam rectoris, & suorum

causæ

officialium,& causæ bonorum Cameræ cõ fiscatorum,& prætendentium ius in eis: & causæ inter fiscum,& priuatos,seu communitates non per ipsos præsidatuum iudices, sed per rectorem Marchiæ,vel suos iudices generales (ad quos pertinent) cognoscantur,& etiam terminentur.

GLO. CAP. VI.

a CAVSAS] Iudices præsidatuũ cognoscunt de causis ciuilibus & criminalibus primis,exceptis causis arduis, quas exemplificat, vt in simili idem seruari Franciæ (vt causæ magnæ dirigantur parlamẽtis) testatur Rebuf.tract.de caus.benef.possess.art.6.gl.1.nu.5.tom.3. & causæ hic exemplificatæ sunt arduæ, quia de regalibus ad not. per feud.in tit.quæ sint regal.Dida.lib.prat.quæst.c. 1.& 2.Iacobi.in sua inuest.& de rhoidis.Ego circa fines territoriorum vidi diras contentiones. Dum Vicarius generalis essem pro Illustrissimo Plumbini Domino, in toto eius statu vidi altercatum inter Magnum Ducem Aetruriæ, & ipsum D. super confinibus Portusferrati in insula Iluæ.Dum locumtenens essem pro Illustrissimo D.Leonello Pio astiti in erectione cuiusdam termini declinati inter homines sancti Marini & Veruculi,& dum conuenirent, vt frequentiores termini ponerentur ad faciliorem cuiusq; territorij cognitionem, nunquam potui illos de locis apponendorum concordare. Dum Fani Prætura fungerer, vidi per Protonotarium Lucium Saxum Commiss.Apostol. repositos multos terminos auulsos inter Illustriss. Ducem Vrbini & ipsam magnif. Communitatem ex declaratione summi Pont. moderni Pij V. quàm terminationem Motu proprio confirmauit. Dum Fabriani Magistratu publico fungerer vidi & audiui longam & inueteratam litem confinium inter ipsam magnif.Communitatem & Gualdum, in qua lite(vt recordor) in locum accesserũt diuersis temporibus Illustriss.Mignanellus Marchiæ tunc Vicelegatus,Episcopus Bononiæ Campegius tunc Marchiæ Gubernator. Vrbanus Veggerius Episcopus Senogalliensis & plurẽs alij, & non est inuenire modũ vt ab immoderatis huiusmodi expensis hæ communitates arceantur aliquo concordio, circa quæ esset consulendus summus Pontifex suppremus vtriusque dominus,qui sua autoritate silentium vtriusque imponeret. Circa materiam finium conscripsit tractatum, Hieronimus de Mont. Brix. qui intitulatur de finibus regendis, ad illum (quando tibi acciderit casus) recurrere poteris.

DE CASIBVS ATROCIBVS & capitalibus non cognoscendis absq; licentia rectoris. Cap. VII.

BERTRANDVS Episcopus Sabinensis dum erat Archiepiscopus Ebredinen. & reformator in suis constitutionibus. Item eadem auctoritate statuimus,& ordinamus,q; iudices præsidatuum de crimi
a nibus atrocibus,[a] & capitalibus ad eorum examen deductis, vel inposterum deducendis,possint cognoscere,& plene examinare vsq; ad diffinitiuam sententiam exclusiue. Sententiare autem absoluendo, vel condemnando nullatenus valeant, nisi rectore primitus requisito: qui rector iuxta suum beneplacitum, causam huiusmodi criminalem ad se,seu ad maiorem curiam reuocabit,vel iudici prædicto præsidatus remittet sententialiter terminãdam. Alias autem causas prefati iudices indistinctè audiant,& decidant, & debitè exequantur.

GLO. CAP. VII.

a ATROCIBVS] dicuntur delicta atrocia pro quibus imponitur pœna corporalis Gand.de malef.tit.de quæst. & torm.& capitale dicitur, pro quo pœna mortis imponitur Bar.in l.læuia.ff. de accus.& in l.non solum.§.si mandato.ff.de iniu.Cæpol.consi.34.inter quæ,quædam crimina dicuntur maiora,vt est hæresis,læsæ maiestatis, raptus virginis,falsæ monetæ & similium, ex quibus de iure infertur pœna mortis, perpetua infamia, & omnium bonorum publicatio.c.ad delendam.c. vergentis de hæret.l.1.& 2.C.eo.l.quisquis.C.ad l.Iul.maiest.l.1.C.de rap.virg.& l.1.C.de fal.mo. Et solet delicti grauitas cognosci à grauitate pœnæ.c.non adferamus.24.q.1.gl.& doct. in l.1.C. qui accus.non poss.Bal.in l.nemo in fi.C.de sum. trin.Soc.consi.157.nu.5. dicens hanc esse communem & regularem theoricam, Barb.consi.48. lib.2.Dec.consi.65.& Aym.consi.6.nu.18. dixi infrà lib. 4.

DE

DE COMPOSITIONIBVS per iudices præsidatuum non faciendis absq; licentia rectoris. Cap. VIII.

IDEM Bertrandus reformator. Item eadem auctoritate statuimus, & ordinam⁹, q; iudices præsidatuum præ
a dictorum super delictis [a] ad eorum examen deductis nullam transactionem,seu compositionem possint facere, vel pecuniã ex delicto debitam remittere,rectore,& thesaurario inconsultis. Sed cum transactio, & compositio,vel remissio eis videbitur facienda,& in alijs pœnis,& delictis,in quibus per nostras constitutiones non est certa limitata pœna,prædictis rectori, & thesaurario cum plena instructione negocij conscientiam facere teneantur.

GLO. CAP. VIII.

a DELICTIS] Nõ possunt iudices præsidatuum nec alij componere super delictis inconsulto Rectore prouinciæ, quando pœna limitata est pro illo delicto, quia iudex legis minister est, & non destructor,scripsit tamen And.Tiraq. certas causas,quibus aliquãdo à iudice minui potest pœna quas prosequere vt per eum in tract.de pœn.tẽp. præstat arg.tex. in l.si hominem.ff. depos.l.1.§. pœna grauior.ff.de his qui not.inf.Iul.Clar.in §. fi.q.60.Dicunt etiam doct.q; quælibet iusta credulitas excusat à pœna Curt.Iun.consi. 132.nu. 1.Io.de Amie.consi.84.num.5.Boer.decis.168. nu.11.Soc.Iun.consi.45.nu.16.lib.1.Dec.consi. 170.post nu.2.Grat.consi.37.nu.21.lib.2.quod non recipit Boss. in sua praxi crim.tit. de decr. Mediol.Solet distingui ex intentione Bal.in l.plagij nu.2.C.ad l.fla.de plag. Aut loquimur in delictis, in quibus dolus est de substantia, vt est falsum periurium & similia, & tunc siue causa sit iusta,siue iniusta excusat,nam videtur cessare animus delinquendi. Aut loquimur in delictis, in quibus dolus non est de substãtia,& tunc si causa est iniusta,excusat quidem à dolo,sed nõ à culpa,& tunc punitur pro culpa non pro dolo, sed si causa est iusta excusat à dolo & culpa, quam distinctionem sequitur Iul.Clar. vbi supra versi. & genereliter. Intellige tamen semper, q; causa ista notificetur Principi vel Præsidi, vt instruit Boss. in sua praxi crim.cap.de pœnis,& ita seruat Senatus Mediolanen.cum iudicibus inferioribus.

DE APPELLATIONIBVS cognoscendis per iudices præsidatuum. Cap. IX.

NEAPOLEO tituli sancti Adriani diaconus Cardinalis Rector Marchiæ. Quia quod à pluribus quęritur,facilius inuenitur: & cum in locis causæ graues, & arduæ sint tractandæ,vbi copia iurisperitorum existat, hoc perpetuo prohibemus edicto,q; nullus particularis iudex per re
a ctorem in aliquo præsidatu[a] constitutus, prouinciæ supradictæ audeat, vel præsumat de aliqua causa appellationis cognoscere, interpositæ ab aliqua sententia processu ciuili,vel criminali excedenti summã viginti quinque librarum denariorum Rauennatuum, siue eius æstimationem, vel de aliquo grauamine,cuius interesse videatur excedere dictam summam: sed de ipsis causis,siue processibus,de quibus fuerit appellatum(quæ prædictam summam,siue summæ æstimationem excederent) ad rectorem, & suum iudicem appellationum, seu ipsorum alterum recurratur, & nihilominus etiam in minimis causis,quæ nec dictam summam excedunt, possit dictus iudex appellationum cognoscere,& iurisdictionem habeat in eisdem,& ad eum, & suam curiam possit libere appellari,prout placuerit, & videbitur expedire, & processus factus coram iudice præsidatus contra formam præsentis constitutionis nullius firmitatis existat. Adijcimus constitutioni prædictæ,q; vbi infra summam viginti quinq; librarum denariorum,talis iurisdictio coarctatur vsq; ad quadraginta libras denariorũ causam duximus extendendam. Supra scriptas proximas quatuor constitutiones de officio iudicum præsidatuum, de casibus atrocioribus, & capitalibus non cognoscendis absq; licentia rectoris, de compositionibus per iudices præsidatuum nõ faciendis absq; licentia rectoris, & de appellationibus cognoscẽdis per iudices præsidatuum cum tota ipsarum materia.

NOS Rodulphus Pius Cardinalis,& Legatus prædictus à paritate rationis arguentes,extendimus,locumq; sibi vendicare volumus in gubernatoribus, locumtenentibus,

bus,& cõmissarijs,omnib', & singulis, qui quomodolibet per rectorem prouincię Marchiæ pro tempore fuerint deputati, siue in ciuitatibus,siue in alijs terris, castris, & locis quibuslibet ipsius prouinciæ, & præsertim in gubernatoribus,seu locumtenentibus castrorum,villarnm,& locorum comitatus quondam Asculi, redactis in presentiarũ auctoritate sanctæ Sedis Apostolicæ, sub immediato regimine ipsius sanctæ Sedis Apostolicæ,& curiæ generalis rectoris prouincię Marchiæ. Et quod iam in parum præcedenti Sabinen. constitutione sub rubrica, De officio quatuor iudicum curiæ generalis,disponitur de iudicibus præsidalibus , illud fuit etiam extensum per ipsum Aegidium Episcopum Sabinen. ad loca comitatus quondam Vrbini, & comitatus quondam Fani.

GLO. CAP. IX.

a PRAESIDATV] Hodie hæc constitutio cessat cum tribus præcedentibus , quia nullus est Præsidatus in prouincia, remanserat solum Præsidatus Farfensis , & residebat iudex Ripæ Transonum,sed & *ipse euanuit. Est bene* verum,ꝙ additio Carpensis extendit hic has *constitutiones* ad alios iudices prouinciæ , & sic adhuc vtiles erunt in prouincia gl. in l. non ambigitur. ff. de legibus. Et vt nihil pœnitus ignoretur antiquitatis. Iudex præsidatus multa loca sub se habebat,quæ loca & suos iudices habebat cum limitata iurisdictione, mandat hæc constitutio , vt si contingat appellari ab illis subinferioribus iudicibus, ꝙ si causa non excedat summam 40. lib. sit in libertate appellantis,appellare vel ad iudicem præsidatus,vel ad iudicem appellationum Rectoris prouinciæ,prout sibi expedire præuiderit,supra vero illam summam,mandat, & prohibet , vt se ingerere non possit , sed immediatè appelletur ad iudicem appellationum,ita ego extrico,& intelligo constitutionem,quæ intricatè loquitur . De iure communi reperitur , ꝙ iudex constitui potest certæ summæ. l. pen. §. 1. ff. de iurisd. om. iud cum quo concordat præsens constitutio .

DE OFFICIO MARESCHALLI. Cap. X.

POSVIT succedentiuè Aegidius Episcopus Sabinensis, Legatus, & Vicarius antedictus cõstitutionem cum sua rubrica, De officio Mareschalli: cui constitutioni quædam pernecessaria adijcere volentes,quia secundum varietatem temporum statuta quoque variantur humana, In primis ipsam Sabinen. primæuam constitutionem mandauimus in hoc opere registrari, vt ea cognita , cognoscatur etiam quid per nos desuper declaratum , aut additum fuerit: & sic incipit: AEGIDIVS Episcopus Sabinen. apostolicæ sedis Legatus , & domini nostri Papæ Vicarius . Mareschalli est decens , & expediens officium declarare : & quid ad eius curiam spectet præsenti constitutione monstrare. a Tenetur itaq; Mareschallus executiones[a] sententiarum condemnationum latarum super criminalibus ad pœnas criminales, personales,vel reales facere per se,vel alium,prout expediens fuerit,ad requisitionem, seu mandatum rectoris , seu iudicis condemn. vel sui successoris in officio : aut etiam ad requisitionem thesaurarij de condemnatis Cameræ per sententias apud ipsum thesaurarium existentes : & exbannitos,condemnatos , & malefactores prosequi,& capere,& capi facere,iuxta posse ad requisitionem prædictorum , vel alterius eorundem : & alias executiones contra requisitionem prædictorum, vel alterius eorundem : & alias executiones contra rebelles,& inobedientes facere , quæ sibi ex iusta causa impositæ fuerint per rectorem. Et quoties pro prædictis accesserit extra terram residentiæ curiæ dicti rectoris , vadat cum literis dicti rectoris continentib' causam , pro qua mittitur , declaratam : & non ducat secum vltra tres equites, & sex pedites alienis expensis : nõ Cameræ, nisi negocium,siue maleficium,pro quo mittetur,esset arduum , & contra potentes homines, vel communitates', de quibus sit verisimile , ꝙ ad illud contra eos expediendum dictus Mareschallus non sufficiat cum equitibus , & peditibus antedictis, quo casu rector

ctor possit augere numerũ equitũ, & peditum ducendorũ moderanter tamẽ (prout opportunitas negocij exiget) bona fide,& iusta causa super quo ipsius rectoris conscientiam oneramus : & numerus,quem ordinandum tunc duxerit, in dictæ cõmissionis literis declaretur : & cum ipsum Mareschallum pro prædictis secundum dictam formam(non in seruitium alicuius priuatæ pærsonæ)ire contigerit,possit recipere singulis diebus sui accessus moræ,& redditus octo anconitanos de argento , pro suo , & sui equi salario,& expensis:& pro quolibet equite,quem secum duxerit de suis,& habente stipendium ab Ecclesia,duos anconitanos de argento cum dimidio : & pro quolibet pedite stipẽdium habente ab Ecclesia,vnum anconitanũ de argento,& pro quolibet equite stipendium non habente, quinque anconitanos de argento , & pro quolibet pedite stipendium non habente , duos anconitanos de argento , & vltra aliquid pro expensis vel salario(velamine alicuo,vel modo) nõ possit petere,recipere, vel habere . Quæ salaria persoluantur de bonis illorum , contra quos pro executione mareschallus , vel eius locumtenens, aut notarius mittitur,siue sit communitas, siue singularis persona : quando tamen mittitur contra singulares personas,& non b propter delictum communitatis,[b] nihil cõmunitas sibi soluat pro salario , vel expensis : & si tunc, quando itur pro delicto , siue inobedientia, aut culpa singularium personarum , non inuenirentur de bonis ipsorum malefactorũ, thesaurarius de pecunia Cameræ, ꝑ qua itur, ipsa salaria soluere teneatur,& quando contra plures singulares ꝑsonas acceditur (vt prædicitur) & fit executio in eadem ciuitate,vel castro,seu territorio , per omnes pro rata dicta salaria persoluãtur : nec pro se Marescallus, quando ipse personaliter non accedit,presumat quicquam accipere , etiam si sponte offeratur . Ioannes de Castelliono tunc temporis Cardinalis, Episcopus Papien. & præfatæ prouinciæ Legatus prædictæ constitutioni nouam, & pernecessariam (sub simili rubrica,De officio Marescalli) fecit additionem in hunc modum. Item constitutioni de officio Mareschalli addendo , statuimus , ꝙ idem Mareschallus,quàm primum officium suum inchoabit,debeat se coram nobis,& thesaurario, qui pro tempore fuerit,cũ suis officialibus notarijs,& familiaribus præsentare , & nomen suum , officialium,& familiarium,per notarium thesaurarij, seu notariũ Cameræ describi facere , & pro ipsis fideiubere . Vt fideliter , & bene officium suum exercendo, & executiones cõmittendo,executioni mandando,& ipsas executiones,cui de iure venient, cõsignando , ꝙ barattarias, & extorsiones , aut illicitas executiones non facient, sub pœnis in ipsa constitutione insertis . Ioannes Episcopus Albanus Cardinalis Andegauensis circa materiam officij Marescalli , & eius officialium , & executorum , posuit aliam additionem in capitulo quarto decimo suarum additionum : cuius additionis rubrum sic erat : De officialibus , & familiaribus approbandis : & de mercede executorum, nigrũ vero : Statuimus quoque,& ordinamus,ꝙ Mareschallus nullum aliquo pacto directè in familiarem admittat,ad exercendum officium suum nisi ille, quem admittere voluerit,à Legato , gubernatore, vel locũtenente prius fuerit approbatus . Baiuli quoq; , executores,& officiales omnes, Mareschalli nihil accipiant pro mercede sua vltra taxam in constitutionibus limitatam , sub pœna in ipsis cõstitutionibus contentam , neque taxam in eisdem constitutionibus contentam accipere liceat , nisi executione facta cum effectu . Et si pro eadem executione contigerit aliquẽ de illis pluries in aliquem locũ accedere, nihilominus sit vna solutione mercedis cõtentus , ꝙ si secus fecerit , incurrat statim pœnam decem ducatorum per thesaurarium auferẽdam, & Cameræ Apostolicæ applicandam , & Mareschallus prædictus teneatur,& obligatus sit, quotiescunq; Legatus, gubernator,vel locumtenens mandauerit,seu thesaurarius postulauerit, cum familia sufficienti per prouinciam equitare , eamq; homicidis,latronibus,furibus,& cęteris malis hominibus purgare , & reliqua ad suum officium pertinentia adimplere sub pœna, quoties neglexerit,centum ducatorum auferenda,& Cameræ applicãda. Seruetq; nihilominus Mareschallus formam constitutionum,sub pœna in illis contenta . Iulianus Soderinus de Florentia ,

Episco-

Episcopus Santonensis, & tunc temporis prouinciæ Marchiæ Gubernator, similiter circa officiũ Marescalli, & executorũ, fecit nonnulla capitula, cum satis sint iuri consona, æquitatiq; conuenientia, maxime temporibus istis, duximus hic apponenda vnâ cum sua Rubrica: De Marescallo titulata, & nigrum hoc modo se habet. videlicet: Cum sæpenumero eueniant, vt qui pro executione iustitiæ deputantur, potius intenti commoditatibus, & vtilitati eorum, dum maximis oneribus prouinciales opprimant, nouisq;, ac excogitatis exactionibus fatigent, vt auaritiæ, & voracitati eorum modus imponatur. Decernimus imprimis, quòd Marescallus teneatur declarare vnum vicemarescallum, seu vnum eius locumtenentem, & cancellariũ, quorum nomina describantur, & registrentur in cãcellaria domini Gubernatoris: & idẽ faciat de omnibus officialibus, vel alijs, qui à dicto Marescallo litteras patentes obtineant, quæ descriptio fieri debeat per cancellarium dicti Marescalli in libro ad hoc deputando, & in cancellaria domini Gubernatoris retinendo. Item volumus, & ordinamus, quòd omnes officiales electi per Marescallum, teneantur præstare *fideiussionem idoneam de bene*, ac fideliter exercendo officium suum, & in eo fraudem aliquam, aut barattariam, aut symoniam non committere, nisi dominus Marescallus caueritipse generaliter pro omnibus officialibus, tam per eum deputatis, quàm deputandis, quo casu teneatur ipse de omnib⁹ delictis, fraudibus, barattarijs, & symonijs, quæ committerentur per ipsos in pertinentibns ad eorum officium tantum. Item, ad euitanda scandala decernimus, ꝙ omnes patentati prædicti Marescalli, non deferant arma in propria patria, quando contingat delationem armorũ prohibitam, nisi in actu, & executione eorum officij, sub eadem pœna aliorum non patentatorum. Et, vt quod sancte, & salubriter per sanctissimum Dominum nostrum dispositum, & ordinatum fuit, debitæ executioni demandetur, mandamus qualiter pro obseruatione breuis eiusdem sanctissimi Domini nostri, Marescallus non vadat ad faciendã aliquam executionem sine cõmissione superioris, & taxatione equitum, & peditum facienda per eundem gubernatorem, aut eius locũtenentem, qui equites, & pedites registrari, & notari debeant in loco, vbi executio facienda esset, ne maiori numero peditum, aut equitum angariari possint illi, contra quos fieret executio. Non possit insuper dictus Marescallus, sub pœna priuationis eius officij, vendere officia executorum: aut cum illis ad statutam summam se componere quoquomodo non valeat. Et (vt indemnitati eiusdem Marescalli cõsultum sit) decernimus, quòd Prior collegij pro tempore existens, non possit, aut valeat quouis modo taxare aliquas literas executoriales, nisi prius fuerint subscriptę manu prędicti Marescalli, aut sigillatæ sigillo eiusdem. Taxa vero executorum fiat modo infrascripto: vsq; ad decem milliaria inclusiuè, carleni quatuor, vsque ad duodecim, carleni quinque, vsque ad quindecim, carleni sex, vsque ad decem, & septem, carleni septem, abinde supra carleni octo, cuiuscunque sint distantiæ. Executoriales vero ad standum non taxentur, nisi ad rationem carlenorum quatuor pro quolibet die, & si contingat dictos executores habere plures commissiones [c] in eodem loco, accipiant tantum *viaticum* pro rata, & si aliter acciperent, teneantur ad restitutionem, & vlterius ad duplum nomine pœnæ Non possint etiam accipere quouis modo eorum viaticum, nisi fecerint executionem cum effectu, vel nisi à debitore depositum habuerint actuale, aliàs si viaticum secus acceperint, pœna furti teneantur. Quo vero ad custodes carcerum obseruetur breue sanctissimi Domini nostri, quod breue. NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus prædictus, quia in præmissa Santonensis constitutione bis de ea mentio facta fuit, duximus registrare hic in partibus, præmissa, vt supra, tacta concernenti bus, & sunt talia videlicet:

ITEM, ꝙ Marescallus nõ vadat ad faciendam aliquam executionem extra locum, (in quo ordinarie manebit) absq; cõmissione superioris, & taxatione equitum, & peditum secum ducendorum per eundem superiorem facienda: & ad tollendam omnem fraudem, equites, & pedites huiusmodi vocentur ante, vel post factam executionem per cancellarios, vel alium notarium publicum loci, in quo dictus Marescallus huiusmodi executionem faciet. Item in materia solutionis carcerum verba dicti breuis sunt hæc. videlicet. Item, quòd carcerati soluant commentarienſibus, siue custodibus carcerum, secundũ taxam constitutionis Mantuanæ, & non vltra, simili abusu aliquo non obstante. Constitutionis autem Mantuanæ merces, & salarium præ [d] fatorum custodum carceris [d] est, vt infra, secundum verba ipsius constitutionis, quæ est talis: primo in rubrica, De custodia carcerum, & custodis mercede, & in nigro: Ad compescendas illicitas, & immoderatas exactiones, quæ in curia generali per Marescallum eiusdem ab his, qui carceran tur, fiunt, ꝙ sine graui Dei offensa, & prouincialium prædictorum præiudicio tolerare non valemus, carcerem publicum ad sustentationem pauperum, de mandato felicis recordationis Alexandri Sexti, in eadem curia inchoatum, & demum de simili mandato felicis recordationis Iulij secundi opera nostra completum per custodem, seu commentarienſem de familia Marescalli prædicti, cum salario duorum solidorum pro quolibet die à quolibet captiuo pro eius mercede (vt idem Alexander statuit) custoditur, & demum omnes, & singulos tam pro causis ciuilibus, quàm criminalibus, de mandato rectoris, thesaurarij, aut cuiuscunque iudicis curiæ prædictæ, captos, & carceratos, & in futurum capiendos, & cacerandos in supradicto carcere, poni, retineri, & custodiri, hac cõstitutione valitura perpetuo iubemus: mandãtes Marescallo curiæ prædictæ nunc, & pro tempore existenti, vt omnes, & singulos captiuos præsentes, & futuros, omni exceptione remota, ad dictum carcerem custodiendum ducat, seu consignet, duci, aut consignari faciat: nec ab ipsis carceratis pro carceratorum liberatione, & mora carcerum, seu (vt dicitur) pro ferraturis, & sferraturis quicquam ab eis recipere, aut exigere, audeat. Si vero aliquem carceratum, vt innocentem relaxari contigerit, cum ad eius instantiam captus extiterit, etiam si fuerit fiscus, ad solutionem duorum solidorum teneri volumus, & non carceratum. Marescallo autem moderno similiter mandaui-

mus, vt captiuos, quos nunc retinet, ad carcerem supradictum mittat, & in futurum nullos penes se retineat, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, & amissionis salarij sui, & restitutionis quadrupli eius, quod acceperit. Volumus insuper, ꝙ rector, & iudices prædicti huiusmodi nostram sanctionem à Marescallo inuiolabiliter obseruari faciant: & in euentum contrauentionis eundem excommunicatum respectiue declarent: nec eum pro Marescallo recipiant, & tractari permittãt. Quinimo loco sui alium substituant, & summo Pontifici significent, vt de successore prouideri possit. Prouincialibus vero vt impunè eisdem, tanquam priuato, non pareant, iniungimus, & iubemus. irritum nihilominus, & inane decernentes quicquid per eum postea in cõtrarium gestum, & factum extiterit.

EXPERIENTIA autẽ cõperimus NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus prędictus suprascriptos Marescallos, dum suprascriptis legibus obstantibus, non possunt per directum varia extorquere, & indebitè salaria, ac viatica, per indirectum conari: conatosq; in præteritum fuisse accipere, dum plures constituendo vicemarescallos, aut locumtenentes per ipsam prouinciam varios, & diuersos (etiam eodem tempore) miserũt, & mittunt equites cum prædictis vicemarescallis, aut locum tenentibus, accipiendo scutum vnum auri pro quolibet ipsorum, tanquam repræsentantibus personam ipsius Marescalli pro quolibet die. Cui morbo congruam adhibere medelam cupientes, decernimus, vt vnum tantum habere possit ipse Marescallus vicemarescallum, aut locumtenentem, & non plures, quem in principio sui aduentus nominare habeat. Et si præfatum vicemarescallum, seu locumtenentem equitare contigerit, ipsi solum viaticum debeatur, vti personæ Marescalli, & non pluribus. Cæteris autem, vti officialibus, salarium deputatum persoluatur sub pœnis, & alijs censuris: de quibus in ipsa Mantuana constitutione, & in alijs prædictis fit mentio.

GLO.

GLO. CAP. X.

SVMMARIVM.

1 *Executio à Deo orta.*
2 *Mareſcallus eſt merus executor.*
3 *Quis dicatur propriè executor.*

a 1 EXECVTIONES] †executio à Deo orta. Nam ſtatim poſt culpam eiecit Adam, & ſic ſententia immediatè executioni miſsit. c. Adam, de pœnit. di. 1. Geneſ. c. 3. parum enim eſſet ſententias ferri, niſi debitæ executioni mandarentur. Et aduertas, ꝙ 2 †Mareſcallus eſt merus executor, cui ſolum per conſtitutionem datur poteſtas exequendi ſententiam ſine aliqua cognitione, vt quando committitur poteſtas capiendi bona, mittendi in poſſeſſionem, vel aliud ſimile, & de iſto loquitur tex. in l. ſi vt proponis, & l. executionem. C. de exec. rei iud. & hic exceptiones non admittit, ſed eas reijcit ad committentem. c. de cætero, de re iud. Mixtus tenetur admittere, Guid. Papæ. q. 70. nu. 4. Et 3 executorem †eum ſolum eſſe manifeſtum eſt, qui poſt ſententiam inter partes, audita & diſcuſſa omni litæ prolatâ rei iudicatæ vigorem ad effectum videtur adducere. l. pen. C. de execut. rei iud. Rebuf. tract. de ſent. execut. art. 7. glo. 16. tom. 1. & vide infrà lib. 6. c. 26.

SVMMARIVM.

1 *Communitas non poteſt puniri pro delicto ciuium.*
2 *Intellige in delicto momentaneo ſecus in ſucceſſiuo.*
3 *Niſi illud fecerit ex cauſa.*
4 *Quid ſi illud ratum habuerit?*

b 1 COMMVNITATIS] Aduerte, ꝙ communitas †nō poteſt puniri pro delicto commiſſo per ciues, niſi perpetratum fuerit ex proposito & conſilio, etiam ſi omnes ciues vexillo erecto, & pulſata campana facerent illud delictum ſine deliberatione, Curt. Iun. conſi. 174. nu. 33. & conſi. fi. in fi. Dec. conſi. 221. nu. 2. Soc. conſi. 20. col. 20. lib. 1. Oldr. conſi. 315. nu. 3. Marſi. in pra. crim. §. conſtante. nu. 47. Iul. Clar. in cad. prat. §. fi. q. 16. verſi. vlt. quæro. Et aduerte, ꝙ quando ad puniendum vniuerſitatem imponitur pœna pecuniaria pro qua ſoluenda, eſſet imponenda collecta, tunc innocentes non contribuunt, Bart. in d. §. fi. Fel. in c. graue, de ſent. excō. Carrer. in prat. crim. tit. de homic. §. circa quartū. nu. 350. Brun. in conſi. 28. num. 11. Rot. Pedem. deciſ. 90. nu. 9. quia tunc particulares perſonæ puniri debēt tex. ſing. in l. ſemper. §. ſi in ſepulcro. ff. quod vi aut clam Bar. in l. aut facta. §. fi. num. 9. de pœn. Fel. & Dec. in c. cum omnes, de conſt. Iaſ. in §. pœnales. nu. 26. inſt. de act. & conſi. 139. lib. 4. Dec. conſi. 667. nu. 9. & 672. nu. 7. Aym. conſi. 21. nu. 8. Hoc 2 verum eſt in delicto †momentaneo, ſecus in habente cauſam ſucceſsiuam, vt rebellio, tunc ciuitas tenetur dato, ꝙ conſilium & deliberatio non præceſſerit, Anch. conſi. 158. ex narratis in facto col. 4. Fel. c. dilectus 2. in fi. de ſymo. Paul. conſi. 114. lib. 2. Corn. conſi. 224. lib. 4. Bru. conſi. 29. 2 Dec. conſi. 486. in fi. Bart. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. Zab. in clemen. 1. col. 8. de pœn. Affl. deciſ. 376. Pariſ. conſi. 21. nu. 33. & ſeq. lib. 4. Gigas in trac. de crim. læſæ maieſt. tit. de rebel. q. 12. nu. 4. 3 Quod modera, niſi ciuitas †hanc rebellionem feciſſet ex cauſa propter iuſtum metum, Imo. cōſi. 4 34. in fi. Dec. conſi. 690. nu. 13. Quod ſi †cōmunitas ratum habuerit delictum commiſſum ante neatur explicat Affl. deciſ. 176. Iaſ. latè proſequitur conſi. 139. lib. 4. poſt Anch. conſi. 158. latè Rot. Pedem. deciſ. 138. Rebuf. in concord. fran. de collat. §. monemus, verb. vniuerſitas. Petr. à Placa. in epit. deli. lib. 1. c. 18.

c COMMISSIONES] quod hodie male ſeruatur, conniuente ſuperiore. Si enim iſti executores ſeuere punirentur, non extorquerent viatica taxata in ſuis commiſsionibus quando eadem die in eodem loco plures cōmiſsiones exequuntur. Sed in hoc certè laudandus ſemper bo. me. Illuſtriſſ. Cardinalis de Carpo tunc prouinciæ Marchiæ Legatus, qui hos executores (vt audiui) acerrimè puniri mandabat propter illorum illicitas exactiones, ad cuius propoſitum vide Iaſ. in §. tripli, inſt. de act. vbi multa cumulat de viatoribus.

d CARCERIS] quotuplex ſit carcer, explicat Bald. in auth. ſi captiui. C. de epiſc. & cler. & quadruplicem eſſe teſtatur, in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. primus eſt pœnæ perpetuæ, & eſt meri imperij, quia morti æquiparatur, allegat Inno. in c. qualiter, el ſecundo. de accuſ. & imponitur de iure canonico pœna perpetui carceris. Bernard. Diaz in prat. cano. c. 129. c. clerici, de eccleſ. prælat. c. tuæ, de pœn. Secundus carcer eſt modicæ coertionis (exemplum) quia baiulus non fecit bene ambaſciatam, & Iudex fecit eum pōni in carceribus. l. 2. C. de ſport. Tertius eſt carcer cuſtodiæ, & eſt quando quis cuſtoditur pro criminis inueſtigatione. l. 1. ff. de exhib. reis. l. 2. & fin. C. de cuſt. reorum. Vltimus eſt carcer in quo cuſtodiuntur debitores, & Ianuæ vocatur Mala pagha. Vide Caſſan. in Conſuet. Burg. tit. des droictz, rub. 1. num. 99. Paul. Ghirl. de relax. carc. q. 2. Carauita ſuper ritu 47. Vica. in fin.

DE

DE OFFICIO, ET MERCEDE notariorum Cameræ rectoris, & ſigillo. Cap. XI.

PERNECESSARIAM aliā conſtitutionem poſuit præfatus Aegidius Epiſcopus Sabinēſis ſuper mercede, & ſigillo notariorum, ſiue cancellariorum curiæ rectoris dictæ prouinciæ: quam his temporibus præteritis conſiderantes ferè abrogatam, tanquam neceſſariam exiſtentem obſeruantia, tum in hoc eodem ſecundo libro regiſtrari iuſſimus: Iuliani etiam Soderini Epiſcopi Santoneſis conſtitutio ſuper præmiſſis ſolutionibus obſeruatur (de qua inferius ſuo loco patebit). Tum iſta Aegidij conſtitutio eſt talis:

AEGIDIVS Sabinen. Epiſcopus, Apoſedis Legatus, & domini noſtri Papæ Vicarius. Cupientes nullas fieri exactiones illicitas, & maxime per exiſtentes circa latus rectoris, ſicut aliàs pluries factum eſſe audiuimus, ſalaria ſcripturarum notariorum Cameræ rectoris, & ſolutiones pro ſigillo eiuſdem rectoris taxamus,[a] & limitamus, vt infra ſequitur: mandantes ipſis notarijs, & ſigillum ipſum tenentibus, ne vllo modo aliquid vltra ipſam taxationem recipere audeant, pœna vnius floreni auri pro quolibet, & qualibet vice qua contrafecerint, & ad reſtitutionem eius, quod acceperint, & quadrupli per rectorē effectualiter compellantur. In primis pro literis, & ſigillo[b] Capitaniæ, ſiue rectoris Maſſæ Trabariæ, & terrarum ſanctæ Agathæ, quatuor florenos. Pro literis, & ſigillo officij Mareſcalli, vel officij iudicatus curiæ generalis, vel præſidalis, vel officij procurationis, & aduocationis, fiſci, vel Camerę ad negocia, vel officij iudicatus, comitatus quondam Fani, ſeu cuiuſcunque officij, ex prædictis: & quælibet dictarum literarum ſigillatura duos florenos auri. Pro literis, & ſigillo Poteſtariæ cuiuſlibet ciuitatis, vel terrę de maioribus, vel magnis, florenos duos, de mediocribus florenū vnum: de paruis, vel minoribus florenum medium. Pro literis, & ſigillo cuiſlibet cancellarię, præſidatuum, aut comitatuum prę dictorum florenum vnum. Pro notario the

a

b

ſaurarij tantundem. Pro literis, & ſigillo officij cuiuſlibet notarij generalis, vel præſidalis, vel comitatuū prædictorum, vnum florenum. Pro literis, & ſigillo cuiuſcunq; diſpenſationis officij, florenum vnum. Pro literis, & ſigillo ſecuritatis communi, & hominibus alicuius ciuitatis, vel terræ, de maioribus, vel magnis, florenum vnum: de mediocribus, decem anconitanos de argento, de paruis, vel minoribus, ſex anconitanos de argento. Pro literis, & ſigillo ſecuritatis alicuius perſonæ ſingularis, duos anconitanos de argento. Pro literis, & ſigillo conceſſionis repræſaliarum pro communitate, florenos duos, pro ſingulari perſona florenum vnum. Pro literis, & ſigillo cuiuſcunque præcepti, anconitanos quatuor. Pro litera clauſa, quæ mittitur in ſeruitium alicuius perſonæ, & ſigillo, anconitanos duos. Pro litera, & ſigillo licentiæ, ædificationis, vel reparationis caſtri, duos florenos. Pro litera, & ſigillo confirmationis gratiæ Iudæorum, quatuor florenos. Pro literis, & ſigillo licentiæ, quæ datur quæſtuarijs florenos duos Pro litera, & ſigillo, ꝙ ſuperſedeatur in aliquo proceſſu, etiam de conſenſu theſaurarij, quatuor anconitanos. Pro litera, & ſigillo mandati, ꝙ tollatur proceſſus contra ſingularem perſonam factus, anconitanos octo ſi factus ſit contra communitatem, florenum vnum. Pro literis, & ſigillo diminutionis fumantium, pro quolibet centenario fumantium, florenum vnum. Pro literis, & ſigillo ſuper appellatione interpoſita ad rectorem, duos anconitanos. Pro appellationis exhibitione in publicam formam anconitanum vnum. Pro interpoſitione, & regiſtratura dictæ appellationis, quando interponetur coram rectore, tres anconitanos. Pro inſtrumento publico commiſſionis cuiuſque cauſæ, duos anconitanos. Pro literis, & ſigillo conceſſionis, executionis, quæ fieret per rectorem ad inſtantiam alicuius, tres anconitanos. Pro alijs ſcripturis aliorum actorum iudicialium recipiant ſicut debent recipere notarij bancarum. Pro regiſtratione cuiuſlibet literæ domini rectoris regiſtrandæ, quæ eſſet conceſſa in ſeruitium alicuius, duos anconitanos. Pro reaſſumptione cuiuſlibet literæ regiſtratæ recipiat tantū, quantum de prima litera. Pro alijs literis,

E priu-

priuilegijs, & scripturis, de quibus supra non esset determinatum, & earum singulis, procedatur secundum magis simile: & si nullo modo reperiretur, recipiant quod rector taxauerit, & non aliter. Pro iuramento publico compositionis, liberationis, & absolutionis, quę fierent cum ipso rectore, vel eius officialibus, Bonifacij Octaui constitutione cauetur, ꝙ non plus, quàm notarij, & thesaurarij, recipiant, cuius constitutionis tenor infra sub rubrica proxima continetur.

GLO. CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 *Literarum ad lites abusus.*
2 *Clausula summariè, vel sola facti veritate inspecta vtitur solus Papa.*

a TAXAMVS] Hæc taxatio hodie alterata est, & passim seruatur vel ex cõsuetudine, vel noua lege. Huius Cancellariæ quotidã abusus semper dam
1 nauit, ꝓcipuè † literarũ (vt vocant) ad lites. Nam vidi multoties causas corã ordinarijs ab vtraq; parte literis redẽptis à Cãcellaria agitari, ex quo abusu iudiciarius ordo peruertitur, partes his extraordinarijs expensis fatigantur, Iudex durè in causa agit, videns sic ordinem perturbari. Alter est abusus peior priore. Nam solebant Auditores Curiæ literas referẽda re parti postulanti, demum cancellarius illas porrigebat superiori signãdas. Nunc simplex auditor signat, ex quo caue satur, ꝙ partes multoties literas contrarias exhibeant, quia signaturam procurant à diuersis auditoribus, qui vel paruum experti, vel omnino legum ignari nulla facta contradictione literas signant, inciidimus nunc in deplorata tẽpora, quoniam non virtute, sed gratia, aut pretio honores ambiuntur, & plus offerenti dantur, & Princeps huius rei ignarus (quia maiora negocia illum occupant) non appellatur, sed ministri eius ex illis quæstum faciunt, subditis tacẽtibus. Illud tamen valde admiratus sum, ꝙ hi auditores Principis autoritatem in signatura vsurpant, cum has iustiæ literas concedant, cum clausula sola facti veritate inspecta, vel clausula summariè &c. ꝙ essent acriter à Principe puniẽdi. Nam de iure † hac clausula solus Papa vti potest in Ditione eccleſia
2 stica, & legatus vel alius minimè, per glo. sing. in c. fi. de hæret. in 6. Nempè ordo iudiciorum est introductus à iure positiuo. l. prolatã. C. de sent. ideo ab inferiori tolli non potest, qui iuri derogare non valet clem. ne Romani, de elect. Rebuf. tract. de sent. execut. art. 9. gl. 2. nu. 13. tom. 1. gl. in clem. sæpè, & ibi Card. q. 11. & 12. de verb. sig. & in clem. dispendiosam, in fi. de iud. Alex. cons. 106. nu. 12. lib. 2. Marant. in Specul. in 4. part. distin. 9. nu. 3. Rot. Pedem. decis. 1.

SVMMARIVM.

1 *Sigillum est multiplex. & quam formam habere debet, nu. 2.*
2 *Sigillum Episcopi et aliorum iudicum authenticum.*

b SIGILLO] Multiplex † est sigillũ, quoddam
1 est sigillum autoritatis, vt sigillũ Papæ, Principum, Episcoporum, & Dominorum temporalium, Magistratuumque. c. nobilissimus 96. dist. & appellatur authenticum, ꝙ autoritatẽ certam, & iustam habeant, sicut instrumentum authenticum. c. 2. de fide instr. l. 2. ff. illo tit. Rebuf. tract. de lit. obl. art. 1. glo. 7. tom. 1. Aliud est solennitatis, vt sigillum testium in testamentis. §. possunt inst. de test. & quod ius ciuile anulum vocat, ius canonicum sigillum appellat teste Inno. in d. c. 2. de fide instr. est tamen tex. egregius de sigillo loquens in l. videamus. §. qui vinum. ff. loc. & in l. equisimũ. §. sed si ædium. ff. de vsufr. Aliud est sigillum testimoniale, vt in l. si qua per calũniam. C. de epis. & cler. l. Caius. ff. de pig. act. Aliud est ratificatiuum. l. 2. C. de reb. alien. nõ alien. & ibi Bal. & in Marga. verb. sigillum. q. 2. Carauita super ritu 177. Vica. de quibus & alijs vide Rebuf. in tract. nomi. q. 10. nu. 24. vbi etiam nu. 25. declarat, quid continere debet sigillum. Debet igitur
2 sigillum † cõtinere quandam impressionem. l. 1. §. sit autem. C. de com. seru. manu. & ibi Bald. not. illum tex. facit tex. in l. decernimus. C. de aquæd. lib. 11. l. 1. §. si pecunia. ff. depos. c. inter dilectos, de fide instr. c. præsentata de testi. glo. in d. c. nobilissimus. In qua impressione debẽt esse arma Principis, seu rectoris, Bald. cons. 376. casus talis est. Domini della Scala, lib. 3. debet continere caracteres, seu literas circum, tex. in c. significauit, de appel. & ibi doct. & sigilla debet habere orbita, & caracteres, vt sit forma, gl. in d. c. inter dilectos, in verb. dimidia, & nomen sigillantis. d. l. decernimus. Ex quo infertur, ꝙ defectus formæ impressionis, seu caracteris impedit rei essentiam, vt non valeat actus factus sine illis, immo defectus vitiat, vtpotè, si figura amplius nõ appareat vel caracter. d. c. inter dilectos. Zab. clem. 2. not. 5. vt lit. pend. Guid. Papæ. q. 481. nu. 5. Ex quibus constat, ꝙ sigillum † Episcopi, & alterius iurisdictionem ordinariam habentis, authenticum est quoad probationem, gl. & doct. in d. c. 2. de fide instr. & ita est Curia Rom. interpretata, teste Arch. in c. curiæ. 11. q. 3. doct. in c. tertio loco, de prob. Vnde non est ambigendum, ꝙ sigillum rectoris prouinciæ habenti sua requisita de quibus supra, & per Bal. in d. c. 2. col. 3. de fide de instr. erit authenticum ad effectum probationis, Aym. consi. 46. nu. 4. cum seq. Dida. lib. prat. quæst. c. 22. in fi. Immo sigillum est substantiale in illius literis, Affl. decis. 253. num. 2. datq; scripturæ robur etiam sine subscriptione testium & tabellionis secundum D. de Rot. decis. 22. in no. sub tit. de fide instr. sequitur Franc. Marc. decis. 511. nu. 4. part. 2.

DE SOLVTIONIBVS NOTARIORVM thesaurarij. Cap. XII.

ECIT etiã Bonifacius Papa Octauus circa solutiones notariorum thesaurarij quandam constitutionem in calce proximæ præcedentis constitutionis citatam. Et Aegidius Episcopus Sabinensis prædictus similiter circa solutiones notarij thesaurarij, aliam edidit constitutionem multum necessariam pro vtilitate prouincialium, terrarum, & locorum prouinciæ Marchiæ. Quarum tenores NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus prædictus apponi fecimus eo ordine, quo vna post aliam ex præfatis constitutionibus in eodem libro Sabinensis Episcopi positæ fuere. videlicet:

BONIFACIVS Papa Octauus. Notarij vero Cameræ rectoris, & notarij thesaurarij dictæ prouinciæ, quorum per constitutiones prædictas salarium non taxatur, in salarijs suis modum infra scriptum obseruent. Notarij quidem thesaurarij pro in-
a stru mento, [a] siue apoca [b] solutionis, & quie
b tationis, si quantitas soluta centũ solidos [c]
c non excesserit, duos solidos: & si excedit vsque ad centum libras, denarios vsualis monetæ, ad quam fit compositio, habeat pro libra qualibet quantitatis solutæ contenta, dummodo pro instrumento huiusmodi, quantæcunq; fuerit summæ, vltra centum solidos numeratæ monetæ accipere non præsumant. Notarij vero Cameræ dicti rectoris pro instrumento compositionis, absolutionis, & liberationis, quæ fierent cum ipso rectore, vel eius officialibus: & per eos (seruatis distinctionibus supradictis, circa salarium notarij thesaurarij) recipiant & non vltra: ita videlicet, ꝙ pro quantitate remissa nihil exigãt, vel accipiãt quoquomodo: pro cancellatione autem sententię, vel actorum quorumlibet, nihil omnino soluatur. AEGIDIVS Sabinensis Episcopus, Apostolicæ Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius, statuimus, & ordinamus, ꝙ notarij thesaurarij pro copia cuiuscunque condemnationis, & scripturæ per eos de Camera exhibenda in publicam formã (vt infra declaratur) recipiant, & non vltra. videlicet: Pro copia cuiuscunq; condemnationis, quæ summetur in
d publicam formam, de archiuijs [d] recipiant secundum infra scriptam taxationem. Si condemnatio fuerit de minimis maleficijs (vtputa) verbis iniuriosis, insultu, damnis datis, & similibus, recipiant quatuor anconitanos: & si condemnatio fuerit de alijs quibus grauioribus, sicut percussionibus sine sanguine, & innouationibus factis sine carceratione, vel personali offensione, recipiant quinq; anconitanos cum dimidio: & si cõdemnatio fuerit de atrocibus (vtputa) percussionibus cum sanguine, vel membri amputatione, vel debilitatione, vel homicidio, vel robatione, innouationibus factis cum carceratione, vel personali offensione, recipiant quindecim anconitanos, & si in vna condemnatione continerentur plures personæ condemnatæ, quæ ponerentur in copia huiusmodi, pro qualibet persona vltra primam recipiat medium anconitanum: ita tamen, ꝙ copia vnius condemnationis (quot personæ fuerint) summã triginta anconitanorum non excedat, & si condemnatio esset contra vniuersitatem, recipiant pro copia duplum eius, quod dictum est de condemnatione singularis personæ, etiam si ibi continerentur officiales nominatim, vel nõ nominatim, pro rubricis condemnationum cum nominibus, & cognominibus condemnatorum, & effectum saltem in genere delicti, & pœna imposita. Si fuerint singulares personæ condemnatæ vna condemnatione tantũ recipiant duos anconitanos: & si pluribus condemnationibus, pro qualibet, vltra primã, recipiant vnum anconitanum. Et si plures essent in eadem condemnatione, pro quolibet, vltra primũ, medietatem eius, quod dictum est de primo, & si fuerit vniuersitas cõdemnata cum officialibus, vel sine, recipiant

pro prima tres anconitanos, & pro qualibet alia vnum anconitanum. Pro instrumentis, seu apocis in publicam formam solutionis tallearum pro qualibet libra duos denarios monetæ solutæ. Pro cassatione, &
c renouatione fumantium [e] mandato rectoris causa cognita, pro quolibet centenario fumantium diminuto, vnum florenum, & pro rata, vt tangit.

GLO. CAP. XII.

a INSTRVMENTO] Not. q̃ quando lex facit mentionem de instrumento vel de literis, per instrumentum intelligit publicum, & per literas scripturam priuatam, tex. in clem. 1. de procur. l. literæ. ff. de iu. Cod. Specul. de instr. edit. §. 1. de quibus infrà lib. 5. c. 3. & 4.

b APOCHA] vocatur à doct. Scriptura, quæ datur à parte parti, vt si scripsero me recepisse decẽ à Titio (puta) causa depositi, & postea dem illam scripturam Titio, hæc apocha vocatur, & dicitur de recepto, l. si aceptolatum. §. 1. de acept. ibi, inter aceptilationem & apocham hoc interest, q̃ aceptilatione omnino liberatio contingit, licet pecunia soluta non sit, apocha non alias, quàm si pecunia soluta sit, gl. in l. vlt. §. Titius. ff. de cond. ind. gl. 1. in l. plures, vbi Sal. C. de fide instr. Abb. c. 2. col. 3. de fid. instr. Rebuf. trac. d̃ chirog. in p̃fat. nu. 16. tom. 1. Afflic. decis. 181.

SVMMARIVM.

1 *Monetæ de quibus hic quomodo æstimentur.*
2 *Quæstio vtilis in materia monetarum.*

c SOLIDOS] in hac constitutione fit mentio de solidis, denarijs, libris, & anconitanis,
1 quæ monetæ † in Marchia sic æstimantur, solidus tribus quadrantibus, denarij quatuor quadrantem constituunt, & aliquando duodecim denarij, prout loci regionisve mos obseruat, libra ex viginti solidis conficitur, anconitanus quatuor solidis æstimatur. Et de veterum numismatum collatione vide plenè per Dida. In suo libello hoc tit. In materia monetarum multoties † vidi dubitatum, ecce aliquis constituitur debitor alterius de florenis cẽtum Marchiæ, creditor petit sibi solui in moneta argentea vel aurea, debitor offert monetam currẽtem, puta, quadrantes, quis obtinere debet? Et videtur, q̃ creditor cogi possit ad accipiendam monetam curentem arg. l. paulus, à contrario sensu. ff. de solut. vbi creditor non est cogendus recipere nummos in alia forma, si ex ea re aliquod damnum passurus sit, si ergo non est passurus damnum cogitur recipere. l. vn. C. de coll. æris, & non videtur inferri parti damnum, cũ vna pecunia tm̃ valeat quantũ alia, quod expresè decidit Iac. Rebuf. in l. fi. C. d̃ vet. numis. pot. lib. 11. dicens, q̃ si debitor velit soluere in pecunia minuta, & creditor velit sibi solui in aurea aut argentea, tunc si in instrumento non sit expressum in qua pecunia solutio fieri debeat, dabitur electio debitori, cum tanti pecunia minuta valeat sicut magna. Nam tantũ valent quinquaginta quadrãtes sicut paulus argenteus, & tantum valent centum septuagintaocto solidi sicut aureus. Et postquam minuta pecunia sicut aurea approbatur à Principe non potest recusari, alias recusans puniri extra ordinem potest, d. l. 1. C. de vet. numis. pot. lib. 11. & testantur Mod. in tract. vsur. q. 99. nu. 748. ita Senatũ Parisijs iudicasse, sed si in contractu certa moneta promissa esset, illa esset soluẽda, quia debitor aliud pro alio inuito creditore soluere non potest. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. not. Bar. & doct. in l. cum quid. ff. eo. Petr. Rebuf. tract. de lit. obl. art. 5. glo. 1. tom. 1. Guid. Papæ. q. 492. Albert. Bru. tract. de aug. mon. Aym. consi. 47. in pulchro casu consuluit vt videre poteris, quod ex professo & nuncupatim reprobant Mod. in iam citato tract. q. 96.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit archiuium publicum.*
2 *In probatione standum est.*

d ARCHIVIIS] Archiuium] est locus pu-
1 blicus, vbi scripturæ reponuntur: vt obuiam omnibus pro eorum indigentijs sit inspectio, glo. in clem. 1. in fi. de iureiur. auth. ad hæc. C. de fide instr. Et huiusmodi archiuijs † publicis standum est Sign. consi. 82. c. ad audientiam vbi glo. in verb. censualis, de præscrip. Alex. cõsi. 138. nu. 6. lib. 1. Cano. in c. 1. & 2. de fide instr. latè Marsi. in rub. de prob. Guid. Papæ. q. 453. Affl. decis. 303. nu. 5. Rom. consi. 319. & consi. 350. col. 5. Alex. consi. 23. nu. 3. & consi. 16. nu. 5. li. 5. Dec. consi. 161. nu. 23. Mod. in consi. parisi. tit. 1. §. 5. nu. 28. Aym. consi. 274. nu. 6. Cano. in c. ad audientiam, de præscrip. Rot. Pedem. decis. 69. Franc. Mar. decis. 334. nu. 2. part. 2. Hodie Maceratæ vbi Curia generalis resident, inspicitur archiuium elegãti forma restauratum, Legato tũc prouinciæ existente Illustriss. Cardinale Cõstantiæ & Vicelegato Prothonotario Vincentio Portico Lucẽsi nunc oratore apud Regem Poloniæ, vbi causarum omnium ciuilium & criminalium scripturæ conseruantur ad prouincialium vtilitatem, existente ibi continuo Archiuista vno ex notarijs Curiæ.

SVMMARIVM.

1 *Fumantia est onus personale vel mixtum.*
2 *Et eadem est patris & filiorum.*

FVMAN-

c FVMANTIVM] Fumantia † est onus perso-
1 nale, vel saltem mixtum, Bar. in l. tria onera. ff. de excus. tut. Bald. in l. etiam, versi. modo videndum. C. de execut. rei iud. Et fumantia † patris & filiorum est eadem viuo patre non diuersa. l. si hi qui. C. de filijsf. & quẽad. pa. lib. 10. Bal. in add. Specul. de feud. versi. si sunt plures, in glo. & in l. 2. C. qui ætat. lib. 10. Bal. in l. qui se patris, col. 9. C. vn. lib. quia vnum patrimonium censetur patris & filij, glo. in d. l. 2.

DE SALARIO, ET MERCEDE scripturarum notariorum bancarum. Cap. XIII.

MATERIARVM similiũ sub ordinando rubricas, præfatus Aegidius Episcopus Sabinensis præinsertum titulum, De salario, & merce de scripturarũ notariorum bancarum posuit: tractando postmodum in suo nigro salaria, & mercedes notariorum bancarum iudicum tam ipsius curiæ generalis, quam præsidatuum infrascripta constitutione: quam cognoscentes satis in parte vtilem, huic operi inserendam duximus: & est talis. AEGIDIVS Episcopus Sabinensis, apostolicæ sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Notarij bancarum curiæ quoruncunq; iudicum tã generalium, quàm præsidatuum teneantur, & debeant seriosè, & per ordinem registrare omnes scripturas, quæ producentur coram eis, totas, & integras: & pro scriptura, quam non registrauerint, non possint recipere aliquam solutionem. A præfata registratione excipimus acta publica, seu copias publicas actorum factorum in alia curia, seu coram alijs iudicibus, officialibus, seu arbitris, aut arbitratoribus, quæ producerentur coram ipsis notario, seu eorum iudice: de quibus sufficiat scribere in actis productionẽ distinctam, & certam, secundum iura: ita q̃ possit apparere de copia talium productorum. Et in qualibet banca cuiuslibet dictorum iudicum deputetur vnus ex notarijs ipsius bancæ, in cancellarium per rectorẽ, & thesaurarium: qui cancellarius prouideat, & curet solicitè, vt acta omnia illius bancæ scribantur extensè, & per ordinem in quaternis, & nõ in cædulis, & registrentur per ordinem in eisdem libris, seu quaternis, & ipse solus, & non alius ex notarijs bancarum recipiat solutiones pro scripturis productis, & actis registratis, secũdum taxationem infra scriptam, & non plus, vllo modo: & totum, quod inde receperit, & peruenerit ex dictis scripturis, diligenter conseruet, & singulis calendis de ipsis mercedibus, siue salarijs sic perceptis, & conseruatis, per eum faciat fidelem, & legalem distributionem in hunc modum, videlicet: Quòd quartam partem ipsarum mercedum, siue salariorum, thesaurario Romanæ Ecclesiæ pro ipsa Camera assignabit: medietatem vero æqualiter distribuet inter se, & alios connotarios eiusdem bancæ pro eorum salario pro rata: & reliquam quartam partem dabit, & assignabit pro expensis suis, & consociorum notariorum rectori, vel iudici: cuius expen. steterint, aliam inter se ipsos distribuent pro expensis, pro rata, solutiones vero, quas recipere debet dictus Cancellarius pro omnibus scripturis registratis, etiã in actis positis per ipsum, & alios notarios suæ bancæ limitamus, & taxamus in hunc modum, videlicet: Quòd pro ipsis actis, & scripturis (vt prædicitur) registratis, & in libro positis, recipiat vnum anconitanum de argento pro qualibet charta, siue folio: quæ charta, siue folium debeat continere ad minus quinquaginta lineas, siue virgulas: & quælibet linea debeat continere ad minus duodecim dictiones: & si fuerit scriptura breuior, vel prolixior, semper soluatur pro rata, exceptis præceptis factis in confessos, & secundis decretis, & diffinitiuis sententijs ciuilium, & criminaliũ causarum tam principalium, quàm primarum, & secundarum appellationum, pro quibus solutiones possint recipere, ea registrando secundum infra scriptam limitationem, & non vltra: videlicet in causis ciuilibus. Pro præcepto facto in confessum, si quantitas non excedat valorem centum solidorum, recipiat à petenti duodecim denarios: si vero fuerit maior, tamen non excedat viginti quinq; libras, recipiat solidos duos. Si vero fueri maior, tamen non excedat quinquaginta libras, solidos tres: & ab inde supra vsque ad centum libras, solidos quatuor. Si vero fuerit maior cuiuscunque quantitatis, vel æstimationis, re-

cipiãt pro quolibet centenario duodecim denarios, dummodo non excedant ſummam viginti ſolidorum. Pro ſecundo vero decreto recipiant medietatem eius, quod infra dicitur, de diffinitiua ſententia. Pro diffinitiua vero ſentẽtia in cauſa ciuili principali, cuius valor non excedat ſummam centum ſolidorum, recipiat à qualibet parte ſolidos tres. Si vero ſit maioris ſummæ, non tamen excedat decem libras, à qualibet parte recipiat ſolidos quatuor. Si vero ſit maioris quantitatis, non tamen excedat ſummam viginti quinque librarum, à qualibet parte recipiat ſolidos quinque. Si vero ſit maioris quantitatis, non tamen excedat quinquaginta libras, à qualibet parte recipiat nouem ſolidos. Si vero ſit maioris quantitatis, non tamen excedat centum libras, recipiat à qualibet parte quindecim ſolidos. Si vero ſit maioris ſummæ, non tamen excedat ducẽtas libras, recipiat à qualibet parte viginti ſolidos. Si vero ſit maioris ſummæ, non tamen excedat quingentas libras, à qualibet parte recipiat triginta ſolidos. Si vero fuerit maioris ſummæ, non tamen excedat mille libras, à qualibet parte recipiat quadraginta ſolidos. Si vero ceſſerit mille libras cuiuſcunque quantitatis, vel valoris fuerit res, à qualibet parte recipiat tres libras, & non plus. A mille libris ſupra, recipiat decem ſolidos pro quolibet miliari quodcunque fuerit, dummodo nó excedat ſummam viginti librarum, etiam ſi aliqua partium eſſet contumax, non propterea plus recipiant à parte præſenti in omnibus ſententijs ſupra dictis, & prædicta ſolutio de ſententijs ſufficiat, ſiue vna perſona, ſiue plures, quotcunque fuerint pro parte in cauſa illa, & ſentẽtia: & ſimiliter de ſupra dictis præceptis. In cauſis autem criminalibus meris, & mixtis, pro prima ſcriptura ſententiæ, & regiſtratura in quinterno, ſi fuerit condemnatoria, nihil omnino recipiat: ſed ſi aliqua partium eam publicam voluerit, recipiat tantum, quantum debet recipere de prima ſcriptura ſententiæ abſolutoriæ, pro ſententia diffinitiua abſolutoria, & prima ſcriptura, & eius regiſtratione. In cauſa criminali mera, vel mixta ſi quidem ipſa ſententia fuerit lata ſuper minimis maleficijs, videlicet ſuper verbis iniurioſis, damnis datis, inſultu, & ſimilibus, recipiat duos anconitanos. Si vero lata fuerit ſuper aliqualiter grauibus, vtputa percuſſionibus ſine ſanguine, innouationibus factis, ſiue perſonali offenſione, vel carceratione, vel ſimilibus, recipiat quatuor anconitanos. Si vero lata fuerit ſuper atrocibus, vtputa percuſſionibus cũ effuſione ſanguinis, vel membri debilitatione, vel amputatione, vel homicidio, vel robaria, vel innouationibus factis cum incarceratione, vel perſonali offenſione, vel ſimilibus, ſeu grauioribus, aut maioribus, recipiant à parte abſoluta decem anconitanos. Si vero talis ſententia lata fuerit pro pluribus exiſtentibus in eodem proceſſu, à quolibet, vltra primum, recipiat medium anconitanum: ita tamen, q̃ ſumma non excedat viginti anconitanos. Si vero ſententia abſolutoria lata fuerit pro communitate, vel vniuerſitate alicuius ciuitatis, terræ, vel loci, etiam ſi ibi comprehenderentur offiiciales nominati, vel non nominati, recipiat duplum eius, quod dictum eſt de ſpiritualibus perſonis. In cauſis vero appellationum pro diffinitiua ſentẽtia ſcribenda, & regiſtranda recipiat tantundem, quantum recipi debet in diffinitiua ſententia principalis cauſæ, ciuilis, vel criminalis. In ſpiritualibus vero cauſis, quæ non recipiunt æſtimationem pecuniariam, ſicut eſt cauſa electionis, inſtitutionis, præſentationis, vel matrimonij, recipiat iuxta taxationem fiendam per ſpiritualem, vel eius iudicem. Et omnes dictæ ſolutiones ſupra in hac conſtitutione, & in alijs conſtitutionibus in hoc volumine inſertis contentæ intelliguntur ad monetam, & de moneta, de qua anconitanus de argento valeat quatuor ſolidos denariorum: & ſemper in huiuſmodi ſolutionibus anconitanus recipiatur pro quatuor ſolidis, & bononenus de argento pro duobus ſolidis. Pro copia vero in publicam formam data parti dictarum ſcripturarũ omnium ſemper recipiat ad modum chartæ, ſiue folij, intelligendo vero vnum anconitanum de argento pro charta, & ſi aliq̃s de notarijs mitteretur extra curiam, ſalarium, quod inde percipit, deductis congruis expenſis, ſtatim cum redijt, debeat cancellario ſuæ bancæ aſſignare: qui illud conſeruet, & diſtribuat ſicut alia ſalaria ſupra dicta. Conſtitutioni præ dictæ

dictæ Ioannes de Caſtelliono tunc temporis Card. & Legatus addidit quandam conſtitutionem in vndecimo capitulo ſuarum additionum ſub rubrica, De mercede notariorum pro ſcripturis. Quam additionem ſic additam huic propriæ conſtitutioni mandauimus (ne ſuo congruo loco defraudetur) hic regiſtrari, & eſt talis. Item conſtitutioni de ſalarijs, & mercede ſcripturarum notariorum bancarum. Ad renouandam deteſtabilem, & perniciоſam conſuetudinem, ex qua materia falſitatis committendi, & partibus grauiſſima damna afferendi, plurimum afferebatur per aſſignationem infilzarum tam procuratoribus, quàm aduocatis, & alijs, addẽdo duximus declarandum, q̃ notarij ipſi quandocunq; conſignauerint dictas infilzas, ſeu acta alicui ex prædictis, debeant in eorum baſtardellis facere ſpecialem mentionem de aſſignatione de die, & menſe aſſignationis, & cum preſentia ſaltem vnius teſtis manu propria recipientis dictas infilzas ſub pœna excommunicationis ipſofacto incurrendæ, & quatuor ducatorum ipſofacto Cameræ applicandorum: & etiam intereſſe partis, infilzas, & acta ipſa quàm primum fuerint requiſiti à dictis notarijs, omni mora ceſſante, reſtituere. Addentes, q̃ notarij pro celeriori cauſarum expeditione incõtinenti facta commiſſione literarum quarumcunq;, debeant ipſas literas facere, & procuratori cauſæ conſignare: aliàs ſi ſua negligentia cauſa periclitaret, & expediri non poſſit infra tempus inſtantiæ, teneatur ſcribere in literis prędictis diem conſignationis fiendæ de literis prędictis procuratori cauſę: aliàs, vt ſupra, ad intereſſe teneantur parti læſæ. Volumus etiam, & mandamus ipſis notarijs, q̃ omni diligentia curent ita, & taliter acta, & proceſſus regiſtrare, quòd iudices ipſi, & aduocati tempore allegationum, & ferendarum ſententiarum acta ipſa regiſtrata, poſſint videre, & percontari: Et ad hoc, vt ipſi notarij promptiores, & faciliores ſint in regiſtrando, iudices cauſæ ordinarij, delegati, vel ſubdelegati interponãt eorum officium, & auctoritatem ad requiſitionem dictorum notariorum, vt eis ſummariè de mercede debita, & conſueta pro ipſis ſcripturis, & regiſtro perſoluatur. Quę omnia inuiolabiliter obſeruari mandamus ſub pœnis iam dictis. Item, q̃ in actis ponantur dies clarè, videlicet, die lunæ decima menſis Ianuarij per extenſum, & non per quotas numeri, & nomẽ iudicis de cauſa cognoſcentis: aliàs actus non valeat in fauorem producentis. Addentes conſtitutioni de ſcripturis regiſtrandis, q̃ (non obſtante conſtitutione) inſtrumenta confecta extra prouinciam, ſi producãtur apud acta, in totum regiſtrentur. In alijs autem confectis in ipſa prouincia, volumus conſtitutionem ipſam in ſuo robore permanere.

In materia ſolutionum, & officiorum notariorum curiæ generalis poſuit Philippus Cardinalis Bononienſis dictæ prouinciæ Legatus tres alias conſtitutiones, vnam poſt aliam ſucceſſiuo loco in primo, ſecundo, & tertio capitulis, vt infra rubricatis, & in ipſarum nigro ſic deſcriptis, videlicet: Notarij iudicum ſpiritualium, & maleficiorum habeant, & habere debeant, ac recipere à theſaurario prouinciæ ſingulis annis vnum librum pro quolibet (ſi expedierit) ſtampatum per ſingulas chartas ſtampa Apoſtolicæ Cameræ, & numeraliter ſignatum manu notarij Cameræ prouinciæ memoratæ: in quo, vel in quibus ipſi notarij ſcribere debeant omnes proceſſus inquiſitionum, accuſationum, & denũciationum, quæ ex iudicum officio, aut ad alicuius inſtantiam fieri contigerit, ac etiam ſententias per ipſos iudices ferendas, & aliter, vel in alijs libris proceſſus, & ſententias huiuſmodi ſcribere nullo modo præſumant ſub pœna vigintiquinque ducatorum Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, quos libros in fine cuiuſlibet firmæ notarij prædicti teneantur theſaurario, ſeu notario Cameræ cõſignare in publicam formam, qui notarius pro expeditione pendentium iudici aſſignare teneatur. Quòd notarij debeant oſtendere libros baſtardellos, & infilzas. Teneantur inſuper notarij prædicti ad omnem requiſitionẽ rectoris prouinciæ theſaurarij, aut eius notarij, ſeu procuratoris fiſcalis ſaltem ſemel in hebdomada eorum libros, baſtardellum, & infilzas oſtendere, & exhibere, vt videri poſſint termini cauſarum, & an expediti ſint, nec ne. De viagijs iudicũ, & notariorum. Conſtitutioni ſub rubrica, De viagijs iudicum, quæ incipit: Quanqua viagia. Addidimus,

q; quotiescunq; contigerit iudices curiæ, vel ipsorum notarios equitare per prouinciam pro aliquo maleficio, delicto, crimine, seu excessu, de licentia domini Legati, siue rectoris prouinciæ, de qua per scripturam legitimè appareat primo, cum aliter sub pœna priuationis officij equitare, seu dicta de causa absentare non putemus. Immo expresè per presentem inhibemus, primo qui equitant, teneantur, & debeant in scriptis manu notarij curiæ tradere, & consignare domino thesaurario prouinciæ: qui pro tempore fuerit, omnimodam informationem, quam habent cum descriptione loci, & personarū: & propter quam equitare, & se absentare intendunt: & illam thesaurarius teneatur, & statim debeat infilzare, & similiter quàmprimum contigerit dictum iudicem, vel notarium redire, teneantur sub simili pœna significare, & in scriptis dare præfato domino thesaurario, quod inuenerint, & perceperint super informatione per eos tradita cum insertione diei, recessus, & reditus, sub pœna quinque ducatorum vice qualibet, & pro quolibet contrafaciente, ipsofacto incurrenda, & Cameræ Apostolicæ applicanda vnà cum restitutione salarij, siue viatici, quod exinde perceperint, eis, vel ei, à quibus processissent, nec aliquē actum facere possint contra aliquem occasione alicuius asserti maleficij: vt vbi equitare opus non est, nisi primo informationem thesaurario transmiserint, quam sequēti die postq̄, habuerint notitiam transmittere debeant sub dicta pœna. Angelus sanctæ Sedis Apostolicæ Prothonotarius, & tunc temporis clericus Cameræ Apostolicæ, ac Gubernator, & Vicarius generalis prouinciæ Marchiæ, cum eadem potestate, qua Legati de latere in eadem funguntur prouincia, dum illam in toto ferè statu ecclesiastico famosam edidit constitutionem super obseruatione terminorum (Angelinam nuncupatam) in quibusdam eiusdem constitutionis versiculis nonullas circa officia notariorum posuit traditiones, quas recenseri debere statuimus, in continuatione huiusmodi materiei, & sunt tales.

Item volumus, q; notarij causarum teneantur dare copias petitas petēti in cōtinenti: & quàmprimum fuerint requisiti, omnium scripturarum, instrumentorum, & actorum & aliarum scripturarum manu ipsorum productarum, & omnium, & quarumcunq; aliarum scripturarum penes ipsos quomodocunq; reperiantur, singula singulis omnia congruè referendo, & si notarij recusauerint, seu neglexerint, & negligentes fuerint, teneantur ad interesse parti læsæ, & qualibet vice incidant in pœnam duorum ducatorum auri, applicandorum, & expendendorum in retractatione, & ornamento audientiæ curiæ generalis, vbi ius redditur.

Item cum experientia ipsa intellexerimus, & viderimus multas causas perijsse, & multas effectas immortales, propter deperditionem actorum: ideo volentes huic morbo prouidere, statuimus, & ordinamus, q; quilibet notarius, qui est rogatus de actis, debeat esse diligens, & aduertens ita, & taliter, q; infilzæ, & acta non deperdantur: & q; semper possint haberi, & videri: & q; nemini debeant accomodari, nisi manu propria scribatur in libro notarij commodantis cum numero cartarum, & q; statim, qui accepit dicta acta, debeat restituere, dum fuerit requisitus: & talis notarius sit ita diligens, vt ipse possit semper ostendere scripturas, & acta, de quibus est rogatus: vel saltem ostendere scripturam manu illius, cui commodauit, & si notarius secus fecerit, teneantur ad interesse parti læsæ: & incidat in pœnam quinq; ducatorum pro quolibet, & qualibet vice, applicandorum pro ornamento audientiæ curiæ nostræ generalis, & cum multoties notarij prædicti sic inseruientes tribunalibus, vt supra, iudicum aliquo imminenti impedimento non poterant (vt par erat) inseruire, merito Ioannes Episcopus Albanus, Cardinalis Andegauen. tunc temporis Legatus de latere dicta prouincia, in suis additionalibus constitutionibus disposuit infrascripto modo. De distributione notariorum facenda ad ciuilia, criminalia, & spiritualia, ac appellationes. Item statuimus, & ordinamus, q; Legatus Gubernator, vel locum tenens prouinciæ, qui pro tempore est, faciat distributionem notariorum curialium ad ciuilia, criminalia, spiritualia, & appellationes, sicut antiquis temporibus fieri consueuerat, & quoniam interdū contingebat ob probabiles causas notarios de curia discedere,

discedere, ne ex eorū discessu iacturæ Cameræ, & litigantibus generentur, possint illi ad ciuilia, criminalia, spiritualia, & appellationes deputati, discedentes loco sui aliquem notarium similiter curialem substituere, & substitutus valeat substituentis in omnibus vices adimplere.

NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus prædictus, cupientes abusionum causas, nedum ipsas abusiones auferre, & penitus extinguere, & extirpare: attendentes præmissam constitutionem de forma registrorum causarum disponentem, in particula, videlicet. Quòd quælibet pagina habere, & continere debeat in se quinquaginta lineas, siue virgulas, & quælibet linea, siue virgula duodecim dictiones ad minus: fuisse, & esse perquàm difficilem rem obseruatu, nimisq; rigidam, & nunquam (quod extet hominum memoria) obseruatam: immo (vt ad nos relatu fide dignorum hominum, & personarum manifestum fuit) per contrarium vsum sublatam, ab cuius rigiditate euenit, vt notarij ipsi sub excusatione, q; leges, & constitutiones impossibilia disponentes, minimè obseruare teneantur, ab eadem difficili particula constitutionis discedētes, prædictorū registrorū formam in graue preiudicium, puincialium, litigantiumve omnium ad eorū libitū, pduxerūt, sub colore præmissæ impossibilitatis, registrando, & per alios registrare faciendo sine lege, & mensura, prout eisdem notarijs, & eorum cuilibet videtur, & placet. Cui morbo congruam medelam adhibentes, statuimus, & ordinamus, q; notarij prædicti teneantur, & obligati sint perpetuis futuris temporibus formam statutorum, & constitutionū Curiæ Capitolinæ de forma registrorū loquente obseruare: ad quā formā tanquā iustam, & honestam (extremitatem maioris, & minoris numeri linearum prædictarum, ac dictionum aufugiendo, rigidam, & perquam difficilem particulā) præmissæ constitutionis reducimus, & est talis.

b videlicet: Quòd copiæ, siue registra [b] quarūcunq; causarum, & scripturarum debeant habere versus viginti pro qualibet facie cuiuscunq; paginæ, & quilibet versus habere debeat octo dictiones ad minus, aut triginta duas literas. Corrigimus quoquè in præmissis abusum quendam notario rum, volentium pro lectura sententiarum in capitalibus in secunda instantia, florenos quinque: Et statuimus, q; de cætero non accipiant pro præmissis capitalibus, pro matrimonialibus, seruitutibus, & alijs non recipientibus æstimationem, nisi bononenos quadraginta ad plus inter ambas partes, q; qualibet lectura sententię similis. Et quoniā (vt nos decet) maximo affectu, desideramus oēs deuiationes tollere, errores quoscunq; quoad possumus corrigere, & emendare, litigantiumve oppressionib⁹ oportunè occurrere, attendentes nōnullos ex notarijs præfatis, prout nobis latissimè constat, auaritiæ, & lucri cœca cupidine ductos, literarum Apostolicarum in forma bullæ, seu aliàs super erectione prædictorum notariorū collegij à Sede Apostolica emanatarum, formam neglexisse, & passim illas in animarum suarum perniciem, & scandalum plurimorum violasse, & absq; erubescentia censuras, & pœnas in eisdem literis contentas temerè incurrisse, scripturas in archiuio non reponen. & alia facien. iuxta tenorem dictæ bullæ. Iccirco sancimus, constituimus, & ordinamus ipsos notarios teneri, & obligatos esse ad dictum eorum officium exercen. infrascriptas nostras constitutiones, & ordinationes sub pœnis, prout in eis contentis, & applicandis, adunguem obseruare: mandantes iudicibus, & alijs, prout infra. videlicet.

Im primis, q; omnes, & singuli notarij præfati teneantur quascunque literas præceptorias, notificatoriales, citatorias, executoriales, aut quouis alio nomine nuncupatas, per eorum aliquē ratione dicti officij scriptas eorum Computatori pro tempore existenti subscribendas consignare, sub pœna suspensionis ab exercitio notariatus huiusmodi collegij per mensem statim incursa, & vnius ducati auri pro quolibet ex dictis literis non subscriptis, applicandi ipsofacto collegio præfatorum notariorum.

Item, q; nullus eorum audeat quouis modo examinare super cap. interrogatorijs, & commissionibus non subscriptis manu præfati Computatoris, & sigillatis per eorum archiuistam sigillo dicti collegij sub pœna suspensionis, vt supra, per mensem pro qualibet vice, & vnius ducati auri pro quolibet teste contra præmissam formam

exami-

examinato, applicandi vt supra.

Item, ꝙ vnusquisq; ex eis teneatur ante eius discessum à loco curiæ causa examinandi, siue alia negocia (ratione dicti officij) faciendi manu propria diem sui discessus in libro Cõputatoris notare, & scribere, & infra biduum currens à die sui reditus, siue post suum reditum, omnem denariorum summam pro viaticis, & aliàs acquisitam, & iuxta ordinem dicti collegij consignandam præfato Computatori effectualiter consignasse, & omnia examina integra, & alias scripturas vigore prædictæ bullæ in archiuio publico notariorum curialium reponendas, & reponenda in dicto archiuio reposuisse, & Archiuistę prędicto consignasse sine aliqua diminutione, sub pœna similis suspensionis, vt supra, per semestre, & quatuor ducatorũ auri, vt supra, applicandorum pro qualibet vice, & quolibet examine non repositi, vt supra.

Item, ꝙ vnusquisque ex eis rogatus de aliqua fideiussione, & sententia teneatur, si in loco curiæ se rogauerit, infra sequentem à die huiusmodi rogitus: si extra locum curiæ, infra biduũ à die sui reditus ad dictum locum, registrasse, vel registrari fecisse in libris archiuij desuper facti, vel faciendi huiusmodi sentẽtias, & fideiussiones, sub pœna suspensionis per mensem, vt supra, & vnius ducati auri applicandi, vt supra, pro qualibet sententia, & fideiussione non registrata, vt supra.

Item, ꝙ vnusquisque ex dictis notarijs in loco curiæ existens teneatur post sonum campanæ solitæ pulsari pro hora iuris reddendi, se ad bancum iuris conferre, ibiq; se rogare iuxta consuetudinem, quousq; ibi iudices, vel ipsorum aliquis sedere voluerit, nec inde discedere sine expressa licentia iudicis, de qua licentia rogatus sit notarius: aliàs sit nulla, sub pœna viginti bononenorum monetæ pro qualibet vice contrafactum fuerit per eorum aliquem, applicandorum, vt supra.

Item, ꝙ vnusquisq; ex eis rogatus de aliquo actu, examinéve, siue processu alicuius causæ vertentis coram quouis Commissario Apostolico etiam extraordinario, vel subdelegato, teneatur in agendo præmissas causas, & de eis se rogando in quolibet actu, omnia in præsentibus constitutionibus contenta obseruare, sub pœnis in eisdem constitutionibus cõtentis respectiuè, perinde ac si dicta causa verteretur coram aliquo iudice ordinario generalis curiæ prædictæ, & similiter scripturas huiusmodi causæ in archiuio reponere: & in euentum, ꝙ per quenquam ex dictis notarijs contrafactum fuerit, vltra pœnas præmissas teneatur ad restitutionem dupli pecuniæ per eum in fraudem retentæ.

Item, ꝙ vnusquisq; ex eis teneatur post citationem de eo factam per baiulum curialem pro parte Cõputatoris, vel Archiuistæ de accedendo ad collegium, se ad dictum collegium conferre, ad locum, & horam deputatam per dictũ Cõputatorem, & Archiuistam, vel eorum alterum in scriptis assignatam per apodissam per dictum baiulum deferendam, sub pœna duorum carlenorum monetæ pro qualibet vice, vt supra, applicandorum.

Item, ꝙ vnusquisq; ex eis teneatur omnes denariorum summas, ratione dicti officij, quouis modo acquisitas, & perceptas, (nisi de rogitibus, quorum merces nõ excedit duos bononenos) infra sequẽtem diẽ, si erit in loco curiæ: si vero extra, infra biduum à die sui reditus ad dictum locũ post huiusmodi acquisitionem, & lucrum immediatè sequen. præfato Cõputatori effectualiter consignasse, sub pœna vnius ducati auri pro quolibet grosso non consignato, applicando vt supra.

Item, ꝙ vnusquisq; ex eis registrare volens communi consensu tamen Computatoris habeat solidum vnum pro quolibet folio manu propria registrato, de mercede huiusmodi registri suũ liberum, reliquum vero consignetur Computatori prædicto, ponendo in portione registrantis notarij: aliàs non registrans manu propria nil omnino habeat, sed merces huiusmodi ponatur in communi pecunia collegij, sub pœna vnius ducati auri pro quolibet folio cõtra præmissam formam defraudato applicandi, vt supra.

Item, ꝙ nullus ex dictis notarijs se rogare possit de lectura alicuius sententiæ criminalis, nisi, vt infra, deputatus super causis criminalibus, cuius lecturæ merces ponatur per computum in portione se rogantis, quatenus exigatur ante tempus distributionis:

butionis: aliàs prorogetur pro alia distributione huiusmodi merces, sub pœna suspensionis per mensem, vt supra, pro qualibet lectura sentẽtiæ, & vnius ducati auri, ꝙ quolibet rogitu simili applicãdi, vt supra.

Item, ꝙ in causis ciuilibus vnusquisque ex eis se rogare possit de lectura cuiusuis sententiæ, & merces huiusmodi ponatur in communi pecunia dicti collegij, sub pœna suspensionis per mensem, vt supra, & vnius ducati auri, vt supra, applicandi pro qualibet lectura sententiæ ciuilis, vel criminalis defraudata.

Item, ꝙ Archiuista prædictorum notariorum, siue alius ex eisdem notarijs, & præsertim deputati super causis criminalibus, vt infra, quouis modo non possint dare ad registrandum, siue copiandum aliquam scripturam quantũcunq; minimam: nec constituta, siue examina facta super quibusuis causis criminalibus, neq; de expresso intento iudicis, neq; pecuniam aliquam accipere pro huiusmodi copijs, siue registris: sed constituta ipsa, aliáve examina, & scripturas quascũq; originales Computatori prædicto consignare. Qui Computator curam gerat dare ad copiandum, siue registrandum, & pecunias exigendum, sub pœna vnius floreni monetæ pro qualibet bononeno per eorum aliquem contra præmissam formam recepto pro huiusmodi registris in fraudem, & contra præmissam formam, vt supra, applicandi.

Item, ꝙ prædictus Archiuista teneatur in absentia prædicti Computatoris notare omnes non accedentes ad collegium, & bancum iuris, vt supra, & demum listam Computatori tradere. Si vero Cõputator erit præsens, teneatur ipse, vt supra, non accedentes notare.

Item, ꝙ Computator prædictus teneatur computare, & rationem administrationis computatus officij per prędecessorẽ suum in huiusmodi officio gestæ reddere facere, & eadem, vel sequenti die, quo fuerit ad dictum officium deputatus, collegium aggregare, & in eo proponere, vt eligantur duo ex eisdẽ notarijs, qui se rogent de causis criminalibus, durante suo computatus officio, & in euentum, ꝙ collegium non eligeret, ipse Cõputator eligere debeat cum promissione salarij, si opus fuerit, vsque ad summam quatuor florenorum monetę pro quolibet ex dictis deputatis mense quolibet, soluenda de communi pecunia dicti collegij, & alios subrogare in locum deficientium huiusmodi electorum eueniente casu, & deinde ad hoc, vt consulatur rebus concernentibus interesse litigantium, & collegij prædicti, idem collegium quibuslibet octo diebus aggrauare, suo durante computatus officio: dictumq; computatus officium diligenter, & fideliter exercere, literas, capitula, & interrogatoria sine mora subscribere, & taxare respectiuè: & omni cura, & diligentia, defraudantes, & præsentes constitutiones non obseruantes, statim habita notitia de veritate commissi delicti, & fraudis huiusmodi, delicta, & fraudes notare in libris computatus notariorum prædictorum suspendere, & mulctare sine respectu, & de pecunijs portionis delinquentis, iuxta qualitatem pœnæ incursæ, extrahere, & retinere, quatenus pecunias delinquẽtis in manibus habeat: & si eas non habuerit, auxiliũ brachij Præsidis inuocare debeat, & executionem in bonis realibus delinquentis fieri petat, & ita, & taliter se gerat, ꝙ omnino dicta executio incursæ pœnæ fiat infra decẽ dies currentes à die probati delicti: aliàs dictæ pœnæ applicẽtur tam infra, quàm supra in præsentibus constitutionibus, de rebus concernentibus exercitium notariorum loquentibus, contentis & collegis præfatorum notariorum, applicatæ statim, applicamus Apostolicæ Cameræ, & mensuatim vnicuiq; ex collegis maximè dicto Archiuistæ, iuxta ordinem dicti collegij, portionem, & salaria proportionabiliter distribuat effectualiter, & incontanti sine fraude, dolo, & mora, & demum administratio nis sui computatus officij reddat rationem suo in officio huiusmodi successori in fine temporis dicti sui computatus officij, sub pœna suspensionis, vt supra, per mensem itatim finito tempore dicti officij sui computatus, & duorum ducatorum auri vt supra, applicandorum pro qualibet vice contrafecerit alicui ex dictis partitis, maxime si non suspenderit, mulctauerit, executioni non demandauerit, & notauerit omnia supradicta in libro computatus, vt supra, & vltra præmissas pœnas, teneatur ad solutio

nem

nem dictarum pecuniarum pœnarum, & ſuſpenſionis per aliquem ex collegis tempore ſui computatus officij incurſarum: & beneuolẽtia reſpectu, dolo, vel fraude, aut negligentia ſuis non exactarum, & ſuſpenſarum, ac notarum, vt ſupra, non tamen delinquentes abſoluendo à pœnis premiſſis.

Item, ꝙ præfati Cõputator, & Archiuiſta non audeant, nec poſſint quouis modo exercere officium notariatus huiuſmodi, nec ſe rogare, dum fuerint Computator, & Archiuiſta reſpectiuè pro rebus cõcernentibus intereſſe dicti notariatus officij, niſi forte de rogitibus, quorum merces non excedit duos bononenos, ſub pœna duorum ducatorum auri pro quolibet groſſo de rogitu recepto cõtra formam præmiſſam per eorum aliquem applicandorum vt ſupra.

Item, ꝙ Computator prædictus debeat quaſcunque literas baiulis dictæ curiæ taxandas, & eas per loca prouinciæ deferendas, taxare: & in taxa nomen baiuli dictas literas ad taxandum portantis apponere, cui merces viatici ſoluatur, & non alij baiulo pro rata, ſi contigerit in eodem loco plures habere literas, vel ſaltem moderare, prout ſibi honeſtum videbitur. Mandantes quibuſuis perſonis quacunque auctoritate, vel dignitate fungentibus tam curialibus, quàm non, ne quouis modo dictas literas audeant taxare, etiam ſi dictæ literæ factæ eſſent pro patrocinijs exequendis, ſub pœna vnius ducati auri Camerę Apoſt. applicandi pro qualibet ex dictis literis cõtra præmiſſam formam taxatis.

Item, ꝙ baiuli prædicti teneantur infra decem dies currentes à die datarum literarum quaruncunque, eaſdem literas præſentaſſe, & executi fuiſſe reſpectiuè, prout ſuũ decet officium, iuxta ſtilum dictæ curiæ, & infra alios quinq; dies currentes (vltra dictos decem) eaſdem literas reſtituiſſe, cui reddi debent, ſub pœna ſuſpenſionis ab eorum baiulatus officio per bimeſtre pro qualibet ex dictis literis non executis, & præſentatis vt ſupra, & refectionis mercedis viatici eidem, à quo extorſerit, ſoluendę, & reſtituendæ, & vnius ducati auri Cameræ Apoſtolicæ applicandi.

Item, ꝙ nulli ex predictis notarijs liceat ſigillum collegij prædictorum notariorũ (niſi ſoli Archiuiſtæ) penes ſe retinere. Qui Archiuiſta teneatur ſine mora capitula, & alia, vt ſupra, ſigillare ad hoc, vt cauſæ expediantur.

Item, ꝙ nullus ex dictis notarijs audeat ſe quouis modo rogare ratione dicti notariatus officij, niſi prius præfato Cõputatore deputato, & electo, & officio computatus huiuſmodi per eum aſſumpto, ſub pœna decem ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pro quolibet rogitu, etiam ſi ſe gratis rogaret: cauto tamen tempore peſtis, & belli, quo prædicti notarij non teneantur dictum eligere Computatorem, nec dictæ pœnæ quomodolibet ſubiacere.

Item, ad euitandas cauillationes, & altercationes (pcuratorum (ſortè calumniosè regiſtra proceſſuum cauſarum primo habere quærentium, illaq; in præiudicium aduerſæ partis penes ſe retinere cupientium) ſancimus, & ordinamus, ꝙ regiſtra quorumcunque proceſſuum cauſarum in dicta curia vertentium, tradi, & conſignari debeant parti ex litigantibus primò illa requirenti, & volenti: ſoluta tamen prius integra mercede ſolui conſueta pro huiuſmodi regiſtris notarijs præfatis: tamen poſt decem dies currentes, à die, quo huiuſmodi regiſtra habuerit per partem ipſam, quæ integram mercedẽ ſoluerit, vt ſupra à parte ſiue à partibus ſibi aduerſa, vel aduerſis (etiam iure medio ſi opus fuerit) quæ nondum ſoluerint, vel ſoluerit (quatenus fuerit contradictum) pro omni eo, quòd in expoſitione, ſiue ſolutione dictę integræ mercedis, vt ſupra, ſolutæ de iure, vel conſuetudine dictę curiæ repeti debeat, & poſſit. Decernentes ex nunc, prout ex tunc, & è contra, huiuſmodi regiſtra non poſſe quouis modo per partem, quæ primò illa habuerit penes ſe, detineri, aliqua, ſiue aliquibus ex partibus aduerſis inuita, ſiue inuitis, vltra decem dies currentes (ad hoc vt cauſæ expediantur) à die receptionis regiſtrorum, per partem primò accipienti, vt ſupra, aut procuratorem, ſeu procuratores eius in ſcriptis eiſdem notarijs intimatione facta. Addendo inſuper, quòd ſi in dicto decem dierum termino aliquod præiudicium alicui ex partibus litigantibus infertur, cauſa huiuſmodi detentionis regiſtri, Præſes pro tempore exiſtens poſſit quandocunq; dictũ terminum abbreuiare, nullatenus vero prorogare, niſi forte vrgentiſſima, & eidem Præſidi notiſſima præcedenti cauſa. Quo termino elapſo, pars habens dicta regiſtra teneatur illa dare parti, quæ nondum illa habuerit, quatenus portionem mercedis ſibi de iure, vel conſuetudine reſtituere tangentem integraliter obtulerit, & effectualiter velit reſtituere, ſub pœna priuationis iurium ſuorum in huiuſmodi cauſa inter partes ipſas vertente, quã pœnam ex nunc, prout ex tunc, & econtra, incurſam eſſe volumus, & decernimus. Cuius priuationis iurium reintegrationem Rom. Pontifici, & Præſidibus dictæ prouinciæ pro tempore exiſtentibus, tantummodo reſeruamus. Quæ pars, ſiue partes ſecundo loco dicta regiſtra recipientes, ſiue recipiens, non poſſit illa plus, quàm decem dies currentes à die receptionis, vt ſupra, penes ſe retinere: notarijs prædictis, vel partibus, ſiue parte aduerſis, ſiue aduerſa inuitis, vel inuita, ſed illa reſtituere præfatis notarijs, ſub pœna amiſſionis iurium ſuorum, vt ſupra. Cuius reintegrationem Rom. Pontifici, & Præſidibus, vt ſupra, reſeruamus.

Item, cupientes omnes tollere abuſiones, attendentes iniquum eſſe, ꝙ maiori, & minori labori eadem ſit merces, Declaramus per præſentes, ꝙ notarij prædicti tenentur examinare ſuper quinq;, vel ſex articulis quoſcunq; teſtes pro bononenis quatuor pro quolibet teſte, iuxta formam conſtitutionum prouincialium de materia loquentium, ſi vero articulorum numerus prædictam quantitatem exceſſerit, tunc merces notarij taxetur arbitrio iudicũ cauſæ. Literarum vero, quarum longitudo ob inſertionem alicuius commiſſionis cauſæ, vel libelli appellatorij, aut alia de cauſa, exceſſerit plenitudinem vnius folij papyri integri ab vna facie, ſiue latere, merces ſimiliter huiuſmodi literarum per iudicem cauſæ taxetur: quo iudice renuente, per Archiuiſtam, & Cõputatores præfatos taxetur, abuſu, & quibuſuis alijs contrarijs non obſtantibus.

Item, ꝙ Archiuiſta prædictus ad hoc, vt regiſtra reddantur integra, teneatur prius, quàm conſignet inſilzas, ſiue originales ſcripturas actorum alicuius proceſſus quarumcunq; cauſarum præfato Computatori, vt regiſtrentur, citare perſonaliter facere procuratores partium litigantium per baiulum curialem, ſi erunt in loco curiæ. Qui procuratores ſic citati, & relati, teneantur infra ſequentem diem à die citationis huiuſmodi effectualiter conſignaſſe liſtã omnium actorum in cauſis, ad quorum effectum fuerint in loco curiæ, ſi vero eſſent abſentes à loco curiæ, citentur legitimè, & dictam liſtam conſignare teneantur infra triduum à die citationis, & relationis legitimè, vt ſupra, niſi fuerint legitimo inpedimento occupati, ſub pœna excommunicationis latæ ſententię pro quolibet procuratore inobedienti. Cuius abſolutionẽ Romanis Pontificibus tantummodo reſeruamus, [c] & vlterius non audiantur in aliquibus cauſis, donec liſtam, vt ſupra, conſignauerit præfato Archiuiſtæ, vt ſupra.

Item, ꝙ nullus ex prædictis notarijs ſuſpenſus pro aliqua contrauentione, vel delicto, per aliquod temporis ſpacium, vt ſupra, ab exercitio [d] officij notariatus curiæ generalis audeat dictũ exercere officium: nec ſe quouis modo rogare ratione dicti notariatus officij, ſub pœna duorum ducatorũ auri Cameræ Apoſtolicæ applicãdorum pro quolibet rogitu per ipſorum aliquem ſupenſum, recepto, & facto, eueniente caſu, durante tempore ſuſpenſionis huiuſmodi. Mandantes propterea quibuſcũque auditoribus, iudicibus, commiſſarijs, etiam apoſtolicis, & quibuſuis alijs iuſdicentibus, tam ordinarijs, q̃ extraordinarijs dictæ prouincię Marchiæ Anconitanæ tam præſentibus, q̃ futuris ſub pœna excõicationis latæ ſentẽtiæ (quorum abſolutio Romanis Pontificibus tantummodo reſeruetur) quatenus quouis quæſito colore non audeant, nec præſumant ſubſcribere, nec ſigillare, ſiue in iudicio admittere aliquas ſcripturas, ſiue examina per aliquem ex notarijs curialibus contra formam, & ordinem præmiſſarum conſtitutionum factas, & facta. Immo illas, & illa tanquam nullas, & nulla, ac nulliter factas, & facta, (prout præſentium tenore nullas, & nulla ex nunc, [e] prout ex tunc, & econtra eſſe declaramus) à limine iudicij, & proceſſu cauſæ contingentis reijciant, ſine tamen præiudicio partium litigantium, quas ad priſtinos

c d e

nos terminos in huiusmodi scripturis nullis (reficiẽdis sumptibus,& expẽsis à notarijs delinquẽtib⁹) reponimus,& reintegramus: mandantesve procuratoribus dictæ curiæ,quatenus quouis quęsito colore,sub iam dicta excommunicationis pœna,q̃ huiusmodi scripturas nulliter, vt supra, factas,in iudicio non exhibeant, quinimo,si cuiquam scienter, vel ignoranter easdem scripturas produci contigerit in iudicio,reuelare teneantur,& petere, & insistere, vt reficiantur, & validentur per notarium, siue notarios, qui illas, & illa fecerint, vel fecerit, nullas, vel nulla, non seruando formam constitutionum præmissarum.

GLO. CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Nimia tabellionum imperitia mundum destruit.*
2 *Quædam de notarijs insignia notatu digna.*

a NOTARII] officium magnæ autoritatis est,maioris tamẽ periculi, q̃ppe qui dicebat Bald.consi.6.lib.1.& repetit Ias.in l.si filius à patre, co.fi. ff.de lib.& posth. q̃ nimia † tabellionum imperi 1 tia mundum destruit, & ponit conscientiam bonorum virorum in magno discrimine, Et subdit ibi Alex. *q̃ notarij multoties sunt imperitiores* testatore, & dicebat Rom. sing. 52. q̃ sunt sicut psitacus & pica, qui stant in domo dominorum & dicunt ea,quæ audiunt, & nesciunt quid dicãt, sunt tamen multi legales & experti,quorũ operæ necessariæ sunt,& hi summè laudandi & honorandi,Cagnol.in l.si librarius nu.2.ff.de reg. iur. Et propterea optimũ esset, vt seruaretur constitutio infra hoc lib. inserta. c.48.vt diligenter examinarentur, tunc boni admitterentur, imperiti vero 2 explo derentur. Cæterum quædam † animaduertenda statui, quæ obseruari debent ab ipsis notarijs,& eorum officio valde incumbunt. Imprimis præsumptio est pro notario,vt officiũ suum fideliter exerceat.c.in præsentia,de præscrip. Alcia.de præsump.reg.3.præsump.13,Alex.consi. 33.col.2.& 3.& consi.35.lib.3.Affl. decis.69. nu.3.Capy.decis.61.nu.7.Guid.Papæ consi.51. nu.5.Illud tamen controuersum est,quòd si in instrumẽto mulieris asserat, se certioratam illam de beneficio Velleiani,& tamen si interogetur,quid sit Velleianum,respondeat se nescire, an illud instrumentum valeat vel ne? fuere qui dixernut, q̃ non valeat renunciatio,Rip.in l.centurio col. 27.ff. de vulg.Ias. in l.si duo patroni.§.idem Iulianus,col.3.& 4.ff.de iureiur.idem Rip. in l.1. col.5.ff.si cer.pet.Alex.in appost.ad Bar. in l.fi. §.fi.ff.ad Vell.Fel.in c.si diligenti, de præscr.Verum contrarium tenet idem Alex.in l.sciendum, col.7.ff.de verb.oblig.Alcia.de præsump.reg.3. præscr.13. Cæpol. consi.195. notarius,& hanc opinionem sequitur Cagn. in d.l.si librarius nu. 35. Si notarius vteretur duobus signis incideret in crimẽ falsi, Alex.in appost.ad Bart.in l.eos.ff. de falsi. Fel.in c.1. requis.6.de fide instr.Si conficiat instrumẽtum sine forma publica, de qua per Aym.consi.216. dicitur tanquam priuatus facere,& fides non adhibetur ei, Alex.consi.48.lib.5. Rebuf.tract.de chirog.in prin.nu.8.tom.1. Si ex forma statuti (vt est Cinguli patria mea)duo notarij rogare sc deberent de omni instrumento, quorum vnus scribat & subscribat,alter vero subscribat tantum,iuxta decisionem Alex.consi.92. cum seq. lib.7.& consi.124. nu.4. eod.lib. Dec. consi.36. nu.4. Tunc tali forma non seruata, instrumentum esset nullum,Corn. consi.243. col. fi. lib.3.& adeo hoc verum est, q̃ statuto annullante instrumentum aliter celebratum, extenditur etiam ad instrumentũ iuratum, Paul.de Cast. consi.98.notandum,lib.1.Corn.consi.32.lib.3. Soc.consi.97.lib.1. col.fi. statutum enim disponens,q̃ instrumentum non probet, nisi in illo adsint duo notarij,vendicat sibi locum etiam q̃ iuramento sit roboratum, quia tollit probatoriam fidem instrumenti,ideo sicut instrumentum non probat contractum,ita nec iuramentum,Abb.in c.cum contingat, col.pen.de iureiur. Alex. cõsi. 95.in fi.lib.1.Marsi.sing.700.Cagnol,in d.l.si librarius num.40.cum seq. Cur duo notarij adhibeantur,explicat Guid.Pap.q.122.nu.2. Præterea not.Ang. in l.1.§. ait prætor, q̃ notarius cõpellitur instrumentum conficere,not.Bar.in l.1. ff.fur. adu.naut.Bal. in rub.C.de fide instr.col.2. versi. sed dubitatur. Host.in sum. de fide instr.in §.ex quibus,versi.& hi qui. vbi dicit,q̃ qui recusat suscipere rogitus,est periurus, & potest priuari officio,refert & sequitur Card.in clem.1.vers. dudum not.13. de iureiur. Dec.in l. nemo inuitus.ff.de reg.iur. Vidi multoties dubitatum, an notario credatur de commissione tibi facta à Iudice? & Alex.consi.104.lib.5, respõdet, q̃ non, veluti est,si testaretur de commissione sibi facta ad examinandum testes,quæ fieri potest,Parisius in rep. c.quoniam contra num.149. cum seq. de prob.ciusdem opinionis est Dec, consi.42. dub. 2.consi.159.num.6. vbi allegat Inno.in c.cum à nobis,de testi.& scripsit Bal.in l. iudices,circa fi. C. de fide instr. q̃ nullus potest autoritatem sibi datam scribere. Et quamuis Aret.in §. item propter inimicitias,ad fin.inst.de excus.tut. dixerit, q̃ opinio Bar. in l. ex sententia.ff. de test. tut.dicentis, credi notarij dicto de commissione sibi facta,& q̃ de illa posit instrumentum conficere, in pratica seruari,quod no.putat Claud.in l.sciendum col.2.ff.de verb.oblig. Tamen verior est altera

tera opinio, quia in facto proprio testis quis esse non potest,& ideo communis opinio est contra Bar. vt ex relatis per Alex. colligitur in d.consi. 104.Guid.Pap.q.126.Affl.decis.317.Paris.in d. c.quoniam contra,post alios num.151.Dec.sibi contrarius in l.2.col.1.C. de eden. & nouissimè illam tenet & sequitur Cagnol. in d.l.si librarius num.46.Notarius causarum & actorum recusari potest, & solo iuramento probatur causa suspicionis,Alex.in d.consi.104.Dec.consi.173.in fi. & in c.postremo,col.1.de app.Ias.in l.apertissimi,col.2.C.de iud.In dubio censetur rogatus vt apponat in instrumento clausulas solitas & consuetas de consuetudine,Alex.consi.27.lib.2.Bal. in l.fi.per illũ tex.C. de fideiuss.Capy. decis.159. uu.39.Franc.de March.decis.797.nu.9.par.2. intelligi tamen debet de his,quæ respiciunt executionem, vel clariorem elucidationem duntaxat, non autẽ de illis,quæ dispositionem, vel nouum effectum (qui aliàs non veniret) inducunt. Vnde si alicubi mos regionis sit,vt in locationibus cõductores periculum sterilitatis recipiant, tamen (si illud non fuerit expressum) non subintelligitur,nec notarius apponere potest,nisi de hoc fuerit etiam rogatus, vt est casus (vbi hoc decidit Ang.) in l.licet col.1.C.loca. Sic notarius rogatus de fideiussione, non potest apponere clausulas renunciationum epistolæ,vel discussionis,licet hoc sit solitum, nisi rogatus sit Bald. in rub. col.fi.C.de his quæ in fraud.cred. Est bene verũ q̃ in istis consuetis sufficit notarium esse rogatũ,in genere,vt sentit Bal.in d. rub.C. de his quæ in fraud. cred. Marsi. sing. 23. Neuiz. consi. 28. lib.2.Cagnol.in d.l.si librarius, vbi alios allegat nu.48. Notarius rogatus potest scribere per aliũ (dummodo ipse qui fuit rogatus se subscribat) quia industria tabellionis non eligitur in scribendo, sed vt ipse det fidem gestis, quam satis præstat subscribendo,Alex.cõsi.50.nu.4.lib.3. Dec. consi.447.num.10.Bal in l.imperator.ff. de sta. hom.in l. siquis ex argentarijs.§.cogentur,versi. quid enim.ff.de eden.Affl.decis.6. idem Alexan. consi.129.nu.4.lib.1. Dec.consi.11. num.16.& consi.467. nu.9.& 10. dicens ita de consuetudine obseruari,& in auth. siqs in aliquo, nu.16.C. de eden.Fel.in c.inter dilectos nu.27. de fid.inst. & in c. quoniam contra nu.43. cum seq.de prob. Paris.consi.12.nu.120.& consi.28.nu.28.lib.2. Rub.consi.94.Aym.consi.72.nu.3.Rot. Pedem. decis.37.Notarius, si publicauerit instrumentũ, antequam illud scribat,non valet,gl.sing.in l.fideicommissa.§.1.ff.de leg.1, Et ego aliàs in contingentia facti Fani(dum ibi prætor eram)iudicaui quoddam instrumentum testamẽti nullum, quia prius publicatum erat,quàm scriptum fuisset,in causa Cartoceti. Bened. in c. Raynutius in verb.in extremis,num.40.de test.Rebuf.in l.vn. nu.197.C.de sent. quæ pro eo qđ int.Ang.consi. 74.& consi.275.Calca. consi.91. Idem si faceret in breuiaturam & illam non legit coram testibus Grama.decis.62.nu.6. debet etiam asserere se fecisse rogatum,aliàs rogitus non valeret, Grama. decis.106. nu.24. Si notarius in margine instrumenti arserat illud cancellasse de voluntate partium,respondet Alex.post Bart.in l.labeo.§.1.ff. de pac.& consi.59.nu.5.lib.2.q̃ non derogat instrumento cancellatio ista, vnde ex Marsi. sing. 220. debuit adhibere testes, & vide Bal. in l.labeo in fi.vbi videtur concludere, quòd cancellatio illa pœnes eundem notarium rogatum probet debitum fuisse,sed non esse, quia præsumitur solutio,& satisfactio. Nec debet notarius ad instantiam partium de protocollo instrumentum lacerare,sed solum cancellare,Bar.& Alex.in l.2. §.si plura.ff.quemad.test.aper.Cagnol.in d.l.si librarius,nu.55.Alex. consi.74. nu.3.lib.1. Aym. consi.228.nu.4. Si negetur aliquem esse notariũ, q̃ hæc qualitas non inest à natura probanda est. l.si emancipati.C.de coll.Aym.consi.72.nu.1.& consi.150.num.1.Alcia. in tract. præsum.reg.3. præsum.13.& cõcordantes ad hoc allegat infinitos Cagnol.in d.l.si librarius num.56.solent igitur portari literæ testimoniales de legalitate notarij sigillo publico munitæ alicuius vniuersitatis Principis vel Episcopi,Paul. de Castr. per illum tex.in l.2.in fi.C.vbi d̃ ratio.agi opor. Prat. Papien. in libel. opp. contra instr.verb.non fuit. Affl.decis.251.Debet tamen probari notarium, tale instrumentum scripsisse,Alex.consi.198. nu. 1.lib.7.Lanfr.in c.quoniam contra,verb.instrũ. col.3.Rot.Pedem,decis.107.num.2.& 5.& vide Carauitam super ritu Vica.188.Si notarius attestetur aliquem sanè mentis, aut ea quæ tempore celebrationis actus interuenire non poterãt,non creditur,Alex.consi.pen. nu.13. lib.1.consi.85. ad fi.lib.2.Ferat.caut.vlt.Affl.decis.245.num.7. Notarius ab vtraq; parte rogatus esse debet Ale. consi.110. per tot.lib.2. allegat Io. And. in add. Spec.tit.de instr. edit.§. postquam,in add.incip. hanc materiam plenius,idem tradit Alexan.in l. præter ait,in fi. vbi etiam Ias.ff. de eden.Abb. in c.1.col.4.& 5. de fide instr. Ex notarij stipulatione nobis absentibus quæritur actio sine cessione secuta ratificatione, estq; cõmunis opinio,Tiraquel.de const.possess.Dida.in rub. extra de testa. part.3. nu.13. q̃ velut omniũ nouissimus scrib. attestatur ex allegatis per ipsum hanc esse cõmunem opinionem.Cuius Dida.opinionem intelligc secundum Rot. Pedem. decis.33. vbi relatis vtrinq; opinionibus cum scrib.assertionibus asserit Senatũ solitum sequi opinionem affirmatiuam, q̃ acquiratur absq; ratificatione ius agẽdi, non autem dominium vel possessio.Fallit tamen fauore donationis, quia stipulatione notarij ius efficaciter acquiritur absenti, & dominium vtile transfertur absq; cessione. l.quoties.C. de dona.

quæ

quæ sub mod. Dec. consi. 239. nu. 7. & 8. Cassan. consi. 53. nu. 53. cum seq. Crauet. consi. 19. nu. 9. Notarius recipiens instrumentum, puta, renunciationis alicuius, qui talem se facit, cum nõ sit, excusatur Dec. in auth. siquis in aliquo, ad fin. C. de eden. Notarius Apostolicus vbiq; instrumentum cõficit de iure, docet Spec. tit. de instr. edit. §. restat, versi. & no. ꝙ Tabellio, vt refert Ias. cõs. 168. col. 7. versi. ad primum, lib. 4. Rebuf. tract. de lit. obl. art. 2. glo. 1. nu. 44. tom. 1. intellige secundum eundem in tract. de merca. minu. art. 1. glo. 21. tom. 2. vt illud procedat quantum ad obligationem & non probationem. Cæterum quantum ad alia, quæ vigore statuti loci venirent non valeret instrumentum (veluti esset) si statutum vigeret in loco, vt instrumentum haberet executionem paratam, illo enim casu non operaretur instrumentum, cum non esset notarius creatus secundum loci consuetudinem. Creatus tamen à Rege non poterit extra regnum instrumenta conficere, Bal. & alij in l. fi. ff. d iurisd. om. iud. Fel. late in c. cum. P. de fide instr. vbi latè disputat, quis possit notarios creare. Extat in nonnullis locis statutum, vt notarius non matriculatus non possit instrumenta conficere, an inter forẽses possit se rogare? Fel. in d. c. cum. P. col. fi. Rip. resp. lib. 3. c. 9. determinant, ad quos te remitto & ad Cagnol. in d. l. si librarius nu. 67. cum seq. Notarius dicere debet actum die tali, ponendo diem actus finiti, vt habetur in l. siquis eum. §. 1. ff. de vulg. ꝙ Inno. in c. consuluit, de off. deleg. Nec debet ponere noctem sed diem, Bald. in l. fi. C. de his quibus vt ind. dicere tamen potest (vt quotidie fit) hora secunda vel tertia noctis existẽtibus tribus luminaribus, iuxta not. in l. non minorem. C. de transi. Notarius non debet recipere instrumentũ, nisi de his, quæ duobus sensibus percipit, visu. s. & auditu, in alijs vero, quæ scribit non habetur loco notarij, Bal. in l. 2. ad fi. ff. de fer. Aym. cons. 240. nu. 2. Vnde Porc. inst. de lit. obl. col. 2. dicit. Cum scolasticus iniuriam intulisset rectori in absentia notarij, qui postea fuit vocatus, vt conficeret instrumentũ, scolaris tunc dixit, notarium scribere debere, ꝙ rector dixit, se iniuriã passum fuisse à scolare, non enim scribere debet notarius, ꝙ iniuria in sui præsentia facta fuit, per l. tutor. §. fi. ff. de vsur. Bal. cons. 28. in quodam instrumẽto, lib. 1. Et si notarius sit extra clausturum Monasterij recipiens instrumentum factum cũ Monialibus, quæ in Monasterio sunt, dicere potest, actum in monasterio, licet ipse sit extra, Alex. in l. pleriq;, ad fi. ff. de in ius vo. Si appareret instrumentum vel protocollum apostillatũ, an & quando probet, egregiè scribit Alex. consi. 14. lib. 6. Aym. consi. 104. nu. 16. cum seq. Aduertat semper notarius, vt nunquam scribat partem recepisse, nisi numeratio fuerit facta ipso præsente & vidente, sed debet dicere Titium confessum fuisse, se recepisse, alioquin incidit in crimen falsi, Diaz regul. 492. Iul. Clar. in §. falsum, versi. Notarius autem, quia adfert testimonium de eo. quod non vidit, gl. in l. si expretio in verb. cõscriptum. C. si cert. pet. scribens Iudæos dixisse Pilato. Scribe ꝙ Christus dicit se Regem Iudæorum, non ꝙ sit Rex. Dec. post alios in l. singularia, col. fi. ff. si cert. pet. credit tamen Cagnol. in d. l. si librarius nu. 78. ꝙ licet notarius in instrumento dicat, talem confessum esse habuisse & recepisse, prout habuit & recepit in præsentia mei notarij & testiũ infrascriptorum scutos centum, in falsum non incidit, quamuis probetur, pecuniam tunc ibi numeratam non fuisse tantæ quantitatis, quia dum modo notarij videant numerare pecunias, non solẽt penitus & ad vnguem inspicere, an sint præcise illius summæ & quantitatis, sed stant relationi partium, quarum interest, & talis consuetudo excusare videtur notarium à pœna falsi, & à quauis alia per prædicta. Quamuis protocollum notarij non reperiatur, instrumentum leuatum fidem non perdit, Bal. in rub. C. de fide instr. col. 9. Fel. in c. cum. P. col. 1. de fide instr.

b REGISTRA] registrum an probet, & sic vtrum sufficiat producere registrum, tradunt Fel. in c. fi. in fi. de fide instr. Lanfr. c. quoniã contra, verb. instrum. prod. de prob. Guid. Pap. decis. 19. num. 3. & consi. 84. versi. & fuit. Inno. in c. 1. de procu. significat aliquando registrum locus, vbi reponuntur scripturæ super rebus gestis, Bal. in l. nec exemplum. C. de fals. tex. in c. ex literis, vbi Abb. not. de in int. restit. Franc. Marc. decis. 164. nu. 6. & seq. par. 2. & vide infra lib. 6. cap. 20.

SVMMARIVM.

1 *Quis possit ab excommunicatione absoluere.*

c 1 RESERVAMVS] Not. ꝙ is potest ab excõmunicatione absoluere, qui eam tulit, vel eius superior, qui iudicis partes exercere potest, nõ alius. Franc. Marc. decis. 807. nu. 2. par. 2. Sic etenim Episcopus absoluet ab excommunicatione per eum lata, vel Archiepiscopus in casibus, quibus iurisdictionem propriam exercere potest inter subditos suffraganeorum, aut deniq; ipse Papa tex. in c. per tuas, in c. sacro, in c. venerabilibus, de sent. excõ. sanctus Thomas in 4. sent. dist. 19. q. 2. art. 5. Syluester verb. absolutio. q. 1. not. 2. Dida. in c. fin. 1. part. §. 12. num. 2. de sent. excom. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Notarius de falso condemnatus an possit conficere instrumenta.*

d 1 EXERCITIO] Vidi aliquãdo in dubium reuocari, si notarius simpliciter fuit cõdemnatus de falso, nec fuerit arte notariatus per sententiam priuatus, an poterit postmodum instrumenta conficere? Ang. de malef. verb. falsario, Bar. consi. 174. respondent, ꝙ non, ante tamen ꝙ fuerit condemnatus non intelligitur priuatus, & hæc est communis opinio, vt dicit Alex. in l. siqs ex argentarijs. §. 1. num. 6. ff. de eden. Iul. Clar. in prat. crim. §. fi. q. 73. versi. notarius. Franc. Marc. decis. 299. part. 2. subdens, ꝙ pendente qõne falsi debet notarius abstinere à cõfectione instrumentorũ, allegat Bar. in l. Barbarius. ff. de off. prætor. Cæterũ ea, quæ antea cõfecit, tutius est, quòd per alium notarium leuentur, illum igitur video, qa vtiliter loquitur, & in decis. 302. nu. 2. subdit, ꝙ talis notarius sic de falso cõdemnatus, etiã prohibetur alibi recipere instrumenta, secundum Bal. in l. nihil. C. de manum. vind. quia infamia vbiq; committatur, de quo per Ias. in d. l. Barbarius, instrumenta vero confecta ante condemnationem de falso subsistunt & valent, Bald. in l. 2. & in l. in exercendis. C. de fide instru. Paul. de Castr. consi. 203. ponitur, lib. 1. Mil. in rep. verb. notarius. Cagnol. in d. l. si librarius, nu. 66. & ita aliàs Sauone iudicaui.

e EX NVNC] prout ex tunc, hæc clausula reddit actũ magis efficacem, iuxta gl. in clem. 1. verb. ex nunc, de concess. præb. Dec. consi. 405. col. 1. & dictio ex nunc, significat actũ verbi prolati, & dictio ex tunc, significat effectũ verbi consumati, Guid. Pap. 588.

DE SIGILLIS PERTINENTIbus ad bancam, & eorum solutionibus. Cap. XIIII.

AEGIDIVS Episcopus Sabinen. prædictus quandã constitutionem edidit super sigillis, & mercede ipsorum, qui haberent esse in curia generali vltra sigillum rectoris: quæ, licet tempestate nostra in legatione prædicta in vsu non esset, tamen, quia mutatis temporibus curia generalis ad antiquam consuetudinem redire posset, & sic constitutionem prædictã non in totum posse esse frustratoriam, ideo hic inseri curauimus, est talis, videlicet:

AEGIDIVS Episcopus Sabinẽsis, Apostolicæ Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Sigilla pertinentia ad administrationem iustitiæ in curia generali, (præter sigillum proprium rectoris) statuimus esse tria: quorum duo sint apud thesaurarium, vel eius notarium, vnum quorum sit longum, & vocetur sigillum curiæ spiritualium, cum quo sigillentur omnes, & singulæ litteræ, quæ occurunt in quibuslibet causis, ad forum, & iurisdictionem rectoris spiritualium: & sui iudicis super spiritualibus pertinentibus, & sine illo sigillo illis litteris non credatur. Aliud dictorum duorum sigillorum vocetur sigillum curiæ generalis, cum quo sigillentur omnes litteræ pertinentes ad causas vertentes coram iudice ciuilium, & coram iudice appellationum dictæ curiæ generalis, & coram commissarijs: & sine illo sigillo illis literis non credatur, & pro dictis sigillis recipiat thesaurarius, vel eius notarius quantitates inferius denotatas pro Camera, & non vltra. Tertium vero sigillum vocetur, & sit apud iudicem maleficiorum, vel notarium bancæ, siue cancellarium, cũ quo sigillentur gratis omnes literæ pertinentes ad causas criminales: & sine illo sigillo illis litteris non credatur. Literæ aũt prædictæ in omnibus causis antedictis nullatenus per thesaurariũ, vel eius notariũ sigillentur, nisi prius sint visæ, & bullatæ per iudicẽ, pro cuius parte dirigunt, cuius iudicis bulla visa in literis notarij, thesaurarius tenẽs dicta duo sigilla, sine difficultate aliqua sigillo conuenienti sigillet: pro qua si gillatura, & cera recipiat ꝙ Camera, vt infra, videlicet. Pro sigillatura literæ citatoriæ, sex denarios, & si plures sint citandi, pro quolibet, vltra primum, duos denarios, dummodo summam duorum solidorum non excedat. Pro sigillatura literæ appellationis cum mandato, duodecim denarios. Pro sigillatura cuiuscunq; præcepti, duodecim denarios. Pro sigillatura secundarum litterarum appellationis duodecim denarios. Pro sigillatura tenutæ, & executionis reuocationis tenutæ, vel executoris pro quolibet prædictorum, duodecim denarios. Pro sigillatura literæ excommunicationis, vel denunciationis, medium anconitanum. Pro sigillatura literæ absolutionis ab excommunicatione, medium anconitanum, & si plures fuerint excommunicati, vel denunciati, vel absoluti, pro quolibet vltra primum, duodecim denarios. Pro sigillatura literæ reuocationis in forma cum nonnullis, tres solidos. Pro sigillatura literæ reuocationis inter-

dicti positi in aliqua ciuitate, & pro ipsis literis florenos duos auri, si in communantia florenum vnum & anconitanos decem: si in aliquo castro, florenum vnum. Pro sigillatura literarum suspensionis interdicti, & literis in ciuitate florenum vnum: in communantia octo anconitanos: in castris vero quinque anconitanos. Pro sigillatura literarum suspensionis interdicti pro vna die, occasione festiuitatis alicuius, vel sepulturæ mortui, & pro literis anconitanos sex.

DE VIATICIS IVDICVM, officialium, & maiorum commissionum salarijs. Cap. XV.

SALVBRITER in processu suo cõstitutionum prouinciæ Marchiæ in hoc secundo libro ꝓcedendo Aegidius Episcopus Sabinensis, & Legatus prædictus posuit cõstitutionem in titulo, & in nigro, disponentem de viaticis[a] iudicum, & officialium, per quam obuiam itum est multis iacturis, & extorsionibus, quæ fiebant per iudices, & alios officiales ipsis prouincialibus, dum (secũdum legem infra scriptam) certam metam interposuit: & constitutio ipsa sic incipit:

a

AEGIDIVS Episcopus Sabinen. Apostolicæ Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Quanquam viagia, & absentationes iudicum, & officialium rectoris à loco curiæ non sit decens absque causa iusta fieri, tamen propter exigentiam negociorum multorum curiæ rectoris, & Cameræ, & cultum iustitiæ oportet quandoque viagia, & accessus fieri per terras, & sic est solitum ab antiquo. Ne autem prouinciales ex talibus viagijs vltra debitum aggrauentur, statuimus, ꝙ nullus iudex, aut officialis curiæ rectoris viagia, vel executiones faciat contra formam constitutionum insertarum in isto volumine: nec absque speciali commissione, & literis specialibus rectoris prędicti: & rector nullo modo concedat, nec committat, nisi cum ex iusta causa cognouerit expedire, & iudex pro qualibet die recipiat duos florenos auri, & non plus: notarius vero eius recipiat pro se, & equo triginta quinque solidos denariorum, & non plus, quæ salaria soluantur per ipsos, propter quorum defectum mittuntur, siue sit communitas, siue sint singulares personæ. Si vero non ob defectum alterius, sed pro pace inhienda, vel cõseruanda, aut pro magno futuro scãdalo, seu damno vitando, seu ob aliud publicum bonum mittentur, tunc soluantur dicta salaria per illos, quos rector in dictis commissionis literis iusta causa motus, duxerit declarandos, & idem modus seruetur de notarijs, qui ex dictis causis, siue quacunq; ipsarum mittuntur: saluo ꝙ eorum salarium pro se, & equo, & famulo, vel baiulo, quem secum ducunt, & tenent, & eorũ expensæ decem anconitanorum de argento per diem summam nullatenus excedant, commissionum autem dictis iudicibus fiendarum per rectorem de quacunq; causa cognoienda, vel terminanda, salarium limitetur per rectorem moderatum, & facilem, itaque viginti florenorum auri summam in vna quæstione inter vtranq; partem nullatenus excedat. Cognito per Philippum Cardinalem Bononien. tunc Legatum, constitutionem præmissam non totale adhibuisse remedium circa materiam prædictorum, ipse addendo eidem constitutioni fecit quandam additionalem legem in præfata prouincia, dum inter alias suas constitutiones in capitulo tertio, de præmissis viaticis iudicum, & notariorum nouiter pertractauit: & dum de viagijs iudicum, & notariorum constitutionem posuit, sub Rubrica, De viagijs iudicum, quæ incipit: Quanquam viatica, addimus, ꝙ quotiescunque contigerit iudices curiæ, vel ipsorum notarios equitare per prouinciam pro aliquo maleficio, delicto, crimine, seu excessu, de licentia domini Legati, siue rectoris prouinciæ, de qua per scripturam legitimè appareat primo, cum aliter sub pœna priuationis officij equitare, seu dicta de causa absentare non putemus. Immo expresè per præsentem inhibemus, quòd equitantes primo teneantur, & debeant in scriptis manu notarij curiæ tradere, & consignare domino thesaurario prouinciæ, qui pro tempore fuerit, omnimodam informationem, quam habent cum descriptione loci, & personarũ, & propter quam equitare, & se absentare intendunt: & illã thesaurarius teneatur statim, & debeat infilzare. Et similiter quàmprimum contigerit dictum iudicem, vel notarium redire, teneantur sub simili pœna significare, & in scriptis dare præfato domino thesaurario, quod inuenerint, & perceperint super informatione per eos tradita cũ insertione diei, recessus, & reditus, sub pœna quinque ducatorum vice qualibet, & pro quolibet contrafaciente ipsofacto incurrenda, & Cameræ Apostolicæ applicanda vnà cum restitutione salarij, siue viatici, quod exinde perceperunt, eis, vel ei, à quibus percepissent: nec aliquem actum facere possint cõtra aliquem occasione alicuius asserti maleficij: & vbi equitare opus non est, nisi primo informationem dicto thesaurario transmiserint, quam sequente die, postquam habuerint notitiam, transmittere debeant sub dicta pœna. Anglicus Episcopus Albanus, & similiter Legatus decernendo, statuit in quibus casibus iudices possint equitare, & in constitutione prima suarum additionum titulando, dixit pro quibus maleficijs iudices debeãt equitare, & disponendo postmodum, posuit hæc verba. Anglicus miseratione diuina Episcopus Albanen. terrarum, & prouinciarum sanctæ Ro. Eccl. citra regnum Siciliæ in Italia consistentium Vicarius generalis, ad perpetuam rei memoriam. Vt grauaminibus, & oneribus nimijs occurramus, quæ præsertim prouinciæ Marchiæ Anconitanæ communitatibus ob iudicum curiæ generalis, & præsidatuum frequẽtes caualcatas, seu andatas, quas (& sæpius etiam pro causis leuibus) faciunt inferuntur, præsenti constitutione districtius inhibemus, ne de cætero aliquis de iudicibus, seu officialibus prælibatis ad inquirendum de aliquo crimine, vel excessu præter quam de rebellione, seu tumultu, homicidio, latrocinio, seu publica derobatione, strataruṁq; fractione, monetarum, seu bullæ apostolicæ falsificatione, ac monialium, seu honestarum aliarum mulierum raptu equitet, seu equitare valeat quoquomodo: nec etiam in his, exceptis casibus supradictis, nisi cum licentia rectoris præfati, liceat equitare, circa quam licẽtiam concedendam, oportunæ cautelæ remedium sic studeat adhibere: ꝙ nec etiam in casibus ipsis (nisi vbi, & quãdo facti certitudo, seu famosa insinuatio, & circunstantiarum exaggeratio id requirat) licentia huiusmodi concedatur. Prouideant nihilominus iudices prælibati, vt licentia obtenta, notarios, & famulos pro rationibus, & necessarijs casibus, propter quos iuxta formam constitutionum super hæc editarum, hoc permittitur, seu mandatur eisdem, aliquo modo, transmittant, quodq; nedũ ipsi notarij, sed nec iudices prælibati, aut aliqs eorum, ꝙ in casibus in qbus equitauerint, vltra tres dies absq; dicti rectoris licentia speciali expressa nequeant immorari. Qui cunq; vero in aliquo dictorũ casuum contrafecerit, ad restituendũ quicquid ex hoc habuerit, seu potius extorserit (cessãte difficultate qualibet) compellatur, & nihilominus ad quadruplum Cameræ Apostolicæ condemnetur. Declarauit etiam Papien. Episcopus, tunc temporis Legatus constitutionem Aegidij dum loquebatur de florenis duobus auri, ꝙ intelligeretur de duobus monetæ, & in capitulo tertio suarum cõstitutionum titulato similiter de viagijs iudicum, hoc modo disposuit, videlicet. Item constitutioni de viaticis iudicum, in qua quidem addimus, & illam declaramus, dum loquitur de florenis duobus auri, sint, & esse intelligantur de florenis duobus monetæ ad bononenos quadraginta pro singulo floreno. Circa equitationes iudicum, & eorum discessus loannes Episcopus Albanus similiter Marchiæ Legatus in capitulo septimo suarum additionum infra scripto modo legem condidit, in Rubrica, Quòd iudices nõ equitent sine licentia, & sedeant ad bancum. Statuimus quoque, & ordinamus, ꝙ iudices curiæ dictæ prouinciæ nunquam de curia discedant, nisi causam discessus Legato, vel gubernatori, vel locumtenenti exposuerint, & ab eis facultatem discedendi impetrauerint: aliàs incurrant pœnam pecuniariam in cõstitutionibus contentam, quam eis retineat thesaurarius prouinciæ, cum salarium exhibebit. Sedeantq; diebus iuridicis pro tribunali ad ius dicendum. Procuratorq; fiscalis omnibus diebus iuridicis accedat ad tribunal, & eos, qui non sederint pro tribunali, notet adhibito

bito publico notario, ipsiq; iudices non sedentes quotiescunq; deliquerint, multentur per rectorem prouinciæ in decem ducatis, quos pariter de eorum salario retineat thesaurarius: & tam pœna discedentium à curia, q̃ non sedentium pro tribunali cedat in emolumentũ Cameræ Apostolicæ.

Sanctissimus dominus noster Paulus Papa Tertius, qui adhuc vitam trahit incolumem, & ætherea pascitur aura in suo breui sub data Romæ apud S. Petrum, sub anulo Piscatoris XI. Ianuarij M D XXXVI. in quadam particula dicti breuis circa viatica dictorum iudicum, ac auditorium, alio rumq; commissariorum sic obseruari mandauit, videlicet.

ITEM, q̃ auditores iudices, atque commissarij quãdo in casibus eis permissis equitabunt, non accipiant pro viatico nisi id, quod per constitutiones eis permittitur, & si pro pluribus causis contra vnum, vel pro vna cõtra plures personas, & in eadem terra pro eisdẽ negocijs, & factis pluries equitauerint, nisi id ex noua, vel nouiter apparente causa fecerint, super quo si differentia oriatur, stari debeat declarationi rectoris prædicti, vno viatico sint contenti.

GLO. CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 *Viatica dari iudicibus aliquando expedit.*
2 *Primus qui dedit iudici pecuniam.*

a VIATICIS] de his meminit tex. in l. cum quem temere. ff. de iud. Rebuf. tract. de expen. art. 5. glo. vn. nu. 21. tom. 3. Hæc viatica †multoties sunt necessaria tam in criminalibus quàm ciuilibus, ideo ex causa permitti solent cum moderato salario, & obseruaui, q̃ accessus ad locum differentiæ præstat iudici maximam instructionem ad decisionem causarum, & nulla est certior probatio, quàm locum ipsum oculis subijci. l. siquis irruptione, vbi Bald. not. ff. fin. reg. Paul. de Castr. cons. 48. in causa quæ vertitur in. Reuer. Patrem, lib. 1. post medium, refert & sequitur Alex. cõsi. 1. col. 6. lib. 4. Affl. decis. 107. num. 6. dummodo hac intẽtione fiat id, vt celeriorem & certiorem habeat iustitia expeditionem, secus (vt multi faciunt) si spe lucri solum, quia saltem Deum vltorem habebunt. Iure igitur accipit iudex hic taxatum salarium, & multo magis quãdo salarium ordinarium esset exiguum, tam ad laboris compensationem, quàm vt honestè viuat pro sua dignitate. c. cum ab omni, de vit. & hon. cler. c. statutum. §. insuper, de rescrip. lib. 6. glo. in c. non licet. 11. q. 3. & refert Plut. in vitis illustrium virorum, q̃ Anitus † Archemeonis fuit primus, qui Athenis iudicibus pecuniam dedit, refert Rebuf. in tract. de sala. taxa. art. 1. gl. vn. nu. 13. to. 3.

1

DE EXECVTORIBVS, ET executionibus. Cap. XVI.

EFFRENATAM executorũ ingluuiem, & eorum viaticorum compescere desyderans in dicta prouincia Marchiæ Aegidius Sabinensis Episcopus, & Legatus prædictus, infrascriptã constitutionem edidit. Aegidius Episcopus Sabinen. Apostolicæ Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Executorum multitudinem, & ipsorum effrenatam exactionem in subditorum fidelium Ecclesiæ releuamen restringere cupiẽtes, statuimus, q̃ pro singularibus personis, & earum interesse, executores de cætero non mittantur, nisi petentium expensis: quas tamen à condemnato in expensis recuperare valeat, sicut aliàs expensas ordine iuris, & similiter pro vniuersitate, collegio, vel officiali, aut prælato. Pro curia autem ad inquirendum vbi expetit de maleficio, vel capiendo malefactorem, vel aliud simile opportunum, tunc mittatur de conscientia rectoris, tamen expensis deliquentium siue culpabilium siue declaratorum in literis commissionis rectoris, vt supra in cõstitutione proxima continetur. Pro Camera vero quoties mitti contigerit exequutorem pro tallea censu vel afflictu contra communitates aliquas non prorũpatur subito ad exequutoris missionẽ, sed prius per literas cõmunitas requiratur, & eidem mandetur, q̃ soluat, & in literis quãtitas persoluẽda & causa propter quam tenetur soluere & terminus ad quem debet soluere declaretur: qui terminus sit post præsentationẽ literarum vnius mensis ad minus, quo termino elapso ipsa communitas, quæ insolutione cessauerit, & cõtumax extitit (legitimo impedimento cessante) vltra illud q̃d debet, quartum plus eius in cuius solutione cessauit Cameræ soluere teneatur: & dicto elapso termino, quandocunq; rectori & thesaurario videbitur possit exequutorem mittere cõtra ipsam communitatem, qui omnibus modis opportunis exigat, q̃d debetur & pœnam quarti pluris prædictam de qua nihil pœnitus remittatur (saluis alijs pœnis in cessantibus soluere censum & fictum debitum in priuilegijs & literis Apostolicis ordinatis) & exequutor qui pro talibus mittitur efficaciter exequutionẽ faciat diligenter & solicitè toto posse & ingenio, continuè laborando per pignorum captionem & personarum detentionem & modis alijs opportunis, & aliter salarium habere non debeat. Et quando sic pro Camera mittitur exequutor contra communitates salarium soluere debeant exequtori prædicto. Si vero mitteretur exequutor pro Camera ad exactionem cõdemnationum pecuniarum seu pro incorporando aut locãdo bona cõfiscati, aut prò alijs iustis negotijs Camerę, & pro ipsius Camerę vtilitate thesaurarius de pœcunia, & habere Cameræ salarium soluere teneatur. Salaria vero exequutorum quæ taxauimus eisdem pro suis laboribus & expensis (vltra quæ nihil omnino occasione alicuius exequutionis recipiant pœna 25. librarum denariorum pro quolibet & qualibet vice & restitutionis eius q̃d vltra accepit, cũ duplo) sunt ista, videlicet. Quòd si exequutor fuerit & continuè steterit cum equo pro qualibet die sui accessus moræ & reditus recipiat triginta solidos denariorum. Et si duxerit & secum tenuerit vnum famulum siue Baiulum recipiet pro illo quolibet dictorũ die rum octo solidos denariorum. Et si exequutor fuerit Baiulus vel alius pedes missus sine equo recipiat pro quolibet die sui accessus, morę & reditus decem solidos, & quolibet casu prędictorum debeat exequutor pro exequutione officij deligenter & continuè laborare, aliter nullum salarium habeat, & puniatur in vigintiquinq; libris denariorum. Et plurus exequutores simul ad eandem terram pro eodem negotio non mittantur, & simul in eodem tempore (etiam pro curia) eadem persona vel communitas pluribus exequutoribus non debeat fatigari, sed omnes tũc opportunè exactione, pro curia contra eandem communitatem vel singulares personas in eadem terra vni exe. & non pluribus commit tantur. Et quando ad plures terras itur per eundem eodẽ viagio, ꝓ die pro qua solue retur sibi in vna terra, nihil in alia terra recipiat nec ꝓ viagio à loco curiæ, accessus, & reditus, sed solum pro tempore moræ in quacunq; terra soluatur eidem. Eadem ratione ductus (vt scilicet ꝓ uinciales releuarentur ab expensis, & immoderatis exe cutorum viaticis) Ioannes de Castelliono Episcopus Papiensis, & tunc temporis Legatus, constitutioni prædictæ addendo statuit in capite quarto suarum additionum, titulato similiter. De executoribus, & exe cutionibus: & incipiente, & finiente hoc modo, videlicet: De executoribus, & exe cutionibus. Item constitutioni, De executoribus, & executionibus: quæ incipit: Executorum, addimus ad declarationem prouincialium, vt quàm minus fieri potest, grauẽtur per ipsos executores, vt ipsæ exe cutiones à quinque florenis infra, fieri possint per ipsos executores, & etiam per notarios in eadem curia degentes, dummodo ipsi notarij, & executores nó possint secum ducere famulos, nec equites, nec pedites, ac etiam, q̃ ipsi notarij, & executores, & q̃cunque alij non possint, nec valeant sibi soli facere, nisi executionem ipsam cum effectu fecerint: & dicti notarij, & alij executores habere debeant bononenos sexdecim prò qualibet die, & non vltra, sub pœna excommunicationis, & dupli eius, quod acceperint, nec baiuli ipsi possint executiones facere, nisi pro quantitate duorum ducatorum duntaxat: & habere debeant, si executionem fecerint cum effectu, bononenos octo pro qualibet die, sub pęnis prædictis, & nõ vltra, & q̃ ipsæ executiones debeant fieri expensis mittentiũ, præterquam in executionibus fiendis ad petitionem curialium, in quibus ipsorũ priuilegia, & immunitates hactenus seruatas, & per constitutiones concessas seruari volumus. Verum tamen NOS Rodulphus Pius de Carpo Cardinalis, & Legatus p̃dictus cognoscentes per veram experientiam additionẽ prædictam non esse ex omni parte proficuam prædictis prouincialibus, & quandam consuetudinem, quam potius abusum nominamus, non fuisse, nec esse vtilẽ, dum erat consuetũ transmitti executores equites à quinque florenis monetæ supra, in hũc modum

tam ipsam additionem, quàm ipsam malam consuetudinem duximus reformandam, & corrigendam, & statuimus, & ordinamus, ꝙ ipsi executores equites non possint transmitti ad exequendum neque in ciuilibus, neque in criminalibus causis, quæ essent minoris quantitatis, quàm florenorum decem monetæ infra inclusiuè, pro quibus decem florenis & infra, ipsi baiuli pedites accedant ad exequendum: sed à decem florenis exclusiuè supra, liceat ipsis officialibus equitibus accedere, seruatis tamen alijs tam in præcedenti Aegidiana constitutione, quàm Papiensi additione, quàm etiam in sequentibus appositis, sub pœnis inferius, & superius contentis. Iulianus Soderinus Episcopus Santonē. in suis prouincialibus, & additionalibus constitutionibus in titulo. De Marescallo, parum post medium, notabilem satis ad hanc materiam statuendo tradidit formam, videlicet dum dixit: Non possit insuper dictus Marescallus, sub pœna priuationis eius officij, vendere officia executorum, aut cum illis ad statutam summam se componere quoquomodo: & (vt indemnitati eiusdem Marescalli consultum sit) decernimus, ꝙ Prior collegij pro tempore existens non possit, aut valeat quouis modo taxare aliquas literas executoriales, nisi prius fuerint subscriptæ manu præfati Marescalli, aut sigillatæ sigillo eiusdem. Taxa autem executorum fiat modo infrascripto: Vsq; ad decem milliaria inclusiuè, carleni quatuor. Vsq; ad duodecim, carleni quinque. Vsque ad quindecim, carleni sex. Vsq; ad septemdecim, carleni septem. Ab inde supra, carleni octo cuiuscunq; sint distantiæ. Executoriales vero ad standum non taxentur, nisi ad rationem carlenorum quatuor pro qualibet die. Et si contingat executores habere plures cōmissiones in eodem loco, accipiant tantum viaticum pro rata, & si aliter acciperent, teneantur ad restitutionem: & vlterius ad duplum nomine pœnæ: non possint etiam accipere quouis modo eorum viaticum, nisi fecerint executionem cum effectu, vel nisi à debitore depositum habuerint actuale, aliàs si viaticum secus acceperint, pœna furti teneantur.

Benedictus tituli Sancti Eusebij Cardinalis Rauennatensis, & Legatus de latere, tunc temporis edidit super præmissis notabilem cōstitutionem, quam mandauimus, tanquam probabilem, & commēdabilem, hic registrari, dum in suis additionalibus cōstitutionibus, in titulo. Quòd officiales Marescalli, & baiuli, teneantur infra octo dies currētes exequi commissiones, & eas ostendere Cancellarijs locorum, dixit hoc modo videlicet.

Item, ꝙ officiales, Marescalli, teneantur commissiones, & literas executoriales exequi infra octo dies currentes, à die datæ dictarum literarum: aliàs illas exequi non valeant modo aliquo, nec audeant, vel præsumant illas exequi, nisi prius compareant coram Cancellario cuiuslibet loci dictæ prouinciæ, & teneantur ostendere omnes literas executoriales habentes, & exequi volentes, in dicto loco, qui Cancellarius teneatur, & obligatus sit omnes dictas literas executoriales videre, & nemini propalare, sub excommunicationis pœna, & decem ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicandorum: taxationesq; forsan factas moderari, & reducere ad vnū duntaxat inter omnes executoriales. Et prædicta intelligantur etiam de literis, & præceptis baiulorū, & aliorum nunciorum Curiæ generalis: addentes, ꝙ dicti officiales, & executores nullo modo valeant exercere dictum officium, nisi equestres, & nisi prius præstiterint cautionem idoneam de fideliter exercendo, & restituendo malè ablata coram Prioribus collegij aduocatorum, & procuratorum.

Sed quoniam temporibus nostris in hac legatione prouinciæ Marchiæ fuit interdum in dubium reuocatum, an Marescallus, & eius officiales debeant habere, vltra deputatum viaticum, etiam expensas pro se ipsis, & eorum equis, maximè dum in criminalibus equitant contra aliquos malefactores, & delinquentes.

NOS Rodulphus pius Cardinalis, & Legatus præfatus visis videndis, habitaq; diligenti informatione super præmissis: & viso etiam, ꝙ modo satis maiora viatica soluantur, quàm antiquis temporibus prænaratorum rectorum, & de latere Legatorum, decernimus, & statuimus, quòd de cætero nullæ expensæ quouis modo directè, vel indirectè, tacitè, vel expressè, nec

nec aliquo quæsito colore dentur præfatis Marescallo pro tempore, & officialibus, nec etiam (sub eo fortè colore) ꝙ videātur spontè dari, vel spontè donari, & si contra factum fuerit, ad restitutionem ipse Marescallus, & officiales teneantur: vel in ipsis viaticis computentur.

DE CAPITIBVS SOLIDORVM, siue salarijs soluendis Cameræ à litigantibus. Cap. XVII.

IN præfato secundo libro Aegidianarum cōstitutionum inuenimus præinsertam rubricā cum infrascripto eius nigro disponente de capitibus solidorum, & quia tempore eius editionis iudices à Camera Apostolica salarium recipiebant, ipsa vero Camera capita solidorum à litigantibus (pro salario fortasse iudicibus persoluenda) modo cum sportulæ in fine causæ persoluatur, prædictam constitutionem, quantum ad prouinciam hanc, decernimus vacare, nec habere locum de cætero: & donec, & quousque durauerit consuetudo soluendi sportulas iudicibus. Verum, ne ipsius constitutionis tenor omittatur, quia (vt diximus) aliquo tempore inseruire poterit, ideo registrari mandauimus.

Aegidius Episcopus Sabinēsis, Apostolicæ Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Inueterata consuetudo, cuius ignoratur initium, & antiquissimæ constitutiones, quarum primordiales ignorantur auctores, licet multi postea (q̄busdam ḋclaratis, siue additis) eas approbauerint, & firmauerint, induxere, ꝙ in causis ciuilibus, & pecuniarijs certa salaria soluerentur pro salarijs, & expensis iudicum supportandis. In principalibus quidem, siue primis causis, si (contumacia exigente) interponatur primum decretum, tempore interpositionis eiusdem, ex quo detur tenuta: & si primum decretum non interueniat, sed fiat præceptum in confessum tēpore talis præcepti, & si non interueniat tale præceptum, sed procedatur in causa, tunc siquidem sit summaria, vel extraordinaria tempore, qno dabitur terminus vtriq; parti ad probandum in causa, si vero sit causa ordinaria, tunc tempore litis contestationis. In causa vero appellationis, tempore sententiæ super appellatione ferendæ, salaria, siue capita solidorum Camerę persoluantur, dummodo in eadem causa, & eodem negocio non soluantur vltra, quàm semel durante causa coram eodem iudice dictæ curiæ, seu suo successore, siue ad aliquem iudicem per appellationem nullitatem, aut restitutionem, aut quomodolibet deuoluatur. In criminalibus autem causis in dicta curia initiatis non soluantur prædicta salaria, nec in capitalibus, nec in pecuniarijs vbicunq; initiatis, sed solum in causis cōdemnationum pecuniariarum, à quibus ad eandem curiam contigerit à curijs particularibus, & officialibus interponi, vel ad eandem curiam super eas de nullitate recurri, si detur alicui licentia, quæ ex vrbanitate, aut ex lege, edicto petatur super hoc, salarium non soluatur, & si fuerit dictæ Cameræ semel solutum salarium in causa principalis debiti, & discussionis, licet data de hoc licentia pro eodem debito recurratur ad agendū contra pignorum possessores, salarium vlterius non soluatur in causa huiusmodi subsecuta. Quantitas vero capitum solidorum, siue salariorum in dictis causis Cameræ soluēdorum, pensatis diligenter antiquis, & nouis constitutionibus, & consuetudine, & vtilitate prouincialium, & curiæ, videtur commodè taliter moderāda, videlicet: Quòd in causis, in quib⁹ debent solui capita solidorum, si causa fuerit vsq; ad ducentas libras denariorum, soluantur pro qualibet libra à qualibet partiū sex denarij: & à ducentis libris supra, vsq; ad quingentas, soluantur tres denarij pro libra per quālibet partem, ab inde supra, quantacunque sit quantitas, & valor causæ, soluantur duo denarij pro qualibet libra per quamlibet partem, dummodo salarium summā quinquaginta librarum denariorū inter vtrāq; partem non excedat. Inuenimus esse per antiquas constitutiones prouisum, ꝙ si propter euidentem paupertatem, vel alia iusta causa videbitur iudici in totum, vel in partem remittendum, possit huiusmodi solutiones remittere, & quando æquitas sic suaserit, ipsi iudices in hoc sic cautè procedant, ꝙ Camera in aliquo non fraudetur.

DE ADVOCATO, ET PROcuratore fisci, ad causas Cameræ, & pauperum. Cap. XVIII.

MIra circumspectione procedendo Aegidius Episcopus Sabinen. prædictus, in hoc secundo libro posuit constitutionem Bertrandi similiter Episcopi Sabinē. editam super iuribus Cameræ defendendis, quam (cum satis sit necessaria, ne iura Cameræ Apostolicæ remaneant incustodita) iussimus eodem ordine hic apponi, & est talis:

Bertrandvs Episcopus Sabinen. dum erat archiepiscopus Ebredinen. & reformator. Item, quia segnius expediunt commissa negocia plures, & examinatione procuratorum, & aduocatorum continua, causæ fiscales interdum negligenter ducuntur: & propter ignorantiam, quæ ex prædictorum mutatione contingit, sæpe nimium retardantur: & (q̄ est periculosius) amittuntur, eadem auctoritate volumus, & ordinamus, q̄ vnus fidelis, & discretus, & in iure peritus, & non de prouincia oriūa dus existens procurator fisci [a] ad causas, & aduocatus simul constituantur, & cum competenti salario deputētur, qui in causis fiscalibus motis, & mouendis diligenter, & fideliter curam habeāt, & eas pure sine diffugio, & pro vtilitate Cameræ, & nō voluntariè in aliquorum præiudicium subsequātur: & ipsas causas fine debito terminari, & executioni mandari, pro vtilitatē Cameræ solicite procurando. Cum autem sæpenumero contingebat in præfata prouincia fieri syndicatus officialium, & priuatæ eiusdem prouinciæ personæ, licet iustam prætenderent causam, abstinebant propter verecundiam, vel metum à porrectione querelarum, vel ex alijs causis. Hoc cognito Philippus Cardinalis Bononien. Legatus huic constitutioni addidit infra scriptam suam legem in sexto capilo suarum additionum, dum in rubrica dixit. De aduocato, & procuratore fiscali interueniendo in syndicatu iudicum, & officialium gratis. in nigro vero hoc modo: In syndicatu vero iudicum, & officialium quoruncunq; curiæ memoratæ, vel prædalis procurator, vel aduocatus prædictus interuenire debeat pro quocunq; gratis sine aliqua mercede: & si mercedem aliquā propterea perceperit, decem duc. auri pœna vice qualibet puniatur, Apostolicæ Cameræ applicanda. Debeat etiam ab illis, qui metu, vel verecundia interuenire, vel abstinere in iudicio, vel syndicatu huiusmodi vellēt, querelas recipere: & illas eius, qui dederit, vel ipsius procuratoris, & aduocati instantia, notarius prout fuerit requisitus, in iudicio præsentare debeat, pœna vigintiquinque ducatorum auri, si contrafecerit, Cameræ Apostolicæ applicanda, & possit à quocunque accusari per vnum testem.

GLO. CAP. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Prærogatiuæ quædam cōpetentes Aduocato & Procuratori fisci.*

a [P]Rocvrator fisci] Petr. Rebuf. in cōc. frāc. tit. de elect. derog. verb. aduocatū refert † 33. priuilegia cōpetentia fisci vel Principis aduocato & procuratori. Nos ex illis aliqua hic referemus magis ad propositum. Imprimis aduocatus fisci ab Adriano institutus est, secundum Bud. in annot. ad pand. in l. fi. ff. de off. quæst. Duo quippe fisci aduocati fuerunt olim instituti. l. binos, & l. post duos. C. de aduo. diuers. iud. & aduocati fisci multis glorioſis nominibus à iure decorantur, dicuntur enim clarissima eloquentiæ lumina. l. restituendæ. C. de aduo. diuc. iud. & facūdissimi ibidem, & clarissimi, in l. 1. illo tit. etiam de posito officio, vt ibi patet, & spectabiles, in l. sacris, la tertia de prox. sacr. scrin. lib. 12. & ideo spectabiles, idest, spectatione digni, quasi admirabiles, teste Purp. in l. 1. num. 217. & seq. ff. eius. Quæ nomina merito conueniebant antiquis aduocatis, sed modernis nequaquā quia passim, ac sine delectu omnes eliguntur ob superiorum auaritiam vilia stipendia illis constituentium. Antiquis enim stipendium erat 600. aureorum. l. per hanc. C. de aduo. diu. iud. Carauita super ritu 19. mag. cur. Vica. nu. 15. Nō possunt postulare pro priuatis. l. pen. iun. ibi gl. & Bal. C. ne fis. vel resp. per Paul. in l. cum allegas, illo titu. solent tamen postulare pro causis priuatis, quæ non tangunt fiscum moderni aduocati, cum nō habeant iusta stipendia, quinimo etiam si haberent, non inuenirentur docti, qui id muneris velint recipere, qa docti ad lucrum tendunt. c. 1. & ibi not. de præb. lib. 6. Sunt nobiles, & in dignitate constituti aduocati. l. nemo. C. de dig. lib. 12. Debet mitti ad eos, sicut ad egregias personas, Bart. in l. 1. C. de aduo. diue. iud. Ias. in l. ad egregias col. 2. infin. ff. de iureiu. Non debent consulere contra fiscum. l. 2. C. de adu. diue. iud. l. 1. C. de aduo. fis. Procurator fisci omnia delicta prosequitur quoad vindictam & pœnam publicam, pars vero quoad interesse, Bened. in c. Raynutius, verb. mortuo, 1. nu. 159. de test. Non condemnatur in expensis licet succumbat, nec pars ipsis. l. fin. C. de fruct. & lit. exp. Aufr. in add. Cap. Thol. q. 6. & hoc est, qa ex debito officij prosequitur, ideo excusatur. l. monente. C. de dila. lib. 10. ne timore expensarum ius Camerę indefensum dimittat. l. illud. ff. d̄ pet. hæred. Marsi. in prat. crim. §. supereſt, & si cum fisco est pars iuncta, pars tenetur ad omnes expēsas, & fiscus absolnitur. Procurator fisci non debet causam fisci agitare absente aduocato. l. fi. C. de adu. fis. l. nō intelligitur. §. diuus, & l. si fiscus. ff. de iur. fis. eo enim respectu datur aduocatus, vt consulat procuratori, quid agendum sit, & si eius consilium respueretur, res fisci in irritum cadere posset, immo sententia non valeret absente aduocato, per d. l. fi. & in d. l. si fiscus, dicitur, nihil esse actum, ideo ex integro cognosci oportere, quod est mente tenendum. Hi aduocati omnibus alijs doctoribus & tempore antiquioribus debent preferri, quia à Principe sunt approbati ratione officij. l. 2. & l. restituendæ, in fi. C. de aduo. diu. iud. Aduocati & ꝓcuratores fisci multo amicis emolumento esse possunt, & inimicis plurimo nocumento si velint, non tamen salua conscientia, quę omnibus rebus præferri debet, quam tanquam Palladium præ se habere quilibet (si christiano nomine vti velit) debet. Qui omnes homines, & per lasciuiam delinquentes, sub quadam potesta te habere dicuntur. Homines vero benefaciētes à potestate eorum eximuntur. Nam vulgo dicitur, fac bene, & nō timebis iudicē, Apo. ad Rom. c. 13. & in c. in cunctis. 11. q. 3. iusto enim non est lex posita. i. ad Tim. c. 1. quæ spiritu Dei agun tur non sunt sub lege. c. licet, de reg. Carauita super ritu. 17. mag. cur. Vica. Si aduocati & procuratores fisci iniurijs & depredationibus quemquam vexent, viui comburendi sunt, tex. sing. (oculo toruo conspectus) in l. vniuersi. C. vbi caus. fisc. & est melior de iure, secundum Bal. in Marg. verb. damnatus. q. 1. ratio illius tex. est, qa illa delicta redeunt in Principis ignominiā, cum ab ijs, qui alios corrigere & instare vt corrigantur debent, committantur. Debent etiam in expensis ob talem vexationem condemnari, & eas soluere de proprio, arg. l. succurritur. ff. de excus. tut. Gramat. decis. 60. nu. 21. vnde dicit tex. in c. primum itaque. 25. dist. qūo enim potest præses auferre malum de medio eius, qui in delictum simile corruit? qua libertate peccantem corrigere potest, cum tacitus ipse sibi respondeat, eadem se admisisse quæ corripit? Aduocatus fisci non cogitur aduocare contra seipsum & suos pro fisco, etiam si sit salariatus ex publico. l. petitionē, & ibi Bal. not. 3. C. de aduo. diue. iud. l. pen. & fi. de postul. Carauita super ritu 18. Vica. in fin. Et an aduocatus fisci possit concedere saluum conductum rebelli vel hosti ponit Affl. decis. 4.

DE NOTARIO, SIVE PROCVratore Cameræ ad negocia. Cap. XIX.

a [O]Voniam res, & iura Cameræ Apostolicæ nō in iudicijs tantum quæruntur, & defenduntur, verū etiā extraiudicialiter: & quia procurator[a] ad causas non poterat, saltem de facili, & quominus Camera pateretur, in extraiudicialibus se immiscere, ideo idem Bertrandus in proxima præcedenti constitutione recensitus, posuit aliam constitutionem super præfati procuratoris fiscalis ad negocia officio, & est talis, videlicet:

Idem Bertrandus. Item volentes sic iura Romanæ Ecclesiæ sine cuiusquam iniuria procurari, q̄ per administratorum ignorantiam non amittantur, nec per negligentiam indebite à tyrannis, vel alijs occupentur, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, q̄ vnus officialis (procurator ad negocia vulgariter appellatus) per rectorem, & thesaurarium constituatur, & cum competenti salario ordinetur, qui discretus, & fidelis, & non de prouincia existens, bona mobilia, & immobilia Cameræ Romanæ Ecclesiæ iā confiscata, & alia quouis titulo legitimè acquisita, vel quomodo libet acquirēda, per singulas terras Ecclesiæ iam confiscata, & alia quouis titulo legitimè acquisita, vel quomodolibet acquirenda, per singulas terras Ecclesiæ prouinciæ prædictæ diligenter inquirat, & inquisita, & reperta fideliter cum integritate describat, & ad manus Ecclesiæ Romanæ recipere, & incorporare procuret: & ea cum voluntate, & auctoritate thesaurarij ministret, & fructus ex terris, & bonis recipiat, rationem singulis sex mensibus fidelem dicto thesaurario redditurus. Et cum super occupatione, receptione, seu descriptione bonorum controuersia huiusmodi facti, vel iuris emerserit, vel ab aliquibus iustè, vel

HAYKER BIBLIOTEKA OHYRA

vel iniustè fuerit impeditus, controuersia prædicta, & impedimentum rectori, & thesaurario à procuratore fisci ad causas referre continuo teneatur, & super illo debitum apponatur remedium: & tam Ecclesiæ Romanæ, quàm priuatis super hoc, ius, & iustitia ministretur,

GLO. CAP. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Quædam de procuratore Cæsaris & fisci.*

a 1 PROCVRATOR] ad negocia, hic in iure appellatur † procurator Cesaris. l.1. & alijs, ff. de off. proc. Cæsar. Vel dicitur procurator Cæsaris ille qui iudicat causas vertētes inter fiscum & priuatum, l. ad fiscum vbi gl. C. vbi caus. fis. Item inter duos priuatos cum potest verti interesse fisci. l. siquis. C. eo, tit. Carauita in d. ritu 17. nu. 8. cum seq. iste igitur potest hæreditatem fisco delatam adire, & est hoc præcipuum in procuratore Cæsaris. d. l. 1. quamuis in alio procuratore contrarium statutum sit. l. per procuratorem, quæ aliàs incipit, paulus. ff. de acquir. hær. & de isto dicit gl. in l. fi. ff. de off. assess. q parum amicis prodesse potest, Rebuff. in loco proximè citato priuil. 29. Hic & præcedens procurator excusantur à tutela, l. geometræ, & ibi Bar. ff. de excus. tut. Et præsumitur emere de propria pecunia non fisci, quando nomine proprio emit, gl. in l. facultas. C. de iur. fisc. lib. 10. Nec si vendit res fisci potest habere fidem de pretio, Bal. in l. in contractibus. §. sed quando, versi. sed quæro nunquid. C. de non num. pecu. & in l. inciuile. q. 3. C. de rei vend. Bar. in l. si procurator. §. si ab eo, & ibi Alex. in apost. ff. de iu. fisc. pra. Pap. in form. libel. execut. sent. verb. publico nuncio, num. 7. Alex. Ias. in l. à diuo Pio. §. si emptor. ff. de re iud. Si est negligēs in exactionibus debitorum fiscalium, tenetur fisco, casus est sing. in l. quoniam augerio. C. de conue. fisc. deb. lib. 10. Et quoniam fiscus maximis fauoribus à legibus ornatur, quemadmodum passim traditur, & præsertim à Franc. Luc. Parm. in tract. de priuil. fisc. Mart. laud. in tract. de fisco Affl. in rub. de frat. d. no. ben. inuest. num. 15. in feudis, qui diligenter plura fisci priuilegia varijs in locis expressa in vnum congesserunt, ad illos te reijcio.

QVOD ADVOCATVS, ET procurator fisci sit procurator pauperum, Cap. XX.

a AVPERVM,[a] miserabiliūq; personarū nō oblitus Neapoleo tituli sancti Adriani Diaconus Cardinalis, Rector Marchiæ posuit constitutionem, q aduocati, & procuratores fisci sint aduocati, & procuratores pauperum sine aliquo salario à pauperibus recipiendo (quis autem dicatur pauper, rectoris, & iudicis discretioni, & arbitrio relinquatur).

NOS vero Rodulphus Pius de Carpo Cardinalis, & Legatus prædictus cognoscentes (præsertim tempestate nostra) aduocatum, & procuratorem fisci magis impendere operam offensionibus pauperum, quàm defensionibus, aut saltem minus diligenter, quàm deberent, eorum præsertim pauperum carceratorum, præfatæ constitutioni addentes ordinamus, q Priores collegij aduocatorum, & procuratorum pro tempore existentes, qui solent esse vnus aduocatus, & alter procurator, sint, & esse debeant iure eorum officij prioratus, & munere curialitatis, aduocati, & procuratores ipsis pauperibus personis, viduis, pupillis alijsque miserabilibus: ac etiam pauperibus carceratis indefensis, & in principio eorum officij in manibus rectoris de illis fideliter defendendis teneātur præstare iuramentum, & quàm primū requisiti fuerint, de opportuno patrocinio non deficiant sub infamiæ nota, ac remotionis pœna à dicto prioratu, ac etiam à priuilegio, & exercitio curialitatis per annum tantum, vltra id, quod etiam eorum conscientias oneramus, si antedicti indefensi damnum, vel iacturam aliquam patiantur: nec spem aliquam habeant consequendi ex dicto patrocinio salarium, aut mercedem, quia prohibemus pro eo posse aliquid consequi munerum, aut salariorum, scituri mercedem eorum fore in cœlis satis copiosam. Et vlterius animaduertentes decens esse ipsi Præsidi prouinciæ scire merita, & demerita pauperum carceratorum, vt si pœnam merentur, citius eam patiantur; si vero liberationem, eandem celer-

celerrimè consequantur. nec decet libera corpora sub perpetua carceris permanere seruitute, hac lege perpetua decernimus, & ordinamus, q de cætero rectores præfati prouinciæ, vno die in qualibet hebdomada (& si placet in die Veneris, quæ solet esse dies in eadem curia allegationum in causis) accedant ad ipsos carceres: & conuocatis iudicibus, & auditoribus, aduocatis, & procuratoribus publicè, faciant ad conspectum ipsorum exhiberi omnes, & singulos carceratos: & super ipsorum causis habeant cognitionē, & decernant quicquid desuper agendū sit, & hoc nō sine causa fieri mādauimus: nā nos quoties ad dictos visitādos carceres accessimus, huiusmodi ordinem seruari necessariū esse cōperimus.

GLO. CAP. XX.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur pauper.*
2 *Priuilegia & illius incommoda.*
3 *Pauperi litiganti dantur aduocati & procuratores publicis expensis.*

a 2 PAVPERVM] Hi pro pauperibus postulando in vinea domini laborant, & gerunt officium Dei optimi maximi, qui teste Dauid adiuuat pauperem & psal. 9. desiderium pauperū exaudiuit dominus, præparationem cordis eorum audiuit auris tua, & Iob. 29. pater eram pauperū, & causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam. Ideo his dicitur Eccl. c. 4. Congregationi pauperum effabilem te facito, & ibidem c. 7. pauperi porrige manum tuam, sunt enim pauperum tutores, vide Fel. in c. 1. de off. iud. Et quis † dicatur pauper constitutio relinquit arbitrio iudicis, circa quod vide Dec. post alios in auth. præterea. C. vnd. vir. & vx. Scrib. post Bar. in l. si constante. ff. sol. matr. & noue scripsit Dida. li. 1. resol. c. 6. nu. 8. vbi hoc diligenter discutit, Rebuf. tract. de lit. dilat. art. 1. gl. 1. nu. 26. tom. 2. Cornelius Bennica. Perus. in tract. de paupert. Franc. Marc. decis. 805. nu. 8. part. 2. extat moralis tex. in c. pauper 11. q. 19. (inquit enim) dum nō habet, quod offerat in iudicio, nō solum audiri contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur, cito violatur auro iustitia, nullamq; reus pertimescit culpam, quam redimere numis existimat. & Esaiæ. c. 66. ad quem respiciam (dicit dominus) nisi ad pauperculum & contritum spiritu, & tenentem sermones meos. & Dauid psal. 10. oculi eius ad pauperem respiciunt. Et pauperes † habent. 44. prærogatiuas & 17. incommoda, quæ tradit Luc. de pœn. in l. fin. C. de his qui num. lib. lib. 10. Ias. in add. ad Porc. §. 1. inst. quib. ex caus. man. lic. Rebuf. tract. de sent. prouis. art. 3. gl. vlt. tom. 1. Equissimum igitur fuit, q pauperibus † litigātibus darentur aduocati; & procuratores publicis expensis, id enim congruit reip. bene institutæ, glo. in l. 1. §. ait prætor, in prin. ff. d posth. cuius meminit, (scribens ita apud gallos fieri) Boer. decis. 325. hoc ipsum seruari apud Hispanos testatur Dida. lib. prat. quæst. c. 6. nu. 4. addit prætereа Boer. de cis. 303. col. 2. & decis. 324. q si non fuerit constitutus aduocatus publicis expēsis pro pauperum patrocinio, si Rex cum paupere litigat, tenetur ei expensas litis soluere. Et generaliter quoties deficit aduocatus publico stipendio pauperi suffragaturus cogendus à iudice erit aliquis aduocatus gratis pauperi patrocinari, glo. Abb. Fel. & omnes in c. 1. de off. ord. Ias. in §. tripli, col. pen. inst. de act. Dec. in c. 1. de preb. n. 46. Guid. Pap. q. 561. tex. optimus, in l. nulli. §. post vnius vero. C. de epis. aud. l. nec quicquam. §. aduocatos. ff. de off. proc. Rebuf. vbi supra, col. 5. q si nolit aduocatus mandato iudicis pauperi gratis patrocinari, poterit iudex ad tempus arbitrarium ei interdicere officium aduocationis. l. prouidēdum. C. de post. vbi Bal. Rom. sing. 263. Abb. in d. cap. 1. tex. optimus, in l. 1. §. cura. ff. de off. præf. vrb. l. moris. §. sunt autem. ff. de pœn. Quinimo, & in conscientiæ iudicio, aduocatus est mortalis peccati reus, si nolit pauperi patrocinari, Sylu. verb. aduocatus. q. 28. & explicat Domin. à Soto, li. 5. de iust. & iu. q. 8. art. 1.

DE ADVOCATIS, ET PROcuratoribus Curiæ generalis, & eorum priuilegijs. Cap. XXI.

VENERANDVM aduocatorum, & procuratorū Curiæ generalis prouinciæ Marchiæ collegium, quantum afferat vtilitatis, pariter & ornamenti ipsi Præsidi prouinciæ, ac prouincialibus, manifestè apparet, & propterea, ne quid intactum relinqueret præfatus Aegidius Sabinen. infrascriptam super præmissis posuit constitutionem compilatam, & in vnam consonantiam redactam ex varijs constitutionibus antiquis, quam tamq; necessariam, nō esse omittendam duximus: immo potius de verbo ad verbum describendā, q busdam tamē nostris additionibus intersertis, quæ (scilicet) est talis, ex multis antiquis constitutionibus compilata. Aduocatos,[a] & procu

a

procuratores de collegio aduocatorum, & procuratorum curię generalis totius prouinciæ, quos vtiliſſimos, & decoros dictæ curiæ, & noſtro officio, & toti prouinciæ, & prouincialibus, & cultui iuſtitiæ, ac etiam amplitudini fore (experientia docente) cognouimus, gaudere, & potiri volumus, & decernimus omnibus, & ſingulis priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus eiſdem factis per quoſcunque noſtros in officio prædeceſſores Legatos, ſeu officiales ſanctæ Romanæ Eccleſię, ſeu Apoſtolicę Sedis, quę omnia, & ſingula ex certa ſcientia confirmamus, & approbamus, & renouamus, & ſtatuimus, & mandamus perpetuò inuiolabiliter obſeruari: omittentes eorundem priuilegiorum verbales formas pro eo, ꝙ eſſet valde prolixum, eas preſenti conſtitutione inſerere, ſed eorundem priuilegiorum, & immunitatū affectibus hęc duximus principaliter exprimenda, videlicet, Quòd dictum venerandū collegium, ipſius quoque collegij perſonas, eorumq; familias, & bona ſub noſtra, & noſtræ generalis curiæ protectione, familiaritate, & defenſione ſuſcipimus, & decernimus. Statuta quoquè, & conſuetudines ipſius collegij ex certa ſcientia comprobamus, & ea firma, & valida eſſe iubemus, quatenus ſint laudabilia, & honeſta, & ius tertij non offendant, cui præiudicare non intendimus, & ſacris canonibus non obſiſtant, quatenus etiam ſint in vſu, & per alias conſtitutiones hactenus editas, & in futurum ex aliqua cauſa forſan edendas contrarium contingeret ordinari, & ꝙ dicti aduocati, & procuratores, & eorum familiares non poſſint per aliquem vocari, vel quomodolibet trahi in agendo, vel defendendo in aliquibus cauſis ciuilibus, & criminalibus, ſpiritualibus, vel temporalibus, ordinarijs, vel extraordinarijs, vel quomodolibet compelli, vel coerceri in aliqua curia, vel examine, præterquam in rectoris prouinciæ, & ſuorum iudicum curia generali: & quicquid contra fieret, non teneat ipſo iure, nec per aliquem officialem rectoris, vel alium, ſeu aliam perſonam torqueri, vel carcerari ſine rectoris ſpeciali licentia, & mandato, ſi tamen ſint actu reſidentes in noſtra generali curia, & aduocationis, aut procurationis officia vere exerceant, & ſic eorum durante officiorum exercitio, niſi iuſto impedimẽto impediti, aut aliter rectori ex cauſa videretur. Quòd etiam dicti aduocati, & procuratores, & eorum familiæ, & familiares (ita tamen, ꝙ in ipſorum domibus degãt) ſint liberi, & exempti ab omnibus angarijs, perangarijs ſordidis, & extraordinarijs, & quibuſcunque alijs oneribus, & obſequijs, meris realibus: quæ reb⁹ ſeu pro rebus immobilibus tantum imponuntur: duntaxat exceptis, & ꝙ in his meris realibus non vlterius grauentur, quàm cæteri prouinciales communiter, & ſecundum iuſtitiam onerentur. Quòd etiam prætextu repræſaliarum quibuſcunque perſonis conceſſarum, & concedendarum, vel prætextu quarumcunque rebellionum, inobedientiarum, exceſſuum commiſſorum, vel committendorum per quæcunq; communia, vel officiales, vel ſingulares perſonas nõ debeant, nec poſſint ipſi, vel eorum familiares, aut bona capi, detineri, arreſtari, vel aliquatenus moleſtari. Quodq; arma quæcunque offendibilia, vel defendibilia per totam prouinciam, & quæcunque loca rectoris prouinciæ commiſſa regimini, poſſint ipſi, & ipſorum familiares portare liberè, & impunè: non obſtantibus conſtitutionibus, ſtatutis, & ordinamentis, vel conſuetudinibus quibuſcunq; prouinciæ, vel dictorum locorum: & prædictorum occaſione nõ poſſint per aliquos officiales dictorum locorum generales, & particulares moleſtari, vel aliquatenus aggrauari. Volumus etiam, & mandamus, ꝙ omnes, & ſinguli rectores, & officiales cõmunitatum quarumcunq;, & maximè vbi rectoris prouinciæ curia reſidere contigerit, quandocunque, & quotieſcunque per dictum collegium, vel aliquem de dicto collegio, vel eorum procuratores, vel ſyndicum fuerint requiſiti, totum tenoré præſentis conſtitutionis indilate teneantur inſerere: & deinde continuè retinere publicè in ſtatutis, & volumine Statutorum ſuorum, itaque veriſimiliter poſſit ad omnium notitiam peruenire. Cõtrafaciẽtes autem contra formã præſentis conſtitutionis vel alicuius partis ipſius, ſiquidem officiales vel aliquæ aliæ perſonæ ſpirituales, excommunicationis. Si vero communitas vniuerſitas vel collegium interdicti ſententias (quas

(quas ex nunc prout ex tunc in eorũ & ipſorum quemlibet proferimus in his ſcriptis) incurrere volumus ipſofacto per præſentes.

GLO. CAP. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Officium boni aduocati quale eſſe debet.*
2 *Iudex fieri non quærat puſillanimus.*
3 *Perſonam Aduocati induit Politus.*
4 *Aduocati debent eſſe matriculati.*
5 *Senior præcedit iuniorem.*
6 *Tria ſunt neceſſaria in conſultore.*
7 *Mala quæ ex litibus ſcaturiant.*

a DVOCATOS] officium boni aduocati eſt breuiter & ſummatim loqui teſte Art. conſi. 120. procedendo, ꝙ aduocati noſtri temporis malè ſeruant, qui ſemper garriũt ſtrophis, & cauillis ſemper vtuntur, clamoreq; quærunt ſibi iuſtitiam fieri, etſi quod petunt, à iuſtitia alienũ ſit, in aliudq; non ſtudent, niſi ſibi iudicem conciliare, à quo poſsint nõ etiam honeſta carpere. Verum iudex poteſt indicere ſilentium aduocato verboſo, vel eum ſuſpendere ab officio, & quandoque ab officio aduocationis priuare, glo. in l. ex ea. ff. de poſtu. Iaſ. in l. 1. ff. de off. aſſeſ. Rebuf. tract. de reprob. teſti. art. 7. glo. vn. tom. 3. vbi ad propoſitum moralia quædam exempla refert. Hodie à multis ſequendum eſſet cõſilium Sapientis eccl. c. 7. dũ ait. Noli quærere † fieri iudex niſi valeas tua ſapientia aliorum iniquitates erumpere, neq; tibi hoc fiat mirum, quoniam nunc Magiſtratus & honores nõ ambiuntur virtute ſed pecunia, & propterea hi iudices infelices illuc intendunt, vt bonam pecuniarum ſummam eruſchent quacunque poſſunt via, quam auiditatẽ ſubodorati ſunt proterui aduocati, qui hodie propriore vocabulo proxenetæ appellari poſſunt. Perſonam † aduocati diligenter induit Politus in tract. de adu. off. & illorum priuilegia in vnum cõgeſsit Adrianus Puluæus à quo (quantum ad hanc materiam) omnia mutuare poteris. Et dixit vnum ſatis not. Affl. deciſ. 167. nu. 5. ꝙ in agendis cauſis ſtrenuo aduocato opus eſt. Hinc dixit Guid. Pap. deciſ. 88. n. 2. ꝙ aduocati ſtrenuè militant, & multa ad inſtructionẽ aduocati ponit Foller. in prat. crim. cano. c. 29. per totum. Conſtitutio confirmat priuilegia iam cõceſſa aduocatis & procuratoribus actu exercentibus in curia, & quædam poſtmodum innouat ſpecialius. Eſt verum ꝙ Pius huius nominis 4. ſuo motu proprio reuocauit illis omnia priuilegia, ſera prouincialium prece, cum iam fortunis illorũ ditati ſint, & poſtquam illi fundamentum iecerunt, & opibus amplis cõſtipati, nihil timent, niſi aliò Curia trasferatur,

4 impetratu difficile. Et aduerte, ꝙ † aduocati & procuratores niſi ſint deſcripti in matricula & numero aliorum, non gaudent aliorum priuilegijs. l. iubemus. C. de aduo. diu. iud. Similiter antiquior † aduocatus præcedere debet iuniorem. 5
l. prouidendum. C. de poſtul. quia dicitur melior in pratica, licet ſit minoris interdum ſcientiæ, ſecundum Abb. ibi dicentem, cauendum eſſe à medico iuuene, quia eſt peſtis in patria. Si tamen iunior aduocatus ſit doctor, debet præcedere antiquiorem aduocatum non doctorem, tex. eſt in l. vn. verſi. ad iſtam. C. de iuſt. Cod. conf. vt ibi colligitur ex ordine literæ, ita ſentiens Rebuf. tract. 6
nomin. q. 21. nu. 3. Tria † ſunt neceſſaria in conſultore aduocato ſecũdum Butr. in c. ad aures, de æta. & qual. ꝙ ſit peritus, ꝙ conſulat ſecundum communes opiniones, ꝙ ſit diligẽs in examinan do factum antequam reſpondeat, Rip. in tract. de peſte, fogl. 131. verſi. 3. Rebuf. in concord. fran. tit. de coll. §. monemus, verb. medicinam. Dicit Prat. Papien. in form. libel. in act. real. verb. ſummariè, ꝙ natura aduocatorũ & procuratorum ad lites quærendas eſt inclinata, & ſemper cogitant lites ex litibus ſuſcitare, cõtra l. terminato. C. de fruc. & lit. expen. in animam eorum irreparabile detrimẽtum, de quibus dictum eſt, væ vobis qui manducatis panem doloris, & qui lites ſequũtur omnia mala nouerit. l. ab Anaſtaſio & ibi no. C. mand. & l. defenſionis facultas. C. de iur. fiſc. lib. 10. quãuis deberent eſſe conſcientioſi ſecundum Bal. in d. l. ab Anaſtaſio, & probè ſe habere. l. iure oportet, cir. prin. ff. de excuſ. tut. Vnde pulchrè dicebat beatiſsimus Iuo aduocatorum optimus † in controuerſijs cauſarum corporales inimicitię oriuntur, fit amiſio expenſarũ, labor animi exercetur, corpus quotidie fatigatur, multa & inhoneſta crimina inde cõſequuntur, bona & vtilia opera poſtponuntur, & qui ſæpe credunt obtinere frequenter ſucumbunt, & ſi obtinent computatis laboribus & expenſis nihil acquirunt, refert Rebuf. poſt Neuiz. in ſyl. nupt. in proœ. conſt. gl. 5. nu. 154. Vnde animaduertant litigantes, ꝙ timoratæ conſcientiæ aduocatum conſulant, vt ſincerum conſilium recipiant. Et licet aduocato vel procuratori litis pro ſalario pacifci, dummodo non ſapiat quotam litis, Franc. Marc. deciſ. 479. part. 2. tunc enim priuaretur officio aduocationis. l. ſi qui aduocatorũ. C. de poſtul. Guid. Pap. quæſt. 102. Goz. conſi. 3. 7

QVOD NVLLVS DE COLLEGIO possit recipi in fideiussorem pro aliquo casu ciuili vel criminali. Cap. XXII.

POSVIT Aegidius Sabinensis Episcopus aliam constitutionem prohibitiuã ne quis de collegio curialiũ recipi posset in fideiussorem,[2] & qua de causa ad
a id motus fuerit non expressit, putantes autem eandem constitutionem non absq; rationabili causa positam & satis esse proficuam rationibus multis quas breuitatis causa omittimus. NOS. R. Pius de Carpo Cardinalis & Legatus prædictus iussimus in hoc secũdo libro inseri necnon infrascripto per nos adiuncto modo suppleri, & ipsa Aegidiana cõstitutio est vt sequitur. Decernimus & ordinamus ꝙ aliquis de dicto collegio non recipiatur in fideiussorem in aliqua causa ciuili vel criminali vel pro aliquo habente vel habituro aliquam causam ordinariam vel extraordinariam ciuilem vel criminalem coram quocunque iudice vel officiali, & si receptus fuerit, talis fideiussio vel promissio non teneat ipso iure, nisi fideiuberetur ꝑ aliquo alio de collegio supradicto, & ꝙ quilibet de Collegio qui postularetur vel recipere tur in fideiussorem teneatur prædicere iudici seu officiali, qui eum reciperet, ꝙ ipse de Collegio prædicto est. Et si non prædixerit puniatur qualibet vice qua fideiusserit non prædicendo in vigintiquinq; libris denariorum, & nihilominus in fideiussionem quàm sic fecit sit obligatus sicut si collegiatus non esset: nostra vero suppletio hæc est, vt scilicet prædicti collegiati non possint in fideiussores recipi etiam si curialitatis priuilegijs vel beneficio præmissæ constitutionis renunciauerint etiam cum iuramento, quam renunciationem & iuramentum nullius esse roboris decernimus. Immo præfati collegiati, vel aliqs ipsorũ, & quicunq; sint, qui renunciauerint, vel iurauerint, vel renũciauerint, & iurauerint siue copulatiue siue alternatiue siue etiam disiunctiuè, habeãtur, immediatè ꝙ iurauerint, pro absolutis ab eodem iuramento ipso iure, nec aliqua alia absolutio vel habilitatio etiam ad effectum conueniendi requiratur, vel opus sit.

GLO. CAP. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Tria priuilegia continet ista constitutio.*
2 *Habilitatio à iuramento ad effectum agendi fit non citata parte.*
3 *Omnes prouinciales possunt hodie in Curia generali aduocare.*

a 1 IDEIVSSOREM] Tria †priuilegia continet ista constitutio. Primum est, ꝙ collegiati nõ possunt pro alijs fideiubere, contra l. sicut. C. de act. & oblig. Secundum est, ꝙ non possunt huic priuilegio renuntiare, contra l. pen. C. de pac. etiã cum iuramento, contra c. cum contingat, de iureiu. & c. quamuis, de pact. lib. 6. Tertium est, illos haberi pro absolutis à iuramento, contra c. debitores, de iureiu. Circa primũ autumare possumus, illud factum fuisse in officij, quod exercẽt, honorem, quia prohibet tantummodo fideiussionem iudiciariam, quæ frequentius in criminalibus, quandoq; in ciuilibus præstatur, & sic iudex non potest cogi recipere fideiussorem priuilegiatũ. l. 1. ff. siquis in ius vo. fallit in collegiato pro alio collegiato, cum qua fallentia coocordat tex. in l. 2. C. de agen. in reb. & in l. ante. C. de pala. lib. 12. Circa secundum concordat in arg. tex. in c. si dilegenti, de foro comp. vbi cauetur, ꝙ clerici non possunt renunciare priuilegio fori, similiter videmus, ꝙ aliquibus concessum est priuilegium, ne conueniri possint vltra quàm facere possunt. l. in condemnatione. ff. de reg. iur. & huic beneficio personæ concesso renunciare non possunt, l. alia. §. eleganter. ff. sol. matr. Matth. sing. 61. Et adeo hoc est verum, ꝙ nec iuramento confirmetur. l. fi. C. de non num. pecu. quod indubium est, cum ipse Papa hoc statuat confirmatiuè, & omnia nostra facimus, quibus autoritatem impartimur. l. 1. §. omnia. C. de vet. iu. enu. ad tradita per Scrib. in l. & quia. ff. de iurid. om. iud. de quo iuramento disponere potest Apostolicus, Fel. in rub. de iureiu. Et tertium ex eo addidit speciale, quia quamuis fideiusio huiusmodi nõ teneret, tamen propter iuramenti religionem, quia temerariè iurauit, requirebatur absolutio. c. & si Christus de iureiu. ne contemni videretur, & sic ipso iure contingit absolutio ab huinsmodi iuramento in eo fideiussionis instrumẽto præstito, sapit enim in se priuilegiũ, quod ipso iure contingit, in quo aliàs ministerium hominis requirebatur. Nam de iure traditionibus rerum dominia transferuntur. l. traditionibus. C. de pact. & tamen in ecclesiam ipso iure transit, & in priuilegium hoc ei contingit. l. fi. C. de sacros. eccl. & alios casus refert

fert glo. in l. si ager. ff. de pub. in rem act. Not. in
2 praxi †ꝙ habilitatio à iuramẽto ad effectũ agendi vel excipiẽdi potest fieri nõ citata parte, Curt. Iun. consi. 152. nu. 8. Soz. Iun. consi. 47. nu. 18. & consi. 50. nu. 8. lib. 3. Ferret. consi. 149. Aym. cõs. 7. nu. 7. Dida. lib. 1. resol. c. 4. nu. 6. vbi etiam soluit tllam q. an ratione iuramenti, iudex ecclesiasticus possit cognoscere de causa principali, iuxta. c. fi. de foro comp. lib. 6. vbi decidit ꝙ non, & nouissimè (hoc latè discutiẽs) tenet Rot. Pedem. decis. 78. & ita seruatur, & aliàs obtinui reclamante iudice ecclesiastico, vidi tamen cõtrarium seruari in Dominio Veneto apud Concordiam per iudicẽ ecclesiasticum, iudicibus secularibus obmutescentibus, qui vt plurimum sunt imperiti. Cum per allegatũ motum proprium Pij quarti,
3 sint habilitati omnes † prouinciales, ꝙ in Curia generali possint liberè aduocare & procurare, hæc constitutio, quæ solum de collegiatis loquitur, comprehendet etiam prouinciales, qui actu exercebunt officium aduocati vel procuratoris, cum sit eadem ratio. l. à titio. ff. de verb. oblig.

QVOD NVLLA STATVTA fiant per Communitates contra collegiatos. Cap. XXIII.

OMPERTO per ipsum Aegidium Sabinẽsem Episcopum, ꝙ interdum prædicti collegiati & curiales propter officium aduocationis procurationis & similium efficiebãtur ipsis prouincialibus odiosi: & ipsos vel odio vel inuidia maximè prosequebantur ab ipsis prouincialibus (licet immeritò) quia non possunt ipsi curiales (etiam si vellent) nõ impartiri officium ipsorum in peragendis negotijs forensibus: & ꝙ propterea loca prouinciæ ipsius interdum decreta publica contra ipsos collegiatos faciebant. Statuit ipse Sabinen. Episcopus ad ipsorum collegiatorum defensionem infrascriptam constitutionem: quam (ne suo loco cõgruo defraudetur) ponimus, & est talis. Quia in aliquibus terris, in quibus generalis curia rectoris quando
a cunq; residet, statuta[a] seu reformationes aliquando vigent forensiũ generaliter, vel spetialiter contra dictos aduocatos, & procuratores, aut alios curiales dictæ curiæ, vt minori pœna offendens eos quàm alios teneantur, vel offendantur impunè, vel ipsi de eorum excessibus maiori pœna puniantur q̃ alij, aut cuiuscunq; alterius tenoris.

STATVIMVS ꝙ ipsa statuta locum non habeant nec intelligantur nec obseruentur contra dictos aduocatos & procuratores & curiales, & quatenus eos tangunt, & contra eos essent, sint nullius efficaciæ, vel momenti.

GLO. CAP. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Statutum non valet plus grauans vnum q̃ alterum.*
2 *Nec per indirectum hoc fieri potest.*

a 1 STATVTA] Certum est in iure, ꝙ † si fieret statutum, ex quo plus vnus grauaretur, quàm alius non valeret. Et propterea in simili statuto respondit Dec. consi. 528. nu. 7. ꝙ statutum factum à communitate Lucæ in præiudiciũ cõmunitatis Nossani non valet, quia lex debet esse generalis. c. erit autem, dist. 4. not. Abb. in consi. 55. in causa, col. 2. lib. 2. Dec. post alios, in c. cum omnes, nu. 5. de const. & dato, quod valeret, ab eo appellari posset, vt not. Bar. in l. omnes populi, versi. vlt. quæro. 5. q. prin. ff. de iust. & iu. Bald. in l. 1. in prin. ff. de legibus, & ibi Ias. col. 1. Bal. in l. iudicibus. C. de appel. in prin. Dec. in c. consuluit, el tertio de appel. & consi. 335. Et de tali iniquitate statuti nõ solũ agitur per viam appellationis, sed etiam per viam querelæ post tempus datum ad appellandum, vt est tex. in d. c. cum omnes, vbi Abb. not. 5. l. 1. & l. qui grauatos. C. de cens. & censito. lib. 11. Ias. in l. 1. in prin. col. 2. ff. quod quisq; iu. Aym. consi. 195. nu. 7. Ex quibus infertur, ꝙ non
2 potest commitas † statuere (quamuis per indirectum) ꝙ omnes vadant ad molendum ad molendina cõmunitatis in prꝙiudicium particularium aliquorum, qui & ipsi habent molendina propria, vel ꝙ vecturales publici (vt statutum fuit Cinguli patria mea) non possint conducere granum ad molendum, nisi ad molendina communitatis. Certum est enim ꝙ huiusmodi statutum cõtinet iniquitatem, & est in odium illorum particularium, quamuis obliquè illud contingat, & non valet, cum non sit generale, ita responderunt in contingentia facti collegium Bononiense in simili inter consi. Anch. consi. 12. cum seq. (quicquid in contrariũ cõsuluerit Bal. ibi in cõsi. 11.) Rip. lib. 1. resp. c. 11. Goz. consi. 5. Natta consi. 106. lib. 1. Rot. Pedemon. decis. 17. vbi not. distinguit, & his adde Anch. consi. 155. & cõsi. 298. Soc. consi. 272. nu. 8. lib. 2. Ias. in l. quominus nu. 155. cum seq. vbi hanc magis cõmunem opinionem appellat. ff. de flum. ibique Rip. eandem opinionem sequitur nu. 131. Ias. consi. 161. col. fin. lib. 2. Brun. consi. 56. Boer. decis. 125. nu. 4. in quibus

quibus locis doct. probant omnes multis rationi bus,& firmiter tenẽt ſtatutum communitatis nõ valere,quo homines directò,vel per indirectum cogantur ire ad molendina communitatum, de quo latè dixi in tractatu meo de molendinis, vbi omnia cõcernentia materiam.l. quominus.ff. de flum. pono, qui propediem imprimetur.

QVOD PRO LITERIS SIGILlis & ſcripturis Collegiati nil perſoluant. Cap. XXIIII.

DECET inferiores obſequioſos eſſe ſuperioribus eorum & ſimiliter multũ ſplẽdſcit magnanimitas & largitas ſuperiorum,quando ab eis in ſubditos ipſis obſequioſè beneficia conferunt hac ratione vel ſimili motus præfatus Sabinenſis Epiſcopus conſtitutionem infraſcriptam edidit: ob quam curiales ipſi & collegiati ab
a infraſcriptis ſolutionibus exempti [a] fuere: quæ conſtitio eſt,vt ſequitur. Item conſuetudinem ſequentes antiquã ſtatuimus, ꝙ aduocati & procuratores dicti collegij pro ſcripturis & ſigillis rectoris Cameræ Iudicum & bancarum pro eorum cauſis & negotijs nihil omnino ſoluere teneantur, ſed ſcripturas & ſigilla eis gratis fieri & exhiberi & in eorum cauſis nil ab eis pro ſalarijs aliquibus exigatur.

VNVM tamen circa conſtitutionem præmiſſam nos Rodulphus Pius Cardinalis Legatus non omittimus, ꝙ interdum fuit in dubium reuocatum, & ꝙ ſatis videbatur expreſſum in ipſa conſtitutione, dum dictum fuit, ꝙ etiam pro ſalarijs nihil exigeretur,an ipſi collegiati ſportulas ipſis iudibus vel auditoribus pro cauſis ipſorum collegiatorum etiam ſpecialiter delegatis, deberent ſoluere. Et propterea ad omne dubium remouendum declaramus ipſos collegiatos nullatenus teneri ad aliquam ſportularum ſolutionem, & ipſi auditores, & iudices propter hoc nec ipſos,nec aduerſarios (quantum ad portionem collegiatorum) grauent quoquomodo, nec directe, nec indirectè,nec tacitè, vel expreſsè, nec quocunq; alio quæſito colore vel modo.

GLO. CAP. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio duplex.*
2 *Exemptio eſt ſtricti iuris.*
3 *Recognoſcens ſuperiorem non poteſt exemptionem concedere.*
4 *Papa eximens eccleſiam aliquam limitatè in alijs nõ eſt exempta.*
5 *Exemptio generalis comprehendit etiam Iudæos.*
6 *Exemptio à muneribus conceſſa intelligitur ab extraordinarijs.*

a 1 EXEMPTI] duplex † eſt exemptio, quædam eſt eccleſiæ, altera eſt munerum,de prima ſcribũt Rebuf.in cõſt. regijs tract. de immu.eccl.tom.2. Dida. lib. reſol. 2. c. 20. Albanus nunc Cardinalis meritiſsimus eo.tract.Iul.Clar.in §.fi.q.30.Hęc conſtitutio agit de ſecunda, nempè de exemptione à ſolutione mercedis ſcripturarum & ſigillorum,ne collegiati teneantur,quam extende(vt ſupra diximus) c.22.in fi. Illud interim notabis,ꝙ
2 exemptio † eſt ſtricti iuris, & reſtringi debet ad ſuam cauſam, Inno .in c. dudum,de priuil. Abb. conſi. 101. col. 3. lib. 1. & propterea conſuluit Aym.conſi.132.nu.20. ꝙ exemptus à certis oneribus non poteſt ſe iuuare illa exemptione circa alia,quæ ſunt extra cauſam illius exemptionis.c. cum capella,& c.ſanè, de priuil. Prat. Papien. in for.opp.contra inſtr. verb. alijs rationibus,in fi.
3 Præterea aduerte ꝙ † dominus recognoſcens ſuperiorem non poteſt immunitatem nec exẽptionem concedere,Io. And.in c.2.de imm.eccl. lib. 6.Bal.in l.omnium,in vltimis verbis.C.de vect. & comm. in conſi. 483. viſa immunitate, lib.2. conſi.458. lata fuit, in fi.lib.3. Abb.conſi.61.li. 2.col.2. Intelliges hoc ſano modo, ꝙ dominus poteſt liberare ſubditos ab ijs, quæ ſibi debẽtur. l. in re mandata.C.man.Sed ab alijs oneribus publicis non debitis ipſis dominis ex imere nõ poſſet,neque expreſsè,neque tacitè. l.qui ad certum. ff.loc.Aym.d.conſi.132.nu.21. Hinc etiam not.
4 Dec.dixit conſi.152. ꝙ Papa † eximens aliquam eccleſiã limitatè,hoc eſt,in certis caſibus (exempli gratia) ꝙ nullus præter Romanum Pontificem, vel legatum eius poſsit eccleſiam veſtram interdicere, vel vos excommunicare extra illos caſus, Epiſcopus habet poteſtatem & iure ſuo vtitur.c.1.§.in eos autem,de priuil.lib.6.niſi generaliter eximiſſet. Et ad huiuſmodi exemptionem oſtendendam multa deducit Dec. in dicto conſi. à quo facile vnuſquiſque colligere poterit
5 quomodo probetur exemptio. Et exẽptio † conceſſa hominibus alicuius loci cõprehẽdit etiam iudæos ibi habitantes, Bal.in l.ſpadonem.§.iam autem.ff.de excuſ.tut.Alex.conſi.75.nu.5.lib.5. conſi.99. nu.9. lib.6. conſi.13. nu.13.lib.7.Soc. conſi.

conſi.6. col.4. lib.1. conſi.86. nu.8. lib.4. Dec. in c. conſuluit, el terzo, nu. 2. de appel. Aym.
6 conſi.73. nu.26. Exemptio † ſimpliciter cõceſſa à muneribus intelligitur ab extraordinarijs non ordinarijs .l.in honoribus.§.qui muneris .ff. de mun.& hon. Alex. conſi. 30. num.14. lib. 5. niſi etiam expreſsè ab omnibus eximatur. Et propterea Cæpol. caut. 116.& 118. ponit amplam formam, quomodo exemptio extendi debeat,ad hoc vt omnia comprehendat, videlicet, concedimus priuilegium exemptionis immunitatis ab omnibus & ſingulis oneribus realibus perſonalibus & mixtis, ordinarijs & extraordinarijs, ab his etiam quæ imponuntur tempore belli,& alijs omnibus cuiuſcunque generis quomodocunque & qualitercunq; imponerentur non obſtantibus. l.vacuatis.C.de decur.lib.10.& l. nec damnoſa. C.de præcib.imp.off.Rot.Pedem.deciſ.39.& an immunitas conceſſa domino extendatur ad colonos? vide Pariſ.conſi.69.lib.1.Gratum conſ.61. lib.1. An immunitas extendatur ad bona poſtea quæſita, vel quæ iam fuerunt in cataſto publico poſita? vide Rot.Pedem.deciſ.136.

QVOD ADVOCATI, ET PRO curatores nihil exigant ex patrocinijs, niſi vt ex conuentione eis competet actio. Cap. XXV.

EGIDIVS Epiſcopus Sabinenſis, Apoſtolicæ ſedis Legatus, & domini noſtri Papæ Vicarius. Item, ꝙ nullus aduocatus,vel procurator curiæ generalis poſ-
a ſit petere aliquid, vel exigere pro ſalario [a] ſui patrocinij, niſi ſolum illud, quod appareret ſibi expreſsè conuentum,vel promiſſum: & ab illo tantum, qui per ſe, vel pro curatorem pleno mandato illud promiſiſſet,vel ab eius hęredibus, & ſucceſſoribus, fideiuſſoribus,vel expromiſſoribus, & hęc locum habeant in ſalarijs patrociniorum, quæ præſtarentur poſt diem præſentis conſtitutionis, & ſi aliquis peteret aduocatum,vel procuratorem, & non eſſet in concordia de ſalario, iudex tunc teneatur dare aduocatum,& procuratorem, & declarare, ſiue taxare ſalarium in prima, ſecunda, & tertia cauſa: & vltra iudicis taxationem,eo caſu peti non poſſit. In ſalarijs vero præſtitorum in præteritum patrociniorum volumus, ꝙ pro ſex annis proximè præteritis, remaneat eis ius eorum ſalarij integrum: pro alijs ſex annis inde proximè procedentibus poſſit exigere dimidium conuenientis, vel congrui ſalarij tantum,à duodecim annis vltra,pro præteritis prius temporibus nil omnino petatur.

Item volumus, quòd pro ſalario patrociniorum præſtitorum ante tempus noſtræ legationis, nil petatur vſque ad annum vnum à tempore promulgationis præſentis ſententiæ.

GLO. CAP. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Merces quid ſit.*
2 *In foro conſcientiæ an ſit tutus præſcribens.*
3 *Soluens quod præſcripſit ignorans non repetit.*
4 *Iuramentum regulatur ab actu ſuper quo interponitur.*

a SALARIO] dignus eſt operarius ſua mercede. c. cum ex officij, de præſcrip. c. cum ſecundum, de præb. & c. ſuper ſpecula, de mag. Eſt autem
1 merces † id quod recompenſatur pro retributione alicuius operis, ideo reddere mercedem eſt actus iuſtitiæ, ſicut reddere pretium rei emptæ ſecundum beatum Thom.1.2. q.14. art.1.Prohibet præſens conſtitutio aduocatis & procuratoribus ne exigant ſalarium à clientibus præter cõuentum, vel à iudice taxatum, limitatque tempus illud petendi, vt ex eius lectura facilè colligitur, inducitq; illorum præſcriptionem in futurum, quòd infrà ſex annos poſsint petere integrum ſalarium, poſt ſex dimidium, poſt duodecim nihil. Galliæ ſtatutum eſt tempus trium annorum à Carolo Quinto Imperatore duorum tantum annorum, vt teſtatur Rebuf. in tract. de fam. ſala. art.1. glo.1. tom. 2. Et tale tempus incipit currere ſtatim finito proceſſu per ſententiam diffinitiuam, quia ſententia imponit finem proceſſui .l. 1. ff. de re iud. Cardinalis tamen de Carpo infrà c.29. reſtrinxit ad ſex menſes, & declarat quando incipiat currere,quæ in prouincia
2 ſeruanda eſt. In foro † conſcientiæ non eſſet tutus cliens,qui ſciens,ſe non ſoluiſſe ſalarium, mala fide negaret, huius conſtitutionis,vel alterius clypeo vtens, quia quod ex fide non eſt, peccatum eſt. c. fin. de præſcrip. alioqui conſtitutio induceret peccatum,Abb. & alij in rub. de præſcrip. quæ opinio communis eſt,& eam vſus approbauit à mille annis citra teſte Alex.conſi.73. nu.3. lib.6. quem ſequitur Gomes.in §. ſupereſt num.67. inſt. de act. Ferrar. caut.38. explorati iuris, Balb. de præſcrip.ſecunda part.tertiæ par. princ. q.14. dicens intelligendam hanc legem,

dummodo præscribens non peccet, & sic si fuerit in bona fide, Bal. cons. 184. municipale, lib. 5. Et si dicatur, ergo hæc præscriptio nihil proderit, vel parum admodum. Respondeo, ꝙ melius est hoc esse, quàm si animæ damnentur ob illam, ideo satis etiam proderit (licet eam sic intelligamus) nam si putem solutum esse à meis tempore infirmitatis meæ, & sic existimem nil debere, bonam fidem habeo, & sic possem præscribere, Rebuf. tract. de merca. minu. vend. art. 1. glo. vlt. nu. 5. tom. 2. Si debitor † post lapsum tempus solueret hic præstitutum, etiam ignorans hanc constitutionem, tunc non posset repetere, quia hic non tollitur naturalis obligatio, quæ soluti repetitionem impedit. l. naturaliter. ff. de cond. ind. & sic quatenus est solutum, eatenus nocet sibi debitor, nec si partem soluat, debitum approbare videtur, sicut in pollicitatione est statutum. l. 1. ff. de pollic. Et quamuis † instrumentum esset iuratum, nihilominus in forensi iudicio hæc constitutio seruaretur, quia iuramentum intelligitur secundum contractum & actum in quo interponitur. l. fi. C. de non num. pecu. vt dixi in tract. de cuictionibus. §. 3. limit. 1. ideo hoc iuramentum intelligitur si creditor petat intra tempus præfi tutum, vt videtur concludere Alex. consi. 170. lib. 7. & cum hæc constitutio approbetur à Papa non est dubitandum, ꝙ procedit etiam in promissione iurata, quia Pontifex est supra iuramentum.

3

4

QVOD NON POSSINT SALA rium ab vniuersitate petere, nisi pro vno anno. Cap. XXVI.

EGIDIVS Episcopus Sabinensis, &c. Item, quòd aduocati, & procuratores, siue syndici constituti, seu conducti generaliter in causis, seu ad causas absque determinatione temporis certi, vel pro vno anno, ab vniuersitate, vel collegio aliquo non possint
a petere salarium[a] pro tempore futuro post hanc constitutionem, nisi de nouo fuerint conducti pro anno sequenti, vel pro alio certo tempore.

GLO. CAP. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Salarium debetur aduocatis.*
2 *Quando aduocatus conductus per annum censeatur tacitè reconductus.*
3 *Locatio tacitè renouata censetur cũ pactis decursis.*

a 1 SALARIVM] debetur † aduocatis, quod honorarium vocatur. l. sancimus. C. de iud. Specul. eo. tit. §. postremò, versi. in summa, plenè in l. 1. §. in honorarijs. ff. de var. & extraord. cogn. similiter procuratoribus. l. si remunerandi. §. fin. cum l. seq. ff. mand. Specul. eod. tit. §. fi. versi. in summa, 2 statuit hic, ꝙ aduocatus † & procurator alicuius vniuersitatis, vel collegij conductus per annum, non censeatur tacitè per alium annum reconductus, nisi expresè fiat, contra l. item quæritur. §. q impleto. ff. loca. qui. §. secundum Bal. ibi restringitur ad contractum locationis & precarij, refert & sequitur, Alex. consi. 76. nu. 2. & seq. li. 5. Aym. consi. 87. nu. 3. quamuis Alcia. de præsump. reg. 2. præsump. 17. contrarium sentiat, idem Alex. consi. 17. nu. 12. & consi. 28. nu. 4. lib. 4. Et quando locatio † censetur tacitè renouata, intelligitur 3 facta cũ illis clausulis & modis, quibus facta fuit prima locatio, Bal. in l. legem, per illum tex. C. loca. ꝙ est verum de illis, quæ congruunt locationi, secus de prorsus separatis. Vnde si locaui tibi ad quinque annos cum pacto, ꝙ possis tu conductor intra idem tempus soluendo mille emere, licet sic remaneres in 6. anno, intelligitur fieri tacitè reconductio pro illo anno cum similibus pactis congruis de substantia & natura actus, vt sub eadem pensione, non tamen sub eodem separato pacto vendendi vel acquirendi infrà illum 6. annum, Apost. ad Alex. d. consi. 28. in fi. lib. 2.

QVOD CITATIONES AD instan. curialium taxentur. Cap. XXVII.

a BONAE memoriæ Ioannes Cardinalis Andegauensis in Marchia Legatus in suis additionibus statuit, ꝙ citationes[a] ad instantiam curialium taxentur, vt fuit hactenus obseruatum: ita tamen, ꝙ si constiterit eum, ad cuius instantiam citatio emanauit, petijsse debitum in toto, vel in parte iam solutum, cadat à toto credito suo, & citato damnum, & expensas reficiat, & mulctetur in quadruplũ eius, quod postulauerit: multaq; illi omnino auferatur Camerę Apostolicæ applicanda, & per thesaurariũ exigatur. Cui constitutioni addendo dicimus NOS Rodulphus Pius Card. Legatus, ipsam solum spectare aduocatos, & procuratores actu exercentes, & curiam prosequentes, & domum in curia retinentes,

tes, & non ad alias personas: & si secus factum fuerit, duplum citato restituere teneatur de facto, & irremissibiliter.

GLO. CAP. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Actor in litigando prius expensas facit, & postea recuperat.*
2 *Si Reus neget totum, qui debet partem, tamen condemnatur in expensis.*
3 *Nam procedit in duobus casibus.*

a 1 CITATIONES] De iure † oportet prius actorem expensas facere, quas postea recuperabit, si vincet, alioqui citatio non arctaret citatum, per tex. in c. 1. §. offertur. 3. q. 3. Abb. in c. contingit, de fide instr. Aufr. in add. q. Tholos. decis. 91. tex. & doct. in auth. offeratur. C. de lit. cont. Hic statuitur contrarium fauore curialium actu exercentium, mandat enim vt citationes taxentur, & quãuis in hoc alleuientur, in alio tamen grauantur iuxta. l. secũdum naturam. ff. de reg. iu. l. eum qui. ff. de iureiur. quia si petũt debitum iam solutum in totum vel in partem, vult illos cadere à toto re ficiendo citato expensas, & interesse, & vltra multari mandat in quadruplum eius, quod petierunt. Et vult Ias. in §. sed hæc quidem, ad fin. inst. de act. ꝙ petens debitum solutum incidit in crimen stellionatus, intellige tamen hanc constitutionem, quando malitiosè fuisset petitum, vt in terminis declarat Alex. consi. 73. nu. 6. & consi. 83. nu. 4. lib. 6. refert & sequitur Neuiz, consi. 94. nu. 11. Et dum vult, ꝙ si debiti pars est soluta, & petatur totum, ꝙ etiam túc cadat à toto, & in pœnam statutam. Hoc idem statutum est in reo de
2 iure cõmuni, qui si neget † totum, qui debet partem, ꝙ nihilominus condemnabitur in expensis, quia illam debiti partem offerre debebat, & non offerendo est in mala fide, ita seruari Franciæ testatur Rebuf. in proœ. const. reg. art. 1. glo. 5. nu. 53. & in tract. de expens. art. 1. gl. vn. nu. 21. tom. 3. subdens, quia est temerarius litigator in eo, qđ debet, si nõ offerat. l. eum quem temere. ff. de iud. Verum quia in puncto iuris contrarium multi tenent. glo. in c. præsentium, verb. sigillatim, de testi. lib. 6. per tex. in l. vn. C. de plus pet. & l. qui
3 solidum à contrario vbi Bar. ff. de leg. 2. Saluat † hanc priorem opinionem in duobus casibus Neuiz. in d. consi. 94. primo si creditor plus petens addidisset, ꝙ est paratus capere partem sibi debitam, Aret. in §. 15. qui, col. fi. inst. de mand. Purp. in l. edita, nu. 298. C. de eden. secundo quando in libello esset clausula saluo iure, Specu. tit. de lib. concep. §. nunc ostendamus. ad fi. Dec. in d. l. edita, nu. 90. cum alijs ibi allegatis per eum.

DE SOLVTIONIBVS PATROciniorum pro causis ordinarijs. Cap. XXVIII.

a RECOLENDAE memoriæ Aegidius Card. Legatus post cõpilationẽ constitutionũ in eius additionib⁹ describi fecit taxã[a] infrascriptã, videlicet: In causis ciuilibus primarũ causarum, vbi petitur ex vigore instr̃i, vc3, finé litib⁹ imponere cupiens: Si valor causæ fuerit in ꝙnquaginta libris, vel infra, salariũ sit duo floreni auri. Si valor fuerit maior, nõ tñ excedat cẽtũ libras, floreni tres. Si fuerit maior, non tñ excedat ducẽtas libras, floreni quinq;. Si fuerit maior non tamen excedat trecentas libras, floreni septem. Si vero fuerit maior, nõ tamen excedat quadringentas libras, floreni decem. Si fuerit maior, non tñ excedat quingentas libras, floreni duodecim. Si fuerit maior, non tamen excedat mille libras, floreni quindecim. Si vero fuerit maior, non tamen excedat mille quingẽtas libras, floreni viginti. Si vero fuerit maior, non tamen excedat duo millia librarum, floreni vigintiquinque. Si vero fuerit maior cuiuscunque quantitatis salarium sit, floreni triginta. Si vero agatur per modum libelli absque instrumento publico, salarium sit, vltra prædicta, quartum plus. In causis vero maleficiorum, si quidem causa sit capitalis, videlicet pœna mortis, si bona sua non excedunt ducentas libras denariorum, salarium sit floreni decem auri: ab inde vero supra, salarium sit duplum, quod dictum supra in causis ciuilibus. Si vero non sit pœna mortis, sed membri principaliter, &c. salarium sit quartũ minus eius, quod dictum est in causa capitali, si vero pœna sit mera pecuniaria, salarium sit sicut dictum in causis ciuilibus. In causis vero beneficial. fiat æstimatio illius beneficij, & secundũ quantitatem illius æstimationis sit salarium duplum, quod dictum est supra in causis ciuilibus. In causis appellationum, si causa sit primæ appellationis, vel secundæ deuolutæ ad curiam generalem, salarium sit sicut dictum est supra in primis causis ciuilibus. Si vero causa appellationis sit deuoluta ad curiam generalem de eadem curia, si qui-

dem appellatio sit à diffinitiua, si idem fuerit aduocatus, in prima causa salarium sit medietas, quod dictum est in prima causa, vel tantumdem quantum in prima, si vero ab interlocutoria, & idem fuerit aduocatus, non recipiat nouum salarium: si nouus aduocatus, tunc recipiat medietatē eius, quod si esset diffinitiua, procuratores vero recipiant dimidium, quod declaratum est supra pro salario aduocatorum.

HANC constitutionem NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus declaramus, & extendimus, si nouus aduocatus, & procurator interuenerit in causa appellationis post primam instantiam factæ in curia, recipiat supra dimidium ac si interuenisset in prima instantia. Cui constitutioni Latinus Card. Vrsinus Legatus addendo declarauit, q̄ constitutio ipsa solum locum habeat in aduocatis, & procuratoribus obtinētibus: succūbentes vero in causa exigāt solū dimidiū illius, q̄ exigere potuissent, si obtinuissent in causa. Quibus quidē constitutionibus bonæ memorię Ioānes Card. Papien. addendo obseruari mandauit ad releuationem ipsorum prouincialium, q̄ si partes causam, & causas in curia habentes, ad cōcordiam deuenerint ante terminum probatorium, non teneantur soluere nisi medietatem eius, quod per cōstitutionem statutum est. Vbi vero partes per dictum terminum, & ante publicationem processus fuerint in concordia, releuentur à solutione tertiæ partis totius salarij, & sportularum. In causis vero appellationum, si ante terminum iustificatorium partes ipsæ deuenerint ad concordiam, vel aliter appellationi renunciauerint, non teneantur soluere nisi quartam partem eius, quod per constitutionem extitit ordinatum. Si vero post dictum terminum, tunc seruetur quod supra declaratū est in alijs causis: & sufficiat, (q̄ quis fuerit aduocatus, vel procurator in causa) probatio vnius testis cum iuramento conducti, vel per attestationem procuratoris, seu notarij causæ, seu iudicis, coram quo causam contigerit agitari, & dicta defalcatio, & obseruatio etiam locum habere volumus in quibuscunque iudicibus delegatis, vel subdelegatis, inhibentes etiam ipsis aduocatis, & procuratoribus, vt pro extraiudiciali intercessione coram nobis, seu alijs, nil exigere, siue petere possint ab illis, pro quibus interceſſerint, nec quicquā recipere, nisi processerit de spontanea voluntate eius, pro quo interceſſerint, sub pœna excommunicationis, & solutionis dupli eius, quod exegerint, seu petierint, non obstante quacunque alia cōstitutione, quæ diceretur hactenus obseruata.

CLO. CAP. XXVIII.

a [AXA] in hoc capite Aegidius, & alij ponunt per ordinem taxam salarij aduocatorum & procuratorum, & necessaria fuit, nec satisfaciebat præcedens cōstitutio supra cap. 25. propter periculum quotæ litis, quæ quomodo intelligatur & procedat declarant Goz. consi. 3. Guid. Pap. q. 102.

DE SOLVTIONIBVS PATROciniorum super instrumentis in forma cameræ. Cap. XXIX.

[I]CET Antonius de sancta Maria in eius constitutione decreuerit, q̄ super instrumento in forma cameræ concepto fuerit factum præceptum procuratori debitoris, & debitor soluerit, seu se cum creditore concordauerit, vel non contradixerit, q̄ tunc salarium procuratoris actoris esset duorum carlenorum duntaxat, quantæcunque quantitatis fuerit, seu valoris: si vero infra terminum nō soluerit, seu se non concordauerit, & in causa processum fuerit ad vlteriora contradicente debitore, & executio fuerit commissa, tunc salarium sit id, quod per constitutionē extitit taxatum: & plus modo aliquo peti, & exigi non possit. Imposterum Euangelista Bagarottus locumtenens in eius constitutione declarauit sub tali forma, videlicet. Item in causis in forma cameræ infrascripto etiam modo à procuratoribus patrociniū exigi possit, & non vltra, videlicet. Quòd si super instrumento in forma cameræ concepto fuerit factum præceptum procuratori debitoris, & debitor infra terminum statutum soluerit, vel se cum creditore concordauerit, vel non contradixerit, q̄ tunc salarium procuratoris sit quarta pars eius, quod aliàs debetur in causis executionū publicorum instrumentorum, dummodo ad minorem summam decem bonon. arctari non possit quantæcunque quantitatis, seu valoris fuerit debitum petitum. Si vero debitum infra terminum sibi statutum nō soluerit, nec se cum creditore concordauerit, tunc salarium procuratoris actoris sit dimidiū prænominati salarij, quod aliàs debetur in causis instrumentarijs executiuis, dummodo non excedatur salarium quinq; floren. monetæ quantæcunque quantitatis, seu valoris fuerit debitum petitum: & si in huiusmodi causis processum fuerit ad vlteriora, contradicente debitore, & executio commissa fuerit, tunc veteres constitutiones, & modernæ seruentur. Sed NOS Rodulphus Pius Card. & Legatus prædictus videntes dictam taxationē in instrumentis in forma cameræ esse aliquatenus excessiuam, mandauimus, prout mandamus, debere esse dimidium, non autem totū: prout in constitutione prædicta, & hoc nisi fuerit contradictum: quia si fuerit contradictum, & non probatum aliquid, duplicetur: & sic sit totum, prout in constitutione Bagarotti: si vero fuerint factæ probationes, & examinationes, tunc salarium sit prout in supradictis alijs veteribus const. volumus tamen, q̄ in prefatis instrumētis in forma cameræ non possit solui minus. x. bon. In causis vero appel. ordinamus salaria aduocatorum, & procuratorum etiam nouiter conductorum in eadem causa appella. dimidium eius, quod peti possit ratione primæ instantiæ, & quia hebræi vt plurimum habent aduocatos, & procuratores annales, disponimus patrocinia instr. hebręorum in forma cam. esse duorum carl. tantum: & si fuerit cōtradictum, quatuor carleni, & non plus pro quolibet instrumento. Quæ salaria, siue patrocinia infra sex mensium currentium terminum exigi debeant, qui vero terminus in causis instrumentarijs à die exhibitionis instrumenti in iudicio, in alijs vero quibuscunque causis, in quibus contradicitur, à die publicationis processus causæ, vel prolationis, & latæ sententiæ currere incipiat. Prædicto enim termino elapso dicta salaria, siue patrocinia penitus intelligantur, & sint præscripta: & ex nunc, prout ex tunc, & econtra, nullatenus exigi posse decernimus. Siquis autem post dictum semestre spacium exigere præsumpserit, in pœnam dupli quāti exegerit Cameræ Apostolicę applicandi incidat. Deinceps exactam pecuniam illi, à quo extorserit, vnà cum damnis, expensis, & interesse restituere teneatur.

DE SOLVTIONIBVS CANcellariæ rectoris. Cap. XXX.

[I]VLIANVS Soderinus posuit constitutionem super solutionibus Cancellariæ hoc modo, & est in viridi obseruantia, videlicet: Quòd pro quibuslibet literis etiam pro vniuersitatibus, communitatibus, collegijs, magistratibus, monasterijs, & conuentibus, quæ à nobis, vel nostris in officio successoribus emanabūt, cancellarius solum, & duntaxat faciat sibi soluere carlenum vnum monetæ currentis: fiatq; eadem solutio pro rescripto quolibet in quacunq; causa tam ciuili, quam criminali, etiam si in beneficium plurium personarum fuerit supplicatū, aut rescriptum, dummodo sit pro eodem negocio, aut pro obligatis insimul, & insolidū. Si vero causa esset diuersa, aut personæ insolidum insimul obligatæ non essent, non possit, aut debeat fieri cumulatio in eodē rescripto, sed in diuersis precibus supplicetur, q̄ si aliqua ratione viderentur in eadem supplicatione aggregandi, aut accumulandi, prius soluat carlenum vnum, alij vero vltra ipsum soluāt bononenos duos pro quolibet vsq; ad bononenos octodecim in totum computato dicto carleno: nec vlterius transcendi, nec exigi quoquomodo possit pro rescripto cuiuslibet compositionis, pecuniarię. In causa criminali soluatur iulius vnus, & si plures sint, qui pro eodē negocio in eodem rescripto positi sunt, pro primo soluatur iulius vnus, pro alijs, vltra ipsum, soluantur bononeni duo pro quolibet vsque ab bononenos octodecim: & vlterius (vt dictum est) non exigatur. Pro rescripto cuiuscunque gratiæ liberæ totius pœnæ pecuniariæ, vel corporalis, pro qua supplicans esset vel inquisitus, vel condemnatus, soluat carl. tres. Pro confirmatione decretorum communitatum maiorum, & magna-

rum carl.tres: mediocriũ,iulius vnus,paruarum,& minimarum,carl.vnus persoluatur. Pro dispensatione ꝙ communitates possint celebrare consilium in minori numero,iulij duo. Pro quolibet saluo conductu singularis personæ carl.duo: & si fuerint plures pro eadem causa, aut negocio, carleni tres, nisi sint pater & filius, vir & vxor, seu de eadem familia simul cohabitantes,quo casu soluantur tãtummodo carleni duo. Pro bullettino,ꝙ communitates non molestentur ab officialibus Marescalli, seu alijs executoribus pro aliquo debito ciuili,seu pontibus,aut vijs ruptis, carleni duo. Pro criminalibus,carleni tres. Pro confirmatione electionum præturarum, communitatum maiorum,floreni duo. Mediocrium,florenus vnus. Paruarum, & minimarum,bononeni triginta. Pro licentia, ꝙ communitates possint aliquid, ꝙ sint meri,& mixti imperij, seu punire aliquem pœ
a na capitali,floreni[a] quatuor. Pro confirmatione voluminis statutorũ cuiuslibet communitatis, floreni quatuor. Pro absolutione homicidij gratiosa, si contingat fieri posse per facultates à Sede Ap. cõcessas, floreni quatuor pro quolibet. Pro commissione represaliarũ ad cuiuslibet instantiam concessarũ,aut decretarum carl. tres. Pro bullettinis de excarcerando in criminalibus, vel mixtis,carlenus vnus, nisi qui excarceratus fuerit inquisitus, aut carceratus pro delicto, in quo veniret pœna corporalis supra: quo casu soluat duplum. Pro bullettinis extractionum frumenti cuiuscunque quantitatis pro eadem persona extra loca iurisdictionis, quando contingat prohibitionem fieri ex causa superiorem, mouente carlenus vnus. Si vero fiant bulletini de quocunque genere grasciæ etiam grani,vt eas liceat de loco ad locum deferre per prouinciam, si hoc prohibitum fuerit vt supra,nihil soluatur. Pro literis patentibus commissariatus, quando dantur potestatibus, & ordinarijs locorum vltra eorum electionem,& confirmationem,florenus vnus. Si vero aliquis deputatur in commissarium loco ordinarij, vbi ordinarius non esset, soluatur quod supradictum est pro confirmatione electionis præturæ prædictæ solui deberet,& vltra florenus vnus, pro alijs non patentibus literis commissariatus,extra locos ordinarios,si non sint curiales,carleni duo. Pro registratione commissionum equitandi soluatur cancellario grossus vnus. Pro bullis collationum beneficiorum pro singulis, si fuerint parua beneficia,floreni quatuor: si maiora, florenisex, si minima, floreni tres. Pro minuta rescripturæ cancellariæ carleni tres. Pro introclusis, si non sint scriptæ manu cancellarij,vel eius coadiutoris nihil soluatur. Si vero sint exẽplatæ manu alicuius ipsorum, bononeni duo pro qualibet. Pro bullettinis facultatis deferẽtis arma ꝓhibita nihil soluatur. Pro personis curialium in curia exercentium duntaxat, vel non exercentium in Romana curia degentium nihil soluatur in expeditionibus cãcellariæ, & quæ superius dicta sunt locum sibi vendicent in solutionibus per prouinciales faciendis. Si vero in aliquo ex dictis casibus solutio facienda esset,à foren. fiat solutio arbitrio cancellarij,inspecta qualitate personarum, & rei,dummodo non excedat duplum prædictorum.

GLO. CAP. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur propriè forensis hic.*
2 *Vnde deriuetur forensis.*

DE TAXA seruanda in cancellaria Rectoris,quæ passim seruatur,cuius obseruantia manutenenda est, quia vtilis prouincialibus. Et quia in illa fit mentio in fine de forensibus, qui non gaudẽt hac constitutione, sed relinquit solutionem fiendam arbitrio cancellarij, dummodo non excedat duplum dictæ taxæ. Animaduertas, ꝙ reputabitur
1 † ille forensis ad propositum, qui non subest gubernio Marchiæ,& forensis propriè dicitur ille, qui est alterius fori. c. si clericus laycum, de foro comp. Alex. consi. 34. nu. 3. lib. 5. Dec. 550. nu. 8. & ille etiam dicitur forensis,qui in illo loco non habet originem,nec domiciliũ, nec incolatum,
2 & ideo dicitur forensis †quia venit foris ad locũ, vbi non sortitur forum aliqua ratione. §. si vero aliqui,in auth. de quæstor. Dec. consi. 661. nu. 5. Hinc legimus apud Scrib. ꝙ iustè statui potest, ꝙ forensis deterius tractetur q̃ terrigena, Curt. Iun. consi. 129. Aym. consi. 201. nu. 14.

a FLORENI] dicuntur à flore lilij illis impresso, & quia à Florentinis percusi fuerint,asserit Gomes. in reg. cãcel. de valo. exprim. vbi dicit etiam florenum & ducatum eiusdem valoris esse,allegando Albert. Bru. in tract. monet. &

& nos habemus constitutionem sic declarantem infrà lib. 4. c. 96. Rebuf. in concord. fran. tit. de coll. §. volumus, ver. auri.

DE SPORTVLIS, ET IPSArum sportularum solutionibus. Cap. XXXI.

ANGLICVS Episcopus Albanen. infrascripto modo edidit cõstitutionem,videlicet(præsertim ad tollendum aliud non modicum grauamen dictorũ prouincialium). Volentes consultius prouidere, prohibemus expresse,vt iudex seu officialis aliquis curiæ generalis aut alius quicunque quouis titulo vel nomine censeatur pro causa vel negocio cuius cognitio vel decisio ad ipsos ratione commissi sibi officij pertineat commissione seu delegatione per nos seu rectorẽ prouinciæ vel alium ad hoc potestatem habentem fienda,quantumcunq; iurisdictio talis commissarij auctoritate commissionis seu delegationis huiusmodi ad summariam cognitionem, seu quomodolibet amplietur,vel etiam prorogetur, salarium aliquod exigere valeat vel habere, nisi quemadmodum habuisset, si commissio, seu delegatio ipsa facta non foret. Adijcientes insuper ad litigantiũ onera releuanda, ꝙ de causis, quæ in curia generali, seu etiam alibi iudicibus, seu potestatibus,& alijs officialib⁹ R. Ecclesiæ,seu communitatum,& omnium huiusmodi officiorum suorum alias salariatis committentur,non nisi dimidia ad plus salarij per constitutiones statuti soluatur,aut à litigantibus peti,vel recipi valeat quoquomodo. Cõtrafacientes vero quicquid receperint, parti restituere duplicatum compellantur, & in tantundem Cameræ condemnetur: ac ista constitutio, vsque ad nostrum beneplacitum tantummodo sit duratura.

Datum Romæ calendis Decembris Pontificatus sanctissimi domini nostri domini Vrbani diuina prouidentia Papæ Quinti anno octauo.

SIXTVS Papa quartus in quodam breui sub data Romæ apud sanctum Petrum nonis Iulij M. quadringẽtesimo LXXII. super sportulis inter cætera dixit hoc modo: Cæterum cum dicti auditores ipsorum gubernatorũ habere soliti sint stipendium prout iuri,& honestati conuenit,harum serie statuimus, & ordinamus, ꝙ auditores ipsi in causis, quæ per appellationem, vel querelam in scriptis proponendas deferuntur ad gubernatores prædictos sportu-
a las[a] duntaxat recipiant infra designatas, scilicet, à centum infra nihil, à centum vero supra de ducentis vnum, de trecentis duos,de quingentis tres, de sexcentis quatuor: abinde autem supra quinq; pro qualibet parte, etiam si ad mille ascenderet. In causis præterea, quæ extra curiam ad ipsos gubernatores remittuntur, si sint ecclesiasticæ, aut spirituales nihil omnino percipiant etiã auditores nomine sportularum. Si sint prophanæ,aut temporales Euangelista Bagarotus in cap. xxiij. suarum constitutionum sportularum solutionem taxaxit hoc modo videlicet. Imprimis ꝙ domini auditores,& alij de causa cognoscentes vigore commissionum eis factarum solum, & duntaxat habere possint,& debeant vnũ bononenum argenteum pro quolibet floreno,& non vltra,quantæcunque quantitatis,seu valoris causa fuerit, dummodo huiusmodi sportulæ non excedant summam decem ducatorum auri de Camera inter ambas partes. Item, ꝙ de causis non recipientibus æstimationem, prout sunt causæ matrimoniales,capitales, seu corporis afflictiuæ,de quibus aliàs nulla habita consyderatione, sportulæ soluebãtur,ac si essent causæ de maioribus: considerantes ꝙ aliquãdo dictæ causæ esse possunt inter viles, & pauperes personas, seu cõtra ipsas tales personas ordinamus, ꝙ dictæ sportulæ solui, & peti possint, & debeant, salua bona conscientia iudicantis,dummodo non excedant quantitate decem florenorum monetæ Marchiæ. Item, ꝙ de causis beneficialibus, de quibus aliàs solitum fuerat soluere ducatos decem,soluantur secundum annuum valorem videlicet bononenũ vnum ꝙ quolibet floreno redditus beneficij duorum annorum,& non vltra,dummodo non excedant summam decem florenorum monetæ Marchiæ. Hoc expressius declarantes, ꝙ si contingat huiusmodi causas committi alicui iudici, qui aliàs esset, vel esse posset ordinarius iudex ipsius causæ prætextu sui officij, nihil pro sportulis huiusmodi reci-

pere possit, etiam si per commissionem huiusmodi eius iurisdictio alteraretur. Si vero non esset ordinarius causæ, vel causæ cognitio ad suum officiū non pertineret, tunc ex quo habet salarium pro suo officio, recipere possit dimidiū eius, quod supra in alijs declaratum est, & non vltra. Prouidentes insuper, ꝙ dictæ sportulæ in totum, vel in partem solui non possint, nec debeant, nisi in prolatione sententiæ, seu dum causa alio modo terminabitur, seu finietur: & si contingeret dictas sportulas solui per vnam ex partibus pro vtraque parte, altera parte recusante, tunc iudex causæ statim lata sententia, seu causa sopita, cogere debeat alteram partem non soluentem remedijs omnibus opportunis ad restituēdum parti soluenti ratam illam tangentem, & pro eo solutam, etiam si à sententia esset appellatum seu quomodolibet declaratum: Die xxv. Aprilis M cccc xcv. lectæ, & publicatæ fuerunt supra scriptæ constitutiones in præsenti audientia, præsentibus domino Angelo de Arcu auditore, & domino Fabiano de Aretio aduocato curiali, & pluribus alijs, & me Marino Cameræ notario rogato. Benedictus ď Accoltis, Card. Rauennaten. & Marchiæ Legatus posuit constitutionē, ꝙ nullus iudex ordinarius, vel delegatus, vel auditor recipiat sportulas pro aliqua contumacia, seu iuramento suspitionis de fuga, & sic incipit:

Item ad obuiandū fraudibus, quæ quotidie fiunt per auditores, & iudices nostræ curiæ, circa receptionem sportularum pro commissionibus executionum in contumacia, & ex primo decreto cōtra formam aliarum constitutionum desuper editarum, statuimus, & ordinamus, ꝙ nullus iudex ordinarius, vel etiam delegatus curiæ nostræ prouinciæ Marchiæ, etiam si esset auditor noster, vel vicelegatus, vel eius locumtenens possit, nec valeat accipere, seu exigere aliquam mercedem, vel sportulas pro executionibus committendis in contumacia, seu alias ex primo decreto, nec pro iuramento alicuius debitoris vti suspecti de fuga: & qui contrafecerit, incidat in pœnā excommunicationis, & decem ducatorum auri Cameræ Apostolicæ applicandā: tam ipsi iudices recipientes, quam alij soluentes: & etiam sint suspensi ab eorum officio per tres menses. & nihilominus omnis præ tensa commissio sit nulla, & nullius valoris.

Ego Benedictus Cardinalis Rauennatensis Legatus, qui supra sic statuo, decernō, & mando. Datum Anconæ 4. Iulij M d xxxiiii omisso sigillo. Felix Riccobaldus.

Declaramvs ad tollendas dubietates NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus, ꝙ si super seruitutibus prædiorum rusticorum litigari contigerit, vel super seruitutibus prædiorum vrbanorum, si non fuerit habita cognitio causæ plenissima, & fuerint factæ testium examinationes, non soluantur sportulæ vltra scutum vnū auri. videlicet: Ad bononenos octuaginta pro scuto, sed si fuerit, vt supra, examinatum, & plenissimè discussum, tūc ad summum, duo scuta soluantur, & non vltra: & similiter in causis priorātuum, redditionum rationum de quibuscunque administrationibus, tutelis, & similibus, & eodem modo in causa gabellarum collectarum, & aliorum similium. In causa vero possessorij soluatur dimidium sportularum, in causis petitiorij, vt supra, per constitutiones taxatarum. Pro causis vero molendinorum soluantur sportulæ ad instar beneficialiū causarum, prout supra, per constitutiones cautum est. Et si vltra præfatos casus, aut casibus præfatis similes, si controuersia super sportulis oriatur, priores collegij aduocatorum, & procuratorum dictæ curiæ declarent, & diffinient vnà cum auctoritate rectoris prouiciæ.

GLO. CAP. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Sportulæ vnde dictæ.*
2 *In materia sportularum tres casus considerandi.*
3 *De iure cōi ad quam summam sportulæ ascendant.*
4 *In summarijs non soluuntur. Nec in causis miserabilium personarum nu. 5.*

a 1 Sportvlas] dictas † eruditissimus Alcia. autumat in l. pecunię verbum. §. actionis, nu. 14. ff. de ver. sig, eo qa litigantes antiquitus deponebant in æde sacra sportulam, in qua pecunia erat, quam qui vicisset lucrabatur, ea pecunia sacramentū dicebatur. Inde est apud M. Varro. & Ciceronem sacramento vincere, & quia deinde ceptum est ex huiusmodi ære iudicibus honoraria persolui, sportulæ iudicum inde nomen traxerunt. Istud caput

caput videtur contra ius, vt iudices possint aliquid capere à partibus, inter quas ius reddunt: nam scribitur Iob. c. 15. ignis deuorabit tabernacula eorum, qui munera libenter accipiunt, propter quod casus † tres considerat Rebuf. in tract. de sal. tax. art. 1. glo. vn. nu. 11. tom. 3. Primus est, ꝙ officium iustitiæ emi non debet, & emens symoniacus est, c. accipimus, in fi. ď purg. cano. gl. in l. 2. C. de muril. lib. 11. Secundus est, non licet iudici dari pecuniam etiam in causa iusta, vt ipse in mei fauorem suam proferat sententiam, sic. n. iudex corrumpi videtur. l. 2. in fin. ff. de cond. ob tur. cau. quia non licet iudici iustum vendere iudicium, quamuis liceat aduocato iustum vendere patrocinium, & iuri consulto cōsilium. c. non licet 11. q. 3. Tertius est, licere iudici (iusta non habenti aliunde stipendia) pro labore aliquid recipere, tum ad laboris cōpensationem, quàm vt honestè pro sua dignitate viuat, c. cum ab omni, de vit. & hon. cler. ci. statutum. C. insuper, de referip. lib. 6. & sic constitutio iustificatur ex hoc tertio capite à Rebuf. considerato, quoniam audi
2 tores in prouincia nullum aliud consequuntur salarium præter sportulas, propterea iustum fuit,
3 vt illorum indemnitati prouideretur. Inspecto † iure ciuili sportulæ non possunt excedere summam duorum aureorum pro qualibet parte. §. ne autem, in auth. de iud. Alex. in l. 2. ff. siquis in ius voc. non ier. sed seruanda est constitutio velut nouissima lex in materia sportularum. l. pen. C. de p.c. vbi not. omnes. Hæ sportulæ apud gallos vocantur species (vt asserit Rebuf. in loco proximè citato art. 2. gl. vn.) quia instar specierum acuūt, & olim tanquam species offerebātur, & quia modicæ species sufficiunt edulijs & obsonijs, ita & modica salaria pro his sportulis taxari debent, maximè cum iudices alia habent salaria, doct. in l. 1. C. de sport. & in l. vn. C. de suff. Tamen hodie quidam annonarij iudices plures aureos sportulares exigunt, quos vix Midas persoluere posset, ob id pauperes reddunt litigantes, vt est tex. in auth. vt differ. iud. quos acerrimè deberent superiores castigare. Si altera partium sportulas persoluerit, eorum dimidiam partem recuperare poterit ab aduersario. Excipiūtur certi casus, in quibus sportulæ non soluuntur. De iure communi
4 in causis † summarijs nō soluuntur sportulæ Bal. in auth. generaliter, col. 1. C. de epis. & cle. (at cōstitutio in possessorijs, quæ summariè explicantur dimidium sportularum permittit) similiter
5 in causis † miserabilium personarum. l. sacris. C. de prox. sacr. scrin. lib. 12. Rebuf. de sent. prouis. art. 3. glo. vlt. col. 5. versi. octauo, tom. 1. idē in causis extraordinarijs, Bald. in d. l. sacris. Verū in constitutione nostra cum certi casus excipiantur, regula stabit firma in non exceptis, Bart. in l. quæsitum. §. denique. ff. de fund. instr. Dec. in l. 1. nu. 23. ff. de reg. iur.

DE CVRIALIBVS CVRIAE generalis. Cap. XXXII.

Neapoleo tit. sancti Adriani diaconus, Cardinalis, Rector Marchiæ, curiales omnes, & singulos curiæ generalis rectoris prouinciæ ipsam curiam contia nuè sequentes, vt liberè valeant ipsi curiæ a continuè (vt decet) seruire, & ne per aliquos à dicto seruitio auocentur, volumus, & ordinamus ad aliquam aliam curiā, vel examen, inuitos non trahi in ciuili, vel in criminali, tam in agendo, quàm in defendendo, nisi solum corā rectore prouinciæ, & sua, & suorum iudicum curia generali: & habeāt immunitatem ab oneribus per omnia, sicut illi, qui sunt de collegio supra in constitutione proxima nominato. Curiales autem (quantum ad prædicta) intelligantur esse: & sint omnes, & singuli fab miliares b rectoris, & suorum iudicum, & c stipendiarij c nostri, & Cameræ Romanæ Ecclesiæ, & eorum veri familiares in ministerijs stipendiati, & baiuli curiæ scripti in matricula baiulorum, macellarij, fornad rij, seu pistores, d viuaterij, & panifaculæ, e & triculæ, & quicunq; alij artifices e seruiētes, & ministri continuè sequentes curiam, qui fuerint probati per rectorē, seu alium, cui hoc specialiter duxerit cōmittendum, vel per iudicem maleficiorum: & de his curialibus omnibus fiat per eundem iudicem, seu commissarium vnus liber, seu vna matricula, vbi contineantur omnia eorum nomina, & tempus receptionis, & approbationis eorū, & per quem recipiuntur, & talis matricula ponatur, & sit in actis in Camera Romana, & qui in dicta matricula scriptus non fuerit, pro curiali nullatenus habeatur.

GLO. CAP. XXXII.

a Cvriae] Curiá solus Papa propriè, & Principis suppremi habent, inde vulgo dicitur ibi est curia vbi Papa, glo. in verb. curia, in c. licet. §. cēsuit, de elec. de curia vide versus traditos per Gem. in c. vn. §. porrō, de stat. mon. lib. 6.

Curia ius curat, Meretrix est curia dicta,
Curia curarum genetrix, nutrixq; malorum.
Ignotis notos, inhonestis æquat honestis.

Et

Et curiæ honor debetur & reuerentia, Bald.in c. vn.an ap.iud.vel cur.quæst.in feudis. Et iniuria facta curiæ, censetur facta Principi, cuius vices representat,Io.de plat.in l.nemo.C.de dign.lib. 12. Rebuf. in concor. fran. in for. mand. apost. verb.curiam,& aliquot huius verbi significata vide per Soc.consi.86. lib.1. & de nugis curialium vide apud Policrat.quem citat Rebuf. in tract.de hospit.nu.19.tom.2.Caranita super ritu 232.Vica.Præsens constitutio (vt maximo prosequatur amore domesticos & familiares superioris) vult non posse eos conueniri tam pro causa ciuili, q̃ criminali, nisi coram Rectore Prouinciæ, & declarat qui dicantur curiales adhoc propositum. Guid.Pap.q.451. dicit curiæ nomen esse indifferens, & comprehendere etiam quemcunque ius reddentem in curia,arg.l.2.in prin.ff.de orig.iu. refert & sequitur Rebuf.in trac.reprob.testi. art. 7.glo.vn.nu.7.tom.3.

b FAMILIARES] ad propositum dicitur seruientium turba, qui vetustissimus huius vocis significatus est, Antiq enim famulum seruum dicebãt, vnde famulari verbum,à quo familia,Alcia.docte,in l.pronunciatio.§.familiæ, ff.de verb.signi.

c STIPENDIARII] dicuntur milites à stipendio dicti, quod militibus pro mercede datur.Tacit.lib.10. Neque quies gentium sine armis,neque arma sine stipendijs, neque stipendia sine tributis haberi possunt, *Alcia. in Lager.§.1.* ff.de verb.sign.

d PISTORES] Veteres à pinsendis granis frumenti non molitores, sed quasi pinsitores vocabantur, Luc. de Pen. in rub. de pist.lib.11. sed hic intelliguntur de his,qui vendunt panem. l. si ita scriptum.ff. de fund.instr.Rebuf.tract. de merca.min.vend.art.1.glo.5.tom.2.vbi videbis aliorum etiam exercitia explicata.

e ARTIFICES] illi dicũtur,qui rẽ emunt, & mutata forma istam vendunt, vt siquis emat ferrum, ex quo balistas vel enses faciunt & similia,c.eijciens. 88. dist. vel illi dicuntur, qui circa vilia negociantur, & qui arti alicui dediti sunt, vt in rub.C.de excus.art.lib.10.& cõmunis loquendi vsus attendi debet, qui artificum nomine veniant,Fel.in proœ.decret.num.9.ponit. Et hodie artificum quæstus maior quàm artium honestiorum,Luc.Pen.in l.vn.in fin.C.de mul.& in quo loc.lib.10.Rebuf. vbi supra art.1. glo.1.

QVOD ADVOCATI, ET procuratores non teneantur respondere,nec iurare in alia curia. Cap. XXXIII.

IDEM Neapoleo. Aduocatus, procurator, baiulus, vel officialis quilibet curię generalis, si ab aliquo conuentus fuerit, respondere teneatur in curia nostra tãtum, de his omnibus, & singulis stetur declarationi curiæ. Illud autẽ statuendo præ
a cipimus, q̃ quicũq; [1] fuerit aduocatus, procurator,baiulus,vel officialis curiæ,vel rectoris ptouinciæ,non teneatur iurare in alia ciuitate,communantia, vel villa, seu quocunq; alio loco: seu quæcunq; præcepta potestatis,rectoris,seu alicuius officialis,aut baronis,aut alicuius alterius personæ facere, vel coram eis respondere pro negotijs, vel ipsorum occasione, quæ pro curia gerunt, vel gessisse dicuntur: nec potestas,siue rector,vel alius officialis, baro, vel quæuis alia persona, cogat illum aduocatum,procuratorem,vel baiulum, vel officialem quocunque colore quæsito iurare facere sua præcepta, vel pignus aliquod auferat,vel auferri faciat: nec aliquam securitatem accipiat, nec aliquod grauamen, minas, seu timorem sibi inferat, seu inferri faciat occasione prædicta: nec aliquam fraudem in prædictis facere præsumat. Ciuitas vero,quæ contra hoc fecerit, vel fieri fecerit, vel mandauerit, tercentum librarum rector,comes,vel baro centum librarũ, quilibet alius officialis quinquaginta librarum denariorum pœnis sub iaceat, & insuper pœnæ priuationis sui officij potestates,officiales,& rectores ipsius decreuimus subiacere, & quòd aduocati, & procuratores de collegio in nostra curia commorantes,extra nostram curiam in ciuilibus, & criminalibus non trahantur inuiti.

GLO. CAP. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Istud fori priuilegium est voluntarium.*
2 *Hæc exceptio expeditur causa cognita.*
3 *Intellige quando aliàs ille iudex esset competens.*

Qvi-

a QVICVNQVE] Dat hæc constitutio nominatis personis exemptionẽ personalem sub cõminatione pœnarum secũdum personarum qualitatem delinquentium,& quoniam aduocati & procutatores in curia commorantes & actu exercẽtes extra curiam conueniri non possunt ex causa tam ciui-
1 li quàm criminali inuiti. Hinc est, q̃ † istud fori priuilegium illis volentibus competit, ex quo sequitur, q̃ si conueniantur alibi,& non opponãt declinatoriam iudicij ante litem contestatam sibi præiudicant,Cano.in c.1.de lit.contest.lib.6. Scrib.in l.2.§.cõuenire.ff.de iud.Rot. decis.53. exceptionis.in no.& repetit decis.502. no.exceptiones,in antiq. Quæ † exceptio expediri debet
2 causa cognita.l.2.§.omnes,vbi doc.ff.de iud.nisi iudici esset euidenter nota, quia tunc etiam non opposita operatur, Corn.consi.203.lib.2. Hoc
3 semper intellige sano modo,si iudex † ille, illius causæ aliàs esset competens,Paul.de Castr. consi. 142.lib.1.quoniam exceptio deficientis iurisdictionis semper opponi potest, Dec. consi. 681. nu.24.gl.fumigerata,in clem.1.de sequestr.poss. & fruct.ex quibus facile intelligis, q̃ huiusmodi priuilegium est illis arbitrarium.l.1.ff. siquis in ius voc.

DE BAIVLIS, ET PRAECONE. Cap. XXXIIII

a BAIVLVS,[2] & nuncius pro faciendis ambasciatis curiæ rectoris nullus ordinetur,vel creetur,nisi ad id sit idoneus, & legalis: & qui per iudices rectoris,vel saltem suum iudicem maleficiorum pro legali,& idoneo fuerit approbatus,& præstiterit iurm corporale, & promissionem de faciẽdo officiosè benè, & legaliter, solicitè, & diligenter, secundũ formam constitutionum, & commissiones sibi faciendas verbo, vel literis per rectorem, eiusq; iudicem, & officiales omnes, & singulas ambasciatas eis comittendas, & eas referendo secundum formam suæ commissionis,& nostrarum constitutionum: & de præfatis faciendis,& obseruandis det vnum, vel plures fideiussores,si, & prout dicto iudici placuerit, & prædicta omnia reducãtur in scriptis, & ponantur in vno libro de hoc faciendo per notarios curiæ maleficiorum. In quo libro scribantur, & cõtineantur omnia nomina baiulorum, & eorum promissiones,& iuramenta, & fideiussores, si per iudicem recepti fuerint,cum anno,mense, & die cuiuslibet prædictorum, & q̃ syndici terrarum teneantur baiulos dicto iudici assignare, & pro eis idoneos fideiussores dare debeant secũdum modum hactenus obseruatũ, & inferius declarandum. Illud idem præcipimus,& obseruari volumus in præsidatibus, & comitatu quondam Fani in datione, & præstatione baiulorum per syndicos terrarum, & dicti syndici teneantur quolibet anno vnam biretam,vel caputeum de rubeo cum signis clauium valoris viginti solidorum eorum baiulo, singulariter expensis communium prædictorum exhibere. Cõtrafacientes vero in decem florenis auri pro quolibet puniantur,& quilibet baiulus teneatur dictum caputeum,vel biretam continuè in capite patenter portare, dum fuerit in terra residentiæ curiæ: & quando in alia terra fuerit, tunc tempore citationis, & exercitij cuiuscunque officij portare similiter teneatur: & si non portauerit dictum signũ in actu officij cuiuscunque, quamuis actus valeat,tamen ipse baiulus in decem libris denariorum vice qualibet puniatur: & qui eum incedentẽ, vel existentem absq; prædicto signo offenderit,nõ plus puniatur, quám si priuatam personam aliam offendisset, & qui non fuerit scriptus in dicto libro, & receptus per dictum modum, nullatenus pro baiulo habeatur, & q̃ per dictum iudicem eligantur duo ex dictis baiulis,qui sint capitanei omnium baiulorum prædictorum: qui capitanei ambo, vel saltem vnus ex eis, moretur continuò in terra,vbi curia residet,toto tẽpore sui officij capitaneatus præfati: & officium talium capitaneatuum duret per sex menses ad minus arbitrio iudicis maleficiorum: & ab inde ad annum non possit esse iterum ad tale officiũ: & faciant, & exerceant eorum officium,prout eis fuerit impositum per dictum iudicem, & per ipsum iudicem corrigantur, & puniantur ad eius arbitrium,& voluntatem,& quilibet dictorum baiulorum, cum erit in loco vbi residentiam fecerit curia generalis, teneatur portare caputeum rubeũ, vel biretam cum signis clauium Romanæ Ecclesiæ, ad pœnam vnius floreni auri quoties in aliquo prædictorum contrafactum fuerit. Volumus tamen,quòd,prædictis non obstanti-

bus

bus, quando iudici dictæ curiæ videbitur, & maximè quando non inueniretur cómoditas nunciorum in dicta matricula descriptorum, possit per aliũ specialem nuncium coram se iuratum, suas literas facere præsentari, & eius relationi credatur, & si per notarium actorum causæ in commissione, siue relatione citationis, vel banni appelletur, siue vocetur quis baiulus, siue præco, credatur ꝙ sit baiulus, siue præco absq; probatione. Et si litera citatoria, vel mandatoria præsentaretur per partem, vel aliam personam cum rogatione notarij, qui inde faciat instrumentum publicum, continens tenorem talis literæ, & alia solennia instrumentorum, valeat citatio absq; baiulo: & credatur de citatione instrumento publico. Nomina autem terrarum, quæ consueuerunt, & debent curiæ baiulos assignare cum numero baiulorum, quos assignare cõsueuerunt, & debent, sunt hæc, videlicet. Terrarum maiorum communitates, baiulos duos curiæ generali prouinciæ, vnum curiæ præsidatus, cui subsunt pro qualibet communitate: mediocrium terrarum vnum baiulũ generali curiæ prouinciæ pro qualibet, & communitates minorum terrarum vnum baiulũ curiæ sui præsidatus pro qualibet dare teneãtur: & prædicta de præsidibus loquentia locum habeant in terris prouinciæ Marchiæ, in alijs autem prouincijs fiat similiter secundum distinctionem superius annotatam. Inhibemus, ꝙ nullus præstet impedimentũ baiulis, & alijs executoribus, & officialibus rectoris, & exercentibus, & exequentibus officium eis cõmissum tam in ijs, quæ ad eorum officium spectant, quàm in alijs, quæ de mandato rectoris, vel iudicis duxerit facienda, & ipsorum officium, commissionem, & executionem ipsam liberè fieri, & exerceri in quibuscunque causis, & negotijs quilibet patiantur, & eis rectores terrarum, & omnes officiales communantiæ, ciuitates, & omnes singulares personæ ad requisitionem rectoris, vel suorum iudicum, vel aliorum officialium curiæ assistant præstando eis auxilium, fauorem, opem, & consilium oportunum, vt liberè suum officium exerceant, & exequantur, & ipsis teneantur efficaciter obedire. Contrafacientes autem, vel fieri facientes, seu mandantes in viginti-quinq; florenis auri pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafactum fuerit, puniantur. Si vero graue impedimentum, & iniurioſum præstiterit, vel aliter dictis officialibus iniuriam intulerit, pœnis in præsentis voluminis constitutionibus declaratis, decernimus puniendos. Porro illud statuimus, ꝙ si per curiam præceptum fuerit alicui baiulo, vel nuncio, ꝙ tenutam alicuius det alicui pro debito, vel ex quacunq; causa, & ipsa res ablata fuerit, ipsi baiulo, vel alicui cui data sit tenuta per ipsum baiulum auferentes, seu impedimentum præstantes quocunq; modo, in vigintiquinq; florenis auri pro quolibet ipsorum contrafacientium qualibet vice, & interesse parti resarciendæ effectualiter cõdemnetur, de qua ablatione, seu impedimento stetur baiuli sacramento super hoc specialiter præstito cum vno idoneo teste. Ipsi vero baiuli in pignorando, citando, & referendo, & in alijs ad eorum officium spectantibus, se fideliter gerant, omnes autem, & singuli contrafacientes in decem florenis auri puniãtur. Illud quoq; statuimus, ꝙ semper in citatione, vel præsentatione literarum à iudicibus, vel officialibus directarum, & super alijs sequestrationibus, & etiam executionibus, & de alijs ad eorum officium pertinentibus, de mandato rectoris, vel suorum iudicum factis, stetur, & credatur relationi baiulorum, & cuiuslibet eorum curiæ, & officialium iuratorum. Omnes autem, & singuli baiuli, nuncij, seu castaldi curiæ generalis teneantur iurare omnes ambasciatas, & citationes committendas eis per curiam bona fide, & legaliter facere, & in eis nullum dolum, fraudem, vel falsitatem committere, & fidelem relationem facere, & etiam facere scribi. Et qui contrafecerit, tanquam falsarius de prouincia expellatur: & insuper emendet damnum, in quod per hoc aliquis incurrisset. Præcipimus quoq;, quotienscunq; contigerit aliquem officialem, vel baiulum curiæ generalis rectoris ire ad citandum aliquam cõmunantiam, vel singularem personam, & requisiuerit aliquem, vt sibi demonstret, vel ostendat personam citandam, vel eius domũ, sibi ostẽdere teneatur ad petitionẽ, & requisitionẽ ipsius baiuli, & credatur baiuli sacro ꝺ nouo faciẽdo, & habeatur pro probatione legitima, & qui contra fecerit, in vigintiquinq; florenis auri condemnetur, de citationibus quoq;, & præsentationibus literarum stetur, & credatur relationibus baiulorum curiæ, seu nuncij iurati, etiam si de commissione non constaret, & idem locum habeat in citatione viua voce facta, vbi curia generalis residebit, & teneatur referre, & literas reportare in termino citationis, sub pœna quinq; florenorum auri pro qualibet vice, & damnum parti emendare. Citatio quoq;, & repræsentatio, ac relatio literarum rectoris, siue iudicum quocũq; die (etiam si fuerit feriata in honorem Dei, vel sanctorum quoruncunque) valeat, & teneat, lege, vel canone non obstantibus: & si dies termini fuerit feriata, vel sequens, pro termino habeatur, & citatus die proximo non feriato, compare re teneatur. Baiulorum vero salaria taxamus, & limitamus (vt supra) quos nihil aliud vltra recipere volumus, pœna decem librarum denariorum pro quolibet, & qualibet vice, & restitutionis eius, quod vltra acceperit cum duplo. Si baiulus citauerit aliquem in audientia generali, recipiat ꝙ quolibet citato quatuor denarios, & si citauerit extra audientiam in terra, vbi resident curia, pro quolibet citato octo denarios. Si vero citauerit aliquem extra terram residentiæ curiæ, seu literas curiæ præsentauerit, recipiet pro qualibet distantia viginti milliarium tres anconitanos de argento: & si plus, vel minus fuerit in eundo, & redeundo, soluatur pro rata. Et si plures citationes fecerit in eadem die in eadem terra, vel pluribus, pro qualibet citatione recipiat partem dicti salarij pro rata: ita ꝙ inter omnes dictam summam non excedat, & cum fuerit in terra eodem die, omnes citationes facere teneatur.

Item, baiulus si non retulerit citationem infra terminum citationis, vt dictum est, nihilominus teneatur citationem à se factam in quocunq; loco distante à loco residentiæ curiæ minus triginta milliaribus, infra octo dies: & si in loco, & terra distante, infra quindecim dies à die factæ commissionis (nisi ex pacto conuenerit illi, ad cuius instantiam fit citatio, sub breuiori termino referre) tunc enim seruet promissa: pœna quolibet prædictorũ casuum quinq; florenorum auri pro qualibet vice: citatio tamen per hoc, & relatio, non vitientur, etiam si fiat relatio post terminum.

Item, baiulus, siue trombetta curiæ ponens aliquem in banno, clamando alta voce, sono tubæ præmisso in ciuili, vel criminali causa, vel mixta, ad petitionem alicuius, duos solidos denariorum: & tantundem pro rebannimento, & si plures fuerint in eodem processu, recipiat a quolibet, vltra primum, pro banno quatuor denarios, & tantundem pro rebannimento.

Item, quãdo baiulus, vel alia persona, quàm custos carceris de mãdato rectoris, vel iudicum aliquem custodiuerit, extra carcerem recipiat unusquisq; inter diem, & noctem pro quolibet custodito quinq; solidos, nec vltra aliquid recipiat pro expensis, vel alia quacunq; ratione vel causa.

Ioannes de Casteliono Episcopus Papien. tunc temporis Legatus, huic constitutioni de baiulis, & præcone addendo posuit, videlicet:

Item constitutioni de baiulo, & præcone[b] cassando, & pro cassis habentes, omnes, & singulos baiulos de præsenti in dicta nostra curia existentes addendo, mandamus imposterum neminem ad officium baiulatus admitti, nisi per nos prius fuerit admissus, & approbatus: & per notarios cameræ in libro descriptus, qui baiuli teneãtur, & debeant iurare de exercendo officium suum fideliter, & sine fraude, omni cessante machinatione: & requisiti ab officialibus, seu curialibus, etiam cum vna litera, se ad loca oportuna conferre, & citationes facere sine mora post datam literam: aliter si negligentes fuerint in eundo, & redeundo, teneantur ad interesse parti læsæ arbitrio iudicis de causa cognoscentes declarando, teneantur etiam dicti baiuli præstare fideiussores ante omnia de exercendo eorum officium, vt supra, & de resarciendo omnia damna, & omnes illicitas executiones, exgrauationes, quæ, & quas contingeret eos inferre, præter, & contra formam constitutionum, ordinationum, & commissionum eis faciendam, vel saltem in defectu non reperti fideiussionis iuratoriam cautionem: & aliter non admittantur. Et finaliter teneantur, & debeant deferre biretum cum clauibus Romanæ Ecclesiæ:

b

clesiæ: & sic ab alijs discernantur, & eis à prouincialibus in signum reuerentiæ facilius deferatur, prout in constitutione præ dicta continetur. Et ꝙ nullus ex officialibus, ac notarijs, seu alijs in dicta curia possit dictis baiulis literas assignare citatorias, seu executorias, si baiuli ipsi prædicta omnia nó seruauerint, maximè in deferendo biretum, vt supra, ad pœnam vnius ducati pro qualibet vice, & quolibet contrafaciente de facto auferendam, & Cameræ applicandam.

GLO. CAP. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *De baiulis quædam notanda.*

a BAIVLVS] qui nuncius, viator, & apparitor dicitur. Explicatur hic, & multa de illius officio, admissione, salario, & vestiendo decernit, ex quibus quædam alterata sunt, vt vsu comperimus.

1 Quædam tamen not. † duxi ad praticantium vtilitatem. Imprimis ꝙ huiusmodi baiuli extra iurisdictionem Rectoris citare non possunt, quia extra territorium impunè non paretur iusdicenti; multo magis viatori. l. fi. ff. de iurisd. om. iud. c. fi. de const. lib. 6. & sicut Iudex extra territoriú habetur velut priuatus. l. 3. ff. de off. presid. ita omnes viatores, vbi præfecti non sunt. Nuncio creditur in jjs, quæ pertinent ad eius officium, arg. c. præterea, de off. del. c. cum parati, de appel. vbi creditur nuncio, quoad locum, vbi hoc no. Abb. & Dec. quod comprobat Zabar. in clem. 1. q. 8. ď dol. & cont. nam sicut in mandato (quod est stricti iuris) veniunt ea, quæ sunt iuxtà mandatum. l. ita tamen. ff. iud. sol. ita & in iuramento nuncij, Alcia. de præsump. reg. 3. præs. 14. Creditur baiulo, etiam si non ostendat literas sui officij in loco & iurisdictione intra quam est baiulus. c. cum dilecti, de dol. Bar. in extrauag. ad reprimendum verb. per nuncium. Et eo ipso, ꝙ quis defert literas iudicis præsumitur, ꝙ sit illius nuncius, Inno. in c. quoniam cõtra, de prob. Perus. in c. cum parati, nu. 10. de appel. Rebuf. tract. de cita. art. 1. gl. 2. tom. 3. Cum non exprimatur quomodo persona sit citanda, seruabitur, quod à iure disponitur. Dicũt enim Bar. & Alex. in l. 4. §. prætor ait. ff. de dam. infect. attestantes hanc esse cõmunem opinionem, vt primo quis citetur personaliter & in facie si reperiatur, alioqui ad domum, idem tradit Bar. in tract. de cita. q. 2. Bal. in Marg. verb. citatio. q. 7. Apposit. ad rot. ď cis. 48. valet citatio, in no. Guid. Pap. decis. 445. an valeat, Aret. in §. fi. inst. de pęn. tem. litig. in fi. & ibi etiam Io. Fab. Alex. consi. 2. nu. 2. lib. 3. Corn. consi. 245. col. 2. lib. 1. Abb. consi. 42. lib. 2. Rom. consi. 454. in re præsenti, Rebuf. vbi supra, art. 2. gl. 1. Baiulus in citando hanc formam seruare debet. Cum accedit ad domum citãdi, pulsabit hostium, & postea ante domum alta voce clamare potest, an dominus sit illic, nam eum vult paucis alloqui. l. difamari, ibi vocitare. C. de ing. & manu. & si dominus appareat, eum citabit Card. clem. 1. q. 2. de iud. siquis respondeat eum abesse, citabit ipsum in personam illius domestici, qui respondebit, & ita seruatur. Ex quibus colligitur, ꝙ nõ potest ingredi domum citandi, quia domus tutissimum est cuiq; refugium, & nemo in ciuilibus in domo sua citari debet. l. plerique. ff. de in ius voc. & ibi cõmuniter approbant doct. Dec. & Cagnol. in l. nemo de domo. ff. de reg. iur. Immo si ingrederetur, faceret iniuria domino domus, l. lex Cornelia. ff. de iniu. glo. in clem. causam, de elect. verb. domi Rom. sing. 611. regula, fallit quando domus esset aperta, & nullus prohiberet apparitorem ingredi, tex. in l. satis. ff. de in ius voc. Soc. in d. l. plerique, not. 2. Secundo non procedit, quando essent citandi aliqui vt vniuersi, vt potè vniuersitas, capitulum, collegium, tunc baiulus ingredi potest, quando vniuersitas esset congregata, Barb. clem. causam, col. 2. de elect. aliàs nó posset citari vniuersitas, quę non solet extra domum congregari. Non sufficeret facta citatio in officina, si ibi citandus non reperiatur. l. fulcinius. §. denique, ff. ex quib. caus. in poss. ea. Lanfr. c. quoniá cõtra verb. citationes. q. 4. de prob. nisi habitaret ibi cum familia. Siquis citandus habet plures domos debet citari in illa, in qua habitat cum familia tempore citationis. l. 4. §. prætor, ibi, sed domum in qua degit. ff. de dam. inf. Prat. Papien. in form. respon. rei. glo. 1. versi. sed pone in casibus. Et sic nuncius referre debet se citasse in domo proprię habitationis, nec sufficeret si diceret domi, quia esset incerta relatio, Alex. consi. 2. li. 3. nec minus si diceret solitæ habitationis, qa forte tunc temporis ibi non degebat. Corn. cõsi. 57. in causa, col. 4. lib. 3. & consi. 52. col. vlt. lib. 4. Ista tamen hodie non solent perquirere iudices. Sed si postea pars iterum citata opponeret se non citatam in loco, in quo degebat, tunc iudex primam contumaciam ei non imputabit. Dubia similiter esset relatio, si nuncius diceret, se citasse vt in mandatis habuit, vt docet Bellã. decis. 210. si commissarius, Alex. in d. §. prætor ait, & cõsi. 2. lib. 3. & consi. 137. nu. 10. lib. 2. Contrarium tenet Soc. consi. 56. viso processu. col. 2. lib. 4. cuius opinionem seruari in pratica testatur Rebuf. vbi supra, art. 2. glo. 3. nu. 27. Neuiz. consi. 79. nu. 20. vbi infinitos allegat. In hoc censeo curiæ stilum sequendum. De iure baiulus citare non potest, si non appareat de iudicis mãdato in scriptis, doct. per illum tex. in c. quoniam contra, de prob. glo. in l.

in l. sancimus. C. ad Treb. Abb. & alij in c. 1. de iud. Bal. consi. 63. solum, lib. 5. Et passim seruant baiuli curiales, qui per prouinciam euntes portant citationes in scriptis. Verum de consuetudine multis in locis (vt Cinguli patria mea) eo ipso ꝙ quis est creatus nuncius, statim sine alia cõmissione, ad solam partium requisitionem citare potest, sed non prehendere personam sine iudicis mandato, & idem seruari Franciæ testatur Rebuf. vbi supra, art. 2. glo. 4. nu. 8. Illud & singulariter aduertendum docet Marsi. sing. 235. procuratores, ꝙ de iure nõ valet citatio, etiam data commissione iudicis, nisi exprimat per quẽ vult hoc fieri, vt asserit Bal. in l. eius qui, col. 3. versi. præterea. ff. si cert. pet. & in l. fin. circ. med. C. de exhib. reis. Relatio nuncij hoc continere debet, videlicet, ꝙ citauit talem repertum personaliter, cui exemplum tradidit citationis, & si illum non inuenerit, dicet domi inuenisse vxorem à qua petijt maritum suum, quæ dixit eum abesse, & postea citasse in eius persona, vel alterius respõdentis, & citationis exemplum dimisisse, si neminem domi inuenit, itidem in relatione exprimat, se neminem domi inuenisse, ideo affixisse valuis, seu parte domus citandi literarum copiam, & hoc in præsentia talis & talis, Lanf. in d. c. quoniá cõtra. verb. citationes, exprimendo nomen citati & cognomen, vel certis demonstrare signis, tex. in l. si in rem, in fi. ff. de rei vend. Rebuf. vbi supra, art. 5. gl. 5. si pars falsam relationem probauerit, constitutio punit baiulum in decem florenis. De iure si pecunia corruptus hoc fecerit. l. Cornelia de falsis punitur. l. 1. §. sed & si qs ob renunciandum ff. de fals. vbi glo. & doct. Si vero non pecunia, sed quadam incuria vel simplicitate falsum commiserit, ad interesse actionis in factum tenebitur, & ad multam per l. qui nominis. ff. de fals. quẽ sing. dicit Rom. sing. 313. hodie, & Guid. Pap. q. 44. testis, in fi. & suo officio priuari debet, teste Bal. in c. fi. col. 1. de dol.

b PRAECO.] secum Alcia. in l. mercis, in fi. ff. de verb. sig. ex Cicer. lib. 6. epist. ignobile munus illius arbitrari videtur, vnde vetari eum in decurionibus esse ad Leptã scripsit. l. eos. ff. de decur. vbi Bal. nõ enim simpliciter musicam profitetur, sed voce & clamore populum alloquitur, Iuuenal.

Quondam hi Cornicines, & municipalis harenæ
Perpetui Comites, notæq; per oppida buccæ.

Interdum per præconem potestas citandi conceditur à iudice, vt si appareat citandum apparitores cedere, ac contumelijs afficere solitum, dum obeunt munus executionis contra eum, clem. 1. de iud. teste Rom. consi. 433. quoad primum Fel. in c. in nomine, nu. 13. de testi. & multis in locis ex statuti forma hoc modo citãtur forenses, & in criminalibus post primam citationem quãdo in banno delinquentes ponuntur, vt diximus infrà lib. 4. c. 1. & 10.

DE CVSTODIA CARCERVM, & captiuorum. Cap. XXXV.

AEGIDIVS Episcopus Sabinensis, Apostolicæ Sedis Legatus, & cætera. Ad custodiam carceris, & captiuorum rectoris prouincię, & suorum iudicum, & officialium curiæ generalis eligatur per rectorem, & thesaurarium aliquis idoneus, de quo sibi videbitur superstes: & custos dicti carceris cum salario decenti per eos declarando, sicut eis videbitur cõuenire, per dictum thesaurarium de pecunia cameræ persoluendo: qui custos recipiat, & diligenter custodiat omnes personas, quæ sibi assignabuntur de mandato rectoris, vel suorum iudicũ, aut alterius ex eis, & quicunq; assignat, siue tradit dicto custodi, vel eius locumtenẽti aliquem captum ponendum in dictis carceribus, debeat eidem, cui assignat, tradere vnà cũ capto apodissam bullatam bulla mandantis, continentem diem assignationis, & nomen, & cognomen assignati: & pondus pœnæ, seu causæ, pro qua debet detineri, videlicet: vtrum pro pœna personę, an pro pœna pecuniaria, & quãta, & an pro crimine, & an pro debito, & quanto: an pro castigatione forsan, parentum suorum voluntate præcedente, vel alio modo, & istæ apodissæ omnes registrentur per notarium maleficiorum, quando mandato rectoris, vel iudicis maleficiorum quis poneretur in carcerem, vel quando mandato alterius iudicis, per notarium illius iudicis, cuius mandato positus esset. Qui registratores ipsarum apodissarum copiam in fine cuiuslibet mensis de his, qui illo mense positi essent in carcerem, tradere teneantur dicto thesaurario, vel eius locumtenenti: & nullus de dicto carcere relaxetur, nisi cum mãdato, siue licentia illius, cuius mandato positus esset: de qua licentia relaxationis ipsi custodi, & suo locũtenenti constet per apodissam continentem diem, nomen, & pronomen relaxandi, & per quem relaxari iubetur: quas apodissas custos ip se diligenter conseruet, & faciat conserua

ri: &

ri: & in fine cuiuslibet mensis copiam licentiarum illius mensis thesaurario, vel eius locumtenenti consignet: & sic exprædictarum apodissarum primarũ, & secundarum assignatione thesaurarius poterit esse de carceratis omnibus, & tempore moræ cuiuslibet eorum plenariè informatus, & custos prædictus, siue eius locumtenẽs à quolibet prædictorum carceratorum duos solidos denariorum tantum, secundum formam constitutionis Bonifacianæ, & non vltra recipiat. Et quicquid inde à carceratis, siue alia persona pro eis receperit, in fine cuiuslibet mensis thesaurario pro camera integrè reassignet. Et si aliquis ex dictis carceratis relaxaretur absque licẽtia eius, qui carcerari mandauit, vel ab ipso carcere aufugeret, vel quomodocunq; euaderet, seu recederet aliter, ꝙ præsumeretur absq; custodis, vel sui locumtenentis malitia, vel saltem culpa euenire non posse, teneatur ipse custos ad eandem pœnam, & realem, & personalem: & eandem quantitatem debiti contenti in apodissa assignata, dum carceratus fuerit, nisi forsan ipse custos carceratos huiusmodi postea reassignet, aut ipsius custodis locumtenens, cuius dolo, vel culpa contigissent prædicta, qui locumtenens tũc ad dictas pœnas teneatur, & non custos prædictus. Pro familiaribus vero rectoris, & suorum iudicum, officialium, & pro stipendiarijs Ecclesiæ, & pro baiulis curiæ generalis, si eos carcerari contingeret, nihil recipiat custos, vel eius locumtenens prædictus, vel familiaris ipsorum. Si autem aliquid receperit dictus custos, locumtenens, vel familiaris per se, vel alium quocunque colore, vel velamine à carcerato, vel alio pro eo, vltra formam præsentis constitutionis, & ordinationis quadruplum carcerato restituat, & in vigintiquinque libris vice qualibet puniatur.

SIGISMVNDVS Gonzaga Cardinalis Mantuanus, & Marchiæ Legatus, de custodia carcerum, & custodis mercede posuit infrascriptam constitutionem: quam postea sanctissimus dominus noster Paulus Papa tertius obseruari mãdauit in suo breui, & est talis.

AD comprimendas illicitas, & immoderatas exactiones, quæ in curia generali per Marescallum eiusdem ab his, qui carceran-

tur, fiunt, ꝙ sine graui Dei offensa, & prouincialium prædictorum præiudicio tolerare non valemus, carcerem publicum ad sustentationem pauperum de mandato felicis recordationis Alexandri Sexti in eadem curia inchoatum, & demum de simili mandato felicis recordationis Iulij Secundi, opera nostra cõpletum, per custodem, seu commentariensem de familia Marescalli prædicti cum salario duorum solidorum pro quolibet die à quolibet captiuo pro eius mercede vt idem (Alexander statuit) custodiri, & demum omnes, & singulas tam pro causis ciuilibus, quàm pro criminalibus, de mandato rectoris, thesaurarij, aut cuiuscunque iudicis curiæ prædictę, captos, & carceratos, & in futurum capiendos, & carcerandos in supradicto carcere poni, retineri, & custodiri hac constitutione, & ordinatione valitura perpetuò iubemus: mandantes Marescallo curiæ prædictæ, nunc, & pro tempore existenti, vt omnes, & singulos captiuos præsentes, & futuros, omni exceptione remota, ad dictum carcerem custodiendum ducat, seu consignet, duci, aut consignari faciat: nec ab ipsis carceratis pro carceratura, liberatione, & mora carcerum, seu (vt dicitur) pro ferraturis, & sferraturis quicquam ab eis recipere, & exigere audeat. Si vero aliquem carceratum, vt innocentem, relaxari contigerit, eum, ad cuius instantiam captus extiterit, etiam si fuerit fiscus, ad solutionẽ duorum solidorum prædictorum teneri volumus, & nõ carceratum. Marescallo autem moderno similiter mãdamus, vt captiuos, quos nunc retinet, ad carcerẽ supradictum mittat, & in futurum nullos penes se retineat sub pœna excõmunicationis latæ sententiæ, & amissionis salarij sui, & restitutionis quadrupli eius, quod acceperit. Volumus insuper, ꝙ rector, & iudices prædicti huiusmodi nostram sanctionem à Marescallo inuiolabiliter obseruari faciãt: & in euentum contrauentionis eundem excommunicatum respectiuè declarent: nec eum pro Marescallo recipiant, & tractari ꝑmittant: quinimmo loco sui alium substituant, & Summo Pontifici significent, vt de successore prouidere possit. Prouincialibus vero, vt impunè eidem, tanquam priuato non pareant, iniungimus, & iubemus: irritum

ritum nihilominus, & inane decernentes quicquid per eum postea in contrarium gestum erit.

DE STATVTIS, ET ORDINAmentis terrarum. Cap. XXXVI.

AEGIDIVS Episcopus Sabinensis, Apostolicæ Sedis Legatus, & cætera. Potestate permissa nõ immerito quilibet prohibetur abuti,[a] legum latores priuilegia decreuere amittere eum, qui permissa sibi abutitur potestate. Cumq; communitates, & officiales terrarum quibus est de iure, vel priuilegio statutorum, seu municipaliũ legum attributa potestas, suis finibus non contenti, sed potius transgredientes terminos, quos posuerunt patres sui: plærunque etiam prorumpant, & prorumpere satagant ad edendum de facto statuta,[b] ordinamenta, seu municipales leges iniquas contra honorem sanctę matris Ecclesiæ, quæ eorũ domina est, & cõtra statum prouinciæ, & ipsorum cõdentium præiudicium, & iacturam. Et ad obuiandum eorũ perniciosis ausibus plurimas esse editas constitutiones inuenimus, quas infra per ordinem referemus: tamen, vt ipsæ cõstitutiones salubriter editę præualeant, omnia statuta contra ipsas, & contra quascunque personas alias, constitutiones generales insertas in præsenti volumine editas, & & edendas catiamus, irritamus, & viribus vacuamus, & nullius esse etiam momenti: statuentes, ꝙ nulla communitas, aut vniuersitas alicuius ciuitatis, & communantiæ, castri, seu villæ, audeat, vel pręsumat de cætero condere, aut iam facta retinere, vel facta, aut fienda seruare aliqua statuta, ordinamenta, & constitutiones, decreta, aut municipales leges, seu alio quocunque nomine nuncupentur, nisi sint illa prius visa, cognita, & inspecta, & expresè, ac singulariter approbata per rectorem prouinciæ, vel suos iudices, quibus ipse duxerit committenda, de qua approbatione cõstet per publicum instrumentum, communitates, siue vniuersitates contrafacientes in duobus millibus florenorum auri vice qualibet Cameræ condemnentur. Officiales vero ea autorantes, seu cõsentientes eisdem, tertia parte dictarum pœnarum in quolibet dictorum casuum puniantur & ipsa statuta, & ordinamenta, & quicquid gestum, & actum fuerit prætextu statutorum, seu ordinamentorum, decretorum, & legum municipalium huiusmodi non approbatarum non valeant: & ipso iure sint nulla, & ne videatur hoc cedere in grauamen, & inconueniens dictarum communitatum, statuimus quòd pro inspectione, & correctione, & approbatione dictorum statutorum, ordinamentorum, decretorum, & legum huiusmodi nullus iudex, aut notarius, siue rector, aliquid possit recipere: & approbatio semel facta sufficiat, & duret, donec ipsa statuta fuerint renouata. Constituimus insuper, & ordinamus, ꝙ statuta quarumcunque terrarum, aut ciuitatum, vel locorum, collegiorum, vel vniuersitatum, episcoporum, vel aliorum prælatorum, aut officialium edita, vel edenda, quæ essent contra libertatem ecclesiasticam, vel contra constitutiones generales nostras, seu prouinciæ, vel earum tenorem, vel contra iurisdictionem, seu honorem Romanę Ecclesiæ, vel rectoris, vel suorum officialium, aut eorum curiæ, vel contra curiales curiæ generalis non valeant, sed sint nulla: & ipso iure ipsa ex nunc reprobamus, cassamus, & viribus omnibus vacuamus. Extirpandum etiam duximus reprobæ consuetudinis vitium dictarum prouinciarum, quod (sicut veridica relatione percepimus) inualuit: quod in multis ciuitatibus, communantijs, castris, & aljs vniuersitatibus, potestates, capitanei, & alij officiales, & rectores quicunque, potestarias, capitaneantias, rectorias, & officia huiusmodi, nisi primo iuramento firmauerint se esse de parte guelfa,[c] vel gibellina, alba, vel nigra: & nisi se seruaturos statuta ipsorum locorum clausa iurauerint, nullatenus admittantur. In quorum statutis, & consuetudinibus supradictis, vt plurimum nonnulla reperiuntur illicita impossibilia, &, contra libertatem Ecclesiæ edita: & interdum partialitatis, & diuisionis occasionem præstãtia, & fomentum. Næ igitur sub talis iureiurandi specie, & genere verborum sic iurantibus peccandi occasio prębeatur (cum iuramentum non fuerit, vt esset iniquitatis vinculum, in

stitutum) hac præsenti constitutione imperpetuum valitura, prædictorum iuramentorum modos,& cõsuetudines reprobantes, omnia,& singula statuta, & ordinamenta, & leges municipales quaslibet cuiuscunq; ciuitatis,communantiæ, vel alterius iurisdictionis habentis continentium, ꝙ prædicta,& alia,vel similia iuramenta, seu promissiones per eorũ potestates,capitaneos, & officiales quoscunque præstari debeant, vel fieri quocunque modo, cassamus, seu cassa,& irrita nunciamus: & si præstita, vel facta fuerint forsitan ad obseruationem dictorum iuramentorum, seu promissionum tanquam reprobatorum à iure, declaramus tales sic iurantes, & promittentes aliquatenus non teneri: teneantur tamen rectores,& officiales præfati in principio suo rum officiorum, & regiminum iuramenta præstare, ꝙ fideles, & deuoti Romanæ Ecclesiæ existent: & ꝙ omnes constitutiones generales firmiter obseruabunt,& contra eas non facient,nec fieri cõsentient quo quomodo, & ꝙ omnia statuta, & ordinamenta approbata per rectorẽ obseruabũt, quæ iusta,& ęqua fuerint,& non obuiantia libertati ecclesiasticæ, qui vero in prædictis,vel aliquo prædictorum inuentus fuerit culpabilis, vel delinquens tam in recipiendo,quàm præstando, vel præstari faciendo iuramentum, & promissionem huiusmodi,seu etiam statuta talia, uel ordinamenta condenda,seu iam edita,& condita retinendo, si sit communitas, & vniuersitas, vel quæuis alia singularis persona, in centum florenis auri puniatur, & talia statuta, & ordinamenta sint nulla ipso iure: & ijsdem pœnis subiaceant quicunque au si fuerint pœnam pecuniariam imponere contra delinquentes, vel alio quæsito colore in fraudem iurisdictionis, vel constitutionum curiæ, per quam curiæ generali in aliquo derogetur: similibus etiam pœnis puniantur consiliarij, priores, seu antiani, communia quarumlibet ciuitatum, communantiarum, seu locorum, quæ statuta, seu reformationes faciant, seu fieri permittant, seu iam facta habeant seu obseruent, quæ in fauorem, vel odium alicuius partialitatis, vel specialis personæ loquerentur, seu faciant quoquomodo: sed potius faciant de capitulatibus aboleri: & ad ipsorum obseruationem volumus aliquem non teneri. Nos autem auctoritate præsentium constitutionum ipsa statuta, & reformationes cassamus,& irritamus, & cassa, & irrita nunciamus. Et nihilominus officiales, consiliarij, priores, antiani contrafacientes, vel fieri facientes excommunicationis, communia vero interdicti incurrant sententiam ipso facto. Inuenimus quoque bonæ memoriæ dominum Bertrandum Episcopum Sabinẽsem dum erat Archiepiscopus Ebredinensis, & reformationis officio in prouincijs,& terris Ecclesiæ fungebatur, edidisse vtiliter constitutiones quatuor infrascriptas, quarũ vnius tenor talis est.

ITEM, quia quædam vniuersitates, quæ suis non contentæ iuribus insidiantur, & inhiant alienis: & dum superiorum iura apertè nequeunt vsurpare,vias indirectas, & insidiosas quærunt,& inueniũt: per quas fraudes & legi, & homini faciẽtes, fraudis suæ optatum consequuntur effectum: appellationes[d] ad Romanam, vel maiorem prouinciæ curiã emissas, vel ab oppressis, (si esset eis libertas) emittendas,per indirectum impediunt,exgrauatores, vel syndicos,seu quosuis alios officiales ad cognoscendũ,vel quomodolibet se interponendum de huiusmodi grauaminibus, vel latis sententijs faciendo: vel à cõdemnationibus appellantes, vel appellare (si auderent) volentes,concordare cum parte, vel compromittere compellendo. Nos talibus, & tam pernicios, & infidelitatibus proximis auxilijs salubriter occurrere cupientes,eadem auctoritate statuimus,& ordinamus,ꝙ in ciuitatibus,castris,terris alijs, in quibus appellationes ad Ecclesiam Romanam pertinere noscuntur, & de quibus per appellationem causa, & examen maioris curiæ deuoluuntur, ex nunc inantea nõ sint,nec facti remaneant,nec in futurum ordinentur,seu constituantur aliqui exgrauatores,syndici,arbitri, seu quiuis alij officiales, qui directè, vel indirectè de causis, in quibus ad Sedem Apostolicam,vel ad maiorem curiam fuerit appellatum,vel poterit appellari,cognoscere: nec decidere debeant, seu valeant,nec aliquo modo per viam concordiæ, vel aliter se intromittere eisdem: nec constitutiones fiant,nec de facto

cto attentatæ seruentur super dando, vel stando consilio sapientis, neq; aliqui officiales similia huiusmodi in se recipere,vel recepta exercere præsumant: nec aliqua executio contra aliquem fiat ante sententiam,quę in rem iudicatam transiuerit: nec etiam aliqui appellantes de & super causis,de quibus appellauerint, vel appellare potuerint,vel voluerint in quosuis cõpromittere, vel ante sententiam depositum facere compellantur. Vt autem prædicta plenius,& fidelius obseruentur statuta, vel ordinamenta aduersus prædicta directè, vel indirectè edita,& in posterum fortè edenda cassamus, & irritamus,& cassa, & irrita nuncupamus: volentes, & mandantes omnia statuta super præfatis,vel aliquo prædictorum edita de libris statutorum efficaciter cancellari. Quòd si contra constitutionem præsentem quicquam directè, vel indirectè fuerit attentatum,officiales prædictos creatos,vel creãdos vltra decem dies à tempore publicationis præsentium statutorum officium retinendo,vel officia huiusmodi exercendo,vel aliquid de stando cõsilio sapientis, vel ad depositum ante sententiam faciendam quomodolibet appellando,statuta circa præmissa, vel similia in posterum faciendo, seu facta seruando, & non infra mensem cassando,& appellantes ad curiam Romanam, seu maiorem prouinciæ impediendo directè,vel indirectè, vel per obliquum appellãtes prosequi pro suo libito voluntatis, singulares personæ excommunicationis sentẽtiam,& pœnam mille florenorum auri cameræ Papæ applicandam incurrant ex transgressione huiusmodi ipso facto. Vniuersitas vero, quæ in præfatis culpabilis fuerit, seu aliquo præmissorum ecclesiastico subiaceat interdicto ipso facto, & nihilominus priuata sit potestarijs, & omnibus priuilegijs, & immunitatibus, ac libertatibus, quæ dignoscuntur à Romana Ecclesia,& alijs obtinere. Et quia propter malitias vniuersitatum, & aliquorum tyrannizantium in eisdẽ non possent commodè prædicta exequi, & secundum scriptam iuris rationem probari decernimus, & declaramus, ꝙ in hoc casu ad plenam probationem sufficiant: & per iudicem recipi debeant fama publica: & delatum à iudice appellante, & appellare

d

e

volente,& ab eo pręstitum iuramentum.[e]

ITEM, cum quædã vniuersitates,& communitates ciuitatum,castrorum,& aliarum terrarum, aut propter eorum corrupta regimina,aut propter aliquos in eis rapacem tirannidem exercẽtes, à constitutionibus, quas sui prædecessores fecerãt & tenaciter obseruauerant,recedentes: & à terminis, quos parentes eorum posuerant, temerè deuiantes,non vocato speciali,& generali consilio(prout fuerat cõsuetum)collectas, & præstantias intolerabiles pro arbitrio,& voluntate aliquorum paucorũ, & hoc non communitatis, sed aliquorum maiorum, seu tyrannorum iudicio electorum,non attentis causa, & honore impositis, sed pro voluntate maiorum,vel tyrannorum imponunt, ex quibus multi non volentes talia onera sustinere,cum sua familia mendicando exulare coguntur: & status prouinciæ debilitatur, & in terris ex inæquali, & importabili distributione onerum multa plærunque scandala generantur. Nos præfatis stipendijs,& scandalis(prout est possibile) occurrere cupientes,auctoritate prædicta statuimus, & ordinamus, ꝙ abinde in antea quandocunque in aliqua ciuitate, vel terra,seu comitatu aliqua tallea,collecta, vel præstantia ex quacunque ratione, occasione,vel causa fuerit imponenda, vocetur consilium terræ speciale,vel generale secũdum terrarum statuta, prout à viginti quinque annis vltra fuerat consuetum. In quo consilio onus,seu negocium, quod eminet,& vtrum etiam illud onus, seu negocium prosequi, vel executioni mandari expediat: & quanta pecunia ad illius expeditionem,seu executionem sufficiat, exponatur, & si habito diligẽti tractatu duæ partes illorum, qui secundum prædicta statuta antiqua ad consilium vocabuntur, consenserint,consensu eorum cognito,& præstito iuramento ad bussulas,& palluttas, ꝙ collectæ, vel præstãtiæ vsq; ad talem quantitatem indici expediat,& imponi debeat. Et tunc vsq; ad illam quantitatẽ tantum,& non vltra, collectæ, vel præstantiæ indici valeant,& imponi pro quãtitate fructuum, quos quisque perceperit vndecunque, fumantiæ vero,census,vel affictus, officialiũ quorumcunque salaria, per focularia, & non pro libra,seu æstimo exigantur:nec ali

quibus de terris ipsis, vel alijs cuiuscunq; status, & conditionis existat, ab vniuersitate, vel consilio terræ cuiuscunque prædictarum collectarum, vel præstantiarum, ordinatio, deliberatio, indiciũ, impositio, seu distributio, vel arbitrium deliberandi ordinandi, imponendi, indicendi collectas, vel præstantias hmõi dari seu concedi aliquatenus valeat, vel committi, & si contra præsentes constitutiones, vel ipsarum effectum in aliquibus ciuitatib⁹, vel terris alijs aliqua statuta, à vigintiquinq; annis citra, sunt facta, vel fieri forsitan contingat, in futurum illa tanquam pernicioſa, præiudicialia, & dãnoſa cassamus, & irritamus, & nullius esse volumus, & decernimus firmitatis: volentes ea sub pœnis intercluſa, infra mensem de libris statutorum efficaciter tolli, & cassari: & nullo tempore ea, vel similia statui, nec in libris redigi statutorũ, & nihilominus si contra præsentes cõstitutiones, vel alium modum, vel ordinem, quàm superius est expressum, in aliquibus ciuitatibus, vel terris collectæ, seu prestantiæ de facto impositæ fuerint, uel indictæ, vel arbitrium super huiusmodi collectarũ, vel præstantiarum deliberatione, ordinatione, seu impositione aliquibus singularibus conceſſum fuerit, vel cõpellẽdo omnes consulentes, & arringãtes, & scribentes, ꝙ prædictum arbitrium aliquibus personis singularibus, vel singulari consilio hmõi committatur, ac ipsum arbitrium subscribentes, ac impedientes, quominus secũdum morem antiquum (vt præmittitur) collectæ, & præstantiç huiusmodi imponantur, aut arringari super hoc prohibentes, excommunicationis sententiã, & pœnam quingentorum florenorum auri Camere Romanæ Ecclesiæ applicandorum pro quolibet ipſofacto incurrant, & nihilominus si in indicendis, & imponendis collectis, vel prestantijs præsens constitutio veraciter non fuerit obſeruata, impoſitio, & indictio non valeat: nec aliquis ad ſoluendas huiusmodi talleas teneatur, & facientes præstantias, vel quascunque alias contra Eccleſiam Romanam in eius preiuditium indicendas, excommunicationis incurrant sententiam ipſofacto: & in tantam quantitatem, quantam imponent, ſoluendam Cameræ Romanæ Eccleſiæ pro trãſgreſſione huiusmodi teneantur: alterius vero tertiæ ex dictis constitutionibus dicti domini Bertrandi tenor talis eſt.

GLO. CAP. XXXVI.

a ABVTI] concordat. c. fruſtra, de vſur. & abuti eſt malè & perperam vti. l. plenum. §. 1. ff. de vſu & hab. & abuſus dicitur malus vſus atq; illicitus, Arch. c. quamuis, de off. del. li. 6. Vnde qui abutitur poteſtate ſibi conceſſa, vel perperam priuilegijs vtitur, illis merito priuãdus eſt. Cicero pro Roſc. Amer. Quid eſt aliud, iudicibus, & legibus, ac maieſtate veſtra abuti ad quæſtum atque ad libidinem?

SVMMARIVM.

1 *Condere Statuta eſt iuriſdictionis.*
2 *Poſſunt condi à populo ſubdito.*
3 *Fiunt vt illorum metu humana coerceatur audacia.*
4 *Quid ſit diſponere cõtra libertatem eccleſiaſticam.*
5 *Statuta debent confirmari à Superiore.*
6 *Proteſtatio non releuat ſtatuentes contra pœnam auth. caſſa.*
7 *Valet Statutum contra eccleſiam in quærendis.*
8 *Non procedit qnando agitur de peccato.*
9 *Omnis anima Papæ eſt ſubiecta.*
10 *Statuta vel leges iuri diuino obuiantes non mœrentur leges appellari.*

b STATVTA] condere † eſt iuriſdictionis, 1 Scrib. in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. glo. in l. 1. ff. de iuriſd. om. iud. Inno. in c. cum acceſſiſſent, de conſt. Alex. conſi. 123. lib. 4. Cephal. conſi. 37. vbi in terminis huius conſtit. vtiliter loquitur. & vult Bald. in l. nulli. q. 3. C. de ſent. & interl. om. iud. ꝙ ſit meri imperij. Statuta fieri debent conuocato populo ad conſilium ſono campanæ, & facta propoſitione, & obtenta per duas partes, vel ſaltem per maiorem partem, vt lex municipalis ſuper hoc expoſtulat, Bar. in d. l. omnes populi. 2. q. prin. in prin. Not. ꝙ ſtatutum † 2 fieri poteſt à populo ſubdito Eccleſiæ Romanæ etiam quoad temporalem iuriſdictionem ſecundum Abb. in c. ꝙ clericus, col. pen. de for. comp. per. c. veniens, de iureiur. Et quoniam leges non poſſunt omnes caſus comprehendere. l. non poſſunt. ff. de legib. & quia vnaqueque prouincia, immo villa ſuo ſenſu abundat, ſtatuta condi ceperunt, vt ſubditorum labores alleuiarent. Fiunt 3 † igitur, vt illorum metu, humana coerceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio nocendi facultas refrenetur. c. factæ. 4. diſtinct. dicit Philoſoph. primo polit, ſicut homo ſi eſt virtutibus præditus eſt optimum animalium, ita

ita ſi ſit ſeparatus à lege & iuſtitia eſt peſsimum omniũ, vnde neceſſe fuit ad pacẽ hominũ & virtutem acqrẽdam, & humanæ leges inſtituerentur, quia dicit Philoſ. primo rethor. melius eſt omnia lege ordinari, quàm dimitti arbitrio iudicum, & multa non iniocunda (ſi non graueris) circa leges condendas vide apud Rebuf. in proœ. conſt. reg. tom. 1. & moraliter Mar. Salamo. in d. l. omnes populi. Conſtitutio ſtatuta contra honorem eccleſiæ damnatur, idem credo, ac ſi dixiſſet contra libertatem eccleſiaſticam, quod tunc eſt, 4 quando † diſponit contra ea, quæ ſunt conceſſa de iure cõmuni vel in priuilegium eccleſijs, vel eccleſiaſticis perſonis, auth. caſſa, cum ibi no. C. de ſacroſ. eccle. Alex. conſi. 18. col. 1. lib. 6. c. cum terra, de elect. Alex. conſi. 17. nu. 15. lib. 4. conſi. 109. nu. 14. lib. 2. Vnde ſaluberrima fuit conſtitutio, vt ſtatuta condita, priuſquam effectum habeant, confirmẽtur à ſuperiore, qui animaduertere poſsit inconuenientia hic relata, ſi immineant 5 in dictis ſtatutis. Et de iure † videbatur neceſſaria huiuſmodi confirmatio facienda à ſuperiore. l. ſi quod extraordinarium, vti Bar. C. de legat. li. 10. c. cum omnes, & ibi doct. de conſt. Alex. cõſi. 116. lib. 6. nu. 1. & dicit Paul. de Caſtr. in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. ꝙ ſuperior approbãs aliqua ſtatuta, videtur alia inualida confirmare, ſi ſciebat, quòd eſſent inualida alias non, allegat tex. in arg. in l. ſiquis ita. §. pen. ff. de teſta. tut. & illum ſequitur Alex. conſi. 18. nu. 9. lib. 6. Et debet omni conatu ſuperior ſingula ſtatuta diligenter inſpicere ante confirmationem. l. Iulianus, vbi Bald. per illum tex. ff. de mil. teſt. Et ſi aliquando con- 6 tingeret † quòd ſtatuentes proteſtarentur, & talis proteſtatio eſſet inſerta in volumine ſtatutorũ, ꝙ ſi quod eſſet ſtatutum contra libertatem eccleſiaſticam, ꝙ ex nunc prout ex tunc caſſant, & pro caſſo & abolito haberi volunt, attamen ſi legeretur aliquod ſtatutum, quod in veritate eſſet cõtra libertatem eccleſiaſticam, non ſufficeret illa verbalis caſſatio, nec per hoc euitarent pœnam ſtatuentes, quia auth. caſſa expreſsè vult, ꝙ de facto abradantur de volumine ſtatutorum, ita not. ibi Bar. c. nouerint, de ſent. excom. Alexan. conſi. 164. nu. 7. lib. 7. Illud tamen certò ſcias, ꝙ valet 7 † ſtatutum laycorum in præiudicium eccleſiæ, quando tractatur de iure quærendo, Bart. in l. reſcripto. §. fin. ff. de mun. & hon. Dec. conſi. 269. colum. 3. verſi. & hoc eſt præſertim dicendum, 8 Aym. conſi. 251. nu. 2. Verum † vbi agitur de peccato, ſeu vertitur periculum animæ, ſtamus iuri canonico, etiam in foro ſeculari, & tunc ſtatutum cedit canoni. c. fi. de præſcrip. Bart. & alij in l. priuilegia. C. de ſacroſ. eccle. Alexan. conſi. 59. nu. 10. lib. 1. Immo quando reſultaret ex eo manifeſta iniquitas, vel euidens læſio partis illi ſtari non debet, ſed per eccleſiaſticum debet etiam in foro ciuili emendari, glo. & Arch. in c. iudicibus. 2. q. 6. Bal. in l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. 9 ratio eſt, quia † omnis anima eſt Papæ ſubiecta. c. nouit, de iud. nec in hoc leges dedignantur ſacros canones imitari. c. clerici, de iud. c. fin. de ſecund. nupt. & tunc poteſt iudex ſecularis cõpelli vt ſacros canones ſeruet. c. licet mulieres, de iureiur. lib. 6. licet hodie luna ſit ſupra ſolem, quod valde turbat & aſtrologos & penè omnes. Nec 10 leges † iuri diuino obuiantes, leges appellari poſſunt, ſed peſtes, Abb. in c. ad noſtram de iureiur. Rebuf. in proœ. conſt. glo. 5. num. 120. cum ſeq. Et obſerua in pratica, ꝙ ſi allegas ſtatutum alterius territorij, debes illud exhibere, Card. conſi. 72. col. 5. vbi loquitur, in ſtatuto prohibente appellationem non recipi, dicens illud debere produci, quando eſt alterius fori, refert & ſequitur Rot. Pedem. deciſ. 141. nu. 13. Sed vltra progreſſi ſumus, quàm locus iſte expoſtulet, cum materia ipſa non ſit præſentis ſpeculationis, nos aliqua commentati ſumus in d. l. omnes populi, vbi conati ſumus omnia breui ad praxim deducere, quæ ſcribunt Bal. & Alb. in tract. ſtatutorum.

c GVELFA] Hæ partialitates ceperunt tempore Federici Enobarbi, Bart. in tract. de guelf. Abb. in c. piſanis, col. 5. de reſt. ſpol. Archiepiſ. Florent. in tertia part. tit. 19. c. 6. §. 1. Alb. in diction. verb. Guelf. Neuiz. in ſyl. nupt. lib. 4. nu. 167. cum ſeq. vide tamen Alcia. lib. 5. parerg. iu. c. 12.

d APPELLATIONES] Illud certum eſt, cum de iure vel priuilegio ſit permiſſum populis ſtatuta condere (vt mox diximus) poterunt etiam ſtatuendo appellationem tollere. c. paſtoralis, de appel. c. ſuper quæſtionum. §. ſi vero. ff. de off. deleg. l. 1. §. interdum. ff. à quibus appel. lic. Dida. prat. quæſt. c. 23. nu. 6. Attamen quoniam ex hoc multa incommoda litigantibus ſequebantur hic relata, placuit ob bonum publicum tollere huiuſmodi ſtatuta appellationem impedientia, & hoc rationi congruum videbatur, quia appellatio ſpecies defenſionis eſt. c. omnis oppreſſus. 2. q. 6. c. ſugeſtum, de appell.

e IVRAMENTVM] quod perhoreſcentiæ appellari poteſt, quod paſsim præſtatur quando cauſa aliqua euocanda eſt à iudice inferiore. c. ſtatutum. §. cum vero, de reſcrip. lib. 6. nec auditur pars, ſi velit probare contrarium, Rot. deciſ. 42. ſi impetratur, in no. & deciſ. 79. ꝙ not. ꝙ vbi quis impetrat, in antiq. latè Rebuf. in tract. de euoca. tom. 1. ſtatil. de lit. iuſt. de quo meminit Carauita ſuper ritu. 227. Vica. not. 2.

DE GABELLIS, ET DATIuis. Cap. XXXVII.

ITEM quia postquã in prouincijs inualuere tyranni, vel propter partialitatem terrarum regimina fuere occupata, in ciuitatibus, & terris diuersæ, importunæ, & quasi importabiles indictæ, & violenter
a vsurpatæ fuerunt datiuæ, & gabellæ:[a] ex quibus subditi in detrimentum Reipublicæ (cuius interest locupletes habere subiectos) depauperantur: & ex pecunia inde redacta, datur occasio multa illicita committendi. Nos enim huic morbo volentes possibilem adhibere medelam, statuimus eadem auctoritate, & ordinamus, ꝙ omnes gabellæ, & datiuæ à vigintiquinq; annis citra indictæ (nisi ciuitatũ, & aliarum terrarum communicato generali consilio, & habito consilio maioris partis, & consensu ad bussulas, & palluttas, vt supra in constitutione proxima expressum est, huiusmodi gabellæ, & datiuæ sint indictæ, & ex nunc in antea indicendæ) cassari debeant: nec aliquis cuiuscunq; conditionis existat, exigat per se, vel alios datiuas, & gabellas huiusmodi, & statuta, & ordinamenta, & reformationes super hoc aliter (quàm supra præmittitur) factas cassamus, & irritamus, & viribus vacuamus. Prohibentes insuper, ꝙ in futurũ (præter formam prædictã) datiuæ, & gabellæ: nõ indicãtur, nec statuta, & ordinamẽta, vel reformationes super hoc attentẽtur, gabellas, & datiuas, nisi cõi (vt præfertur) cõsensu indictas exigentes, & de nouo indicendas, & prędictis consentientes, ac tales datiuas, & gabellas nõ inuiti soluentes, pœnis constitutione supra proxima contentis, quas ipso facto incurrant, ꝙ transgressione hmõi puniantur. Alterius autẽ quartæ ex dictis cõstitutionibus eiusdem domini Bertrandi tenor talis.

ITEM quia Reipublicæ interest locuple
b tes habere subiectos,[b] &, sicut rationi congruit, vt quod omnes tangit, ab omnibus
c approbetur,[c] ac à rõne, & æquitate multũ oberrat, ꝙ alij colligentes, quę non messuerunt, de bonis esurientium sine eorum conscientia saturentur: quod tamen euenire contingit, quando bona vniuersitatum, vel etiam singularum personarum, quæ ex collectis, præstantijs, gabellis, & datijs, & alijs obuentionibus colliguntur directè, vel indirectè veniunt ad alios, qui tanquam tauri inter vaccas, ex prærogatiua potentiæ, vel impressione tyrannidis existentes, bona huiusmodi suis vsibus vendicant, applicant, & vsurpant. Nos contra tales inconuenientias, & insolentias (quantum nobis est possibile) prouidere volentes, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, ꝙ nulli cuiuscunque conditionis existant, bona aliqua mobilia, vel immobilia, vel pecunias, quæ ex datijs, collectis, præstantijs, vel gabellis, seu quibusuis alijs obuentionibus, introitibus vniuersitatum, vel communitatum quarumcunque habebuntur, recipientur, vel quomodolibet redigentur, accipere per se, vel alios directè, vel in directè valeant, vel suis vsibus quomodolibet applicare, nisi à tota cõmunitate, vel vniuersitate, nõ tantum per modum consilij specialis, vel generalis, sed etiã per modum parlamenti generalis talibus concessum fuerit, ꝙ bona, vel pecunias huiusmodi possent suis vsibus applicari. Alioquin accipientes, vel sibi appropriantes prædicta bona contra huiusmodi constitutionis formam, continentiam, seu tenorem, vltra prædictam excommunicationis pœnam, eo ipso perdant omnia bona sua fisco Romanæ Ecclesiæ applicanda, & consentientes, & dantes huiusmodi occupationem, operam, opem, consilium, vel fauorem, vltra prædictam pœnam excommunicationis ipso facto quingentis florenis auri applicandis præfatæ Ecclesiæ, feriantur. Huic constitutioni adijcimus, ꝙ nulli, qui aliquã præeminentiam, potentiã, vel tyrannidem obtinuerint in aliqua terra, vel communitate, vel adiutor, seu fautor talis obtinentis fuerit, ꝙficiat, vel valeat aliqua quietatio,
d remissio, vel pactum, vel liberatio[d] facta in præteritum, vel fienda in futurum tempore tyrannidis, potentiæ, seu præeminẽtiæ, aut post de his, quæ percepisset, vel administrasset de pecunia, siue bonis illius communitatis, vel hominum ipsius: sed tales quietationes, liberationes, remissiones, & pacta, tanquam ambitiosa, & fraudulenta, & contra vtilitatem publicam decernimus non valere: & eis nõ obstantibus, talia per

cepta

cepta restituere, & administrationis rationem integram cum reliquorum restitutione in duplum reddere teneantur. Præsenti quoque constitutione decernimus omnes ecclesias, & personas ecclesiasticas cũ suis iuribus debita immunitate gaudere: nec aliquibus malitijs conteri, sed potius in omnibus priuilegijs, & libertatibus, & iuribus, & spiritualibus priuilegijs sibi, & eorum bonis indultis defensari, liberosq; manere ab omnibus angarijs, & quibuscunq; indebitis exactionibus, & grauaminibus, per quæ suæ possit quietis debitum quomodolibet impediri. Constitutiones, capitula, statuta, ordinamenta, seu reformationes cosiliorum, quæ in ciuitatibus, castris, seu communitatibus contra libertatem ecclesiæ, vel etiam contra iurisdictionem, & honorem Romanæ Ecclesiæ, siue cõtra nostras constitutiones sub quacunq; verborum forma facta, vel in posterum facienda: & omnes processus ipsorum occasione directè, vel indirectè habitos, vel habendos cassamus, & irritamus, cassos, & irritos nunciantes: nec eorum aliquis obseruare teneatur prætextu cuiuscunque promissionis obligationis, seu pœnæ impositionis, ad cuius obseruationem volumus quomodolibet non teneri. Præcipientes insuper, ꝙ iam facta de statutis, & capitulis statutorum, & reformationum extrahantur, seu deleantur hinc ad vnum mensem à tempore promulgationis præsentis constitutionis computando, nec vlterius reponantur, vel obseruentur aliquatenus. Qui vero contrafecerit, vel huic cõstitutioni cõtrauenerit (præter pœnas contra tales iure scriptas) si ciuitas, aut alia terra vel cõmunitas in mille: vel comes, vel alius dominus temporalem iurisdictionem habens, in quingentis florenis auri puniatur. Sententias vero latas seu processus quoscunq; factos, & qui fierent in futurum prætextu dictarum cõstitututionum, seu statutorum, vel etiam ordinamentorũ ex nunc cassos, & irritos nunciamus. Illud autem decernimus, ꝙ si fortè aliquis occasione prædicta
e pœnam soluerit, vel damnum, seu iniuriam passus fuerit, supradicti potestas, officialis, rectores, & vniuersitas, comes, vel alius dominus, eorum quilibet teneatur eidem damnum, vel iniuriam passo integrè resarcire. Si vero potestas, rector, vel quicunq; alius officialis nolens prædicta statuta, constitutiones, ordinamenta reformationes, & prohibita obseruare, officium sibi commissum occasione prædicta dimitteret, vel repelleretur ab eo, vniuersitas, seu communitas integrum salarium pro toto tempore eidem soluere teneatur, ac si officium ipsum compleuisset. Præmissas quoq; pœnas extendi volumus ad ciuitates, & singulares personas, quæ prætextu aliquorum, priuilegiorũ, quæ à Sede Apostolica, vel aliter asserunt se habere, aliqua (vltra ipsorum priuilegiorum tenorem) statuerunt, & ordinauerunt in ecclesiarum, & eccl. rerum, atq; Ro. Eccl. prejudicium, vel grauamen. Gabriel Card. Senen. & Marchiæ Legatus in materia gabellarum posuit infra scriptas binas constitutiõnes, videlicet: Item quia priuilegia eccl. iure diuino, & humano concessa sacrilegiũ est infringere: cum etiam Farao, qui legis diuinæ notitiam non habebat, clerum à sæcularibus oneribus voluit esse exemptum, statuimus vt quæcunq; ciuitas, quæ clericum coegerit ad gabellam, datium, siue pedagium de rebus proprijs, vel eccl. vel quas pro vsu proprio, non causa mercimonij emit, centum dominus, vicarius ducentorum flor. auri, gabellarius autem, vel portunarius, vel alia singularis persona id exigens, decem flor. pœnas incurrant ipso facto: clericus autem in his fraudem committens, perdat rem, & totidem soluat. Item imponentes nouas gabellas, pedagia, seu vectigalia, vel ea, aut eas exigentes non solitas, aut solita exigi ante sanctæ mem. Greg. XI. si fuerit vicarius ciuitatis, castri, terræ, seu loci pro Eccl. Ro. in mille: si vero ciuitas, in quingentis: si vero inferior communitas, aut collegium, vel vniuersitas, vel singularis persona, in ducentis florenis auri ipso facto se nouerit incurrisse. Vlterius nos R. Pius ad lites dirimẽdas statuimus, ꝙ quotiescunq; contigerit dubitari in quo loco debeant solui datia, & collectæ pro bonis immobi-
e libus, vel fieri alias solutiones[e] ratione bonorum immobilium, ꝙ præfatæ solutiones fiant terris, ciuitatibus, castris, villis, & locis, in quorum confinibus territorijs, seu pertinentijs bona illa situata sunt, & non alibi, nec alio modo.

GLO. CAP. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Collectam imponere est de regalibus, & iurisdictionis.*
2 *Collecta est indicenda secundum æs & libram.*
3 *Hoc munus consideratur tribus modis.*
4 *Fiscus constat canone, indictione, & oblatione.*

a 1 GABELLAE] Collectas imponere † est de regalibus Abb. cons. 13. col. 2. versi. & hanc sententiam, lib. 2. & est iurisdictionis, propterea cu populus posit statuta cõdere eo modo quo dictum supra in præced. c. poterit & collectas imponere secundum ordinem hic descriptum, Collecta naturaliter est onus rerum, formaliter onus personarum Bal. in l. propter. C. qui bon. ced. poss. refert & sequitur Aufr. in add. ad q. 28. Capel. Tholos. & clarius, q. 134. Aret. Ias. in §. fin. inst. de act. Bru. cõs. 90. Rub. consi. 9. col. pen. Rot. Ped. decis. 95. nu. 2 46. Et collecta † est indicenda secundum æs & libram, Bar. in l. 1. col. 4. C. de mul. & in quo lo. li. 10. Bal. in l. etiam, col. pen. C. de execut. rei iud. Bar. in l. 4. §. 1. vbi Alex. Ias. & Rip. ff. de re iud. Dec. consi. 335. Aym. consi. 195. nu. 1. & ad hoc vt libra sit iusta solet æstimum bonorum fieri, cuius formam refert Neuiz. cons. 67. & huiusmodi æstimatio fit inspecto rei reditu & fructu, non autem rei valore à qbus fructibus regulatur collecta. l. si pendentes. §. siquid cloacarij. ff. de vsuf. Curt. Iun. consi. 82. nu. 1. & 5. Neuiz. cõsi. 66. nu. 47. Bona igitur fuit hæc prouisio (q cũ collectãdi facultas sit iurisdictionis) hoc fiat formiter ad formam statutorum (vt proximè diximus) & non sit in arbitrio Magnatum & paucorum tirãnidem exercere, infirmos supprimere atq; deglu 3 tire. Et hoc † munus tribuendi tripliciter consideratur, aliquando imponitur personæ nulla facultatum ratione habita, & appellatur capitatio, quandoq; secundum fortunam soluentis imponi tur, vt quam collectam dicimus, aliquando nullo personæ respectu rei ipsi incumbunt, vt tributum & census, subituq; vel in ipsa re, vt cum hospitem recipimus, vel ex re, vt cum certam partem fructuum pendimus, vel propter rem vt si pecuniam pro censu præstamus, ita considerat eruditissimus Alciat. in l. munus trib. ff. de verb. 2 sign. glo. 2. Et fiscus † constat canone, indictione, & oblatione. Canon ordinarios Principum reditus significat, vt portoria, & eiusmodi quæ in vrbium exitu vel ingressu soluuntur, Oblatio nomen sumpsit, q à popularibus dari oblatum Principi id munus sit, eo continetur octaua vel vigesima, vel quicquid ex rebus promercalibus solet pendi. Indictio est, quod Principis edicto subditis indicitur, quod vt plurimum certam quantitatem non complectitur, Alcia. ex Pædiano in l. inter publica, gl. pen. ff. de verb. sign. & ad materiam vide Nicolaum Mutin. in tract. de æstimo & collec. Et not. q collectarum impositio habet executionem paratam, Aym. consi. 111. col. 2. Rolan. à Valle consi. 32. nu. 5. lib. 1. Rot. Pedem. decis. 86.

b SVBIECTOS] sic aliquando lusit Alcia. in libello emblem.
Exprimit humentes, quas iam madefecerat ante
Spongiolas, cupidi Principis arcta manus.
Prouehit ad summũ fures: quos deinde coercet,
Vertat vt in fiscum, quæ malè parta suum.

c APPROBETVR] regula illa, quod omnes tangit ab omnibus approbari debet, intelligitur, quod omnes tangit vt singulos, secus si tangit vt vniuersos, quia tunc sufficit, q à maiori parte approbetur, l. aliud est. §. refertur, vbi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. Hinc respondit Dec. consi. 249. q quando iurisdictio est cõmunis pluribus dominis, vnus sine aliis nihil potest facere. c. quod omnes, de reg. iur. lib. 6.

d LIBERATIO] Non subsistit facta alicui à tirãno de administratione bonorum alicuius communitatis vel hominum. Et propterea respondit Ias. consi. 26. lib. 3. debitorem non esse liberatum compulsum soluere à tiranno, sed debet agere aduersus eos à quibus fuit compulsus, ex quo creditor non est subditus cõpellentis idem consuluit Ruy. consi. 171. lib. 4. quod idem Ruy. ampliat (etiam si debitor fuisset in mora) in cõs. 167. lib. 4. & consi. 116. lib. 5. & idem latè tenet Affl. decis. 150. Rex Alphonsus, &c.

SVMMARIVM.

1 *Forensis non collectari potest de iure communi.*
2 *Limitatur duobus modis, nu. 3.*

e SOLVTIONES] ad tollendũ omne dubium statuit Cardinalis de Carpo, q collectæ soluantur in loco in cuius territorio bona immobilia sunt sita, pro quibus soluitur. Ex quo tollitur 1 illa quæstio an † forensis collectari possit, quæ communiter affirmatiuè deciditur, q possit, vt not. Bart. in l. 1. per illum tex. C. de aur. coro. lib. 10. Ias. in l. placet, col. 2. C. de sacrosan. eccl. Dec. consi. 358. col. 2. cir. med. Aym. cõsi. 111. nu. 10. 2 Intelligas † tamen de iure quãdo vel ita statutum est in loco vt hic, vel ita sit consuetum, quæ consuetudo adest communiter per Italiam vt dicit Bar. in l. filium. §. fola. ff. ad municip. Dec. consi. 694. Neuiz. cons. 66. qui alios allegat col. 1. & 2. & hoc maximè procedit, quãdo talia bona essent registrata, vel effecta tributaria in illo loco, maximè si registratio fuit voluntaria, quia causa finalis talis registrationis est, vt teneatur ad collectas, ideo tunc teneatur ad collectas, quæ vniformiter sic respiciunt vtilitatem forensium sicut ciuium, Rub. consi. 10. Curt. Iun. consi. 60. cũ seq.
3 Et † quando talis impositio esset rebus imposita (puta) q quodlibet modiolum terræ debeat soluere vnum grossum, quia tunc ex quo est imposita rebus, ad eam etiam tenebuntur forenses. Aret. not. consi. 132. vbi dicit, q forma impositionis est illa, quæ diuersificat munera patrimonialia merè, ab his quæ imponũtur personæ pro rebus, & nõ certa & determinata præstatio, discurre igitur ad propositum. d. consi. Neuiz. qui vtiliter loquitur.

DE AMBASCIATORIBVS mittendis per terras ad Curiam. Cap. XXXVIII.

a EGIDIVS Episcopus Sabinen. Ap. Sedis Leg. &c. Ne communitates faciant impensas inutiles, & inanes circa superfluã missionẽ ambasc. [2] ad rectorem, seu eius curiam per legatos, aut alios officiales Ecclesiæ, aut alia loca, statuimus q nulla cõmunitas, vel eius officiales mittant aliquem ambasciatorem, nisi in casibus euidenter expedientibus cõmunitati: & tunc non mittant vltra numerum desiignatum, videlicet: Communitas magnæ, vel maioris ciuitatis, vel terræ vnum, vel duos: communitates aliarum terrarum, si ue locorum vnum tantum: & quilibet ambasc. eques missus per quamcunq; ciuitatẽ non possit recipere, nec sibi dari debeant vltra 8. anc. per diem pro se, & equo, & 2. anc. de argento pro vno famulo die quolibet: & cuilibet nuncio pedes misso per cõmunitatem quamcunq; non possint dari vltra 3. anc. de argento per diẽ. Insuper nepotestas, iudex, officialis terrarũ à suis gerendis officijs auocãtur, & ne per ipsos ambasciatæ inutiles procurentur, statuimus q nullus potestas, iudex, & officialis alicuius terræ possit mitti, nec accedere pro ambasciata alicuius terræ, cuius officialis fuit absque Legati, siue rectoris speciali licentia: & tunc vltra illud salarium recipere nõ valeat vllo modo. Volumus etiam q per aliquã cõmunitatem auteius officiales pro negocijs alicuius specialis personæ de terra, vel aliunde, non mittatur aliquis ambasciator salario, siue expensis cõmunitatis, sed expensis, & salario illius, in cuius seruitium mittetur. Et ne circa ambasciatã exponendam aliquis error occurrat, statuimus q pro aliqua ambasciata alicuius communitatis, seu pro parte alicuius communitatis non mittatur, nec excedat absq; præsentis ambasciatæ scriptis continentibus summam ambasciatæ: & nuncius testimonio sigilli illius communitatis, pro cuius parte dicitur destinatus, quæ scripta & quãdo, & ipsi ad quem, & quis mittitur, debeant continere. Et contrafacientes tam mittentes, quàm missi in quinquaginta florenis auri puniantur pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafecerint. Experientia vero suadẽte NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus prædictus prohibemus sub eisdem pœnis non posse transmitti in oratores, personas habẽtes lites in curia generali: nec aliquem durante eius magistratu, & aliq d officiũ publicũ exerceat.

GLO. CAP. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *De Ambasciatoribus not. sunt sequentia.*

a 1 AMBASCIATORVM] sequentia statuit † præsens constitutio. Primo refrenat multitudinẽ ambasciatorum pro cõmunitatum vtilitate, segnius enim expediunt commissa negocia plures, & expedit reip. vt duo destinentur, quia sunt minus suspecti duo quàm vnus, Ang. in l. si vacãtia, col. 4. C. de bon. vac. lib. 10. Et si socius moreretur in itinere nõ debet habere salarium illius, quamvis ipse solus negocium expedierit, Bar. in l. 1. C. de legat. lib. 11. Alex. in apost. ad Bart. in l. legatus. ff. de legatio. Secũdo q officialis terrarũ non posit mitti absque licentia rectoris, prohibens illi aliud salarium accipere præter ordinarium, de iure tamen vtrunque habere deberet tam officij quam legationis, Bar. in l. Iulianus. §. fi. ex qb. cau. mai. Tertio q pro particulari aliquo orator non mittatur expensis communitatis sed illius, ne alterius incommodo prægrauetur. l. non debet alteri. ff. de reg. iur. l. siquis in suo. §. legis, vbi Ias. C. de inof. test. Quarto, q non mittatur absq; literis credentialibus illius communitatis continentibus qualitatem negocij, nomẽ nuncij cum sigillo publico. Et de iure oratori non creditur sine literis credẽtię Bar. in l. Palatinos. C. de coll. fund. fisc. lib. 11. l. siquis, la prima, & ibi Bar. C. de decur. lib. 10. & in l. fin. C. de legatio. lib. 10. Bal. in l. si qua per calumniam, col. 2. versi. deinde quæro.

quæro. C. de epis. & cler. Quinto q̃ non mittãtur habentes lites in curia, q̃ optimum fuit ne expensis communitatis ille litiget, q̃ facile contingere potest. Et de iure orator expediens negocia sua cum negocio publico non debet habere sumptus pro tempore, quo plus retardauerit pro suo negocio, gl. in c. cum pro causa, verb. cum propter, de procur. Vltimo nec priores durante magistratu mittantur. De iure communi priores ciuitatis mitti non possunt sine autoritate consilij, Bart. in l. quoties. C. de legatio. lib. 10. In vniuersum animaduertas, q̃ orator vigore literarum credentialium nomine suæ communitatis contrahere non potest Bar. in l. lucius, cir. med. versi. & hic aduerte, ff. de fideiuss. Orator reuersus in medio die, habere debet salarium totius diei, Bar. in l. de diuisione, in fi. ff. sol. matr. Alex. cons. 31. nu. 8. lib. 4. & idem Alex. in d. l. de diuisione, vbi alia ad propositum refert. Orator debet vacare solum circa expeditionem negocij, & non circa alia. l. paulus, & ibi Bar. ff. de legatio,

DE NON SCRIBENDO literas sine consensu regiminis, & manu Cancellarij. Cap. XXXIX.

IOANNES Episcopus Albanen. Cardinalis Andegauen. posuit infrascriptã cõstitutionem satis vtilem, & est talis, videlicet.

a ITEM ne ea, quæ publica,[a] & communi magistratuum auctoritate locorum debent ordinari, per priuatas, aut singulares personas ministrentur, statuimus, & ordinamus, ne aliqui priores communitatum scribant vel ad superiores suos, vel ad aliquos quoscunq; literas nomine communitatis, nisi per manus cancellarij communitatis, & de consensu prioris, & regiminis iuxta statuta locorum: & qui secus attentauerit, pœna falsi contra falsificantes instrumenta in constitutionibus cõtenta puniatur.

GLO. CAP. XXXIX.

a PVBLICA] prohibet literas non scribi sine consensu regiminis & manu Cancellarij, quod iustũ est, vt ea quæ publicè expediuntur à publicis personis ad hoc creatis explicentur, & hoc propter fraudes, quæ quotidie committuntur in illis scribendis, & memini, q̃ Fani vnus ex prioribus fuit priuatus officio & decurianatu, eo quia inconsultis collegis sigillauit quasdam literas nomine regiminis, scriptas illis inscijs, nec vnquam potuit priorem locum recuperare me audiente, quamuis ad officium fuerit restitutus. Et Plumbini de falso fuit punitus ad triremes, qui sigillũ publicum custodiebat cõmunis Scarlini, eo quia ad particularis cuiusdam instantiam literas quasdam cõmendatitias ab ipso scriptas nomine publico ad illius vtilitatem sigillauerat, & ille particeps falsi tortus nunquam fassus fuit me existente iudice, attamen ad purgandam omnem suspitionem fuit confinatus (ad beneplacitum Domini) Subereti.

DE SYNDICATV OFFICIALIUM. Cap. XL.

EGIDIVS Episcopus Sabinẽ. Apostolicæ Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Cum honestum, sit, & lege statutum, q̃ q̃libet administrator officij, seu rationem villicationis reddere teneatur, decens est, q̃ officiales omnes, & singuli deputati, & deputandi per Ecclesiã seu rectorem prouinciæ pro Ecclesia finito eorum officio ad curiam generalem dicti rectoris, & coram ipso accedant, & ibidem morentur tempore debito de sua administratione, & officio reddituri debitam rationem. Et quamuis super huiusmodi materia tam fe. re. domini Bonifacij Papæ Octaui, quàm etiam cæterorum Legatorum Ap. Sedis, & rectorum, & reformatorum sub diuersis ordinationibus temporum, & indeterminata generalitate verborum cõstitutiones editæ reperiantur: quia tamen ipsæ declaratione, & reductione ad consonantiam indigent, eas quantum ad eorum effectum cũ debita declaratione, & reductione ad consonantiam, in hanc cõstitutionem vnicam duximus redigẽdas: statuentes vt omnes, & singuli iudices, notarij, potestates, rectores, officiales quicunq; per rectorem, & per Sedem Ap. ad officia destinati, tempore ipsorum officij consummato, personaliter compareant coram rectore prouinciæ in loco suæ residentiæ, & suæ curiæ generalis: & ibidem personaliter morantes reddant sui officij, & gestrorum per eos tempore dicti officij ab eodem rectore sibi commissi integram rationem: & querelantibus de eis super prædictis respondeat, &

& de eis, quæ tenentur communitatibus, seu singularibus personis, aut Cameræ Romanæ Ecclesiæ debitam satisfactionem impendant. Tempus vero, quo ad syndicandum[a] morari debeant pro reddenda ratione prædicta tempore sui officij limitamus, & declaramus in hunc modum, videlicet: Quòd si stetit per sex menses tantum in illo officio, ad minus decem dierum spacium: si maiori tpe, vsq; ad annum inclusiuè quindecim dierum: si vltra annũ, viginti dierum spacium ad syndicatum stabit, & quilibet dictorum officialium per mensem ante finẽ sui officij teneatur notificare thesaurario finem sui officij: qui ex tunc infra octo dies finem illius officij, & tempus, quo ille officialis syndicabitur, notificetur communitatibus locorum, in quibus ille officialis syndicandus gessit officiũ, & quantum ad communitates, quæ habent syndicum in curia, sufficiat thesaurario, q̃ syndicis terrarum, & communitatum, & locorum, vbi talis officialis gessit officium, siue iurisdictionem exercuit, in dicta generali curia residentibus, si tales syndicos ibi habent, clarè notificet, qui syndici expensis ipsarum communitatum prędicta eis notificata per thesaurarium notificent: & illis communitatibus, quæ ibi non habent syndicum, ipse thesaurarius prædicta per literas notificet, quæ communitates, & ipsarum officiales publicè per eorum loca consueta notificare, & prẽconizari faciant, q̃ omnes volentes conqueri de illo officiali, vel contra ipsum aliquid obijcere, vel petere, compareant coram dicto domino rectore tempore debito, recepturi iustitiæ complementum, & si quis ex dictis officialibus prædictam notificationem thesaurario non fecerit (vt prædicitur) teneatur finito eius offico per literas rectoris, vel cui, seu quibus syndicatum rector commiserit, facere fieri terris, & communitatibus locorum sui finiti officij notificationem prædictam: & ex tempore factæ dictæ notificationis, & non prius post finitum eorum officium, quantum ad eius commodum, incipiat currere dies syndicatus prędicti: & interim nihilominus stent personaliter in dicta curia, & querelantibus de iure respondeant. Volumus etiam, q̃ dicti officiales syndicandi saltem per vnum diem ante sui syndicatus initium teneantur rectori, siue auditori super spiritualibus notificare sui syndicatus principium, & officium, quod gesserint, & nomen, & cognomen ipsius syndicandi: qui rector, siue auditor super spiritualibus, siue eius iudex predictus prima die dicti sui syndicatus, vel prius per suum edictum patens, quod affigi faciat ad fores audientiæ suæ, siue in ipsa audientia mandet sub pœna excom. quam si secus fecerint, incurrant ipso facto omnes, & singuli, qui scirent aliquam barattariam, venalitatem iustitiæ, aut iniquam, & illicitam extorsionem, seu lucrum factum per talem officialem tempore sui officij, aut famam, vel iudicium de prædictis illud debeat vtiliter, & integrè reuelare, & notificare rectori Marchiæ, siue deputato, aut deputando per eum ad huiusmodi syndicatum. Qui rector quando per se syndicaret, vel illi, quibus commiserit huiusmodi syndicatum, teneatur de prædictis omnibus, & singulis notificatis, seu reuelatis, & in genere de non reuelatis inquirere, & inueltigare per omnes, quos crediderint verisimiliter de talibus habere notitiam, & maximè ab aduocatis, & procuratoribus omnibus, & singulis residentibus in dicta curia, qui tunc reperirentur ibidem: & ipsos singulariter per iuramentũ super prædictis examinent, & eorum dicta secreta teneantur, & siquis de dictis aduocatis, aut procuratoribus sic examinatis de prædictis tacuerit, quod sciuerit, vel falsitatem scienter dixerit, vltra pœnam periurij, & perpetuæ infamiæ, incurrant excommunicationis sententiam ipsofacto. Et quicunque de prædictis (vt prædicitur) commissis per officialem prædictum dixerit, seu reuelauerit dicto rectori, vel syndicatoribus deputatis ab eo, si ipse reuelans, vel per se, vel alium corruptor dicti officialis forsan extitisset, nullam pœnam pertimescat, sed à tali reatu reuelato (vt prædicitur) sit totaliter absolutus. Syndicatores vero in prima medietate temporis syndicatus inquirant de omnibus, quę habent inquirere: & querelas recipiant ab omnibus volentibus querelare contra officiales, qui syndicantur de omnibus, & singulis, quæ administrassent, gessissent, seu fecissent in eorum officicijs, & occasione ipsorum

rum officiorum, vel ipsorũ officiorum tempore, & maximè illicitè extorquendo, vel percipiẽdo lucra illicita: super quibus inquisitione, & querela rector, seu syndicatores deputati ab eo procedere possint breuiter, summariè, & de facto sine strepitu, & figura iudicij etiam in diebus feriatis in honorem Dei, & sanctorum, vel alia ratione, & omni iuris, & iudiciorum ordine, & solennitate omissis: & sic diligenter, & solicitè syndicantes se habeant, ac etiam querelates, ꝙ omnem processum, inquisitionem, & querelas infra dictum tempus syndicatus per sententiam diffinitiuam, absolutoriam, vel condemnatoriam (prout iustitia exegerit) debeant penitus expedire. Et si intra dies totius syndicatus sententia non fuerit lata absolutoria, vel condemnatoria super huiusmodi processibus elapsis dictis diebus syndicatus officiales ipsi pro absolutis habeántur ab inquisitione, seu querela, super qua, vel quibus infra dictos dies lata non fuerit diffinitiua sententia: & syndicatores ipsi de ijs, super quibus omiserunt ferre sententiam teneantur Cameræ, & parti læsæ ad omne illud, ad quod teneban tur officiales prædicti: & nihilomiuus ipsi syndicatores pœna centum flor. auri pro quolibet vice qualibet puniantur. Et si cõtigerit, ꝙ dicti officiales, qui syndicantur tempore syndicatus eorum se absentarent, seu recederent à loco dictæ curiæ, aut recesserint ante syndicatum, & ad reddendam rationem non venerint, quilibet tales
b fugientes[b] capere, & ad curiam reducere valeat: & tunc contra eum pro quocunq; querelante ad probationem querelæ sacramentum sufficiat querelantis, & si captus reductus non fuerit, talis fugiens habeatur pro confesso, & conuicto de omnibus, & singulis inquisitionibus, & querelis contentis, tanquam confessus, & cõuictus possit, & debeat condemnari. Et nihilominus ad perpetuam ipsius infamiam talis officialis fugitiuus in palatio habitato rectoris, vel gñalis curiæ, expẽsis Cameræ depingatur. Si vero infra primam medietatem temporis syndicatus aliqua querela cõtra eũ, qui syndicatur, facta non fuerit, nec habita fuerit super iurisdictione probata, ex tunc transacta dicta medietate temporis possint syndicatores, quandocunq; eis videbitur, absolutoriam ferre sententiam: & ea lata officialis liberum habeat arbitrium recedendi.

Ioannes de Castelliono posuit circa syndicatum officialium aliam constitutionem infra scripti tenoris, videlicet.

Item constitutioni de syndicatu officialium addendo, declaramus sub constitutione predicta includi Mareschallum, & eius officiales, & omnes alios officium in dicta curia gerentes, & stipendiũ à Camera Ap. recipientes, seu quoquo de causis cognoscentes, etiam delegati, vel subdelegati, & iudex præsidatus Farfensis. Et quia (vt experientia docuit) etiam multorũ relatione cõperimus in ipsis syndicatib⁹ multas machinationes, & fraudes cõmitti, ac perpetrari in delusionem iustitiæ, & ad aperiendas vias ipsis officialibus, robarias, barattarias, & extorsiones alias facilius committendi, volumus decætero iudices, assessores, & officiales curiæ prædictæ debere syndicari per vnum forensem per nos eligendum, & deputandum, & sub silentio, & secreto tenendum, donec constitutio ipsa ad vnguem fuerit obseruata. Cui syndicatori soluatur per Camerã Apostolicam pro die quolibet, quo steterit ad syndicãdum, accessus, & reditus, & si aliquis sentiret se grauatum per sententiam ferendam per ipsum syndicatorem, idem syndicator coram superiore, seu deputando ab eo, teneatur redddere rationem villicationis suæ, stando ad syndicatum per dies quatuor ad plus, si opus fuerit: statuentes, ꝙ de cætero nullus officialis tam in dicta nostra curia, quàm extra in locis nostræ legationi suppositis possit, nec valeat quomodolibet reformari, nec durante officio syndicari, nisi ex iusta causa per nos, & nostros in officio successores fuerit aliter dispensatum: & si contigerit eos reformari, seu syndicari aliter, quàm supra cautum sit, ipsa reforma, & syndicatus sint ipso iure nullius effectus: & ex tunc annullamus, & viribus carere decernimus. Addentes etiam, ꝙ si tempore syndicatus fuerit producta aliqua petitio, vel querela, non possit modo aliquo ab ea desisti, seu ipsi renunciari: & qui retraxerit, seu renunciauerit, aut aliter destiterit, teneatur ad eandem pœnam, ad quam teneretur officialis, si cõuictus esset. Addentes etiam constitutionibus reuerendissimi domini Bononiẽsis in eo, ꝙ disponunt de processibus expediendis per iudices curię generalis infra tempus eis statutũ, debere etiam comprehendi iudex præsidatus Farsensis, qui tam in expediendo processus, quam in alijs, ad ea teneatur obseruanda, ad quæ tenentur iudices curiæ generalis vigore dictarum constitutionum sub eisdem pœnis in eisdem cõstitutionibus cõtentis.

Statvit Ioannes Episcopus Albanus Marchiæ Legatus constitutionem hoc modo, videlicet.

Item vt magistratus ciuitatum, & terrarum, & locorum in bono regimine conseruetur, & ne pecuniæ, ac bona ciuitatum, ac oppidorum prouincię dilapidẽtur per eos, qui ipsorum conseruationi propositi fuerint, statuimus, & ordinamus, quòd singulis annis in futurum per Legatos prouincię præfatæ deputentur syndicatores, qui maturè, diligenter, & seuerè à prioribus, antianis, consulibus, & camerarijs, depositarijs, & alijs officialibus, & magistratibus, & officialibus quibuscunq; ciuitatum, & locorum exigant rationem administrationis pecuniæ, & bonorum huiusmodi, ac totius officij, quos si syndicatores (vt præfertur) deputandi inuenerint fuisse circa administrationem prædictam delinquentes, puniant, & multent ad arbitrium, ac voluntatem Legati, vel Gubernatoris, seu locũtenentis. Sanctissimus dominus noster Papa Paulus Tertius in quodam suo breui sæpissimè allegato confirmando præmissa, statuit hoc modo, videlicet:

Item, ꝙ auditores, & iudices ordinarij debeant stare ad syndicatum iuxta bullam piæ memoriæ Iulij Secundi, donec alia forma per reuerendissimos dominos Cardinales (quibus S. C. curam hanc demandauit) data fuerit: & tunc stare debeant ad syndicatum iuxta illam nouam formam.

GLO. CAP. XL.

SVMMARIVM.

1 *Syndicatus est tempus digestionis.*
2 *De leuibus non syndicantur officiales neq; de commissis extra officium.*
3 *Probationes debent esse clarę & euidentes.*
4 *De sententia nulliter lata non syndicatur.*
5 *Quilibet tenetur reddere rationẽ suæ villicationis.*

2 1 Syndicandvm] Not. ꝙ† tempus syndicatus, vocatur tempus digestionis officij, secundum Bal. in rub. extra de procur. col. 11. in fin. Et dum stat in syndicatu officialis ita debet honorari, sicut si esset in officio, ita inquit Bal. in l. nec quicquam. §. proficisci. q. 7. ff. de off. proconsul. Et not.
2 est, ꝙ† de leuibus non est officialis syndicandus, etiã si in eis nõ seruauerit iura vel statuta, Bal. in d. §. proficisci. q. 33. & non potest syndicari, nisi de his, quæ egerit in officio vel occasione officij, de alijs non, quia in illis non sortitur forum Sal. in l. 2. per illum tex. C. vbi de pub. ratioc. Et non tenetur, nisi de dolo, de culpa autem lata nequaquam, & in dubio præsumitur semper ignorántia & non dolus, Bal. in d. §. proficisci. q. 15. & q. 28. Immo fortius singulariter dicit Ang. ibi, ꝙ officialis non potest syndicari de negligentia, & istud seruatur de consuetudine, Ruy. cons. 12. lib. 5. Amad. de synd. nu. 247. Iul. Clar. in §. fin. q. 73. versi. item iudex. nisi esset tanta negligentia, quæ in dolum caderet, in syndicatu procedatur ex officio Bal. in d. §. proficisci. q. 5. refert & sequitur
3 Franc. Marcus decis. 940. nu. 10. part. 2. Et† probationes contra officiales debent esse claræ & euidentes, quia multum præsumitur pro eis, tex. est multum no. in l. liquis. C. de off. ciuil. iud. & ita in specie dicit Bal. in d. §. proficisci. q. 10. & ideo iuramentum in suplementum probationis in isto
4 casu deferri non debet. Si† tulit sententiam nullam, non potest de ea syndicari, nisi illam misisset executioni, ita Bart. in l. fin. ff. de var. & extraord. cog. & sequitur Bald. in d. §. proficisci. q. 21. multa alia ad propositum syndicatus vide tracta ta per Bal. & Ang. in d. §. proficisci, & per Catal. de Boncõp. in tract. synd. Amad. in tract. syndic. Carauita super ritu 295. Vicar. & Ias. in l. 1. C. vt
5 omnes iud. tam ciuil. quàm milit. Et ratio† introductionis est, quia quilibet tenetur rationem reddere suæ villicationis. l. 1. §. officio. ff. de tut. & rat. distraen. Dec. qui alios allegat consi. 464. nu. 1. Aym. consi. 218. nu. 1. Neuiz. consi. 3. nu. 13. cum simil.

SVMMARIVM.

1 *Fuga in materia syndicatus facit probationem.*
2 *Officialis fugiens probantur querelæ contra eum per iuramentum.*

b 1 Fvgientes] Quamuis† fuga regulariter faciat indicium tantum, hic si officialis fugit, facit plenam probationem, & ille officialis habetur pro conuicto in omnibus his, in quibus erat inculpatus, & dicit Bart. in l. consilia C. de ass. per illum tex. ꝙ ille casus est ad hoc singularis in iure, quamuis de iure ista decisio videatur dubia, quoniam secundum Ias. in d. l. 1. C. vt omnes iud. ille tex. in d. l. consilia re vera non loquitur

quitur quantum ad ipsum officialem fugientem, sed de subtrahente & faciente fugere ipsum officialem, prout loqtur etiam tex. in l. 3. C. de exact. trib. lib. 10. Est † verum de iure, ꝙ contra officialem, qui aufugit probantur furta & robariæ per solum iuramentum, ita sing. not. Ang. in §. oportet, per glo. ibi, in auth. vt iud. sine quo. suf. cum per fugam sit redditus suspectus, vt posit ad tormentum perueniri, vt ibi per eum, Viuius lib. 1. cõmunium opin. verb. fugiens à carcere. in fin. Igneus. in l. lege Cornel. num. 63. ff. ad Syll. Iul. Clar. in §. fin. q. 21. versi. præterea etiam. & secundum Ang. decis. hanc, procedit præsens constitutio, addens, ꝙ ad perpetuam illius infamiam depingatur in palatio Rectoris, vt mos est fieri in pacis fractoribus, vt infra lib. 4. c. 77.

DE PARLAMENTO, ET exercitu. Cap. XLI.

AEGIDIVS Sabinensis Episcopus, Aposto. Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Omnes episcopi, prælati, clerici, & religiosi, ciuitates, & vniuersitates, & loca, potestates, seu rectores, & nobiles, ꝙ vocati per rectorẽ, thesaurarium, vel eius vicarium, per eorum literas fuerint, teneantur ad parlamentum venire, quoties, & prout mandatum fuerit, & eis indictum. Sane vniuersitates, & ciuitates
a per proprios syndicos, [a] & non per aliam communantiam, vel personam, vel per syndicum alicuius alterius cõmunitatis, nullus autem dictum parlamentum turbet dicto, aut facto: quam turbationem declarandam, & exponendam ipsius rectoris, vel iudicis de hoc cognoscentis, arbitrio reseruamus. Statuimus etiam, ꝙ quælibet vniuersitas, communitas, nobilis, & quæcunq; alia persona teneatur venire in exercitum equester, & pedester, prout eis per dictum rectorem, vel eius vicarium, seu iudicem, vel ipsorum literas mandatum exiterit, contrafacientes vero in quolibet casu prædictorum, rectoris, & suorum iudicum arbitrio puniantur: qui habentes super his consiliũ thesaurarij iudicum, & aduocati fisci, consyderatis qualitate inobedientiæ, vel excessus, & qualitate inobedientium, siue excedentium, & causa, & alijs circunstantijs diligenter, & moderatè (vt decet) & negocium exegerit, procedant in dicto arbitrio: super quibus eorũ
b conscientias [b] oneramus. Felicis recordationis dominus Bonifacius Papa Octauus constituit, ꝙ si aliquando in dicto exercitu per rectorem ciuitatis vel castra, vel vniuersitas aliqua cũ ipso rectore (vt assolet) conuenerit de subsidio equitum, & peditum imposito pro huiusmodi exercitu redimendo, certam pecuniam in equitum, vel peditum stipendia eroganda, huiusmodi pecuniam pro rata temporis exercitus, si factus fuerit: sed si exercitum fieri non contingat, nullatenus exigatur, & quòd exactum fuerit, vel solutum, soluentibus sine difficultate reddatur. Nos etiam præsentis constitutionis auctoritate absoluimus rectores terrarum ab omnibus statutis, & ordinamentis, quæ impediunt, vel impedire possunt eos quominus liberè, vel absolutè possint cogere, & pœnas imponere, & ab illis eas exigere, qui non venerint in exercitum, uel caualcatam mandato rectoris faciendam. Nos enim statuta, & ordinamenta huiusmodi cassamus, & irritamus, & cassa, & irrita nunciamus aliquo iure super his posito in contrarium non obstante, in quo superioris auctoritas semper intelligatur excepta. Statuimus etiam, ꝙ quotiescunque mandato rectoris, seu officialium ecclesiasticam in hoc potestatẽ habentium alicui communitati pro exercitu certus indicitur hominum numerus: communitas illa numerum illum peditum iuxta mandati formam transmittat de omnibus hominibus ipsius ciuitatis, diuidendo inter omnes ipsos de ciuitate, & communitate onus huiusmodi ad mutam secundum certum dierum numerum designãdum, vsquequo fit ad omnes peruentum, si tanto tempore durabit exercitus, & circulo hominum per contratas, seu certam distributionem finito reincipiatur à capite, si opus fuerit, & successiuè fiat, vt prima: & si ante finitum circulum distributionis huiusmodi prima, vel vlteriori vice fuerit finitus exercitus, tempore sequentis exercitus iniungendi redeatur ad illos, qui dimissi fuerunt in præcedenti exercitu: ita ꝙ ad æquationem oneris in huiusmodi negocio procedatur. Si vero communitas numerum hominum sibi iniunctum velit non per mutam, sed ad stipendium mittere possit, dummodo quantitas stipendij duos anconitanos de argento pro quolibet, & die qualibet non excedat. Et si pro tali stipendio homines non inuenirentur, vadant per mutam (quanto melius fieri poterit) coæquando stipendium huiusmodi, cum sit onus personale:
c colligatur per capita, [c] seu focularia, & non per libram.

GLO. CAP. XLI.

a SYNDICOS] Hodie tota prouincia habet in curia syndicum generalem, qui (secundum indigentiam negociorum prouinciæ) indicit per literas patentes omnibus cõmunitatibus parlamentum pro certo tempore & in certo loco iuxta brue Pij Quarti, & residet in curia. D. Fabritius Fracassus de Monte Vlmi, qui iam diu hoc officium exercet viriliter etiam reluctantibus Superioribus. Et pro eius stipendio tota prouincia cõcurrit, & multoties in huiusmodi parlamẽtis eliguntur Oratores ad Vrbem, & iam duo sunt anni, qui vnanimiter fuit electus in comitijs Esinis clarissimus iurisconsultus. D. Euangelista Ciamberlinus de Cingulo ciuis meus, vir humanissimus & ciuilis conuersationis, in quo suarum virtutum specimen singulare ostendit. Et not. secundũ Bal. in comment. de pace Const. verb. nuncium, quòd syndici cẽsentur habere mandatũ spetiale, Frãc. Marc. decis. 694. nu. 7. part. 2. Cy. in l. 1. C. etiam per procur. Bal. in l. illud. §. 1. ff. de mino. Paul. de Castr. in l. iusiurãdum & ad pecunias. §. defensor. ff. de iureiu. Franc. Marc. decis. 905. nu. 2. part. 2. Not. etiam, ꝙ syndici debent iurare in animã propriam. c. in perpetrandis, c. cęterum, de iur. calũ. Franc. Marc. decis. 687. nu. 9. part. 2. quod intelligę, vt per eundem decis. 686. part. ead. In pratica obserua, ꝙ syndici non possunt aliquem nomine syndicario accusare, sed opus est, ꝙ accusent suo nomine, ad vtilitatem tamẽ vniuersitatis. Et hæc est communis opinio, Canon. in c. dilectus, il 2. de symon. Iul. Clar. in §. fi. q. 14. vers. item quęro.

b CONSCIENTIAS] oneramus, vbi Papa seu legatus dicit vestram conscientiã oneramus, tunc non appellatur ab eo, quod secũdum conscientiam iudicatum est, quia superior conscientiæ est solus Deus, gl. in c. statutum. §. assessorem, de rescrip. lib. 6. Ias. hoc probat, in §. sed iste, nu. 121. inst. de act. & in l. nec quicquam. §. vbi decretum, colum. 7. ff. de off. proconsi. Rebuf. tract. de appell. art. 3. glo. vn. tom. 3. & Ias. in d. §. sed iste, multa de conscientia agit idem Didac. lib. 1. resol. c. 1. Hinc est, ꝙ si alicui commissa est causa, vt secundum conscientiam iudicet, debet intelligi de conscientia lege munita, ac publica, & sic de ea, quam habet vt iudex, non secundum conscientiam priuatam, Alex. latè consi. 218. per totum. lib. 2. Bal. consi. 298. hæc materia, num. 7. lib. 1. Corn. consi. 137. lib. 2. Ias. d. §. sed iste, nu. 146. cum seq. Paris. consi. 15. nu. 21. lib. 4. Rot. Pedem. decis. 79. nu. 46. Propterea dixit Bal. in c. clerici, de vi. & hon. cler. ꝙ conscientia legis vincit conscientiam hominis, quæ dicitur abusiua, quando non habet pro se leges, refert, & sequitur Affl. decis. 321. nu. 1.

c CAPITA] Hæc gabella vocatur propriè capitatio vt supra. c. 37. diximus ex Alc. quæ imponitur personæ nulla facultatum ratione habita.

DE SECVRITATE VENIENTIUM ad Curiam. Cap. XLII.

BERTRANDVS Sabinensis Episcopus dũ erat Archiepiscopus Ebredinensis, & reformator, cõstitutionem quandam edidit in hac forma. Item cõstitutionem
a dudum editam super securitate [a] personarum, & illorum, qui vocãtur ad curiam generalem cum additamento aliquo reformationis, statuimus, & ordinamus, ꝙ quicunque per rectorem, seu iudices, vel alios officiales maiores curiæ citatus quomodolibet fuerit, vel vocatus, vel sine citatione pro obtinenda iustitia venire voluerit ad terram, seu locum, vbi retinebitur curia generalis, uel ad curiã prędictam grasciam, seu mercationes, aut mercimonia, vel quæuis alia deferre, seu uendere uoluerit, sine fraude securè, in persona, & rebus possit uenire, stare, & redire, non obstantibus quibuscunque represalijs, quibusuis uniuersitatibus, seu singularibus personis concessis iam, uel imposterũ concedendis: quas represalias decernimus, daclaramus, & uolumus ad aduocatos, & uenientes ex causis prędictis ad terram, ubi (ut præmittitur) maior curia residebit (& si in concessione represaliarũ huiusmodi de hoc facto agetur expressè) ullatenus nõ extẽdi. Quòd si aliqui contra constitutionem occasione represaliarum huiusmodi damna prędictis aduocatis, uel uenientibus in personis, seu rebus ueniendo, stando, uel redeundo duxerint inferenda, ipsi tanquam non habentes

HAYIOBA EMBER KOBA

tes repreſalias pœna debita puniantur, & nihilominus debita, propter quæ redduntur, ipſofacto amittant, nec ad petendum uel exigendum ipſa debita (quæ eo caſu declaramus amiſſa) ulterius admittantur.

Ioannes de Caſtelliono Epiſcopus Papienſis, & Cardinalis Legatus poſuit aliam conſtitutionem de graſcia portanda ad curiam generalem, & de portantium exemptione hoc modo, videlicet:

Ioannes de Caſtelliono tituli ſancti Clementis presbyter Cardinalis Papienſis, Marchiæ Legatus attendens ex forma noſtrarum conſtitutionum cautum fore pro commodiori ſubſidio, & ſuſtentatione curialium curiæ generalis, & ad illã in eorum peragẽdis negocijs dietim cõfluentes, oẽs & ſingulos ad eam aliquid conducentes, ſeu conduci facientes cuiuſcunque generis victualia liberè omni ceſſante ſolutione datia, ſiue gabellæ tam in loco reſidentiæ, quàm per alia loca, per quæ conducerent, ſeu cõduci facerẽt victualia ipſa quæcunque, nihil omnino debere ſoluerę: immo recipientes ſolutionem aliquam, ſiue exigentes, in pœnam in ipſis conſtitutionibus contentam incurrere. Volentes igitur propter quorundã abuſum cõſtitutionem ipſam renouare, tenore præſentium vniuerſis, & ſingulis, ad quos præſentes noſtræ literæ aduenerint, liberam facultatem, auctoritatem, & licentiam in his ſcriptis damus, atque concedimus: immo mandamus, quatenus venientes, & venire volentes ad locum reſidentiæ dictæ curiæ generalis cũ grano, ordeo, annona, & quocunq; frumentorum genere: animalibus vaccinis, bouinis, caſtrinis, pecudinis, hœdinis, volatilibus, vino, oleo, piſcibus, pane, farina, fructibus quibuſcunque, carnibus ſalatis, & alijs omnibus ad ſuſtentationem humani generis introductis ſub quocunque nomine, & quacunque ſpecie conſyderari, ſeu nominari poſſent, nil ſoluere teneantur tam in loco curiæ, quàm per loca, per quæ tranſire contigerit, nec etiam quomodolibet grauari in conſignando ſub quocunque titulo aliquam ſortem piſcium, ſeu fructuum, ſeu rerum aliarum: per quam conſignationem conducentes ipſi quomodolibet grauarentur, nec per indirectum grauando ipſos conducentes in ſolutione gabellarum, immo ſint auctoritate præſentium liberi quibuſcunque poſſe vendere in loco curiæ tam curialibus, quàm non curialibus liberè, vt ſupra, & omni ceſſante impedimento, ſub pœna, & ad pœnam in ipſis cõſtitutionibus contentam: & vltra ſub grauioribus pœnis arbitrio noſtro, & cuiuſcunque imposterum in prouincia rectoris: & excommunicationis, quã ipſofacto contrafacientes incurrere volumus. Maceratæ in palatio noſtrę reſidẽtiæ die quinto Aprilis M CCCC LIX.

Conſtitutiones prædictas NOS Rodulphus Pius Cardinalis, & Legatus prædictus mandamus, & declaramus ſe extendere, & habere locũ etiã in diebus feſtiuis ab eccleſia introductis, præſertim die dominico [b] non poſſint capi debitores pro ciuili debito: & ſimiliter in diebus mercati publici, in locis curiæ iumenta, neque alia quæcunque, quæ per ipſos conducuntur, & apportantur: ſed omnimoda gaudeant ſecuritate in diebus, & locis prædictis, etiã ꝙ debitores fuerint virtute inſtrumenti in forma cameræ, ſeu guarantigiæ, vel ad librum iuſtitiæ quomodolibet obligati.

b

GLO. CAP. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Simpliciter ſecuritas cõceſſa quomodo intelligatur.*
2 *Securitate pendente nihil eſt innouandum.*
3 *Securitas aliquando extenditur ad non comprehenſos in ea.*
4 *De ſaluaguardia remiſſiuè.*

a SECVRITATE] Securitas † ſimpliciter conceſſa de eundo, cenſetur etiã conceſſa pro redeundo, not. Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. maieſt. in l. vtimur. ff. de ſepul. viol. & in l. 1. C. de nauicul. lib. 11. vbi tex. dicit, ꝙ nauiculares deferentes annonas debent frui ſecuritate tam in eundo q̃ redeundo. Guido Pap. q. 418. nu. 4. Et ratio eſt, quia non videtur ſecurè venire, qui non poteſt ſecurè redire arg. l. de ætate. ff. ad Treb. Alex. conſi. 46. lib. 2. Et Dec. in facto conſultus ſuper interpretatione cuiuſdam ſecuritatis diligenter illam expendit conſi. 51. Et

2 ſecuritate huiuſmodi pendente nihil committendum eſſe iura nolunt, ſiue à Principe concedatur l. 1. §. vlt. ff. de quæſt. & l. relegati. ff. de pœn. ſiue ab inferiore ex iuſta cauſa. l. 3. §. ſeruus. ff. de acq. poſſ. l. fi. C. de his qui ad eccl. confug. Rebuf. trac. de appel. art. 16. glo. 1. nu. 36. tom. 3. Illud etiam obſeruandum

3 obſeruandum eſt, quòd ſi † alicui itineris cautio conceſſa eſt & (vt vocant) ſaluus conductus hæc ſecuritas competit etiam vxori, tametſi eius nulla facta fuerit mentio, ita conſuluit Bald. conſi. 414. lib. 5. Cuius meminit idem profeſſus Iaſ. in l. ſi ſtipulatus fuero. ff. de verb. oblig. Petr. à Plac. lib. 1. delic. cap. 6. num. 24. Et not. quòd ſaluus conductus conceſſus per Principem non extenditur ad debitum iuratum, Alexan. conſi. 37. lib. 3. plenè Fel. in cap. conſtitutus, de reſcrip. verb. ſtatuta iurata, refert & ſequitur Gram. deciſ. 12. nu. 3. Aduerte, quòd de ualidate ſecuritatis à Principe conceſſæ, nullo modo (citra ſacrilegij crimen) quis dubitare poteſt. l. 2. C. de cri. ſacril. per quem tex. ita tenet Dec. conſi. 64. nu. 3. & 7. Iaſ. in l. 1. in prin. ff. de conſt. prin. Rot. Pedem. deciſ. 88. nu. 16. Guid. Pap. d. deciſ. 418. Aliquando iudex concedit ſaluum conductum, & de iure eſt communis opinio, Blan. in prat. crim. fogl. 33. num. 15. & ſeq. Mediolani. Senatus hoc non

4 admittit Boſſ. tit. de cita. nu. 36. Et de † ſaluaguardia conceſſa conſuluit Neuiz. conſi. 83. Scripſit etiam tractatũ de ſecuritate Io. de Ray. ad quem recurrere poteris, cum opus fuerit.

SVMMARIVM.

1 *Executio fieri non poteſt diebus feſtis.*
2 *Meſſium vel vindemiarum tempore equidem.*

b DOMINICO] In diebus feſtis in honorem Dei executio † de iure communi fieri non poteſt. l. dies feſtos & l. omnes vbi not. doct. C. de fer. Cano. in c. fin. de fer. Guid. Pap.

2 q. 215. Alex. conſi. 53. nu. 8. lib. 5. Tempore † tamen feriato propter meſſes & vindemias poteſt fieri executio. c. fin. de iud. & ibi not. Cano. in d. c. fi. de fer. Bart. in l. ait præter. §. ſi debitorem. ff. de his quæ in fraud. cred. Alex. conſi. 130. lib. 4. Sed conſtitutio in priuilegium concedit accedentibus ad curiam cum victualibus, quòd pro debitis ciuilibus non poſſint capi, in alijs vero locis prouinciæ tempore emporij publici ad hoc vt locus ille vbi emporium fit copioſior reddatur, & curia generalis neceſſarijs non deficiat. De vbertate qui inſtrui voluerit, videat Rip. in tract. de peſte vbi multa in praxi vtilia ponit.

DE CVSTODIA FORTILITIORUM, & roccarum, quæ tenentur pro Eccleſia. Cap. XLIII.

a BONIFACIVS Papa Octauus in ſua conſtitutione decreuit, ꝙ cum communitas, vel caſtrum [a] aliquod propter culpam eorum ad mandatum rectoris, prouinciæ, vel officialium ſuorum per homines aliarum terrarum contigerit cuſtodiri, cuſtodiantur ipſius loci cuſtoditi expenſis. Cui cõſtitutioni adijcimus, ꝙ quando propter bonum publicum totius prouinciæ terram aliquam, vel locum rector cuſtodiendum prouiderit, vel ab inimicis Eccleſiæ, ſeu proditoribus defendendo, tunc talis cuſtodia, ſeu defenſio omnium prouincialium fiat expenſis.

GLO. CAP. XLIII.

a CASTRVM] ſi pro vtilitate prouinciæ aliquod Caſtrum cuſtodiendum eſt, communibus prouinciæ expenſis fieri debere Bonifacius Octauus ſtatuit, ad quas expenſas contribuere debent etiã perſonæ eccleſiaſticæ, quia ita illorum ſicut laicorum vtilitatem reſpicit, Alfon. Aluar. in Specul. ſum. Pont. c. 35. nu. 30. Bal. cõſi. 246. antiqua querela laicorum & cõſi. 312. ſi de iure cõi. lib. 3. Guid. Pap. q. 78. an eccleſia. Rip. lib. 2. reſponſ. c. 20. colum. 2. & in l. 4. in prin. nu. 31. ff. de re iud. Curt. iun. conſi. 61. Bellam. conſ. 75. cum ſeq. Memoria teneo ꝙ anno 1558. dum Magiſtratu publico fungerer Sauone, populus Finarij rebellionem cõmiſit cõtra Marchionem eius dominum, quem reſp. Ianuenſis ſub protectione recepit, & Marchionem ab arce Finarij tormentis bellicis compreſſit ad recedendum pactis quibuſdam in hitis interuentu Oratoris Ducis Sexe pro Rege Catolico tunc Mediolani Gubernatore generali, inter quæ illud fuit, vt arx illa depoſitaretur apud Principem Andream de Oria, vt factũ fuit. Cauſa introducta in Cameram Imperialem diſputatum fuit, dato ꝙ ille Marchio ſua pacifica poſſeſſione ſtatus & arcis ſpoliatus fuerit, tamen ad arcem reſtituendus non erat, quia in fortilitio regula illa, ꝙ ſpoliatus ante omnia reſtituẽdus eſt, nõ procedit, tradunt doct. in l. naturaliter. §. nihil cõmune. ff. d' acq. poſſ. nihilominus fuit deciſum contrarium, qm̃ non eſt vera illa limitatio, qũ reſtituendus eſt debilior ſpoliatore, de quo adſunt egregia cõſilia quatuor ad fauorem Marchionis, Conſilij Imperialis, Collegij Patauini, Bononiẽſis, & Papienſis, quicquid in contrariũ cõſuluerit

1 (para-

HAYKOBA BIBLIOTEKA

(paradoxè quidem) d.Iac.Menoch. quæ consilia in formis habentur post tractatum recup.possess. præfati d.Iac.Menoch.

DE TERRIS, REBVS, ET iure Romanæ Ecclesię non occupandis, & occupatis restituendis. Cap. XLIIII.

AEGIDIVS Episcopus Sabinensis, Apostolicę Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Licet aduersus occupatores terrarum Ecclesiæ in prouincijs Italiæ consistentium, tam per constitutiones nonnullorum summorum Pontificum, quàm alias multipliciter sit prouisum, hominum tamen crescente malitia cogimur, quantum nobis est possibile, insuper nouas adhibere medelas. Hac ergo imperpetuum valitura constitutione sancimus, ꝙ si quis cuiuscunq; conditionis, præeminentiæ, seu status existat, etiam si pontificali, illustri, seu alia quacunq; dignitate præfulgeat, ciuitatem, castrum, villam, fortilitium, roccam, seu quæuis alia loca ad Ecclesiam Romanam spectantia, sub quouis quæsito colore sine Sedis Apostolicæ licentia speciali occupauerit, seu occupatoribus pręstiterit scienter auxilium, cósilium, vel fauorem, vel socius fuerit occupantis, seu occupationem ratam habuerit, aut receptauerit, vel defensauerit occupantes,
a aut aliter spiritu rebellionis[a] assumpto cótra ecclesiam supradictam, seu eius dominum, etiam terras præfatæ Ecclesiæ infra prouinciam memoratam consistentes inuadendo, obsistendo, seu aliàs vel enormiter perturbando (præter alias pœnas à quibuscunq; iuribus, constitutionibus, statutis, & consuetudinibus aduersus tales promulgatas) bona eorum quæcũq; sint, & vbi bicunq; consistentia, ipso facto sint, & esse censeantur fisco Cameræ Apostolicæ applicata: districtius inhibentes, ne vlla transactio, pactio, remissio, donatio, concessio, compositio, seu quæuis alia liberatio fiat, seu fieri possit super confiscatione prędicta: & siquam, seu siquas fieri contigerit, ex tunc cassamus, irritamus, & penitus annullamus: & eas nullas, cassas, & irritas nunciamus: decernentes ex tunc irritum, & inane, si secus contra prædicta à quoꝙ sine licentia Apostolicæ Sedis quicquam cõtigerit attentari. Huic autem adijcimus sanctioni, ꝙ siquis rector cuiuslibet prouinciæ eidem Ecclesiæ subiectæ vel thesaurarius, aut iudex, seu notarius in scribendo venerit contra prædicta, rector quingentarum, thesaurarius ducentarum, iudex centum,
b notarius quinquaginta marcarum[b] argenti pœnas dicto fisco applicandas incurrant ipso facto annullationibus supradictis, nec non cæteris iuribus, constitutionibus, seu statutis contra supradictas pœnas quoquo modo inferendis in suo robore duraturis: quibus per hanc constitutionem nostram nolumus in aliquo derogari. Cæterum quia bona, res, & iura multa pertinentia ad Romanam Ecclesiam diuersis astutijs, & fraudib⁹, & præsumptuosis temeritatibus occupantur indebite, & occupata tenentur per nonnullos iniquitatis filios contra bonum publicum, & in eorum periculum animarum prędicta constitutione imperpetuum valitura sancimus, ꝙ nullus decætero sub quocunq; colore, vel causa audeat absq; concessione Romani Pontificis, vel Legati, aut officialis Ecclesiæ de his locandis, seu concedendis potestatem habentis accipere, inuadere, vel occupare præsumant: nec iam capta, seu occupata in præteritum audeat decætero retinere: sed ipsa occupata nobis, vel rectori, & thesaurario pro Camera restituat cum effectu infra mensem à die constitutionis præsentis. Et siquis iustam locationem, concessionem, vel titulum ab Apostol. Sede, vel eius Legato aliquo prædecessore nostro, vel præteritis officialibus Ecclesiæ haberet, vel habere prętenderet de aliquib⁹ bonis, rebus, & iuribus Ecclesiæ, illa omnia, & singula infra vnius mensis spacium à die præsentis constitutionis coram nobis, vel rectore teneatur ostendere, & probare: super ipsis abinde imposterum nullatenus audiatur, & omnes nunc scientes huiusmodi occupatores, seu detentores præsentes, vel futuros teneantur infra dictum mensem: & qui sciunt infra mensem à die scientiæ quos scierint in futurum nobis, vel rectori pro Ecclesia, & thesaurario reuelare, notificare, & deferre. Contrafacientes vero in quolibet casuum prædictorum eo ipso excommunicationis sententiæ decernimus subiacere, & ad restitutionem bonorum, rerum, & iurium ipsorum ecclesiæ cum fructibus teneantur, & nihilominus in quadruplum valoris eius, quod sic occupauerint, vel tenuerint, seu tenẽt illicitè, seu detineri senserint, & nõ reuelauerint, puniantur: & contra ipsos de prædictis, & quolibet prædictorum possit inquiri ex officio, & ad denunciationem, seu accusationẽ cuiuscunq; personæ, fama præcedente, vel non, & super his procedi summariè, simpliciter, & de plano, ac sine strepitu, & figura iudicij: & quilibet possit esse accusator, & habeat tertiam partem pœnæ, quæ solueretur eidem denunciatori, seu accusatori cum effectu per thesaurarium persoluendæ. Volentes etiam indemnitati Romanæ Ecclesiæ salubriter prouidere, præsenti constitutione cassamus, & irritamus omnes venditiones, locationes, seu dationes, alienationes, & quascunq; concessiones quomodocunq; ad modicum, vel non modicum tempus factas de iuribus terrarum, molendinorum, pascuorum, domorum, passagiorum, pontium, piscationum, aquarum ductuum, portuum, & omnium aliarum rerum ad dictam Romanam Ecclesiam pertinentium quocunq; iure, vel causa quibuscunq; personis, collegijs, vniuersitatibus, vel communitatibus, vel alijs quibuscunq; personis in quacunq; prouincia Ecclesiæ Romanæ, & prædicta omnia ad ius, & proprietatem Romanæ Ecclesiæ reuocamus: thesaurario Romanæ Ecclesiæ, & omnibus officialibus, nuncijs, & baiulis præcipiendo, & licentiam tribuendo auctoritate nostra ad vtilitatem Romanæ Ecclesiæ, ꝙ possint capere, & locare omnia, & singula prædicta, nulla temporis præscriptione in talibus obstante, nisi forte summus Pontifex per speciale priuilegium alicui de prædictis concessisset,
c [c] quod priuilegium pręcipimus nobis, vel rectori prouincię infra vnius mensis spacium à publicatione præsentium constitutionum ostendi: extunc vero nullatenus super processu audiatur, nisi fuerit iusto impedimento detentus. Illud quoq; præcipimus, ꝙ quicunq; illicitè habeat per se, vel alium aliquid de bonis aliquibus, vel iuribus Romanæ Ecclesiæ, illa infra mensem à die, quo præsentes constitutiones lectæ, & publicatæ fuerint, nobis, vel rectori prædicto nomine Romanæ Ecclesiæ restituant cum effectu. Porro siquis commiserit aliquod maleficium,
d [d] & alienauerit bona sua ante maleficium, & bona sua tempore maleficij detinuerit, & possederit, ipsa alienatio pro simulata, & fictitia habeatur, etiam si nomine eius, cui alienauerit, se constituerit possidere, ita ꝙ exactio pœnę debitę pro maleficio commisso super his bonis fieri valeat, ac si sententia prœcessisset, nisi de veritate contractus fieret plena fides per testes fide dignos. Quod si de proximo anno ante maleficium commissum alienauerit, etiam si possessionem transtulerit, vtrum pręsumatur in fraudem dictę curię dicti rectoris, & ipsius iudicis (coram quo quęstio fuerit) ḋclarationi, & arbitrio relaxetur. Prędicti cõstitutione statuimus, atque firmamus, vt omnis suspitionis materia, & periculum euitetur, ꝙ in criminalibus causis, & alijs Romanę Ecclesię, & curię rectoris iura tangentibus decidendis, omnino nulla fiat commissio sine ipsius rectoris licentia speciali, factaq; non teneat: & committens in centum florenis auri debeat condemnari.

GLO. CAP. XLIIII.

a REBELLIONIS] Est autem crimen læsæ maiestatis vbicunque quis contra vrbem aliquid molitur, vel ꝙ profugit ad hostes, vel ꝙ hostes qualitercunque iuuat armis pecunia aut consilio, vel ꝙ subiectas vrbes & loca nititur facere rebelles, vel ꝙ seditionem mouet, in ciuitate, ꝙ magistratus occidantur, vel princeps, vel qui circa latus eius militaret, vel qui arma summit, aut occupat loca contra remp. plenè de hac materia Capy. decis. 130. vnde vocatur hoc crimen perduellionis, ea ratione, quia perduelles dicũtur hostes. l. si quos. ff. de verb. signifi. dicitur ergo crimen perduellionis ideſt hostile. l. 1. cum quibusdam seq. ff. ad l. Iul. maiest. Azo. in sum. Sciens tractatum proditionis, contra Principem suum committi, & non reuellans, qua pœna sit plectendus? Bar. in l. vtrũ. ff. de parricid. tenet illum puniri pœna criminis læsæ maiestatis. l. quisquis. §. fin. C. ad l. Iul. maie. idem Bart. in l. 1. §. occisorum, ff. ad Syllan. vbi etiam Ang. Sal. inl. propter insidias, nu. 3. C. qui accus. non poss. & in d. §. pen. Abb. in c. 1. nu. 5. de off. deleg. & in c. 1. num. 9. de restit. spol. vbi dicit hoc etiam procedere etiam si delictum non fuerit

rit subsecutum Aug. in add. ad Ang. de malefi. verb.che hai tradito.nu.10.& seq.Ias.in l.vt vim nu.32.& seq.& ibi Curt.nu.60.ff.de iust.& iu.Capy.d.decis.130.nu.67. Aret.in §.1.inst. de pub. iud.Bald.tenet contrarium,vt illum refert Alex. in appo.ad Barto.in d.l.vtrum. Marsi. sing.164. Aquê.in d.l.vt vim, col.antep. Dec.in c.1.nu.7. de off.deleg.& in l.culpa caret,nu.11. de reg.iur. vbi Cagnol. nu.12.& 13. dicit opinionem contra Barto.esse communiorem & veriorem post Alcia.in l.4.§.Cato,not.4.ff.de verb.obl. Cotta. in memorab.verb.scientia,& sic punietur pœna arbitraria, citra mortem, quia in criminalibus, quando sunt variæ opiniones doct. debemus sequi illam opinionem quæ imponit mitiorem pœnam.l. pen. ff. de pœn. per quam ita dicit, Ias. in l.1.nu.70.C. de sum.trin.& consi.132. in fin. lib.1.Rot.Pedem.decis.80.nu.1.vsque ad 8.fecit de crimine læsæ maiestatis tractatum egregium Hier.Gigas, ad quem semper recurre cum casus acciderit.Ceph.con.75.

b MARCARVM] Marca continet octo vncias romanæ libræ, vt testatur Dida. in libel.de veter.coll.num.c.2.nu.4.

c CONCESSISSET] .s.Pontifex aliquem locum Sedi Apostolicæ subiectum, vide circa id famigeratum consi.Aym. consi.241.

d MALEFICIVM] sex psumptiones fraudis contra fiscum expendunt Bar. & Alcia.in l.post contractum.ff.de dona.quas latè expendi in tract.meo de simula.contract.

DE FORTILITIIS NON AEDIficandis sine licentia,nec reparandis. Cap. XLV.

BONAE memoriæ Dominus Bertrandus Episcopus Sabinensis dum erat Archiepiscopus Ebredinensis, & reformator,quasdam cõstitutiones edidit in hac forma. Item eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, q̃ in castris, & terris Romanæ Ecclesiæ constitutis,seu in terris, & districtibus eorundẽ nulla vniuersitas,vel communitas, vel specialis persona cuiuscunq; conditionis,& status existat,construat, vel
a ædificari faciat castra,[a] seu fortilitia, vel munitiones, seu terras, vel aliqua alia ædificia, quę cõmuni iuditio pro defensione, vel offensione speciem, vel instar fortilitiorum habeant, vel castrorum: quodq; illi, qui huiusmodi castra seu fortilitia in prædictis terris, & earum districtibus iam fecerunt,seu facere inceperunt,incepta,vel perfecta destruãt infra mensem ab hac die publicationis cõtinuè numerando: alioquin & castra ipsa incepta, seu facta elapso mense,& facienda eo ipso sint Cameræ Romanæ Ecclesię confiscata.Et nihilominus præsentis constitutionis transgressores (vltra prædictas pœnas) excommunicationis in personis, & interdicti in terris, in quibus fient,vel facta remanebunt fortilitia,pœnã & mille florenorum auri eidẽ Camerę applicandam incidant ipso facto: & demum dictam constitutionem per eundem dominum Bertrandum per aliam ipsius constitutionem declaratam fuisse, q̃ non fierat,nec erat suæ intentionis, q̃ ad palatia communitatum,& domos eis contiguas,& muros ciuitatum, & terrarum nec ad fortilitia vltra,& ante 25.annos tunc proximè præteritos à data suarum cõstitutionum dicta cõstitutio, & pœnæ in ea positæ se extenderent quoquo modo. Constitutiones autem prędictas dicti domini Bertrandi cum aliquali additione firmantes, & aliq̃d adijcientes,statuimus, q̃ qui cõtra formam ipsarum constitutionum construxerit,vel ędificauerit, vel construi, vel ædificari fecerit in futurum,aut forsan iam in præteritum à 45.annis citra deprohibitis per dictas cõstitutiones aliq̃d perpetrauerint,vltra pœnas in constitutionibus ipsis insertas, nedum locum ædificij prohibiti, & ipsius superficiem,sed etiam omnia immobilia ipsius sita iuxta ædificium huiusmodi, vel in locis vicinis, aut positis in territorio eiusdem ciuitatis communantiæ, vel castri, in cuius territorio tale fortilitium, siue ædificium prohibitum attentauit, ipsofacto, & iure sint Cameræ Rom.Eccl.confiscata, & prædicta omnia, & singula in omnibus pro uincijs, terris, & locis Rom. Eccle. volumus vendicare.

GLO. CAP. XLV.

a ASTRA] Sicut prohibente hac constitutione castrum fieri non potest inconsulto Pontifice, ita nec refici, Bal.in l.si vt proponis,la seconda,in fi.C.de nupt.Inno.in c.pisanis,de restit.spol.vbi etiam

etiá dicit nõ posse noua construi de iure, Alex.in add.ad Bart.in l.2.ff.de oper.pub.Bal.in marg.in verb.castrum.Abb.tamen in c.consuluit, per illum tex. de iude. determinat, q̃ etsi prohibita sit castri constructio, non tamen censetur prohibita restauratio nõ mutata forma,sed illius dictum suppleri debet, ita demum restaurari posse cum superioris licentia.Vnde arx Matelicæ iussu Pontificis Pij.4. diruta, si Domini restituerentur ad dominatum, non possent illam reficere incõsulto Pontifice.l. sacra.§.muros.ff. de rer. diuis. ad quod vide Bart.in l. opus nouum, versi. vlterius quæro.ff.de oper.pub.Ias.in l.ex hoc iure,col.3. in fi.versi.nunquid autem.ff.de iust.& iu.Abb. in d.c.Pisanis,Alex.in l.siquis ædificium.ff.đ oper. no.nũc.Bal.in l.1.§.in initio.ff.de off.Præf.Vrb.

DE LITERIS RECTORIS, ET suæ Curiæ recipiendis vt decet,& legi faciendis. Cap. XLVI.

AEGIDIVS Episcopus Sabinen. Apo. Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius.Potestates communitatum, iudices,rectores, & locorum officiales
a literas [a] Legati, rectoris, & suorum iudicum, & officialium eisdem communitatibus,& vniuersitatibus directas,reuerenter recipiant,& eas legi faciant in consilio generali: ita q̃ deueniant ad notitiam singulorum: & quod mandatur fideliter, adimpleatur, & ipsas literas incontinenti restituant baiulo recepta inde copia, si voluerint sine fraude, & literæ præsentatæ cuicunq; potestati, vel capitaneo, vel iudici, vel eorum vicario, aut socio,vel prioribus, siue antianis,aut alicui ipsorum, vel alteri officiali communitatis cuiuscunq;,habeantur perinde ac si essent præsentatæ toti communitati, & fingatur ad ipsorum omnium notitiam peruenisse: & perinde possit in negocio procedi,ac si toti communitati præsentatæ,& notificatæ fuissent, & nihilominus qui contrafecerit in non recipiendo literas (vt supra dicitur) vel receptas non faciendo legi in consilio generali, vel in non restituendo ipsas literas, sicut decet, baiulo,in 50.florenis auri vice qualibet puniatur, & de prædictis, & quolibet prædictorum credatur, & stetur relationi dicti baiuli cum corporali ab eo denouo præsti
to iuramento. Insuper volentes, q̃ rectori prouinciæ, & officialibus suæ curiæ tam generalibus quàm specialibus honor debitus conseruetur, statuimus q̃ nullus potestas, capitaneus,rector,& quiuis iudex, vel officialis,nullaq; ciuitas,vniuersitas,& aliæ speciales personæ iurisdictionem aliquam obtinentes literas legati,vel rectoris,vel suorum iudicum, & officialium quorumlibet tam generalium,q̃ præsidalium non occultare, corrumpere, cancellare, destruere, comburere, vel aliquibus ad comburendum dare, vel comburi facere, quod aliquando (vt audiuimus) fieri cõsueuit: vel aliter illudere, seu deturbare audeat. Si qui autem contra prædicta fecerint, vel fieri fecerint, vel mandauerint, vel in prædictis præstiterint auxilium,consilium,vel fauorem, in 200.flor. auri pœna puniantur, & nihilominus ille potestas,capitaneus, rector, & officialis quicunq;, & quæuis alia persona tanq̃ rebellis sanctæ Ro. Ecc.censeri debeat, & haberi: ita q̃ deinceps potestaria, capitania, & quolibet alio officio, vel iurisdictione,quod, & quam gerebat, sit, & intelligatur præsentis constitutionis auctoritate priuatus,& imperpetuum in dicta prouincia non possit ad alia officia, vel regimina quocũq; nomine censeantur,seu ad honores aliquos eligi aliquatenus, vel assumi: & q̃ rectorum, & officialium quorumlibet delinquentium in prædictis salaria (lata sententia contra ipsos,vel post prohibitionem eis factam per rectorem,vel iudicem, ne soluerentur) eisdem solui non debeant,nec possint per illas ciuitates, vel communitates,quarum regimini, vel officio præsidebant,sed potius ipsa salaria Ro. Eccl. eo ipso sint, & esse intelligantur legitimè confiscata, & q̃ per curiam super contentis in dictis literis sic retentis procedi possit in causa,ac si literæ fuissent restitutæ, & processus valeat, & quicquid per delinquentes sic factum extiterit, ipso iure non valeat: & de prædictis stetur relationi baiuli cum depositione vnius testis, vel cum publica fama probata per idoneos testes, vel cum alijs verisimilibus indicijs, quæ in dicia relinquimus arbitrio iudicantis: quę relatio cum altero prædictorum pro plena,atq; legitima probatione habeatur.

GLO. CAP. XLVI.

a LITERAS] literarum appellatio generalis est, quaslibet comprehendens literas. l. sed & si. §. proscribere. ff. de inst. act. l. seruus si hæredi. §. imperator, versi. sed si hæres. ff. de statul. c. inter, de fide instr. vnde ad declarandum addi debet, de quibus intelligatur literis, vt de literis Papæ vel Cardinalium, de quibus in c. ꝙ super, de fide instr. vel de literis Imperatoris. l. vn. C. de mand. prin. propterea constitutio (vt intelligatur, de quibus literis loquatur) addidit de litetis rectoris & suæ curiæ: sic considerat Rebuf. in tract. de lit. oblig. in præfat. tom. 1. Et intelligenda est constitutio generaliter de literis rectoris & eius curiæ siue ad petitionẽ, siue motu proprio, siue ex certa scientia emanauerint, vt consuluit Card. consi. 142. vi detur, col. vlt. Fel. & alij in c. si quãdo, de rescrip. Quæ literæ benignè recipiendæ sunt, & non austerè, & iracundè, sed cum mansuetudine & liberalitate animi, de qua loqtur tex. in l. 1. C. de thes. lib. 10. vbi Luc. de Penna. Et iudices delegati Papæ solent dicere in processu hæc verba. Hodie fuerunt exhibitæ nobis literæ Sanctiss. Domini nostri, quas cum honore, & qua decuit reuerentia recepimus, facit tex. in c. regum. 23. q. 5. in fi. ibi, ipsis autẽ Principibus & potestatibus fidem & reuerentiam seruari oportet, quã qui non exhibuerit apud Deum præmia inuenire nõ poterit, & 1. peri. c. 2. scribitur Regem honorificate, & hæc reuerẽtia est honoris cum timore in signum subiectionis exhibitio. Et scribit Imperator iudicibus & magistratibus qualiter se habere debeant in §. festinabis, in auth. de mand. prin. sic dicens, talem prębebis temetipsum omnibus, & publicè, & priuatim, vt terribilis quidem sis delinquentibus & indeuotis circa fiscalia, mansnetisimus autem & mitis omnibus placidis & deuotis, & paternam eis exhibeas reuerentiam. Et si non recipient literas, vel moram committent in restituendo punientur. l. nullus. C. de fabric. lib. 11. Rebuf. in tract. de rescrip. art. 1. glo. 1. & seq. to. 2. Verum hodie literæ ad partis instantiam immo potius importunitatem facilius conceduntur ad Cancellariam impinguandam, quæ literæ non solum non proficiunt aliquando, immo sepisimè damnum ingerunt impetrãti propter multas nullitates, quæ in processibus fabricandis committuntur, vt quotidie experientia docet, qui abusus esset omnino tollendus, quo pauperes litigantes illaqueantur, nec viam se extricandi inueniunt, & sic lites ex litibus fiunt, vt clientes vsque ad orcum excrucientur, patronis causarum non reclamantibus, sed immo viam vltrò aperientibus, vt maiora stipendia consequantur, excolantes pulicem, & deglutientes camelum, qui vtinam aliquando resipiscerent.

DE EXILIO NON imponendo prouincialibus. Cap. XLVII.

EGIDIVS Episcopus Sabinen. Ap. Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Quamuis per constitutiones rectorũ olim fuerit ordinatum, ꝙ rector, & iudex, seu quicunque ipsorum posset omnes, & singulos, quos vellet cõfinare, & ad confinia, & locum, quem voluerit intra, & extra prouinciam mittere: Nos tamen cõsyderantes, ꝙ graue est absq; magna causa alicui interdicere patriam, & ꝙ ex hoc, si de facili fieret, possent diuisiones in terris, & magna scandala exoriri, idcirco pro bono statu cuiuslibet prouinciæ volentes moderamen debitum adhibere, statuimus ꝙ nullus iudex, aut officialis rectoris prouinciæ, nullusq; potestas, iudex aut officialis cuiuscunq; terræ, vel loci possit confinia in dicere mandare, nec alicui patriam, vel
a prouinciam interdicere[a] perpetuò, vel ad tempus: sed quoties pro bono statu prouinciæ, siue alicuius terræ, loci, aut pro eui tando magno scandalo id videbitur expedire, tale negocium ad rectoris prouinciæ notitiam deferatur: qui rector super huiusmodi negocio conuocet thesaurarium, & iudicã ipsius rectoris in sua generali curia residentes, & aduocatum fisci, & eis huiusmodi negocium clarè, & seriosè exponat: & ab eis, & quolibet ipsorum speciale exigat iuramentum, ꝙ super ipso negocio fideliter consulent, idq; pro meliori crediderint procedere: & fiat (prout tunc per dictum rectorem, iudices, tehsaurarium, & aduocatum fisci iuramento firmantes) id quod decreuerint se credere fieri pro meliori, ac vtiliori statu ꝓuinciæ, seu terræ, & super illo negocio fuerit ordinatũ. De datione huiusmodi confinium facienda, vel non, & pœna imponenda in non obseruantes confinia, firmiter obseruetur: de quibus iuramentis, & ordinatione rogetur notarius, & fiat instrumentum per prædicta: tamen processibus, & sententijs maleficiorum secundum formam constitutionum latis, & constitutionibus de ipsis, seu de bannitis, & cõdemnatis pro maleficijs loquentibus,

tibus, & insertis in præsenti volumine, nolumus in aliquo derogari.

GLO. CAP. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Potest alicui ex causa interdici aliquis locus.*
2 *Multoties huiusmodi interdictio proficua est.*
3 *Confinatus rumpens confinia quomodo puniatur.*
4 *Confinatus ad tempus finito tempore redire potest.*
5 *Confinatio in quibus locis fieri possit.*

a 1 INTERDICERE] cõceditur hoc de iure, vt †alicui interdici possit, ne exeat domum, ne transeat per talem vicum, vel non exeat talem contratam. l. pen. & per discursum. ff. de interd. & releg. Et hoc passim seruant Veneti inter exercentes ciuiles discordias, vt factum vidi in Portugruario illis de Fractinis & Perinis sibi inuicem aduersantibus ne exirent à certis compitis. Tamen constitutio hic ꝓhibet huiusmodi interdictionem patriæ, ne ex illa in terris oriantur scandala, ergo à contrario sensu, si per talem interdictionem remouerentur potius scandala, permitte etur interdictio. Sed hæc prouisio hodie alterata est per bã
2 nimenta superiorum. Quòd †multoties expediat huiusmodi interdictio & cõfinatio, audi qd scribat Isidorus, vt refert Gratianus, in c. valet, distin. 81. Valet (inquit ille) interdũ conuersis pro salute animæ suæ mutatio loci, plerunque enim dum mutatur locus, mutatur mentis affectus, congruum est ergo, & inde etiam corporaliter, vbi quisque illecebris deseruiuit, Bernard. Diaz in
3 prat. cano. c. 126. Confinatus rumpens †confinia debet illi duplicari tempus confinium illius temporis, quod superest, Bar. in l. aut dãnum. §. quisquis, & ibi Alex. in apost. ff. de pœn. Et permittitur etiam, ꝙ si potest capi, in carcere est detrudẽdus, & ibi permanere debet, donec tempus confinium finitum fuerit, Bald. in l. omnes, in fi. C. de pœn. Et si reperiatur in loco sibi interdicto aliquãdo solet deportari. l. mathematicos, & ibi no. in fi. C. de epis. & cler. Alex. in apost. ad Bart. in l. relegati, & in d. §. quisquis, hanc pœnarum varietatem reducit ad concordiam Iul. Clar. in §. fi. q. 71. versi. quæro qua pœna, vbi etiam ponit, quid dicendum, de eo confinato ad arbitrium iudicis, qui concludit (exposa sententia Antonij Gomes. in c. 8. delic. nu. 5. & Foller. in prat. can. pag. 282. in prin.) ꝙ seruatur Mediolani, ꝙ tale arbitrium transit ad successorem, quia facta est à iudice tanquã persona publica, & sub nomine officij.
4 Cõfinatus †ad certum tempus, potest finito tempore redire ad patriã sine licentia cõfinãtis, Bal. in proœ. ff. §. hęc autem tria, in l. actione. §. labeo.
5 ff. pro Soc. Carpol. caut. 41. Confinatio †debet fieri in terris subditis aliàs nõ valet, Bar. in l. relegatorum. §. est quoddam. ff. de interd. & releg. de cõsuetudine seruatur contrarium, Bal. in l. executorem, col. 10. versi. modo ego quæro. C. de execu. rei iud. Abb. in c. postulasti, col. 5. de for. comp. & ita aliàs vidi seruatum à Domino Plumbini in quodam eius subdito à Subereto, quem Parmæ confinauit, grauans illum, vt quotidie se præsentaret coram certo doctore Parmensi, & de illius præsentatione notam fieri procuraret. Et ita fieri posse de consuetudine testatur Iul. Clar. in §. fi. q. 71. versi. vidi ego, Franc. Marc. decis. 359. nu. 9. par. 1. Et confinato solus Princeps dare potest licentiam redeundi, iudex confinans ex iusta aliqua causa, Bar. in l. relegati. ff. de pœn.

DE EXAMINE NOTARIORUM faciendo. Cap. XLVIII.

a SIGISMVNDVS Gonzaga olim Card. & Legatus cõstitutionem posuit de examine notariorum,[a] quam NOS Rodulphus Pius Card. & Legatus innouamus, obseruariq; mandamus, & est talis:

CVM experientia nos docente, hactenus multi in collegio notariorum ignorantes, etiam insufficientes, minusq; fideles, & legales admissi fuerint, idq; euenisse credimus, quia de eis (vt decens erat) nullum præcesserat examen. Idcirco neminem de cætero in dicto collegio notariorum recipi decernimus, nisi per collegium aduocatorum, & procuratorum curiæ generalis, videlicet per duas partes de tribus fuerit approbatus, & in collegio ad minus interuenerint duę partes ipsorum, qui erunt præsentes in curia, & eorum suffragia reddantur secretè: onerantes conscientiam singulorum collegiatorum huiusmodi, vt semota omni passione minus idoneos non admittant sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, quam in singulos trina monitione canonicè pręmissa, ferimus in his scriptis. Decernimus tamen NOS Rodulphus Pius Card. & Legatus prædictus examẽ prædictum fieri debere coram ipso rectore prouinciæ, & eius auditoribus, & iudicibus vnà cum prioribus collegij aduocatorum, & procuratorum, ac duobus deputatis per collegium notariorum dictæ curiæ.

GLO. CAP. XLVIII.

a NOTARIORVM] Sancta est præsens constitutio, vt examinatio imprimis eorũ fiat, qui ad notariatus officium admitti volũt, in cuius persona fides publica residet, quorum imperitia solet plerunq; ponere conscientiam proborum virorum in magno discrimine, Iaſ. in l. ſi filius à patre, col. fi. ff. de lib. & poſth. vbi etiam Alexan. dicit, sæpe eos esse ipso testatore imperitiores. Seruat hoc resp. Ianuensis in toto eius dominio, vt quis non admittatur ad exercitium notariatus, nisi prius à collegio doctorum Ianuæ fuerit examinatus, & illo interim se exercet apud aliquem praticum & prouectum notarium, antequam sui periculum faciat, quia multi ad tempus reprobantur. Vtinam hoc in pronincia nostra seruaretur, & nõ admitterentur *nisi peritiſsimi*, hodie non abundaret *imperitis notarijs*. Not. tamen, q imperitia notarij partibus nocere non debet, glo. fin. in l. fi. C. de fideiuſſ. Bald. in l. ſi cum ante. C. de don. an. nup. Aym. conſi. 147. nu. 5. No. duo in praxi. primum illud est, q notarius non potest cogi tradere instrumentum ei, qui nõ rogauit, licet prætendat interesse, & hæc est. cõmunis concluſio, Ang. conſi. 399. Paul. de Caſtr. & Iaſ. in l. prætor ait, in prin. & in l. quædam, in prin. ff. de eden. latè Dec. in c. 1. col. 55. cum seq. de prob. vbi hanc concluſionem ſex modis limitat. Secundum illud est, quod ad ostẽdendum hoc interesse vltra iuramentum calumniæ debet aliunde apparere, Bart. in l. 1. in prin. num. 5. vbi Alex. ff. quemad. testa. aper. Ang. in l. ſiqs ex argẽtarijs. §. exigitur, ff. de eden. Et propterea debet à notario exhiberi protocollum iudici, qui perſpectis verbis instrumenti, cognoſcet, an interſit petentis habere huiuſmodi instrumentum publicum Iaſ. in l. fin. ff. de eo per quem fac. erit Rot. Pedem. deciſ. 57.

DE SOLVTIONIBVS SCRIpturarum tam notariorum curialium circa acta bancarum, quàm aliorum notariorum in prouincia. Cap. XLIX.

DOSVIT Benedictus Cardinalis Rauennatenſis Legatus eo tempore conſtitutionem, quam obſeruari mãdamus, præterquã in ſecundis extractionibus ſcripturarum in formam publicam: nam in ſecundis, & deinceps extractionibus ſolum carlenos duos ſolui mandamus, & non vltra, conſtitutio vero ſua est talis, videlicet.

Item, quoniam in pluribus locis extant ſtatuta, q notarij pro mercede a inſtrumentorum per ipſos rogatorum, & in publicam formam extractorum, ſeu extraendorum, poſſint habere, & petere ad rationem duorum bononenorum pro quolibet floreno ſummarum contentarum in dictis inſtrumentis: in multisq; alijs nulla extant ſtatuta diſponentia ſuper huiuſmodi ſolutionibus. Volentes in præmiſſis opportunè prouidere, & dictas ſolutiones ad congruam mercedem reducere, ſtatuta prædicta tanquam exceſſiua, & cõtra honeſtatem edita, penitus reuocantes ſtatuimus, & decernimus, q notarij rogati de aliquo inſtrumento pro ipſorum mercede inſtrumentorum extrahendorum in publicam formam habere debeant, & poſſint modo infra ſcripto, videlicet, Vſq; ad ſummam 25. florenorum, carlenos duos, vſq; ad ſummam 50. flor. carlenos quatuor, ab inde vſque ad centum, florenum vnum, ab inde vſq; ad flor. ducentos flor vnum cum dimidio, ab inde vſque ad trecentos flor. duos, ab inde ſupra p quolibet centenario floreno rum, bon. 20. ita tamen, q non excedant ſummam quinq; flor. Pro quolibet inſtrumento. Pro inſtrumentis mandati, procurationis, compoſitionis, compromiſſi, & quetationis carl. duos. Pro inſtrumento tranſactionis, concordiæ, & diuiſionis bonorum, & pacis inter communitates, & inter particulares, carl. quinque, dummodo in eo fiat mẽtio de aliqua obligatione ſummæ denariorum, ſuper qua obligatione ſoluatur modo ſupra dicto, cõputatis tamen dictis quinque carlenis. Pro teſtamentis, & vltimis voluntatibus, ſi hæreditas est valoris 50. florenorum, carl. quatuor, vſque ad centum, carl. quinque, vſque ad ducentos, flor. vnũ, ab inde ſupra, flor. duos quantæcunque quantitatis fuerit. Pro qualibet particula teſtamenti videlicet legati, vſq; ad ſummam centum florenorum, carl. tres, & bon. duos, ab inde ſupra, flor. vnum. Pro quolibet codicillo flor. vnum, ſi res codicillata est valoris flor. centum, ab inde infra bon. viginti, pro inſtrumento emptionis, & venditionis habeant modo ſcripto: ita tamen, q non excedat ſummam vnius ducati auri, & q ſtatim notarij, qui fuerint rogati de dictis inſtrumentis venditionum, permutationum, & de teſtamentis, codicillis, ac vltimus voluntatibus teneantur illa extrahere in publicam formam, & dare emptoribus, & hæredibus teſtamentorum: & ipſos inuitos ad ſolutionem mercedis cogere, prout mandamus omnibus officialibus dictæ prouinciæ, vt ad ipſorum notariorum inſtantiam teneantur executiones facere contra dictos emptores, & hæredes, omni ſolennitate, & tela iudiciaria poſtpoſita. Pro inſtrumentis emptionis, & permutationis rerum eccl. quia in eo examinãtur teſtes, & regiſtrantur multa alia, & facultates apoſtolicæ, notarij prædicti recipiant duplum, quatenus dictum est ſupra de inſtrumentis emptionum, & venditionum, ſaluo tamen q vbi extant ſtatuta de ſummaminorum ſolutionum, illa tanquam honeſta confirmamus, & obſeruari mandamus, hac noſtra conſtitutione non obſtante: & hoc locum ſibi vendicet in præſentibus, præteritis, & futuris.

GLO. CAP. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Notarius duplicem mercedem habere debet.*
2 *Notarius poteſt cogere partem ad leuandum inſtrumentum.*
3 *Poteſt etiam recipere mercedem, vt ſolum oſtendat protocollum.*
4 *Sacerdos non poteſt eſſe tabellio.*
5 *Notarij de contractu pauperum non debent recipere mercedem.*
6 *Quando requiruntur duo notarij non procedit in actis publicis.*

a MERCEDE] †De iure cõmuni notarius duplicem mercedem habere debet de inſtrumẽto rogato. Primo pro rogitu, & in breuiatura, ſiue protocollo, alij ſcripturam matricem appellãt. Secundo pro extenſione, quando redigit in publicam formam protocollum, de qua ſecunda mercede loquitur conſtitutio, quam notarius obſeruare debet, not. Bar. in l. argẽtarius, in prin. ff. de eden. allegat tex. in l. fi. C. de prin. agen. in reb. lib. 12. & pro labore notarius habere debet ſalarium. c. ſtatutum. §. notarium, de reſcrip. lib. 6. Dec. conſi. 654. Et quamuis conſtitutio mandet iudicibus, vt ad inſtantiã notariorum grauent partes ad ſuſcipienda eorum inſtrumenta, de iure tamen hoc non erat neceſſarium, quoniam notarius † poteſt cogere partem ad ſuſcipiendum inſtrumentum groſſatum, vt pulchrè not. Bar. & Alex. in add. ad ipſum in l. non aliter. ff. de adopt. Aret. in §. cum autem, inſt. de adopt. & Ang. in l. munerum. §. iudicandi. ff. de mun. & hon. Poteſt etiam † Tabellio recipere pretium ad hoc vt oſtẽdat protocollum, gl. est in l. argentarius, in verb. ideo, in prin. ff. de eden. & cogitur notarius oſtendere inſtrumentum quotieſcunq; opus fuerit data pecunia. Circa hoc ad vnum animaduertẽdum est, q quando petitur protocollum exhiberi, ſi notarius est de iuriſdictione iudicis, iudex illi p̃cipit vt exhibeat, ſi alterius iuriſdictionis, in ſubſidiũ literę requiſitoriæ conceduntur, Bar. in l. prætor ait. §. fin. ff. de eden. Rot. Pedem. deciſ. 16. Not. q † ſacerdos non poteſt eſſe tabellio, ſi tamen conficit, valet. c. ſicut, ne cler. vel mon. Intellige, vt declarat Dida. lib. prat. quæſt. c. 19. nu. 8. de conſuetudine vidi contrarium ſeruari in dominio Veneto, vbi paſsim ſacerdotes notarij ſi rogant. Animaduertant diligenter notarij, q ſi † conficiunt inſtrumentum de aliquo cõtractu pauperis, q de iure nihil debent ab eo percipere nomine ſalarij, Ro. in l. ſi vero. §. de viro, in fall. propter pauper-tatem. ff. ſol. matr. motus per tex. in l. tam dementis, in fin. cum glo. C. de epiſc. aud. extende rationem in illo tex. expreſſam vt ibi per eum, Iaſ. in §. tripli, col. pen. inſt. de act. Rot. deciſ. 803. not. mandauit, in antiq. & dicit Affl. in conſtit. appellationum tempora no. 5. q iudex ad quem poteſt cõpellere notarium iudicis à quo ſtante pauper-tate appellantis, q det copiam proceſſus abſq; ſalario. d. l. tam dementis, in fi. cum gl. Alex. in d. l. argentarius, in fin. prin. refert & ſequitur Neuiz. conſi. 44. nu. 13. O vtinam bene ſeruarent hæc dicta iſti impij procuratores, notarij, & aduocati, qui ſunt excoriatores pauperum, quos Bart. in rep. l. omnes populi in 5. q. prin. ff. de iuſt. & iu. appellat congruentiſsimo vocabulo, canes curiarum, & deuoratores ciuium. Et licet ex † ſtatuto (vt est Cinguli) duo notarij requirãtur in aliquo actu, tamen valebit actus, licet duo notarij non interueniant, ſi is actus fiat apud acta, teſte Marſi. in rub. de prob. col. 10. facit tex. in l. 1. in fi. cum l. ſeq. ff. de appel. facit etiam ſing. deciſio Aret. in §. ſin autem, inſt. de ſatiſd. col. 2. vbi dicit, q contra mandatum factum apud acta, non poteſt aliquid opponi, ideo ſis cautus, vt conſtituas tuum procuratorem coram iudice ſedente pro tribunali & aduerſario præſente, vt poſtea opponi nihil poſsit, doc. in l. 1. C. de ſatiſd. docet Rebuf. tract. de chirog. recog. nu. 71. cum ſeq. tom. 1. Not. q aſſertioni notarij nec partium ſtandum est, quando agitur de præiudicio tertij, Alex. conſi. 101. nu. 11. lib. 4. Aym. conſi. 88. num. 20. Affl. deciſ. 150. nu. 35. & ſeq. Pariſ. conſi. 100. col. 2. nu. 18. lib. 1. latiſsimè Natta conſi. 352. nu. 3. cum ſeq. No. etiam, q notario atteſtanti de aſſertione partium, non autem de proprio viſu, vel auditu creditur, & ex illis verbis ſtante temporis diuturnitate

tate non præsumuntur solennitates interuenisse, Grama.decis.79.nu.19.vbi dicit, ita fuisse iudicatum, Roland. à Valle consi.90.nu.38.lib.1. post Soc.cõsi.52.lib.4.Rot.Pedem.decis.171.nu.11.

DE VICTVALIIS NON PORtandis extra prouinciam. Cap. L.

EGIDIVS Sabinẽsis Episcopus Apostol.Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Auaritiæ cœcitas, & damnatæ cupiditatis improbitas ita quorundam animos occupauit, ꝙ diebus elapsis granum,[a] ordeum,& alia blada,grasciam, & victualia multa, ex quibus incolæ prouinciæ deberent deducere vitam suam,extra ipsam,& confines ipsius portauerunt,& extraxerunt terrestri,vel maritimo itinere: & continuò cum exquisitis fraudibus portare, & extrahere non verentur, propter ꝙ dicta blada, & victualia in tantum cariora vltra modum debitum aliquando sunt effecta, ꝙ nisi per nos de competenti, & celeri remedio succurratur, ad importabile possent dispendium, ac periculum prouinciæ deuenire. Nos igitur qui curis solicitari debemus continuis,vt subditorum dispendijs obuiemus, ac eorum commodis (in quantum possumus) intendamus,hac præsenti, & irrefragabili constitutione sancimus,ꝙ nulla ciuitas,castrum, communantia,villa,vel quiuis baro,ac nobilis,aut alia singularis persona vndecunque, & cuiuscunque conditionis existat, extra prouinciam,seu extra eius terram, siue fines,granum,ordeum,seu bladum aliquod, siue victualia,aut aliquam grasciam portare, aut extrahere, vel extrahi facere per terram, vel per mare,seu per aliquem locum deferri: nec in prædictis opem,auxilium,& consilium,vel fauorem publicè,vel occultè,directè,vel indirectè, seu quouis alio colore quæsito præstare aliquatenus præsumant. Qui vera contra prædicta, vel aliquod prædictorum fecerit,si communitas in trecentis florenis auri: si baro in centum florenis auri: & alia singularis persona in quinquaginta florenis auri Romanæ Camerę,& Ecclesiæ applicandis puniantur: ac etiam in amissione bladi, victualium, bestiarum, curruum, nauium prædicta portantium puniantur: & cuilibet liceat tales in prædictis,vel aliquo prędictorum delinquentes, & in ipso delicto compertos apprehendere,& arrestare, & apprehendi, atque arrestari facere: & habere debeant tertiam partem omnium prædictarum pecuniarum,& rerum: tamen infra quintam diem tales sic captos, & arrestatos cum victualibus prædictis, rebus,& bestijs prędictis presentare,& denunciare Rectori prouinciæ,& suæ curiæ teneãtur ad pœnam quinquaginta florenorum auri effectualiter auferendã. Liceat etiam quibuscunque delinquentes prædictos in omnibus capitulis supradictis denunciare,vel accusare. Præsenti insuper huic adijcimus sanctioni, ꝙ cuilibet psentis nostræ constitutionis auctoritate sit licitum granum,ordeum,& quodcunque bladum,vinum,oleum,sal,grasciã quamlibet, & mercationes quascũq; ad curiam Legati Apostolicæ Sedis, vel rectoris prouinciæ generalem,siue locum,vbi ipsa curia residet, deferre,vel deferri facere vndecunque: non obstantibus aliquibus statutis,reformationibus,prouisionibus,& quibusuis ordinationibus alicuius ciuitatis,communantiæ, castri, vel villæ,vel cuiuscunque vniuersitatis,vel collegij,baronis,vel alterius specialis personæ directè obuiantibus in prædictis,vel aliquo prædictorum.Insuper quandam constitutionem editam circa dictam materiam per bonæ memoriæ dominum Bertrandum Episcopũ Sabinen. dum erat Archiepiscopus Ebredinensis, & fungebatur reformatoris officio,huic duximus inserendam,cuius tenor talis est.

ITEM, cum humanæ naturę sit proprium alios affici beneficijs aliorum,& sic alterius onera portare debeat, ꝙ indigentes vicinorum abundantium subsidijs releuentur, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus,ꝙ per totam prouinciã (non obstantibus quibusuis ipsius prouinciæ constitutionibus,vel statutis) quicunq; de loco ad locum, & de terra ad terram infra dictam prouinciã possit liberè, & impunè,& absq; rectoris,thesaurarij, marescalli,& alterius cuiuscunque officialis apodissa, licentia, vel bulletta deferre, ducere, seu vehere, seu deferri,duci, vel transduci facere granum,vinum,oleũ, animalia, & omnia alia victu-

victualia,seu grasciam, & quæcunque alia mercimonia,seu vecturas cuiuscunq; conditionis,seu valoris existant pro suæ libito voluntatis, & præcipue ad locum vbi maior curia rectoris prouinciæ residebit: hoc saluo,ꝙ ad terras Romanæ Ecclesiæ rebelles non possint,durante rebellione,res huiusmodi,vel quęcunque alia sine pœna perditionis, & alia rectoris arbitrio inferenda,duci,transuehi,seu portari: per hoc autem intelligimus,ꝙ si res prædictas per loca,vb Romana Ecclesia vectigal, seu passagium recipere consueuit, duci contigerit, vel transferri de,& pro ipsis rebus consuetum vectigal,seu passagium exigatur.

GLO. CAP. L.

[a] GRANVM] qui de materia prohibitionis extractionis victualium ad saturitatẽ expleri voluerit legat Rip. in tract.de peste,qui vbi agit de vberte multas quæstiones format ad propositum, quas hic referre consulto omitto, cum ab omnibus videri possint.Stante proclamate(vt in partibus nostris frequentius cõtingit) ꝙ omnes infra certum terminum debeant profiteri coram officiali sua frumẽta,imprimis tale proclamma non ligat alienigenas,Rom.sing.vlt. nec ignorantes, de quorum ignorantia statur illorum iuramento sic in terminis consuluit Guid.Pap.consi.199. & potest etiam breui mora purgari, inno. in c. fin. versi.item hoc habent locũ,qui matr.accus.poss. quem refert & sequitur Præpositus ibi colum.5. & in dubio amplectenda est illa opinio quæ fauet purgationi moræ Rip. in l.si insulam, col.2. in fi.ff.de verb.obli.Et diffusè hæc omnia latissimè peragit Rot. Pedemon.decis.71. ad quam in materia semp recurrẽdum iudico. aliquas etiam quæstiones format Iul.Clar.in §.fi.q.82.statuto. 7. Dum permittit constitutio extractio de loco ad locum in prouincia nulla impetrata licentia vel bulettino.Hodie à Præfecto annone Cameræ Apost.alterata est & variata secũdum temporum cõditionem,& multoties hoc facit superioribus thesaurarij, vt sui notarij bulettinorum stipendia consequantur.

DE COMPOSITIONIBVS super maleficijs, seu processibus, & condemnationibus. Cap. LI.

[a] EGIDIVS Episcopus Sabinensis, Apostolicæ Sedis Legatus,& domini nostri Papæ Vicarius. Super negocio compositionum[a] inuenimus bonæ mem.dominum Bertrandum, dum erat Archiepiscopus Ebredinensis,& reformatoris fungeretur officio,per suas constitutiones prouidè statuisse, ꝙ nullus accusatus, denunciatus, vel inquisitus ad componendum cum curia,vel Camera directè per macerationem,vel longam morã carceris, vel retardationem processus, vel aliter compellatur,vel per se, aut personas interpositas inuitetur,sed cõtra ipsum reum secundum iura,& constitutiones cum debita deliberatione(tamen absque cunctatione moratoria)procedatur: & auditis iustis defensionibus causa per diffinitiuam sententiam, absolutoriam,vel condemnatoriam terminetur (dummodo spontaneæ compositiones aliàs licitæ per hoc non intelligantur esse prohibitæ) & ꝙ nulla vniuersitas,vel persona priuata ad compositionem faciendam admittatur,nisi componens in actu compositionis in manus rectoris, vel thesaurarij iuret corporaliter,ꝙ nihil per se,vel alium, vel alios pro eo sciente, vel pro causa, pro qua componitur,dederit, vel dabit alicui officiali curię,vel alteri eorum nomine,vel familiaribus eorundem,vt per hoc ad compositionem admitteretur simpliciter: vel magis forsan gratiosè, vel aliter qualitercunque directè,vel indirectè ex causa, vel occasione compositionis huiusmodi, vel delicti, quod prætenditur perpetratũ (per hoc autem non negamus, quin notarijs, & custodibus carceris de suis iustis salarijs satisfiat) Et ꝙ siquis super præmissis inuenire tur degenerans,vel dans contra præmissa, compositio eo ipso sit nulla,& omni careat effectu: cõpositione tamen soluta, vel promissa apud Camerã remanente, & qui contra constitutionem ipsam reciperet, ipso facto excommunicationis sententiam incurrat. Nos etiam simile iuramentum per potestatem,& priores,siue antianos communitatis,

nitatis,& vniuersitatis,pro qua component tur, ante ipsam compositionem præstari iubemus,de quo fiat fides rectori, & thesaurario tempore cõpositionis per publicum instrumentum: aliàs compositionem decernimus esse nullam. Decreuit etiam, & nos approbamus, ꝙ in generali compositione, quæ fieret cum aliqua communitate,vel vniuersitate pro rebellione, inobedientia, seu alijs offensionibus, defectibus,& delictis non includantur,sed excludantur,& expresse intelligãtur excluſi hæretici,sodomitæ, homicidæ,raptores virginum specialiter Deo consecratarum, falsatores monetæ,incẽdiarij,publici latrones, sacrilegi, & in personis officialium ecclesiæ,& curialium maioris curiæ delinquentes. Quòd si rector prouinciæ, postquam sibi notũ esset,vel fama publica esset in prouincia ꝙ creatus esse nouus rector ipsius prouinciæ, non possit pœnam imponẽdam (forsitan alicui ex bãnitis) remittere,nec inquisitiones,& delationes in libris, & actis scriptas mandare cassari, vel facere cancellari, nisi vocata parte, & procuratore fisci,in quantum Camerę pœna contingeret nec talem reum (exigente iustitia)per diffinitiuam sententiam liberare, nisi interueniente thesaurario cum ipso rectore, seruatis constitutionibus cum inquisito,seu delato duceret componendum: ꝙ etiam cum accusato,seu delato per accusationem, vel denunciationem, in qua deductum esset damnum, & interesse partis nõ fieret compositio,nisi prius super damno,seu interesse huiusmodi remittendo, vel aliter inter partes concordatum esset, vel nisi in compositione ius partis cõponendo cũ vtroq; simul deducatur, vel nisi defererentes per curiam requisiti malitiosè, vel voluntariè, (prout rectori,& thesaurario videretur)cũ delato renueret concordare. Cumq; post præfatas constitutiones domini Bertrandi prędicti sanctissimus pater,& dominus,dominus Innocentius diuina prouidentia Papa Sextus per suas prouidas cõstitutiones, quarum vna incipit. Sicut facilitas,alia vero incipit.Quamuis omnes,quos regentes nobis diuina prouidentia,& cætera. Quarum constitutionum seriem supra in primo libro harum cõstitutionum inseri fecimus,

b prohibuerat de homicidio [b] componi, & ipsam per rectorem prouinciæ,siue thesaurarium componi,vel processum cassari, vel tolli,seu suspendi (prout in ipsis cõstitutionibus plenius continetur) ipsas cõstitutiones mandamus inuiolabiliter obseruari. Et quia per constitutiones nostras contentas in præsenti volumine, vt plurimum pœnas certas cum magno temperamento limitamus pro delictis, quæ prius passim in arbitrio iudicis consistebant, de quibus si diminueretur, esset ad impunitionem delictorum quodammodo deuenire, & licentiam singulis tribuere delinquẽdi. Et quia reipublicæ interest, ne delicta remaneant impunita,præsenti cõstitutione statuimus, ꝙ nulla compositio,transactio,vel remissio decætero per rectorem, & thesaurarium, vel alium ipsorum, vel quemcunq; alium officialium fieri possit de aliquibus processibus, bannis, condemnationibus, aut delictis, per quam tolleretur, vel remitteretur aliqua pœna pecuniaria per nostras constitutiones ordinata, in & pro illo delicto,de quo fieret cõpositio,transactio, vel remissio in criminibus, & delictis, in quibus reperiretur per nostras constitutiones certa limitata, & statuta pecuniaria pœna. Pro alijs vero delictis, pro quibus per nostras constitutiones pœna pecuniaria limitata non esset cõtra culpabiles fiat condemnatio in ea pœna,quę per rectorem prouinciæ cum consilio thesaurarij, & suorum iudicum maioris curiæ,& aduocati fisci, habita consideratione locorum, & personarum,& qualitatis delicti, & diligenti deliberatione (ne quid durius,[c] vel remissius, quàm expediat, statuatur) fuerit ordinatum: ne ad compositionem aliquam aliam super futuris processibus, condemnationibus, & excessibus procedatur: sed de commissis in præteritum possit fieri compositio generalis, vel specialis in omnibus casibus specialiter non prohibitis, prout est hactenus consuetum. Verum quia pœnæ

d debent suos tenere auctores,[d] statuimus ꝙ in compositione, aut transactione aliqua, quæ decætero fiet cum quacunque communitate, vel vniuersitate,aut expensis cuiuscunque cõmunitatis,vel vniuersitatis,nullatenus includantur, nec in aliquo modo absoluantur, nec liberentur aliquæ singulares personę imposterum delinquentes,

quentes, sed quælibet persona singularis pro suo,vel sui prædecessoris reatu singulariter, & diuisim suis componat expensis absque vniuersitate, vel communitate, & absque vniuersitatis,siue communitatis pecunia,onere, auxilio, siue fauore: & si secus factum fuerit,non valeat ipso iure.

GLO. CAP. LI.

SVMMARIVM.

1 *Quamuis inferior non possit tollere legem superioris,potest tamen adiuuare.*

2 *Episcopus licet non possit derogare canonibus, potest illos fouere.*

a COMPOSITIONVM] redijt vnde abierat compositio. Nunc delinquentes de pœna supplicant superiori consentiente thesaurario,ad quem spectat appaltus thesaurariæ, & hodie ferè omnes pœnæ alteratæ sunt per bannimenta Superiorum, vt quidem liber quartus senescere videatur. Et quãuis

1 †inferior non possit aliquid statuere vel ordinare contra ius commune, & has constitutiones à Principe emanatas.l.formã.C.de off. Præf. præt. l.nam & magistratus.ff.de arb.Alexan.in l.nemo potest, col.1.ff.de leg.1. potest tamen facere statutum in auxilium prohibitionis superioris apponendo pœnam aut multam prohibitioni,glo. in clem.ne Romani,in verb.tolli, & ibi Car.q.3. de elect. Dec. consi.199. col.fi. in prin. versi. & ideo.Hinc consuluit Fed.de Senis consi.182. statuto Episcopi,in fi.ꝙ †Episcopus constitutioni

2 bus suis pœnalibus potest ius commune iuuare pœna etiam in iure non expressa,allegat Host.in c.fi.de off.archip.& tamen non potest Episcopus statuere contra ius commune, Aym. consi. 314. nu.2.similiter hoc comprobat. Nam vsus armorum de iure cõmuni ꝓhibitus est.C.vt arm.vsus in rub.& nigr.lib.11.in auth.de armis, Bart. in l. 1.ff.đ vi pub. quod maximè procedit in rusticis. c.1.§. siquis rusticus, de pace tenen. ideo possunt domini inferiores interdicere delationem armorum ius commune exequentes. Expedit etiam huiusmodi causas criminales expediri supplicatione ad euitandam infamiam,quæ aliquando ingeri posset sententia.

b HOMICIDIO] Nil tibi fiat mirum si pro homicidio nulla posit fieri compositio, quoniam nec valeret statutum,ꝙ pro homicidio pœna pecuniaria imponatur,quia daretur materia delinquendi,Fel.in rub.extra de hom.Dec.in l.1.in prin.ff.quod quisque iu. & in c.cognoscentes,col.1.lect.2. de const. vbi attestatur hanc esse communem opinionem, Aym. consi.137. nu.3. Dida.lib.2.resol.c.9.nu.2.

c DVRIVS] docuit Marcellus iuriscons. ꝙ respiciendum est à iudicente,nequid aut durius aut remissius cõstituatur,quàm causa deposcat. Nec enim aut sæueritatis aut clementiæ gloria affectanda est,sed perpenso iudicio,prout quæque res expostulat, statuendum est.l.respiciendum,in princ.ff.de pœn. Quum autem officium iudicantis per se satis graue sit, ac onerosum,tum quidem in criminalibus est multo grauissimum ac periculosissimum.Cicero Pomponium Atticum, vel ob id quondam maximè laudabat, ꝙ ab eo nihil vnquam viderit temerè fieri,præsertim in pronunciandis litibus.l.Pædius. ff.de incend.rui.& nauf.

d AVTORES] concordat tex.in l.sancimus. C.de pœn.& dicitur Ezech.c.18. anima quæ peccauerit ipsa morietur,iustitia iusti super eum erit, & impietas impij super eum.l.crimen. ff.de pœn.alijs tamen rationibus aliquando contrarium contingit,quod videre peteris apud Dida.lib.2.resol.c.8. & aliquando sic Alcia. lusit.

Arripuit vt lapidem catulus, morsusq; fatigat.
Nec percussori mutua damna facit.
Sic plerique sinunt veros elabier hostes.
Et quos nulla grauat noxia,dente petunt.

DE PROHIBITIONE REPArationis castri Montis Offi. Cap. LII.



EGIDIVS Episcopus Sabinensis, Apostolicæ Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Cum exigentibus demeritis, & excessibus enormib⁹, atq; notorijs cõitatis, & hominum castri Mõtis Offi,ipsum castrũ fuerit,& sit mandato nostro destructum,[a] ne possint (sicut canes faciunt) redeundo ad vomitum in similes excessus,& resistentias contra maiores, & dominos suos decætero prosilire: & vt de ipsorum temeraria audacia perpetuam pœnam luant,& eorum pœna transeat cæteris exemplum, præsenti constitutione statuimus, ꝙ dictum castrum Mõtis Offi, in loco, vbi nunc est,vel alibi, nullo vnquam tempore reparari,reædificari, vel cõstrui possit, sed perpetuò remaneat sic destructum. Communitas, & homines olim dicti castri non in monte,seu loco,seu forti,seu instar castri,seu fortilitij habitent, sed soluu in planitie,& per villam, seu villas absque murorum ambitu perpetuò debeant humi

a liter

liter habitare: & decætero perpetuò non castrum Montis Offi, sed solummodo villa iustitiæ debeat nominari.

GLO. CAP. LII.

a DESTRVCTVM] Bald. in l. si vt proponis, la seconda. C. de nupt. arg. illius tex. inferebat, ꝙ constitutio Ecclesiæ, ꝙ nullum fortalitium fiat sine consensu Papæ, quoddam fortalitium fuit funditus per rebellionem destructum (vt contingit in hoc Castro Montis Offi) an possit ipse rebellis reconciliatus illud reficere inconsulto Papa? respondit, quòd non arg. illius tex. quem sequuntur Alex. & Ias. in l. 1. §. siquis ædificium. ff. de oper. no. nunc. Hæc constitutio ponit casum extra dubium, quoniam expressè prohibet illius Castri refectionem propter illius demerita, idem dicendum esset de arce Matelicæ diruta iussu Pontificis, vt non possit refici ipso inconsulto.

DE PRIVILEGIIS TERRARum, & iurisdictionem prætendentium vt registrentur. Cap. LIII.

AEGIDIVS Episcopus Sabinensis, Apostolicę Sedis Legatus, & domini nostri Papæ Vicarius. Beneficia Romanorum Pontificum, & Legatorum Apostolicæ Sedis sic decet esse mansura, & ea merentibus fauorabiliter cóseruari, vt ab eis fraus, & omnis malitia excludatur. Cum ergo multi (sicut audiuimus) nixi sint retro lapsis temporibus prætextu priuilegiorum a fictorum, & non verorum, nec legitimorum iurisdictiones, & iura Romanę Ecclesiæ, & eiusdem rectoris, & officialium fraudulenter eludere, & eidem iurisdictioni detrahere, præsenti constitutione statuimus, ꝙ omnes, & singulæ communitates, ac singulares personæ iurisdictionem aliquam, siue exemptionem, aut priuilegium contra iurisdictionem officialium, curiam, aut aliquos in omnibus, vel certis causis prætendentes omnia eorũ priuilegia, quæ prætenderent, & quæ in actis Cameræ thesaurarij registrari hactenus nõ fecissent, nec taliter registrata appareant, debeant coram rectore prouinciæ, vel ad id deputando ab eo non per copias, sed per originale infra tres menses post prõmulgationem præsentium constitutionum exhibere, & in actis dictæ Cameræ registrari: alioquin prædicta non obseruantes, priuilegijs omnibus, & singulis, & libertatibus (vt prædicitur) non exhibitis, & non registratis (quæ ex tunc quandocunq; postea apparerent, præsumimus, & tingimus adulterina, & falsa) eo ipso priuamus, & illa decernimus nullius esse momenti: & decætero non proficere producenti: & eis nullam fidem decætero adhiberi. Simili modo Gabriel Card. Senen. Legatus posuit constitutionem huius tenoris, videlicet. Item monemus omnes, & singulas communitates, collegia, vniuersitates, ac dominos, vicarios, barones, nobiles, & singulares personas, ecclesiasticas, vel mundanas ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum, prouinciarum prædictarum, & cuiuslibet earum habentes, vel habere prętendentes aliqua priuilegia, vel indulgentias vicariatuum, feudorum, immunitatum, iurium, & iurisdictionum quorumcunque, & quibuscunque nominibus censeantur, aut appellentur, quatenus teneantur, & debeant ipsa priuilegia, indulgentias, & concessiones in forma originali, & non per copiam, siue copias infra vnũ mensem à die publicationis præsentis constitutionis, iuxta vim, & tenorem cõstitutionis generalis secundi libri cõstitutionum sub rubrica. De priuilegijs, quæ incipit. Beneficia Romanorum Pontificum, & cætera, illa vero priuilegia, & alias concessiones, quæ, & quas imposterum habebunt, obtinebunt, & impetrabunt, quæ aliquo modo, vel quæsito colore concernant, vel concernere possint commodum, vel incommodum Ecclesiæ Romanæ, vel Cameræ Apostolicæ, nobis, vel successoribus nostris, infra duorum mensium spacium, postquam ea, & eas impetrauerint (nisi fuerint legitima excusatione impediti) pręsentare teneantur modo, & forma prædictis registrandum, & registranda in cancellaria nostra, vt de ipsis certa notitia haberi possit: alioquin si præsentatę, vel pręsentata non fuerint illis, suis viribus vacuamus, easq; & ea pręsentis constitutionis auctoritate, & tenore decernimus nullius esse roboris, vel momenti: eisque velut falsis, fictis, & adulterinis, & subreptitijs nullam fidem adhiberi

adhiberi debere, aut possit in aliquo suffragari quoquomodo, sed impetratis omnino priuamus.

GLO. CAP. LIII.

SVMMARIVM.

1. *Beneficium Principis personale, & reale.*
2. *Castrum ob benemerita per Principem concessum.*
3. *Priuilegium datum loco, an videatur datum personis.*

a 1 PRIVILEGIORVM] Decet beneficium Principis esse mansurum. ꝙ decet, de reg. iur. lib. 6. Et hic † potest considerari beneficium personale, & reale, primum cum persona, secundum perpetuò durat. l. in omnibus causis id. ff. de reg. iur. circa quam materiam vide Alex. in l. quia tale. ff. solut. matr. vbi plures quæstiones ponit in materia priuilegiorum. Hinc respondit Dec. consi. 48. ꝙ priuilegium datum fisco non soluendi gabellam vel ecclesiæ non competit emptoribus, Bar. in l. licitatio. §. Imperatores. ff. de publica. Hinc magis ad propositum consuluit Fulg. consi. 225. 2 consulentem, ꝙ Castrum † ob merita per Principem vni nobili simpliciter concessum, post eius mortem filijs suis pertinet, non ad Principem reuerti debet, quoniam in dubio Principis beneficium reale censeri debet. l. fi. ff. de const. prin. sequitur Cagn. in d. l. in omnibus nu. 5. Et † priuilegium datum loco, an videatur datum personis est tex. in c. per exemptionem, de priu. lib. 6. Ro. consi. 130. si admittimus, in prin. Et priuilegium concessum ciuitati vel loco ad posteros porrigitur. l. forma. §. quãquam. ff. de cens. satis est, ꝙ cõstitutio vult huiusmodi priuilegia in suo originali exhiberi, ꝙ registrentur in Cancellaria, vt appareat iure, quod allegant, sit subsistens, an fictitium.

DE DISTRIBVTIONIBVS, ET distinctionibus ciuitatum, & terrarum. Cap. LIIII.

a VM expediat haberi per officiales Ecclesię prouincias omnes notitiam nominum, & quantitatũ, & qualitatum terrarum, a regimini, rectoris prouinciæ pro Ecclesia commissarum tam pro delatione honorum, & deputatione officialium (vbi expedit) quàm indictione onerum, vt hęc, & alia secundum statum, conditionem, & magnitudinem cuiusque terrę vtiliter, & portabiliter valeat ordinari, pręsenti constitutione terras ipsas describendas duximus, diuidentes eas in quinque partes, siue gradus: in primo quorum graduum ponantur ciuitates, & terræ maiores, & magis nobiles: in secundo gradu ponantur ciuitates, & terræ magnæ: in tertio gradu ponantur terræ mediocres: in quarto gradu terræ paruæ: & in quinto gradu terræ minores: statuentes, ꝙ quoties alicui communitati, vel vniuersitati reperitur pœna pecuniaria aliqua imposita per constitutiones nostras, vel pro aliquo delicto per sententiam, illa pœna intelligatur locum habere in maioribus communitatibus maiorum ciuitatum: in magnis autem ciuitatibus, siue communitatibus locum habeant duæ tertiæ partes illius pœnæ, in paruis medietas dictæ tertiæ partis: in minoribus vero locum habeat solum dimidia dictæ medietatis, & non plus: & perinde habeantur, ac si in qualibet constitutione pœnam imponente, & sententia qualibet hæc distinctio foret expressa. Volumus etiam, & declaramus, ꝙ in communitatibus, & terris, quæ hic non reperirentur nominatæ, siue expressæ, secundum sibi similes hic expressas, fiat pœnarum impositio cõtra eas, (saluo ꝙ si vniuersitas, vel terra aliqua non esset subiecta) & ciuitas, & terra quælibet pro sibi subiectis, sicut pro se ad pœnas huiusmodi teneantur.

CIVITATES, ET TERRAE subiectæ regimini rectoris Marchiæ Anconitanæ.

CIVITATES MAIORES.

Ancona.
Firmum.
Camerinum.
Esculum.
Vrbinum.

CIVITATES MAGNAE.

Pisaurum.
Fanum.
Forum Sempronium.
Callium.
Exium.

Raca-

Racanetum.
Macerata.
Fabrianum.
Sanctum Seuerinum.

MEDIOCRES.

Auximum.
Cingulum.
Rocca Contrada.
Monticulum.
Matelica.
Tolentinum.
Sanctum Geneſium.
Mons Milonis.
Amandula.
Sernanum.
Mons Fortinus.
Arquata.
Ripa Tranſonum.
Sanctum Elpidium.
Offida.
Mons Rubianus.
Mons Granarius.
Mons ſanctæ Mariæ in Georgio.
Mons vlmi.
Mons ſanctus.
Ciuitas noua.
Mons Bodij.

PARVAE

Senogalia ciuitas.
Corinaltum.
Mons nouus.
Serra comitum.
Serra ſancti Quirici.
Pirus.
Caſtrum ficardum.
Mons ſanctæ Mariæ in Caſſiano.
Appignanum.
Bel forte.
Mons Luponus.
Murrum vallium.
Mons cauſarius.
Sanctum Iuſtum.
Mons florus.
Coſignanum.
Mons altus.
Mons de nouem.no
Mons elpari.
Sancta Victoria

Mons ſancti Martini.
Penna ſancti Ioannis.
Mons monaci.
Mons ſanctæ Mariæ in lapid-
Caſtignanum.
Furce.

MINORES

Humana ciuitas.
Villa iuſtitiæ, vel caſtrum montis Offi.
Barbara.
Mons Sichus.
Domus.
Staffulum.
Offania.
Porchia.
Patregnanum.
Rotella.
Caſtrum gagliardum.
Mons filiorum Otrani.
Mons Fani.

SINGVLA caſtra comitatus quondam Fani, de comitatu quondam Vrbini duo ſunt mediocria, videlicet, Caſtrum Durantis, & Caſtrum Saſtrobariæ: alia vero caſtra, & villæ ſunt minores. Item de Maſſa Trabaria duo caſtra ſunt mediocria, videlicet, Caſtrum S. Angeli in vado, Caſtrum Mercatelli: alia caſtra, & villæ ſunt minora. Item caſtra, & villæ terrarũ ſanctæ Agatæ ſunt omnia de mediocribus. In alijs vero puncijs quilibet rector diſtinctionem ſimilem facere teneatur.

GLO. CAP. LIIII.

a TERRARVM] ſi minutiſsimam intelligentiam habere volueris de locis hic citatis & alijs Italiæ, vide deſcriptionem Italiæ fratris Leandri Bononienſis ordinis Prædicatorum: qui miro artificio ſingula cuiuſque loci explicat.

DE

DE INSIGNIIS, ET ARMIS clauium Eccleſię apponendis in locis publicis, & patentibus, & tubis. Cap. LV.

AD hoc, vt terræ omnes, & ſingulæ ad Romanam Eccleſiam in ſpiritualibus, & temporalibus pleno iure ſpectantes in partibus Italiæ citra regnum Siciliæ conſiſtentes, ſignis euidentibus nedum ab incolis earundem, ſed etiam à forenſibus, & tranſeũtibus à terris alijs dignoſcantur: & vt interior animorum fidelis ſubiectio per geſtus, & habitus exteriores apertè (vt conuenit) demonſtretur, ſtatuimus, ꝙ quælibet ciuitas, ſiue vniuerſitas cuiuſcunque ciuitatis, caſtri, terræ, vel villæ dictorum locorum Eccleſiæ teneantur, & debeant infra vnius menſis ſpacium, à die preſentis conſtitutionis in portis, plateis, & locis, ac ædificijs, ſiue habitationibus ſuorum officialium omnibus, & ſingulis, & ſimiliter domini quorumcunque caſtrorum in portis omnibus, & ædificijs maioribus, ſiue fortilitijs magnis quorumlibet ſuorum caſtrorum facere patenter, publicè, & honorificè ſculpiri in lapide, vel ſaltem depingi coloribus congruis, ita ꝙ poſſint manifeſtè ab omnibus per ipſas ciuitates, caſtra, terras, & villas tranſeuntibus cognoſci, inſpici, & videri, & ibidem ſint perpetuò remanſura, inſignia, & arma Eccleſiæ,
a quę ſunt claues[a] cõceſſæ beato Petro Apoſtolo Vicario IESV CHRISTI: & inſignia, ſiue arma ſanctiſſimi patris, & domini, domini Innocentij diuina prouidentia ſacroſanctæ Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ Papæ ſexti deinde ſucceſſiuè: & deinde inſignia, & arma quorumlibet Romanorum Pontificum canonicè intrantium infra ſex mẽſes, poſtquam ſucceſſor ad Apoſtolatus apicem aſſumptus extiterit, & ꝙ prædicta efficaciter fiant. Poteſtates, capitanei, & officiales quilibet dictarum terrarum, & cuiuſlibet earum dẽt omnibus modis operam oportunam, ita ꝙ prædicta penitus executioni mandentur, & ſi arma alicuius communitatis, vniuerſitatis, vel nobilis ſculperentur, vel depingerentur in loco aliquo, vel circa, vbi eſſent ſculpta, vel depicta arma Eccleſiæ, & domini Papæ illa non præſumptuosè, ſed reuerenter locentur, & inſignia, & arma Romanæ Eccleſiæ, & domini Papæ decentem præeminentiam ſuper cætera habeant: & fideles fidelitatem, quam aſſerunt, oſtendant in geſtibus, & effectibus: ac inferior gradus ſuperioris dignitatem agnoſcat. Inſuper eiſdem rationibus, & cauſis inducti volumus, & mandamus, quòd omnes, & ſingulæ communitates, & vniuerſitates prædictæ, quæ habent, & habere conſueuerunt in præteritum, vel in futurum habebunt ſigillum proprium, vel cum ſigillo ſigillante ipſorum literas, vel ſcripturas in ipſo ſigillo ſupra arma, ſiue inſignia ipſius communitatis, vel vniuerſitatis apparenter infra dictum menſem, in præſentibus faciant apponi, & ſculpiri arma, & inſignia Eccleſiæ, & clauium prædictarum, vel eorum ſigilla de nouo refici, & cum dictis armis Eccleſiæ de nouo fabricari, & vetera ſigilla deſtruere, & abſque dictis armis Eccleſiæ nullo ſigillo vti de cætero, nec abſq; eis nouum ſigillum aliquod fabricare, ſed ſigillo eorum cum dictis armis Eccleſiæ vti in eorum literis, & omnibus alijs actibus, vbi ſigillum fuerit oportunum. Inſuper communitates omnes, & caſtrorum domini, præcones, ſiue tubatores, & trombettæ (vulgariter nuncupati) teneantur ad quamlibet tubam, ſiue tibiam eorum apponi facere, & continuè retinere pennonem, in quo in eminentiori parte ſupra alia arma communitatis, vel domini, contineantur apparenter arma Eccleſiæ ſupradictæ: & qui contrafecerit in quocunque caſuum prædictorum, vel adimplere prędicta cum effectu neglexerit, ſi communitas, ſiue vniuerſitas fuerit, interdicti: ſi officialis, vel alia ſingularis perſona, excommunicationis ſententiæ eo ipſo decernimus ſubiacere, & nihilominus vniuerſitas, ſiue communitas ipſa trecentorum florenorum auri pęnis pro tranſgreſſione, & inobedientia huiuſmodi puniatur.

GLO. CAP. LV.

SVMMARIVM.

1 *Christus promissa impleuit.*
2 *Ratio duplex assignatur.*
3 *Data est potestas Petro tanquam capiti.*
4 *Potestas clauium est in ecclesia.*
5 *Ad denotandum ecclesiæ vnitatem, vnus creatus est Pastor.*

a 1 CLAVES] post passionem,& resurrectionem Christus † promissa impleuit,dando Petro claues regni cęlorũ, constituendo ipsum caput ecclesiæ, & Principem Apostolorum, quãdo dixit Petro. Pasce oues meas, Io.c. vlt.transumptiuæ in c.significasti, de elect.exercitium clauium concesit in ascensione (dum dixit) Ite in vniuersum mundum,prædicatæ euangelium vniuersæ creaturæ,
2 Matth.c.vlt.Duplex † ratio potest assignari,quare post passionem claues Petro Christus concesit. Vna est, quia quamdiu Christus inter homines corporaliter vixit,ipse per seipsum fidem texit,vnde tunc,nec decenter,nec necesse,nec vtile fuisset,aliũ loco sui constituere, sed quando post resurrectionem appropinquabat tempus, quo se debebat ascendẽdo in cœlum à nobis absentare, tunc alium loco sui posuit,scilicet Petrũ,ne grex dominicus Pastoris solatio destitueretur.Aliam rationem assignat tex.in c.cõsiderandum,& in c. fidelior.50.dist. Vt is,qui futurus erat pastor ecclesiæ,in sua culpa,quã tempore passionis commiserat Christum negãdo,disceret,qualiter alijs misereri debuisset. Prius itaque ostendit Dominus sibi,& postea præposuit cæteris,vt ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer alie
3 nas infirmitates tollerare deberet. Data † est autem potestas clauium Petro tanquam capiti, & alijs tanquam membris, quia ipse est vocatus in plenitudinem potestatis,alij autem inferiores in partem solicitudinis,vt in c.ad honorem, de vsu pal.c.de cætero.2.q.6. Et † potestas clauium est
4 in ecclesia,vnde Theologi tenẽt(q̃ exceptis casibus reseruatis Papę & Episcopis)tantam potestatem habet quilibet sacerdos in absoluendo,quantam Papa, Butr. in c.noua de pœnit. & remiss. & beatus Hieronimus in libro contra Iouinianum sic inquit. Super Petrum fundatur ecclesia, & inter duodecim vnus eligitur, vt capite constituto
5 scismatis tollatur occasio. Ad denotandum † igitur ecclesię vnitatem,vnus creatus est Pastor,qui alijs præesset vt caput, penes quẽ esset omnis potestatis plenitudo,quoniam monstruosum esset, vt in vno corpore essent plura capita c. quoniam in plerisq;,de off. ord. facit tex. in c.in apibus.7. q.1.Alfon. Aluarez in spec.sum. Pont.c.1.n. 31.

LIBRI SECVNDI FINIS.

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRI D. ANGELO CAESIO TVDERTI EPISCOPO

GASPAR CABALLINVS S.

CVM Deus (Reuerendiss.Episcope) homini animum dederit (quo nihil est præstantius neque diuinius) illud in vita sibi expetendum est, quod laudabile præclarumq; videretur, vt diuinitatis culmen attingat. Quòd cum hoc aliud non efficere soleat,quàm virtus, ad illam totis viribus homo accingere se debet, quæ tanti æstimanda est, cum nec eripi, nec surripi possit vnquam, neque naufragio, nec incendio amittitur, nec tempestatum, nec temporum permutatione mutatur, vt præclarè dixit Cicero in paradoxis, ad quam amplectendam nos excitat græcus ille Aristippus (dum ait) opes eiusmodi tibi para, vt efractis fortunæ telis semper cum domino possint emergere, estq; illa (secundum Ciceronem pro Archia) quæ semper nobiscum peregrinatur. Quod consilium non solum aliquando laudasti, sed & illud assecutus es. Ego enim cum essem Perusij studendi causa, ibiq; anno plus minus commoratus essem, meq; in tuum sodalitium grato animo suscepisses, cognoui ingenij tui dexteritatem: animiq; singulare iudicium, vt hominum coniectura in virum doctum euaderes, quæ spes haudquaquam fefellit. Nam post multa de tua virtute pericula facta, ad Tuderti Episcopatum promotum vidimus, vbi cum magna tua laude, te verum animarum speculatorem ostendis, inuigilasq; semper, ne lupus rapax illas deuoret. Ego cum in animo constituissem tibi de hac assumptione congratulaturum, nolui vacuum ad hanc salutationem accedere. Cum aliquando constitutiones Ægidianas lectitassem, illis glossas quasdam applicui. Et cum in tertio libro de ecclesiastica agatur iurisdictione, tibi propriè congruet iste noster labor, non quòd illius egeas (sapiens ex te es, & alijs consilium præbere soles) sed vt nostræ in te obseruantiæ

testimonium aliquod adhiberem. Has igitur tibi dico, teq; Mecenatem appello, illas à liuidis defende. Vale Patauij decimoquinto calendas Nouembris. 1570.

CONSTITVTIONVM MARCHIAE ANCONITANAE, CVM GLOSSIS GASPARIS CABALLINI IVRISCONSVLTI.

LIBER TERTIVS.

DE OFFICIO RECTORIS, siue auditoris super spiritualibus.[a] Cap. I.

[b] CONSVETVDO[b] antiqua, cuius non reperitur initium: & veteres constitutiones[c] successiuè per rectores, & officiales Ecclesiæ confirmatæ, quarum primi non reperiuntur authores: & exigentia commoda prouincialium, qui Metropolitanum[d] non habent, & opportunitas explicandorum negociorum Ecclesiæ,[e] & suorum officialium, atq; summi Pontificis forsan ordinatio, vel saltem tolerantia retroactis temporibus tribuere rectori prouinciæ super spiritualibus, qui quandoq; auditor vocatus extitit, officium late diffusum: adeo q; idem rectori,[f] siue auditor, vt quilibet ordinarius de causis spiritualibus ad forum ecclesiasticum pertinentibus, cognitionem, & decisionem consueuit exercere, & vice ordinarij fungi in quibuscunq; causis ciuilibus, & criminalibus, & correctionibus delictorum: & ordinariorum, episcoporum, & aliorum prælatorum locorum suo regimini commissorum causas cognoscere, & eorum supplere negligentiam, & defectum, & etiam consueuit cognoscere, & terminare causas appellationum ab ipsis ordinarijs, prælatis, & quibuscunq; clericis, seu eorum sententijs interlocutorijs, & diffinitiuis, & quibuscunq; grauaminibus interiectis. Nos igitur nolentes euidétem vtilitatem non mutationis, siue reuocationis consuetudinis, & constitutionis huiusmodi prætermittere, ipsas pro euitatione scandali, & bono publico duximus approbandas, prout per præsentes approbamus.

a
b
c
d
e
f

GLO. CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Spiritualia quæ dicantur.*
2 *Ex quibus quædam sunt mixti fori.*
3 *Ordinarius quandoque cognoscit inter clericos de re seculari.*

a [S]PIRITVALIBVS] Spiritualium cognitio ad iudicem ecclesiasticum spectat. Et †Spiritualia sunt septem Ecclesiæ sacramenta, virtutes theologicæ, dona, paramenta ad sacrificia explicanda, hæresis, symonia, apostasia, vsura, sacrilegia, sortilegia, adulteria, incestus, stuprum, sodomia, & alia, de quibus in clem. dispendiosam de iud. Maran. in specul. aduo. par. 4. distin. 19. Ex †quibus septem postrema sunt mixti fori, quoniam & iudex secularis de illis etiam cognoscere potest, Cano. in c. cum sit, de for. comp. Alcia. in c. 1. num. 18. de off. ord. Iaſ. consi. 153. nu. 3. lib. 4. Roland. consi. 95. num. 44. lib. 2. Soc. consi. 88. nu. 23. lib. 4. Guid. Pap. consi. 180. nu. 2. Dec. consi. 212. nu. 2. Euerard. consi. 202. Mantua consi. 266. nu. 80. Mileus in prat. crim. fogl. 74. nu. 17. Gem. consi. 54. Barb. consi. 55. lib. 1. idem Clar. in §. hæresis, vers. succesiuè quæro, & in §. fin. q. 57. versi. sed hic occurrit, & versi. sed quæro, & habet locum inter eos præuentio, quæ per citationem inducitur. c. gratum, cum seq. de off. dele. Aduertas tamen, q; non statim sequitur, est res ecclesiastica, ergo spiritualis. Nam ordinarius †quandoq; cognoscit inter clericos de re seculari (veluti est) de fundo, pecunia, equo, & alijs id genus, & tñ nemo ignorat, q; hæc spiritua

1
2
3

lia non sunt, Marant. vbi supra dist. 11. Adde præterea, ꝙ decimæ, beneficia, canonia, præbenda spiritualia sunt, idem dicendum de spiritualibus annexis, vt est ius patronatus. c. quanto, de iud.

SVMMARIVM.

1 *Ritus familiarum patriæq; seruanto.*
2 *Vt quia rectè possit consulere tria inspicere debet.*
3 *Qui allegat consuetudinem, illam probare debet.*
4 *Consuetudo est difficilis probationis.*
5 *Ad probandam consuetudinem tria requiruntur.*
6 *In ea non defertur iuramentum in supplementum probationis.*
7 *Testes quomodo in ea deponere debent.*
8 *Consuetudo in scriptis redacta facilis probationis.*
9 *Probatur aliquando per duas sententias conformes.*
10 *Per instrumenta probatur consuetudo.*
11 *Aliquando ex vnico actu inducitur.*
12 *Solent testes instrui ad probandam consuetudinem.*
13 *In qua generales articuli non admittuntur.*
14 *Facilis modus illum probandi est per positiones.*
15 *Consuetudo multoties habet vim priuilegij.*
16 *Et si est antiquissima non requirit Principis confirmationem.*
17 *Cum est notoria non indiget probatione.*
18 *Consuetudo non inducitur ex actibus diformibus.*
19 *Et actus debent fieri eo animo, vt consuetudo inducatur.*

b CONSVETVDO] Multa dici possent de cõsuetudine, sed quia nos intendimus ea, quæ ad praxim spectãt referre, solum illius locos ordinarios remissiuè citabimus, vbi facilè vnusquisq; eueſtigio ſtrui poterit. Vide igitur scrib. in l. de quibus. ff. de legib. in l. 2. C. quæ sit long. consu. Cano. præcipuè Roc. Curt. in c. fi. de consu. Aret. in §. ex non scripto, inst. de iu. nat. Tu interim not. infrascripta. Imprimis not. illud quod Rebuf. ponit in tract. de consuet. in prin. tom. 3.
1 ꝙ in lege 12. tab. dicebatur † Ritus familiæ patriæq; seruanto, & sic præcipitur consuetudinem seruari, & alibi Cicero de legib. ait. Ex patrijs ritibus colunto optima, quæ vim legis habet. d. l. de quibus, immo legẽ vincit, quia antiquior fuit lege, vt latè ibi Rebuf. per quinq; cõnes explicat,
2 illum videto. No. etiam vt † quis possit rectè consulere parti petenti, oportet prius scire ius, cõsuetudines, & statuta patriæ, tunc enim quia prius quis patriæ obligatur. l. veluti. ff. de iust. & iu. posteà consuetudine, vel lege, optimus aduocatus hæc omnia diligenter expendet, & secundum casus contingentiam ita de iure respõdet. Item not.
3 ꝙ ei † qui dicit cõsuetudinem esse talem, opus est eam probare. l. qui accusare. C. de eden. l. actor de prob. Nam consuetudines antequam in scripturam redactæ sint & confirmatæ facti sunt, & in facto consistunt. d. l. de quibus. c. 1. de const. lib. 6. & facta non præsumuntur, nisi probẽtur. l. in bello. §. factæ. ff. de capt. & postl. reuers. soleo allegare tex. in l. si emancipati. C. de collat. si in scripturam redigeretur facilior esset probatio. l. contrahitur. ff. de pign. vt sunt feudorum consuetudines. Et propterea dicebat glo. in l. 1. in verb. probatis. C. quæ sit long. consuet. ꝙ alleganti consuetudinem debet illam probare, quam sequitur ibi Bal. not. 1. & Bart. in l. 2. illo tit. q. 27. in fi. Alex. consi. 67. lib. 7. Dec. consi. 402. nu. 11. cons, 538. nu. 8. consi. 472. nu. 16. & consi. 420. nu. 8. Præterea aduerte, ꝙ † cõsuetudo est difficilis probatio
4 nis, gl. in c. fi. de consuet. Abb. consi. 53. in fi. li. 2. Rom. sing. 362. Bart. in l. si filius, dicit, ꝙ consuetudo modo alba modo nigra. Et propterea Aret. in d. §. ex non scripto, col. pen. versi. quæro an testes; concludebat, ꝙ †
5 ad probandam consuetudinem tria requiruntur, vsus populi, frequentia actuum, & diuturnitas tpis, & ibi praticam ponit. Hinc dicebat Dec. consi. 483. nu. 25. & consi. 538. nu. 9. ꝙ testes deponere debẽt de visu actus, cuius consuetudo allegatur, & ꝙ deponant de frequentia, & tpis diuturnitate, & actus tales fuisse factos ita & taliter, ꝙ appareat interuenisse tacitum populi consensum, vel saltem maioris partis, allegat Cyn. in l. 2. col. 12. versi. sed quæro deponunt testes, C. quæ sit long. cons. & in contingentia facti ad probandam consuetudinem, quæ requiruntur respondit Dec. consi. 215. q. 2. subdens Aym. consi. 325. quòd cum consuetudo sit
6 difficilis probationis, non defertur † iuramẽtum in supplementum probationis, allegat Bal. in d. l. de quibus, col. antepen. versi. item vbi agitur de probando, Alex. consi. 173. col. 2. in fin. lib. 6. Et
7 non sufficit, quòd † testes dicant, talem esse consuetudinem, sed debent deponere de actibus & tempore, quibus consuetudo inducitur, Aym. consi. 134. num. 6. qui alios allegat. Guid. Pap. consi. 171. nu. 2. & consi. 244. nu. 2. Et consuluit Anch. consi. 333. pro maiori intelligentia, col. 5. versi. ad secundam rationem, quòd non satis est testes dicere, consuetudinem esse, masculos excludere fœminas in succedendo, nisi concludant, quòd in vim illius consuetudinis excludantur, cum alia causa contingere posit illas excludi, puta, via testamenti, vt quia masculi fuerint instituti exclusis fœminis. Dicebat etiam Corn. consi. 125. colum. 2. ad fin. lib. 4. quòd ad probandum consuetudinem, quòd frater excludebat sororem ab intestato, debet probari, quòd frater possedit bona ex causa intestati vi illius consuetudinis. Eodem modo non releuat probare, quòd quis prius possederit beneficium nisi probetur, quòd
8 possederit in vim tituli eiusdem datæ, Aym. consi. 171. num. 14. Si † consuetudo in scripturam redacta

redacta sit, facilis erit illius probatio per exhibitionem libri consuetudinum. l. contrahitur. ff. de pign. Similiter per sententiam iudicis diffinitiuam attestantis in ea talem esse cõsuetudinem, & omnibus nocebit cũ ius publicum respiciat,
9 Abb. d. cõsi. 53. col. 2. Probatur etiam † consuetudo per duas sententias in cõtradictorio eiusdem facti obtentas, quãuis in eis non fiat mentio, talẽ esse consuetudinem, gl. in rub. C. quę sit long. cõs. & sic in iudicialibus duæ sententię diffinitiuæ cõformes requiruntur intra annos decem latę, in extraiudicialibus vero actuum frequentia, ita vt verisimiliter in populi notitiam trãsierint, & illius tacitum consensum, & hoc iudicis arbitrio relinquitur, Abb. in c. fi. de consuet. & hanc esse cõem
10 opinionẽ doct. testatur. Rebuf. in d. trac. de cõsu. art. 2. gl. 3. nu. 10. Per † instrumenta probatur cõsuetudo. Vnde secundum Abb. cõsi. 72. lib. 2. probatur consuetudo, ꝙ in instrumentis non requiritur appositio nominis Impatoris, si plura instrumenta producantur, quæ hmõi appositionem nõ habeant. Et ppea dicebat Ang. in l. vetustissimã. C. de iu. dom. imp. ꝙ quando producuntur plura instrumenta, in quibus legitur aliqua obseruãtia ex talibus instrumẽtis probatur cõsuetudo, Soc. consi. 94. col. 4. versi. circa secundum fundamentum, lib. 1. Dec. consi. 11. col. 5. versi. ad hoc fundamentum, & in consi. 163. versi. cum talis cõsuetudo, Curt. Iun. consi. 106. col. 2. Aym. cõsi. 134.
11 nu. 9. Aduerte tamen, ꝙ † si ex vnico actu posset induci consuetudo, ille sufficeret, & ideo dicebat Rebuf. loco iam citato nu. 13. ꝙ siquis faciat põtem, & pons legitimo tempore permaneat, & nemo contradicat, per illum vnicum actum induci
12 tur consuetudo. Solent † testes instrui ad probandam consuetudinem, ꝙ dicant, se vidisse obseruari talem consuetudinem, & ꝙ viderunt inter tales & tales de ea in iudicio fuisse diffinitiuè iudicatũ præsentibus tot, qui faciunt maiorem partem populi, & iam sunt decem anni, & vltra, & sic vides probatam consuetudinem, Bar. in l. labeo, col. 2. ff. de suppel. leg. dicit addendũ esse, hoc fuisse obseruatum à decem annis vltra & citra per id tempus, sequitur Alex. consi. 45. col. 2. lib. 2. Quot testes requirantur ad probandam consuetudinem, explicat Io. Fab. in d. §. ex non scripto, Guid. Pap. consi. 116. nu. 4. & consi. 164. nu. 5. Illud in cõfesso est, ꝙ testes singulares non probant cõsuetudinem scđm magis cõem opinionẽ, Dec. consi. 215. col. 2. versi. quia, & versi. quarto hoc idẽ, & consi. 402. nu. 15. Vivius verb. testes sing. nu. 4. in suis cõib. opin. Porcius lib. 1. cõium opin. concl. 34. col. 5. versi. 3. infertur. Aduerte tñ ad vnũ, ꝙ multi doct. voluere, ꝙ non est necessarium, ꝙ in contradictorio iudicio reperiatur obtenta, vt ex allegatis per Aym. consi. 55. constat hanc esse cõem opinionem, Guid. Pap. consi. 131. nu. 4. vel saltem sufficiet contradictio extraiudicialis, qua nõ obstante introducta fuerit hæc consuetudo. Est etiã obseruandum in articulis, quia † gñales articuli admitti non debent, in quibus simpliciter deducitur ita consuetudinem esse, nisi in specie exprimantur actus, super qbus consuetudo seruata sit cum tpis diuturnitate, ita Oldr. q. 254. quia tota, col. 2. & pulcherrimè omnium Bellam. consi. 27. vtrum prior, col. 2. refert & sequitur Aym. consi.
14 134, nu. 6. Facilis † modus probandi consuetudinem est per positiones (veluti) si dicatur, ꝙ tale erat consuetũ fieri, & talis erat cõsuetudo, si pars credat, non erit opus aliter probare consuetudinem, vt dicit Curt. in d. c. fi. q. 6. de consuet. & tenebitur interrogatus respondere positioni cõsuetudinis, licet nõ iuris, Bal. in l. 2. §. quod obseruari. q. 5. de iuram. cal. Rebuf. in loco iam citato nu. 41. Cum in tex. nostro dicatur, ꝙ hæc cõsuetudo cognoscendi causas spirituales per rectorem pro
15 uinciæ non reperitur initium, no. est ꝙ † hæc cõsuetudo habebit vim priuilegij. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. c. super quibusdam, de ver. sig. Dec. consi. 586. nu. 2. Et cum sit
16 antiquissima † nõ requiritur Principis approbatio, gl. in d. §. ductus aquę, vbi Ang. Alex. consi. 6. nu. 8. lib. 1. & habet pro se præsumptionem iuris & de iure, a deo ꝙ contra eam nõ admittitur probatio in contrarium, Rub. consi. 13. col. 3. Aym.
17 consi. 21. num. 12. Et † cum hmõi consuetudo sit notoria alia probatione non indiget, sed satis est illã allegare, & in tali consuetudine iudex supplet Bal. in l. filius f. §. veterani. ff. de procu. Dec. consi. 559. nu. 9. quinimo in loco, vbi viget talis cõsuetudo nõ est necessariò deducenda, Aym. cõs. 137.
18 nu. 5. Consuetudo † non inducitur ex actibus diformibus, & qui vario modo fuerunt obseruati Bar. in l. 2. in prin. ff. sol. matr. Et propterea respõdit Dec. consi. 8. col. 3. versi. secundo quia, ꝙ collateralis. D. potestatis de consuetudine non obligatur ex consilio illi dato, cum vario modo hoc obseruatum fuerit, idem cõsi. 11. nu. 12. infert ad notariorum obseruantiam, quæ cum fuerit diformis, ex illa induci non potest consuetudo, simili ter Dec. consi. 129. col. 1. probat, ꝙ cum consuetudo eligendi ecclesiarum operarios fuit varia, aliquando enim solus Episcopus eligit, aliquando electionem factam à vicinia cõprobauit, propterea in ea fundamentum fieri non potest per supradicta. Et Aym. respondit consi. 96. nu. 5. ꝙ cũ in officio sacristæ aliquando fuerint surrogati religiosi regulares, aliquãdo seculares, in illis non est tractandum de consuetudine, quæ non inducitur ex his, quæ vario modo tractantur. Præterea
19 obseruandum censeo, quod ad inducendam † consuetudinem debent actus fieri eo animo & intentione, vt consuetudo inducatur, vt not. per glo. in cap. consuetudo, prima distinct. & in cap. frustra distinct. 8. Abb. cap. fin. num. 17. Dec. consi. 215. num. 4. de

de stylo multa prosequitur ibi Rebuf. in d.tract. de consuet. & styl. Rot. Pedem. decis. 22. & qualiter probetur stylus docet Guid. Pap. cons. 24. nu. 10. post gl. in §. ex non scripto, inst. de iu. nat.

c CONSTITVTIONES] Constitutio dicitur quasi cõmunis statuitio, qp sit lex communis ptouincialium, & aliorũ qui sub ditione pontificia degunt, intellige hoc vltimum de constitutione à Papa emanata, Cæterum illæ, quæ ab inferioribus conduntur locales sunt, & non obligant vltra eorum territorium. l. fin. ff. de iurisd. om. iud. Dec. cons. 13. nu. 7. Soc. cons. 75. nu. 18. lib. 1. & cons. 73. nu. 3. & 4. lib. 3. Rot. Pedem. de cis. 100. nu. 48. largè tamen inferiorum constitutiones dicuntur. c. cum omnes, de const. propriè ille Pontificis, Imperatoris, & aliorum superiorum Principũ. c. cõstitutio, dist. 2. l. 1. ff. de cõst. prin. §. sed & quod Principi, inst. de iu. nat. de quibus multa hic impertinentia vide per Cano. in rub. de const.

SVMMARIVM.

1 *Metropolitanus ab archiepiscopo nihil differt.*
2 *Archiepiscopus est ordinarius prouinciæ.*
3 *Metropolitanus dicitur à metros, quod est mensura.*
4 *Archiepiscopus dicitur ab archos, qđ est Princeps.*

d METROPOLITANVM] Metropolita-
1 nus † ab archiepiscopo nihil differt, sunt synonima, probatur in sum. 9. q. 3. & qp sint idem probatur in c. referente, de præb. tex. in c. licet in corrigendis, de off. ordi. Rebuf. in concord. fran. tit. de constit. verb. Metropolitanos, Archiepi-
2 scopus † est ordinarius prouinciæ, & est maior Episcopis singulis sue prouinciæ. c. per singulas, c. seq. 9. q. vlt. c. pastoralis, de off. ord. Rom. cons. 421. Abb. in c. nullus, de iurepatr. Et quamuis in substantia nulla videatur differentia inter Metropolitanum & Archiepiscopum, tamen quantum ad denominationem est differentia, nam Metro-
3 politanus † dicitur à metros, qp est mensura, & polis, ciuitas, & trahit nomen ab ecclesijs & earum
4 numero, Archiepiscopus † vero à personis, & dicitur ab archos, qp est Princeps, vt per Alfon. Alua. in Specul. sum. Pont. c. 15. & dixi in mea paraphrasi ad tract. Io. Barth. de Episcopo. Vnde cum prouincia nostra Marchiæ non habeat Archiepiscopum, ad quem ab Episcopis solet appellari, iuremerito rector prouinciæ est appellandus, qui circa huiusmodi locum tenet.

e ECCLESIAE] Ecclesia ad nostrum propositum dicitur congregatio iustorum fidelium, idem, catolicorum collectio. c. ecclesia, de consec. dist. 1. Et triplex est ecclesia. Primo malignantium. Secundo militantium. Tertio triumphantium, Rebuf. in conc. fran. tit. de const. verb. ecclesia, Alfon. Aluar. in loco nuper citato c. 50. nu. 6. Alcia. in rub. C. de sacros. eccle.

SVMMARIVM.

1 *Rector prouinciæ est iudex cõpetẽs in spiritualibus.*
2 *Proœmium mentem ordinatoris ostendere solet.*
3 *Non tamen est necessarium vt apponatur.*
4 *Iudices non debent iudicare nisi inspectis proœmijs.*

f RECTOR] planè constat rectorem † pro
1 uinciæ esse iudicem competentem in causis spiritualibus prouinciæ, non solum per viam appellationis, sed etiam principalis cognitionis, supplendo negligentiam Prælatorum atque defectum, ac etiam illorum causas cognoscẽdo. Hoc
2 constitutionis proœmium † mentem ordinatoris ostendere solet, & ex eo colligitur causa finalis conditoris. l. pen. ff. de iu. & fac. igno. ibi initium constitutionis declarat, & vbi ratio proœmij est amplior, redditur amplius dispositum. l. fi. ff. de hæred. inst. Alex. & Ias. in l. cum hi. §. eam transactionem. ff. de transa. Fel. in c. pastoralis, in
3 prin. col. 2. de off. deleg. Et quamuis † in lege, vel constitutione necessariò nõ sit apponendũ proœmium, tamen non solet describi nisi cum ministerio. c. secundo requiris, de appel. Bal. §. quibus. 1. Const. C. col. 1. Et proœmium declarat mentem non solum in constitutionibus, sed etiam in statu
4 tis teste Bar. in l. 1. ff. ad Maced. Et propterea † iudices non debent iudicare nisi inspectis proœmijs cõstitutionum, de quibus agitur, quia mens iudicantium aliquando ex ipso proœmio conijcietur, saltem proœmiũ iuuabit ad decisionem dubiæ quæstionis, Rebuf. in tract. de sent. prouis. art. 1. glo. 1. tom. 1.

DE OFFICIO IVDICIS super spiritualibus. Cap. II.

a b IVDEX[a] super spiritualibus[b] per rectorem, siue auditorem generaliter deputatus, sit, & esse intelligatur iudex competens, & ordinarius in omnibus causis spiritualibus, criminalibus, & ciuilibus ad forum eccl. pertinentibus, præterquam in his, quæ sibi à dicto rectore, siue auditore forent specialiter interdicta, & præterquam in causis appellationum à suis sententijs[c], siue grauaminibus interpositis, seu interponendis: de quibus dictus rector spiritualium, siue auditor per se, vel alium sit cognitor, & decisor.

GLO. CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis diffinitio.*
2 *Fœminæ, impuberes, adolescentes, à munere iudicandi ex-*

cluduntur.
3 *Iudex vir bonus esse debet.*
4 *Iudicis peritia & sapientia duobus constat.*
5 *Potestas iudicis à quibus processerit.*
6 *Miserrimam esse ambitionem.*
7 *Qualem iudicem esse debere.*
8 *Officij iudicis descriptio.*
9 *Duplex est officium iudicis.*

2 IVDEX] Non abs re erit à diffinitio
1 ne iudicis incipere. Iudex † est vir bonus, iuris dicendi, & æquitatis stabilendæ peritus, summa quadam ratione ad id muneris publica autoritate vocatus.
2 Ex hoc verbo vir cognoscimus, quòd † fœminæ excluduntur ab huiusmodi iudicandi munere. l. fœminæ. ff. de reg. iu. l. cum prætor. ff. de iud. similiter impuberes adolescentes. l. cum lege. ff. de arb. planè fragile & infirmum esse huius ætatis consilium, multisq; captionibus expositum Vlpianus testatur, in l. 1. ff. de min. Cæterum ex Principis indulto potest qs esse iudex in decimo octauo anno. l. quidam. ff. de re iud. l. nõ tantum,
3 in fi. ff. de decur. Iudex † vir bonus esse debet, quo nomine dignus, non quisquam alius erit, præter eum, q nullius expers virtutis fierit, Cicero. Omnes bonos semper beatos volumus esse. Quos dicam perspicuum est, omnibus enim virtutibus instructos & ornatos, tum viros bonos dicimus. Siqua defuerit, nec planè vir bonus, nec iudex perfectus dici poterit. Et qp iudex apud nostrates vir bonus dicatur explicat Venuleius in l. cõtinuus.
4 §. cum ita. ff. de verb. oblig. Iudicis † peritia & sapientia, duobus constat, si constanter & purè de iure certo pronunciauerit, & si subtiliter de iure controuerso, quod æquum bonum est, constituerit. Illud tamen imprimis obseruare debet, ne aliter iudicet quàm legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum sit. §. 1. inst. de off. iud. Et quia nõ possunt omnia nominatim legibus comprehendi, multa relinquenda sunt prudentis iudicis religioni, qui ex æquo & bono, probabilique naturalis rationis iudicio, & expensis rei, de qua agitur, circũstantijs, ius dicet, vt primum intuea tur legis scriptæ regulam, deinde eam accommodet præsenti negocio, atque hic quidem versatur propriè ars illa æqui & boni: Rectè itaq; Tullius pro Fonteio, in rebus (ait) iudicandis non minimam partem ad vnamquanq; rem æstimandam, momentoq; suo ponderandam, sapientia Iudicis tenet. Priori generi, quasi materia, quam tractet, & in qua versetur, subiectum est ius legittimum, quod certum & apertum appellat. In his enim potiores partes iudicis sunt, cognoscere, & quod cognitum est iudicare, tũ enim si rectè iudicatum fuit, id fuit ius, quod iudicatum est. Posterius autem genus versatur circa ius incertum, & controuersum, quod latens æquum & bonum dicitur. Equitas est mitigatio legis scriptæ in aliqua circunstantia, vtpotè, rerum, personarum, ac temporum. Et propterea dixit Donatus Ius est, quod omnia certa & inflexibilia exigit. Equitas est, quæ ex iure multum remittit. Estq; ius, non illud quidem lege scripta comprehensum, sed præstantius meliusq;. Porrò cum æquitatem dicimus, ipsam iuris medullam, germanamq; iustitiam intelligimus, quam nullo scripto comprehendere, sed censendo duntaxat adsequi possumus. Et de Seruio Sulpitio nostro iurisconsulto scriptum reliquit Cicero, eum non magis iuris quàm iustiæ consultum fuisse. Vltima diffinitionis particula duo ostendit. Primum quidem iudicis †
5 potestatem non solum à Romanis Principibus originem suam traxisse, sed à natura & Deo ipso esse, quod satis ostendit, ea etiam diffinitio iurisdictionis, quæ ab Accursio traditur in l. 1. ff. de iurisd. om. iud. Deinde ad iudicis perfecti laudem pertinere, si non modo citra ambitus suspicionem, sed & sine corrogatis suffragatoribus, ac fine munere edito, munus hoc publicum adipiscatur. Vnde Cicero dixit lib. 1. off. planè enim con-
6 stat miserrimam † esse omnem ambitionem, honorumq; contentionem, & maximè adducuntur pleriq;, vt eos iustitiæ capiat obliuio, cum in imperiorum honorum gloriæq; cupiditatem inciderint. Et Plautus de ambitione disputans (inquit) virtute ambire oportet non fautoribus, sat habet fautorum semper, qui rectè facit. Hunc ergo iu-
7 stitiæ † antistitem oportet esse grauem, sanctum, seuerum, incorruptum, inadulabilem, contraque improbos nocentesq; immisericordem, atq; inexorabilem, erectumq; & arduum, & potentem, vi & maiestate æquitatis veritatisq; terrificum. Officiũ iudicis sic rectè diffiniri solet. Officium
8 † iudicis est ius, quod ad dirimendas lites, tollendaq; grauamina, quomodolibet secundum æquitatem exercetur, vt per hoc omnium tranquillitati priuatim & publicè consulatur. Hoc iudicis
9 officium † est duplex (quamuis aliter diuidant Scrib. in l. 1. ff. de iurisd. om. iud.) nobile. s. & mercenarium. Nobile est, quod iudex sua (hoc est) iurisdictionis autoritate exercet, etiam si nulla proponatur actio, & interdum motu proprio nemine petente, siquidẽ iudex seu magistratus est animata lex, ius enim cum mortua litera descriptũ sit, producitur in forũ viua quadam iudicis exercitatione, cum iustitiam administrat, cum distribuit vnicuiq; suum. Mercenarium officium est quod actioni deseruit, metaphora ab obsequio famulitio ducta, quẽadmodum enim is, qui operam suam locat, bona fide & libens eam præstat, nec alio modo quàm dominus præscribit, ita iudex actionibus in iudicium productis, aut producendis, impartit officium suum vltrò quidem, sed non nisi ad normã actionis, eaq; cessante cessat, l. ædiles. §. item sciendum. ff. de ædil. edic.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Duo sunt genera christianorum.*
2 *Laos enim græcè, est latinè populus.*
3 *Causæ puræ spirituales quæ sint.*
4 *Bona temporalia quæ dicantur.*
5 *Spiritualia non subsistunt sine temporalibus.*
6 *Quæ sint causæ ecclesiasticæ ciuiles, & criminales.*
7 *Iudex ecclesiasticus aliquãdo cognoscit inter laicos.*
8 *Crimen quod dicatur ecclesiasticum.*
9 *Qui sint casus ecclesiastici de quibus cognoscit Iudex laicus.*

b SPIRITVALIBVS] † Duo sunt genera chri
1 stianorum. Est autẽ vnum genus, quod mancipatum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni strepitu temporalium cessare conuenit, vt sunt clerici, & Deo deuoti, videlicet, conuersi. Aliud vero genus est, vt sunt
2 laici, laos †enim græcè est populus latinè, his licet temporalia possidere, sed non nisi ad vsum. c. duo sunt. 12. q. 1. Et inter istos iurisdictiones distinctæ sunt. Amarias autem sacerdos & Pontifex vester in his, quæ ad Deum pertinent, præsidebit. Porro Zabadias filius Ismael, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit, quæ ad Regis officium pertinent. 2. paralip. c. 19. in fi. & plenè doct. per illum tex. in c. nouit, de iud. & in c. si Im
3 perator, dist. 96. Causæ † puræ spirituales sunt sacramenta, baptismus, eucharistia, confirmatio, & alia, vt docent Abb. & alij in c. quanto, de iud. Arch. in c. quod autem. 1. q. 1. & c. pię mentis 16. q. 7. Spiritualia etiam dicuntur, quæ vitam concernunt æternam, vt eucharistiæ confectio, articuli fidei, baptismus & similia. c. quoniã. 10. dis. & ibi Domini. in fi. Et spirituales causæ etiam dicuntur, vbi de his spiritualibus & alijs agitur, vt de electione. c. massana. c. sacrosancta, de elect. de decimis, c. tua. de deci. Rebuf. tract. de decim. Itẽ si de vsuris, vel iure patronatus agatur. gl. in sum. 11. q. 1. gl. & doct. in c. literas, de iur. calum. quæ etiam ecclesiasticæ dicuntur, quia ad ecclesiam spectant, vt symonia, hæresis, & alia, de quibus in c. decernimus, de iud. & in c. cum sit, de fo. comp.
4 Temporalia † sunt diuitiæ, bona corporalia, fundi, domus, & aliæ res, quæ à Deo dantur hominibus ad tempus (hoc est) quamdiu in hoc seculo sunt. c. sicut. 2. distin. 47. Flor. in sum. 1. par.
5 tit. 5. c. 2. §. 4. Et † spiritualia non sine istis corporalibus & temporalibus consistunt. c. siquis obiecerit. 1. c. 3. Iurisdictio temporalis est, quę de his rebus corporalibus competit, vt in c. solite, de maio. & obed. c. nouit, de iud. vbi doct. Rebuf. tract. vt laic. non conuen. tom. 3. Ex his plane intelligis, quæ contineantur appellatione spiritualium, de quibus rector prouinciæ est iudex competens. Et vlterius (cum constitutio hic non sistat pedem) poterit de causis ciuilibus & criminalibus ad forum ecclesiasticum pertinentibus
6 cognoscere. Quæ † dicantur causæ criminales ecclesiasticæ doctè tractant Bernard. Diaz & Follerius in praxi crim. cano. Iul. Clar. in sua prat. cri. §. fi. q. 36. qui cum publicè circũferãtur, non conuenit hic rem actam agere. Ciuiles causæ ecclesiasticę dicũtur illæ quę inter clericos, & alios religiosos haberi solent vel inter clericum & laicum, quas explicat Maran. in suo Specul. 4. par.
7 dist. 11. iud. Multoties † iudex ecclesiasticus habet iurisdictionem in laicos in causis spiritualibus vel illis annexis, vt in iure patronatus. c. decernimus, & c. quãto, de iud. c. contingit, de arb. & hoc etiam si incidenter ciuili quæstioni & temporali inciderit, vt in c. venerabilem, de elect. c. suam, de ord. cogn. c. causam, qui fil. sint leg. Itẽ in causis decimarum & matrimonij. c. tuam, de decis. c. lator, de iud. & in criminibus ecclesiasticis (ideſt) quæ nõ secundum leges, sed secundum canones puniuntur, vt in crimine vsurarum, cum de hoc principaliter quæritur, quia solus iudex ecclesiasticus cognoscit, vt in c. cum tu, & c. quia in omnibus, de vsur. & not. per glo. in c. 2. & in c. cum sit, de foro comp. incidenter iudex secularis aliquãdo de crimine vsurarum cognoscit, vt no. Arch. in c. quid dicam. 14. q. 4. Bart. & alij in l. titia. ff. sol. matr. Crimen †illud dicitur ecclesiasti-
8 cum, quod principaliter pertinet ad ecclesiam secundum Io. And. in add. Specul. tit. de comp. iud. adit. §. effectus, verb. Item sola adit. Sunt etiam
9 †aliqui casus, in quibus licet cognitio pertineat ad iudicem laicum, poterit tamen iudex ecclesiasticus ex iusta causa cognoscere, quos enumerat Inn. & ibi per gl. in c. licet, de for. comp. & ad propositũ vide multa latè tradita per Stephan. Aufr. in repet. clem. 1. de off. ordin.

SVMMARIVM.

1 *Iudex functus semel officio suo, quando possit iterum iudicare.*
2 *Ne pars grauetur sentẽtia, ĩtroducta est appellatio.*
3 *Appellatio inuenta est ad corrigẽdum iniquitatem.*

c SENTENTIIS] idem † iudex cum functus
1 sit officio suo in iudicando. l. iudex posteaquam. ff. de re iud. nõ potest amplius de ea cognoscere, nisi nullit̃er processerit. l. si vt proponis. C. quo. & quando iud. Non mirum igitur si hic prohibetur, cum iam iudicauerat, vt iterum possit de causa cognoscere. Et propterea ne pars
2 grauetur sententia † introducta est appellatio. c. omnis oppressus. 2. q. 6. & iudex non deferens appellationi punitur. c. decreto, eod. q. 6. Franc. in c. cum appellationibus, de appel. in 6. Hinc dicitur
3 introducta appellatio † ad corrigendum iniquitatem vel imperitiam iudicantium. l. 1. ff. de appel. de qua infra lib. 6. Et appellari statuit ab ipso iudice ad rectorẽ, qui vel p se iudicabit, vel alium dabit iudicem nomine suo iudicaturum. l. prætor. ff. de iurisd. om. iud.

DE

DE MODO PROCEDENDI IN causis spiritualibus. Cap. III.

EX Decreto prælibati Reuerendissimi de Carpo additur, q̃ etiam idem ordo seruetur in procedendo, sicut per nouas recognitas constitutiones exti
tit decretum.

a SPIRITVALIVM causarum[a], & omnium pertinentium ad forum dicti auditoris, vel sui iudicis, vel delegati, siue sint cri-
b minales, siue ciuiles,[b] siue appellationes, similis ordo sit in procedendo, & in sententiando, sicut determinatur per nostras constitutiones in causis ciuilibus, criminalibus, & appellationibus pertinentibus ad forum[a] sæcularium iudicum, seu rectoris prouincialis pro tempore existentis.

GLO. CAP. III.

HAEC constitutio est additio Carpensis, quæ sine dubio in prouincia nostra obseruari debet ex breui Pauli Tertij prouincialibus approbata, vt patet sub eius data anno 1544. & statuit, vt in his causis spiritualibus seruetur idem ordo per iudices ordinarios, vel appellationis, qui in causis ciuilibus & criminalibus per seculares iudices seruatur, vt patet in sequentibus libris constit.

a CAVSARVM] Causa ponitur hic pro conflictu iudiciali, quæ diffinitur sic in c. forus. §. causa, de verb. sign. Causa est materia & origo negotij nondum discussionis examine patefacta, quæ dum proponitur causa est, dum discutitur iudicium, dum finitur iustitia, & dicitur à casu, quo venit, & quot modis summatur causa ponit Alb. in diction. ver. causa, Rebuf. qui alios allegat in concord. franc. tit. de causis.

b CIVILES] differentias aliquot inter causas ciuiles & criminales videre poteris per Marant. in Specul. in 4. par. dist. 1. per Cano. in rub. de iud. maximè per Rip. per Marc. in sua prat. crim. §. expedita, nu. 62. cum seq.

DE EXCOMMVNICATIONIbus, & interdictis in fauorem appellantium, & prosequentium ius suum in Curia nostra. Cap. IIII.

AVDITOR & iudex super spiritualibus, & quilibet ipsorum quandocunq; ipsi, vel alter ipsorum inde fuerint requisiti per iudicem appellationum, vel delegatum, coram quo causa appellationis interpositæ ad rectorem, vel suum iudicem, aut officialem verteretur, vel pro parte appellante, vel ius suum prosequente, coram rectore, vel suis iudicibus teneatur sub pœna excommunicationis[a] in officiales, seu
b singulares personas, interdicti,[b] in cõmunitates, & terras (quas pœnas incurrant ipso facto) mandare omnibus, q̃ innouatio[c]
c facta cõtradictos appellantes, vel ius suum prosequentes, debeãt infra terminum per eos assignandum reuocari, & ad pristinum
d statum reduci, & q̃ ab omni nouitate[d] noxia debeant abstinere.

GLO. CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio excommunicationis.*
2 *Duplex est excommunicatio, maior, & minor.*
3 *Excommunicatio in dubio censetur maior.*
4 *Potestatem excommunicandi habent ecclesiæ prælati.*
5 *Item duplex est excõmunicatio, iuris, & hominis.*
6 *Excommunicatio ligat ignorãtem quoad vinculum tantum.*
7 *præceptum factum sub pœna excommunicationis, quando liget.*
8 *Absolutus ab excommunicatione cum reincidentia, quomodo procedat.*
9 *Ordinarij ex qualibet leui causa solebant indicere excommunicationem.*
10 *De litteris monitorialibus aliqua remissiuè.*
11 *In quas pœnas incurrat excommunicatus.*

a X COMMVNICATIONIS] Excom
1 municatio † est separatio christiani à communione ecclesiæ, ita diffinit Da. da. in c. fi. par. 1. nu. 1. de sent. excom.
2 in 6. Excommunicatio † est duplex, maior & minor Maior est separatio christiani non tantum à communione fidelium omnino extrinseca, sed & sacramentorum, ac communi suffragiorum ecclesiæ participatione. Minor est separatio chri-

stiani

stiani à sacramẽtorum ecclesiæ perceptione, tex. elegans in c. si celebrat, de cler. exc. min. Excommunicatio † lata, in dubio censetur de maiori, & 3 non de minori. c. pen. de sent. excom. Excommunicandi † potestatẽ habent ecclesiæ prælati à christo Math. c. 18. Dic (inquit Christus) ecclesiæ, 4 si autem ecclesiam nõ audierit, sit sibi sicut ethnicus & publicanus. Duplex est † excommunicatio iuris, vt in c. siquis suadente. 17. q. 4. & homi- 5 nis, quod contingere passim solet, quando ab ordinarijs, vel alijs, qui hanc potestatem habent, varijs ex causis fertur (vt legere est per discursum in tit. de sent. excom. in decret. & 6.) & sic excõicandi potestatem iure competere ijs, qui iurisdictionem ordinariam ecclesiasticam in exteriori foro habent, etiam si sint inferiores Episcopis tex. optimus vbi omnes not. in c. cum ab ecclesiarum, de off. ord. Franc. Marc. decis. 870. part. 2. idem asserunt in delegato. c. præterea, de off. del. laici excommunicare non possunt, quoniam spiritualium capaces non sunt. c. 2. de iudi. Dida. in d. c. fi. par. 1. §. 11. Not. est dictum solenne in pra- 6 tica, ꝙ † licet excommunicatio liget absentem, & ignorãtem quoad vinculum, nõ tamen quoad pœnam ante scientiam, gl. in c. quanto. 2. q. 5. & in c. apostolicæ, de excep. c. illud, de cler. excom. ministr. Rom. consi. 336. circa. Et ideo si excommunicatus iustè ignorans excommunicationem celebrauerit, vel alios actus fecerit, non est irregularis, Anch. in c. 1, not. 6. de conc. preb. lib. 6. Dida. in d. c. fi. par. 1, §. 10. nu. 7. Rebuf. in concord. franc. tit. de excom. in prin. Vidi in facto du- 7 bitari. † Pone, alicui clerico factum est præceptum, ꝙ infra mensem soluat debitũ instrumentarium sub pœna excommunicationis, post mensem non facta aliter solutione, celebrat, dubitatur, an inciderit in irregularitatem, eo quia celebrauit tempore inflictæ excõmunicationis? quo tempore celebrans quis efficitur irregularis. c. si celebrat, de cler. excom. ministr. Concludendum est, ꝙ nõ inciderit in excommunicationem per solum temporis lapsum, sed iterum est citandus ad videndum se declarari incurrisse pœnam excommunicationis, & videndum concedi cedolonos in forma, ita seruat praxis, quãuis Rebuf. in loco proximè citato videatur innuere, ꝙ possit declarari excommunicatus absq; alia citatione, quando ait, ꝙ potest probabiliter ignorare, an pars requisierit, & Episcopus, vel ordinarius concesserit excommunicationem, tu autem non recedas ab ijs, quæ nos diximus glo. in clem. præsenti verb. constiterit, de censi. Soc. consi. 20. nu. 16. inter consi. Curtij. Rip. in l. is cui bonis, num. 27. ff. de verb. oblig. hanc dicit communem Dec. in c. reprehensibilis, post nu. 2. de app. Hodie cessat hoc dubium ex prouisione Concilij Tridentini Sess. 25. c. 3. reform. vbi mandat Ordinarijs ne in causis ciuilibus pœnam excommunicationis exerceãt sed peccuniariam, nisi ex aliqua magna causa, quod rectè sancitum est, ne animæ facilè illaqueentur hoc spirituali mucrone, Franc. Marc. decis. 816. nu. 10. par. 2. Est verum, ꝙ Rot. decidit, vt ordinarius debeat excommunicationem ferre monitione præmissa, attamen illa non præmissa valet, Inno. in c. illud, de cler. excom. ministr. Rot. decis. 139. no. ꝙ excommunicatio, in antiq. secus in delegato, quia tunc esset nulla nõ præcedente monitione, Rot. decis. 558. Vtrum excõ- 8 municatio, in nõ. In dubium reuocatur, siquis † absolutus fuerit ab excommunicatione sub pœna reincidentiæ, nisi infra mẽsem soluerit, ꝙ reincidat in excõmunicationem, an per lapsum mensis reincidat ipso facto, vel requiratur, ꝙ in illam reducatur? Dec. in facto consultus respõdit cõsi. 145. ꝙ non requiritur alia declaratio; & idem sectatus est, in c. intelleximus, de iud. & in c. apostolicæ, nu. 3. de except. & sequitur Rip. in c. 1. n. 25. de iudi. Et primo quia videtur potius ista quædam suspensio excommunicationis quàm absolutio, quæ cum sit facta sub certo limitato tempore, illo elapso cessat, allegat Inno. in c. cum bonæ, de æta. & qual. Secundo argumento à simili, si. n. iudex dicat, nisi satisfeceris infra decem sis excõmunicatus, illis elapsis absq; alia monitione statim excommunicatus intelligitur, vt est tex. in c. præterea. 2. de appel. Et quibusdam alijs comprobat hanc suam opinationem, quæ videri possunt. Ad cuius reprobationem dicas, ꝙ istæ literæ absolutionis cum reincidentia non debent operari effectum absolutionis & excõmunicationis, quia inducta ad vnum effectũ, non debent contrarium effectum operari. l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. Nam licet quis non soluat in termino, ad quem se obligauit sub pœna excõmunicationis, tamen non est excommunicatus, nisi feratur sententia, quamuis pœna pecuniaria committeretur ipso iure. l. rescriptum. §. si pactum. ff. de pac. quia vincula censuræ sunt à cæteris pœnis diuersæ naturæ, Bal. in c. p. & g. col. pen. de off. del. vide Rom. consi. 391. in casu, præterea postquam ista est literatoriè absolutus, literatoriè debet reincidere, nec ipso facto reincidit in excommunicationem, sed opus est, ꝙ de nouo in illam reducatur, tex. solẽnis in c. ad nostram. 1. in fi. de iureiur. vbi plenè Fel. post alios. Postremò aduertendum est, ꝙ excommunicatus à iure vbi non implet, quod promisit, ipso iure reincidit. c. eos, de sent. excõ. lib. 6. Et hoc casu posset procedere Decij opinio, secus si aliquis fuerit excõmunicatus ab homine, & ab eo absolutus, quia tunc opus est, vt ab homine in excommunicationem reducatur p d. c. ad nostram, & ita declarat Rot. decis. 487. si excommunicatus, in no. & decis. 523. not. ꝙ vbi excommunicatus, in antiq. Nec interim efficitur irregularis si celebrat, vt firmãt Gem. & Fran. in c. 2. in fin. de sent. excõ. lib. 6. Fel. in c. veniens. 2. de testi.

testi. Abb. & Dec. in c. quæstioni, de appel. & in hanc partem inclinat Rebuf. tit. de excõ. in conc. fran. quæ tenẽda est, cum Rot. determinationem habeat pro se, & vbi Rota figit pedẽ, temerarium esset ab illius sentẽtia recedere, Apostil. ad Dec. in l. iura sanguinis. ff. de reg. iu. qui allegat Barb. in c. olim col. 12. de lit. contest. in prin. quamuis Dida. in d. c. fin. par. 1. §. 11. nu. 6. asserat opinionem Dec. esse communem, quam sequendam autumat. Solebant olim ordinarij † ex qualibet etiã 9 leui causa concedere petentibus quasdam literas monitoriales, in quibus generaliter indicebant sub excommunicationis pœna, vt quilibet suam exoneret conscientiã circa in eis contenta, quam facilitatem hodie represit concilium Tridentinum in c. 3. iam citato. De vi tamen & ipsarum effectu multa scripserunt Neuiz. in sil. nupt. li. 3. nu. 28. cũ multis seq. Phil. Probus in add. ad Ioan. Mon. in c. fi. de const. lib. 6. Alba consi. 9. Rot. Pedem. decis. 128. nu. 12. cum seq. Rip. in tract. de peste, de remed. ad. cur. pest. nu. 128. Neuiz. in tract. monit. nu. 61. cum seq. soc. consi. 98. nu. 13. li. 3. & testes examinati super ipsis monitorijs in curia episcopali, iterum examinari debent, coram iudice causæ, propter quam literæ monitoriales manauerunt, quia testium depositionibus in alio foro examinatorũ credendũ non est. gl. in verb. non testimonijs in l. 3. §. idem diuus Adrianus. ff. de testi. quã not. Natta in consi. 29. in prin. quos (si non graueris) tuo arbitratu videbis, est tex. insignis in extraua. 1. de furt. in com. Illud ta- 10 men breui scias, ꝙ de † hac monitione generali meminere glo. & doct. in l. inciuile. C. de furt. Nam de iure pars, quæ impetrauit talẽ monitionem generalem pro aliqua re perdita, vel aliquo damno sibi in bonis illato, non potest citari facere aliquem coram officiali, maximè si ille, qui citabitur, nõ est de foro ecclesiæ. Item quia furtum rapina damnum illatum impetranti non sunt crimina ecclesiastica. c. cum sit, de foro comp. Et qa sic per indirectum ecclesia traheret ad se omnem iurisdictionem secularem. Et huiusmodi literæ monitoriales fiunt ad conscientiã exonerandam, non ad effectum exactionis, vt quis possit inuitus trahi ad forum ecclesiæ, item sic agendo, quis esset monendus in specie, quod non est dicẽdum vt in c. si sacerdos, de off. ord. Franc. Marc. decis. 856. par. 2. vide ad materiã etiam Bertha. in trac. de Epis. 2. part. lib. 4. q. 17. Foller. in prat. crim. cano. c. 8. nu. 27. cum seq. Et intellige ꝙ quis tenetur propalare dummodo id sciat aliũde, quam ex releuatione delinquentis Soc. consi. 102. lib. 4. Præterea dicunt Cano. in c. nouit, de iud. ꝙ quando fiũt tales monitiones generales sufficit ad euadendum de manibus ecclesiastici, ꝙ quis compareat, & dicat ego teneo rem illam, & tũc amplius non poterit cognoscere iudex ecclesiasticus. Hęc est bona cautio ad euitandum forum ecclesiasti- 11 cum. Cæterum Rebuf. † d. tit. de excom. vnam & sexaginta pœnas per ordinem refert, in quas incurrit excommunicatus, & multa, quæ ad materiam excõmunicationis pertinent satis diligenter compilauit Dida. in d. c. fi. par. 1. per 12. §. ab illo igitur hæc petẽda sunt, ne hic relator tantum videar, & his adde Alfon. Aluar. in specul. sum. Pont. c. 39.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit interdictum ecclesiasticum.*
2 *Differt excommunicatio ab interdicto.*
3 *Effectus interdicti ecclesiastici.*
4 *Aliquando interdictum ipso iure operatur.*
5 *Pro debito pecuniario non interponitur.*

b INTERDICTI] De ecclesiastico interdicto fecit tractatum Calderinus tractauit & de illo sub cõpendio Didac. in c. alma mater. 2. par. de sent. excõ. lib. 6. idem tradidere Rebuf. in concord. frã. tit. de interd. & Alphon. Aluarez in Specul. sum. Pont. c. 37. Tu interim infrascripta notabis, cætera à supradictis petes. Ecclesiasticum 1 interdictum † est suspensio à diuinorum officio rum sacramentorumq; actiua & passiua celebratione respectu alicuius loci, vel personarum facta ecclesiasticam prohibens sepulturam, ꝙ sit suspensio probatur in c. quod in te, de pœnit. & remiss. & in d. c. alma mater. c. si ciuitas, de sent. excom. Differt † ab excommunicatione, quia per 2 interdictum nunquam tollitur communio hominum, differt à suspensione simplici, quia interdictum cadit in rem inanimatam, vt in locum d. c. si ciuitas. Et quia indiscretè ferebatur, fortè ob pensionem non solutam, vel aliam causam interdicebatur ecclesia c. quæsiuit, de his quæ fiunt à ma. par. cap. & aliquando prouincia c. non est, de sponsa. c. ex rescripto, de iur. not. in c. si canonici, de off. ordi. Ideo Concil. Tridentinum. in d. c. 3. (sepius citato) prohibuit iudicibus ne nimis prompti ad proferendas huiusmodi sententias sint. Quia tempore † interdicti diuina organa su- 3 spenduntur, & laudes, nec ecclesiastica sacramenta ministrantur, vt solent, tolluntur mortuis, seu minuuntur suffragia (præsertim per oblationem frequentem hostiæ salutaris) adolescentes, & paruuli participantes rarius sacramento, minus inflamantur, & solidantur in fide, fidelium tepescit deuotio, hæreses pululant, & multiplicantur pericula animarum. Ideo statuit non leuiter profe rendas interdicti sententias. Contingit aliquan- 4 do, ꝙ † ciuitas ipso iure interdicitur, vt in c. vbi periculum. §. præterea, de elect. in sex. c. fœlicis, de pœnis, & propterea prouisio conc. intelligenda est d' interdicto ab homine proferẽdo. Statuit 5 tamen Bonif. VIII. ꝙ † pro debito pecuniario locus aliquis interdici non possit, vt apparet in extrauag. prouidè, de sent. excom. in comm.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Quomodo inhibitio fieri debeat.*
2 *Post appellationem emissam non debet innouari.*
3 *Quis dicatur innouare.*
4 *Ratio talis reuocationis.*
5 *Vsque ad quod tempus ipsa reuocatio peti possit.*

c 1 INNOVATIO] Not. q̃ †pendente lite non debet fieri inhibitio, ne aliquid intentetur, seu innouetur, alias esset prohibere Curiæ nequid ageret, sed debet inhibitio fieri, nequid innouetur in odium, seu præiudicium litis, aut appellationis, Rebuf. tract. de appel. art. 16. gl. 1. tom. 3.

2 Post †appellationem emissam non debet quis aliqua innouare, vt patet in tit. ff. nil nou. app. pend. alioqui illa retractanda sunt. c. non solum, de appel. in 6. vbi nõ solum innouata post appellationem à diffinitiua retractantur, sed etiam ea omnia, quæ medio tempore inter sententiam & appellationem (quæ postmodum intra decendium interponitur) innouata sunt. Et ad hoc faciendum nostra constitutio mandat omnia attentata reduci in pristinum statum sub pœna excommunicationis in priuatas personas & interdicti in communitates & terras, Alexan. consi. 99. lib. 5. Dec. consi. 200. Neuiz. consi. 82. Attentata uero post appellationem ab interloquutoria non reuocantur, nisi ea, quæ facta sunt post inhitionem d.

3 c. non solum, in fi. Dec. consi. 103. Et innouare † is dicitur, quando non reliquit rem cõtrouersam in eodem statu, *in quo erat tempore appellationis.* l. appellatione. C. de appel. c. significantibus,

4 extra eod. Ratio † huius reuocationis est, quia attentans aliquid post appellationem videtur iniuriam inferre iudici ad quẽ, & illud facere in eius contemptum, ideo æquum est, vt illud restituatur, Domin. in d. c. non solum. Et hæc reuocatio peti potest vsque ad conclusionem in causa exclu-

5 siuè, Rot. decis. 57. attentata, in no. & vide infra lib. 6. c. 26. & c. 31.

d NOVITATE] Not. q̃ nouitates sunt fugiendę, l. in rebus & l. minimè. ff. de legib. c. cum consuetudinis, de consuet. c. q̃ dilectio, de consang. & affin. Capy. decis. 148. nu. 3. Nouitas enim semper in periculo est, Butr. in c. nõ debet, de consang. & affin. Cæpol. consi. 34. col. 3. in fi. immo arguitur fraus ex nouitate, quando quid tentatur contra ius, Butr. consi. 42. col. 1. Et ideo cautè dicitur in constitutione, ab omni nouitate noxia debeant abstinere, Aym. consi. 228. nu. 14.

DE MODO DEFERENDI corpus Christi ad infirmum, & illud referendum. Cap. V.

2 VT DEBITAE deuotionis occasio circa corpus domini nostri Iesu Christi[a] pro redemptione fidelium immolatum omnib⁹ præbeatur, præcipimus q̃ b quoties idem corpus[b] domini nostri Iesu Christi ad infirmum deferri contigerit in ca c lice,[c] vel in pixide, vel alio decenti vase, ad hoc specialiter deputato, cooperto mun- d do, & pulchro velamine: sacerdos[d] veste e alba,[e] vel alio habitu decenti indutus, ambabus manibus ante pectus deferat reuerenter ad infirmum ministro clerico, vel in clericali habitu cum campanella, & lumine præcedente: & idipsum in reditu obseruetur, si idem corpus contigerit reportari.

GLO. CAP. V.

IESV CHRISTI] Deus creauit hominem ad imaginem suam, Genes. 1. eumq̃; gratia ornauit. Itaque creauit hominem rectum, & reliquit in manu consilij sui, vt non minorem vim haberet ad eligendum bonum quàm malum, q̃ si hac libertate vsus fuisset, rectè & mandatis obedisset, bona quæ acceperat, atque iustitiam sibi, & posteritati suæ conseruasset, omne denique peccatum atq; vitium vitasset. Verum postquam primus parens contra ea, quæ mandauerat Deus, fecit, incidit in pœnam à Deo propositam, & iustitiæ donũ pulcherrimum amisit. Deus igitur, qui dives est in misericordia, nolens perire, quos condiderat, filium suum misit in mundum, vt per sanguinem eius natura humana haberet redẽptionẽ, Apost. ad Ephes. c. 1. Petr. epis. 1. c. 2. peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati sumus, eramus enim sicut oues errantes, sed conuersi sumus nunc ad pastorem nostrum Episcopum animarũ nostrarum. Vnde Ecclesiæ caput est CHRISTVS, Apost. ad Ephes. c. 1. & ipse est primarium Ecclesiæ fundamentum à quo salus depẽdet totius edificij, cæteri supedificati sunt.

b CORPVS CHRISTI] dicitur sacramentum eucharistiæ, quæ bonam gratiam significat, cum in omnibus sacramentis gratiam eius participemus, tamen hoc sacramentũ totum est gratiæ. Vnde Dauid Psal. 67. parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Et dicitur in Cantica. c. 4.

Comedite

Comedite amici & bibite & inebriamini carissimi. Quinimo est gratia super gratiam, quasi cumulum continens gratiarum, de gratia cõronis dicit Apost. 1. ad Corinth. Panis, quem frangimus nonne communicatio corporis est? & ad Hebr. c. 8. Sanguis CHRISTI mundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti, de quo Io. 13. Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animam suam ponat quis pro amicis suis. De gratia viuificationis ex spiritu CHRISTI dicitur Ioan. c. 6. Qui manducat me, & ipse viuet propter me. De gratia refectionis ex diuinitate intelligitur illud Esaiæ. c. 18. Sustollam te super altitudinem terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui. Et dicit Matth. c. 11. Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã vos. Sicut enim CHRISTVS in specie sacramenti nunc sacramentaliter se influit nobis ad gratiam, ita secundum diuinitatẽ influit se nobis ad gloriam. Gratiam & gloriam dabit Dominus, ait profeta, gratiam autem de præsenti, gloriam in futuro. Dicitur verus cibus, quia est cibus vitæ, qui de cœlo descendit, dicitur etiam verus cibus, quia cõfert immortalitatem Io. 6. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die: propriè ad propositũ nostrum dicitur viaticum, quoniam itinerantes per mortale huius exilij desertum vsque ad stabilimentum immortalitatis gloriamq̃; perducit ęternitatis. c. quod, de pœnit. & remiss. Dicitur etiam cõmunio verè, quia communicamus per ipsam CHRISTO, & quia participamus carne eius atque diuinitate, & quia cõmunicamus & vnimur adinuicem per ipsum, quia enim ex vno pane assumimus vnum corpus CHRISTI & vnum sanguinẽ, adinuicem membra generamur cõcorporati CHRISTO existentes. Appellatur etiam sacrificium in quantũ memoriale est passionis diuinæ, quæ acceptissimũ sacrificiũ omnipotẽti Patri fuit, & gratissimum, de quo in psal. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ. Rectè autem illud sacrificium iustitiæ propheta appellauit, quoniam impleuit iustitiam, & in ipso omnes oblationes & holocausta perfecta sunt & accepta Deo, Malach. c. 3. Placebit Domino sacrificium Iuda & Hierusalem. Hostia etiam dicitur & oblatio salutaris, de quo ad Ephes. inqt Apost. Tradidit semetipsum pro nobis oblationem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Vnde merito dicunt Cano. in c. nihil in sacrificijs, de consec. dist. 1. q̃ eucharistia, sicut est sacramentũ omnibus sacramentis præstantius, atq; dignius, ita & sacrificium omnibus sacrificijs præstãtius quæ Deo vnquam oblata sunt. Hoc igitur sacramentum eucharistiæ necessarium est ad salutem. Et pro infirmantibus presbiter semper habet paratam. c. presbiter, dist. 2. de consecr.

c CALICE] Calix, seu vas non debet esse æreum, neque ligneum, neq; vitreum, sed aureum, seu argenteum, ita cauetur in c. vt calix, & c. vasa, de consec. dist. 1. c. fi. vbi Abb. de celeb. miss. Hinc not. dixit Rom. sing. 521. quæro quid si lego, q̃ siquis legat ecclesiæ calicem in dubio censetur relictus aureus fauore piæ causæ, p tex. sing. in l. Titia. §. fin. ff. de aur. & arg. leg. Dec. & Cagn. in l. semper in obscuris. ff. de reg. iur. Goz. consi. 60. nu. 15. & vide Alcia. lib. 7. parerg. c. 24.

d SACERDOS] Triplex est sacerdotium. Primum de quo loquitur tex. in l. presbiteros. C. de episc. & cler. vbi sacerdotes pro presbiteris accipiuntur, & sæpius in iure canonico. c. 1. 32. dist. c. non minus, de immu. eccle. Et primus sacerdos fuit Melchisedech, antequam datum esset sacerdotium Iudæis, qui obtulit panem Deo in sacrificio in figuram corporis CHRISTI. c. dicat. 23. q. 5. Card. in clem. 1. de Iudæ. Secundum est de doctorib. vt habetur in l. 1. ff. de iust. & iu. ibi merito quis nos sacerdotes appellat. Tertium est dignitas quædam ad similitudinem præfectorum, l. nec protostasiæ. C. de mun. patr. lib. 10. Rebuf. in procœ. concord. in verb. sacerdotium. Sacerdotes dicuntur familiares Deo, quia p sacros ordines eius sacerdotio familiarius mancipãtur, deuotiusq̃; ei in ministerio famulantur, hi enim in ordine apostolatus sunt constituti. c. in nouo. 21. dist. hi enim sunt ministri CHRISTI cum Apost. qui ait, ministri CHRISTI sunt & ego. Vnde constituti sunt sacerdotes ad orandum & offerendum hostias Deo pro se & populo, vt in Leuit. c. 14. Ideo ad eos pertinet diuina dogmata & sacramenta exhibere populo, & ea quæ sunt populi (puta) preces, sacrificia, & oblationes per eum dño debent exhiberi, secũdum illud Apost. ad Hebr. c. 5. Omnis Pontifex ex hominibus assumptus pro hominibus constituitur in his, quæ sunt ad Deũ, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis, & ibidem Apost. c. 9. sacerdotij excellentiã ostendit. Ex de sacerdotibus dicit beatus Gregorius. Mundus sacerdotibus plenus est, in messe Dei rarus inuenitur operarius. Item multi sacerdotes, & pauci sacerdotes, multi in nomine, & pauci in opere. c. fi. 40. dist. Sacerdos dictus est Antistes, quia ante stat, & supra se in ecclesia nullum habet. c. cleros. 21. dist. dicitur etiam à sacrificãdo, quia consecrat & sanctificat, & quia etiam sacra dat. Ration. diuin. off. lib. 2. c. 10.

e VESTE ALBA] vestem albam sacerdos induit, quæ membris corporis cõuenienter aptata, nihil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis, aut in eius mẽbris esse debere demonstrat, & ob speciem candoris munditiem ostẽdit, significatq̃; nouitatem vitæ, quam CHRISTVS & habuit, & docuit, & tribuit in baptismo, de qua

Apost.

Apost. exuite veterē hominem cum actibus suis, & induite nouum, qui secundum Deum creatus est. Nam in transfiguratione resplenduit facies eius, sicut sol, & vestimenta eius facta sunt alba, sicut nix. Hæc etiam vestis repræsentat albam vestem in qua Herodes illusit CHRISTVM, Luc. c. 23. Vti etiã sacerdos debet stola, quæ læue Domini iugum significat c. ecclesiastica, dist. 23. De notat etiam ligaturam, qua IESVS ligatus fuit ad columnam. Et sacerdos in infirmitate summēs eucharistiam debet tenere stolam in vtroq; humero, gl. in c. ecclesia 23. dist. Potest etiam sacerdos alio decenti habitu ad infirmum accedere cum sacrosancta eucharistia, vt statuit Honorius III. in c. sanè, de celebr. mis. (à quo extracta est hæc constitutio) lumine præcedente, cum sit candor lucis æternæ, vt habetur ibi in tex. in quo no. Abb. q̃ lumen portatur non ad fugandum tenebras sed ad designandum, q̃ ipse CHRISTVS est candor lucis æternæ. Portatur cãpanella, vt se homines (audito hoc signo) reuerẽter inclinent flexis genibus, in hac hostiæ salutaris delatione.

QVOD MISSA NON CELEbretur sine lumine ceræ. Cap. VI.

a b c d ITEM præcipimus sub excommunicationis [a] pœna, nequis presbyter [b] absque lumine [c] candelæ de cera missarum [d] solẽnia audeat celebrare.

GLO. CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *In dubio intelligitur inflicta maior excõmunicatio.*
2 *Intellectus. c. 1. de except. lib. 6.*
3 *Hæc cõminatio importat canonẽ ferendæ sententiæ.*

a 1 EXCOMMVNICATIONIS] Intelligę† comminari excommunicationem maiorem in dubio, cũ aliquam nõ exprimat. c. fi. de sent. excom. Et quamuis in pœnis in dubio de maiori intelligendum sit. l. si præses, & l. interpretatione. ff. de pœn. tamen in excommunicatione, cum sit medicinalis. c. 1. de sent. excom. lib. 6. Franc. Marc. decisi. 857. nu. 6. par. 2. intelligendũ est de maiori, Dec. tamen hanc rationẽ improbat in l. semper in obscuris, nu. 9. ff. de reg. iu. & aliam priorem refert, quam merito reprobat Dida. in d. c. fi. par. 1. §. 8. nu. 5. de sent. excõ. lib. 6. & quasdam alias refert, quas per se videre poteris. Anch. in c. statuimus, not. 2. de sent. excom. lib. 6. non inelegantem refert, quam apud eum diligenter legas, Ego enim in his insistere non soleo, quæ in coniecturis consistunt, cum legis apertam decisionẽ habeamus, d. c. pen. & non omnium ratio reddi potest. l. omnium. ff. de legib. Aliquid tamen nobis negotij
2 facit, quod tradit Papa† in c. 1. de except. lib. 6. vbi expresse cauetur, q̃ obijciẽs excõicationem alicui, debet probare, an sit maior, vel minor. Ecce enim quomodo apertè apparet, q̃ in dubio neque vnam, neque alteram excommunicationem interpretari possumus, sed probanda est in indiuiduo, Tu igitur aduertas, q̃ ibi Papa præsupponit non constare illum esse excommunicatum, vnde in indiuiduo probanda est excommunicatio. At in c. pen. præsupponitur excommunicationem esse inflictam, sed quia non apparet, an maior, vel minor sit inflicta, vult Papa intelligi de maiori. Hæc est mea noua consideratio. Scio alios Scrib. velle ibi esse speciale, ne excipiens vagetur, & cum periculo honoris alterius illudat actori, iudici, & iudicio, tamen mihi placet ita considerasse pro illorum iurium intelligentia, & vt euitemus miserorum refugium, dicere esse
3 speciale. Hæc† excommunicationis comminatio habet canonem non latæ, sed ferendæ sententiæ, glo. in c. eos, de sent. excom. lib. 6. vbi enumerantur casus, in quibus ipso iure incurritur excommunicatio quam vti magistralem signa.

b PRESBITER] Secundum Isidorũ in c. cleros 21. dist. græcè presbiter, latinè senior interpretatur, non modo respectu ætatis, sed dignitatis, & honoris gratia. Hieronimus in c. legimus, ad fin. 93. dist. & dicitur presbiter, quasi alijs viuendi præbeat iter, vel beatum iter populo de exilio mundi ad patriam cœlestem. Vnde ego quod Ioanes Apost. in initio 2. & 3. epist. dicit. Senior, ego interpretor (idest) presbiter.

c LVMINI] sine igne sacrificandum nõ est, quia legitur. Ignis in altari meo semper ardebit, & ille ignis luxit sub aqua 70. annis, qui extinctus fuit, Antiocho vendente sacerdotium Iasoni. 1. q. 1. c. sicut, c. fi. cum glo. pen. de celebr. mis. ex quo tex. colligitur pœna sine lumine celebrantis, quam declara, & intellige secundum Abb. ibi, quem sequitur Diaz. in prat. can. c. 31. Habet in se misticum sensum, q̃ candela ceræ celebretur missa. Nam apes (à quibus cera prouenit) sicut electum cibũ comedunt, qui dulcorem in se habet, ita lumen ex cera repræsentat dulcedinem cibi spiritualis, de quo Dauid psalmo. 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus, & lumen illud indicat nobis CHRISTI splendorem, in quit enim Apost. ad hæbr. c. 1. qui cum sit splendor gloriæ, & figura sustantiæ Dei. Vel quia in candela tria cõspicis ceram lychnium, & ignem, significantia in CHRISTO esse corpus, animã, & diuinitatem.

MIS-

d MISSA] non esse verbum latinum autumat Alcia. lib. parerg. iur. 7. c. 10. congruentius appellari potest sacrum, ponitq̃ ibi differentiam inter videre missam & audire. Lytur giam vocat Duarenus lib. 1. de sac. eccl. min. De missa & singulis quæ in ea peraguntur leges apud rationale diui. off. lib. 4. & quosdam abusus, qui in sacrificio missæ committebantur concilium Tridentinum sustulit Sess. 23. Missa omni die celebrari debet in ecclesia secundum Cardin. in c. iteratur, de consec. distin. 2. quinque de causis. Primò, quia semper oportet esse paratam medicinam contra quotidiana peccata. Secundò, vt lignum vitæ semper sit in medio paradisi. Tertiò, vt nobis CHRISTVS semper vniatur sacramentaliter, & nos ei spiritualiter. Quartò, vt sit apud nos iugis memoria passionis eius. Quintò, vt vero agno loco typici quotidie vtamur. Nam sacerdos legis, huius sacrificij Minister, non per vnam hostiam sed per plures, non semel, sed sæpe poterat auferre peccata, CHRISTVS vero dominus, & proprius & verus Pontifex vna hostia, hoc est, semel perfecit vsque in finem sanctificatos eos Deo coniungendo & copulando. Quia hostia CHRISTI, qui Deus est & homo habet virtutem æternam sanctificandi. Et vt sanctificaret IESVS per proprium sanguinem populum extra portã passus est, vt ad Hebr. Apost. c. 14. Itaque per virtutem passionis suæ CHRISTVS intra cœlestia sancta nos introduxit ad PATREM, & ideo non sumus sub lege, sed sub gratia, Apost. ad Rom. c. 6.

DE NON CELEBRANDO IN locis interdictis, & non paticipando cum excommunicati. Cap. VII.

a b c d ITEM districtius inhibem[a], q̃ nemo audeat celebrare in locis interdictis [a] nec cũ excõmunicatis, [b] & interdictis [c] in diuinis officijs [d] adesse, vel aliter cum eis participare contra canonum instituta.

GLO. CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Duplex est interdictum ecclesiasticum.*
2 *Secundum veteres canones quid operabatur interdictum ecclesiasticum.*
3 *Intellectus. c. alma mater, & constitutionis.*
4 *Contrauenientium interdicto ecclesiastico pœna.*
5 *Vniuersitas excommunicari non potest.*

a 1 INTERDICTIS] Illud imprimis not. est, quòd duplex† est ecclesiasticum interdictum, generale, & speciale, quod in locum aliquem ferri solet. Generale etenim dicitur, quoties regnum, prouincia, ciuitas, villa, aut castrum interdicitur. Speciale autem, quando in aliquam ecclesiam, aut parœciam nominatim decernitur, vt probant tex. & ibi Abb. in c. cum in partibus, de verb. signifi. Cald. tract. de interd. 2. memb. col. 5. Sylvest. verb. interdictum. 1. q. 3. ad idem tex. in c. cum inter, de consuet. Plouius in eod. tract. de interd. col. 1. Secundum†
2 veteres canones stante ecclesiastico interdicto (certis quibusdam exceptis) nihil agi poterat. c. præsentibus, de sent. excom. cum ibi not. per glo. Verum Bonif. VIII. exclusis excommunicatis, & interdictis omnia agi posse secundum formã ab ipso traditã in c. alma mater, de sent. excõ. lib. 6. decreuit. Verum stante hac nostra constitutione, quæ simpliciter prohibet celebrari in locis interdictis, an ista prohibitio declaranda sit secundum veteres canones, an vero secundum
3 Bonifacij prouisionem? Omnes† Scrib. in d. c. alma, in hoc conueniunt, quòd illa decretalis solum habet locum in generali interdicto, & sic colligitur, quòd vetera iura non sunt correcta circa speciale interdictum. Circa hoc videbatur dicendum, quòd cum constitutio generaliter loquatur, generaliter esset intelligenda. l. 1. §. & generaliter. ff. de leg. præst. & cum ipsa, non distinguat, nec nos distinguere deberemus. l. de pretio. ff. de publicia. in rem act. Tamen ego sum contrariæ sententiæ, quòd immo hæc constitutio sic generaliter loquens intelligatur secũdum d. c. alma mater, cum maximè temporibus nostris deprauatis magis militent rationes, quæ mouerunt Pontificem ibi ad ita statuendum. Quod comprobari potest à simili de statuto, quod recipit interpretationem passiuam à iure communi, quia leges se extendunt ad statuta. l. 2. C. de noxal. l. 1. §. lex Falcidia, vbi Bart. & Alexan. ff. ad l. Falcid. c. cum dilectus, de consuet. Nec statutum (quod esset correctorium iuris communis) sic generaliter intelligi debet, sed restringi ad terminos iuris, Soc. consi. 38. col. 4. versi. præterea posito, lib. 1. Aym. consi. 276. nu. 9. & consi. 259. num. 2. Videtur tamen hoc positum extra omnem dubitationem ex verbis constitutionis finalibus, & sic prohibet in locis interdictis celebrari contra canonum instituta. Contra† hos
4 igitur contrafacientes pœna est à canonibus inflicta, quia suspensus est, ab omni ecclesiastica iurisdictione. c. fin. vbi not. omnes, de eccles. Prælat. & sic ipso iure ab officio suspensus est. c. 1. de re iudic. c. 1. de senten. excomm. lib. 6. potest præterea violans interdictum puniri pœ-

na perpetuæ depositionis ab officio. cap. latores de cler. excom. ministr. & beneficij ecclesiastici priuatione. cap. postulastis. §. fin. eod. tit. vbi doct. hoc ipsum ex illo tex. colligunt, incurrit etiam irregularitatem scienter celebrans. c. is qui, de senten. excom. lib. 6. Est etiam illi interdictus ecclesiæ ingressus. c. Episcoporum, de priuil. Franc. Marc. decis. 840. par. 2. Quam-
5 uis † vniuersitas, collegium, communitas, ex personis constet. c. cum clerici, de verb. signifi. posítque delinquere, atque culpam contrahere excommunicationis dignam, glo. in l. sicut. ff. quod cuiusque vniu. nom. tamen in ea pœna excommunicationis infligi non potest. c. Romana. §. in vniuersitatem, de senten. excom. lib. 6. interdici tamen potest d.c. alma mater. Duas rationes refert Dida. lib. 2. resol. c. 8. nu. 9. & prima improbata, secundam sequitur, quæ est, quòd actus & passiones, vt consistunt in facto, & ad factum referûtur, singulis omnino tribuendæ sunt, non collegio, aut vniuersitati, nam his tribuuntur & eorum esse censentur, quantum attinet ea res ad iuris effectum. c. 2. de testi. in 6. Bart. in l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. Vnde cum vniuersitas facti sit incapax, non potest verè contra facere, sed tantummodo fictè & interpretatiuè, propterea excommunicari non potest, quæ in personam ferri solet. c. 1. de senten. excom. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus vitandus est.*
2 *Talis conuersatio de iure diuino prohibita est.*
3 *Qui cum excommunicato participat, quam pœnam incurrat.*

b EXcommvnicatis] Excommunica-
1 tus † vitandus est ab alijs fidelibus, nec ei communicandum esse, Matth. c. 18. si ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethinus & publicanus. Apost. 2. ad Thessal. cap. 3. siquis non obedierit verbo nostro per epistolam hunc notate, & non commisceamini cum illo, vt confundatur, prohibetur igitur hospitalitas & colloquiũ.
2 Et sic patet de † iure diuino prohibitã esse hanc communionem cum excommunicatis, Fel. in c. nonnulli; de senten. excom. Intellige hoc sano modo, censeri hanc communionem esse prohibitam de iure diuino in his, quæ ad diuina pertinent, in alijs autem prohiberi lege humana, in quibus à iure certis personis permissum est posse communicari, veluti est vxori cum marito. c. quoniam multos, de senten. excom. in 6. similiter permissa est ad excommunicatorum correctionem, c. responso, & c. cum voluntate, illo cod. tit. Siquis † igitur cum excommunicato participauerit aduersus prohibitionem iuris, minori afficitur à canone ipso excommunicatione. c. fin. de cler. excom. min. c. nuper. c. cum desideres, de senten. excom. c. 2. de except. & hoc est regulare, fallit in quibusdam casibus, in quibus participans cum excommunicato maiorem excommunicationem incurrit, vt in c. significauit, de senten. excom. c. si concubinæ. c. nuper, eod. tit. & in alijs casibus diligenter consideratis à Dida. in d. c. alma mater, part. 1. §. 3.

SVMMARIVM.

1 *Interdicere propriè quid significet.*
2 *Personæ aliquando interdicitur ecclesiæ ingressus.*
3 *Differunt excommunicatus, & interdictus.*

c INterdictis] Interdicere propria si-
1 gnificatione est prohibere ac vetare, nequid fiat. Iurisconsul. in l. vlt. ff. de pœn. dixit interdicere alicui arte sua. Contingit aliquando,
2 quòd † personæ ecclesiæ ingressus interdicatur propter aliquod demeritum (veluti est) siquis constitutionis. c. 1. de senten. excom. lib. 6. exterit violator, per vnum mensem ab ecclesiæ ingressu interdictus est. Similiter qui celebrat in loco suppositio ecclesiastico interdicto scienter, illi ecclesiæ ingressus interdictus est. c. epi-
3 scoporum, de priuil. lib. 6. Cæterum † differunt excommunicatus & interdictus participatione, nam cum interdicto regulariter participari potest (nisi participatio specialiter esset interdicta, arg. l. moris. ff. de pœn.) & tunc procederet nostra constitutio, dum prohibet cum interdictis communicari, quia intelligendum est, quando hoc esset specialiter prohibitum, alioquin non. Cum excommunicato vero indistinctè prohibetur participatio. c. sacris, de his quæ vi met. ve caus. fiunt.

d OFficiis] de diuinis officijs multa habes apud rationale diuin. off. lib. maximè Quinto vbi de illis peculiariter agit, quamuis in toto illo volumine agatur de diuinis ministerijs, vt ex titulatione colligitur, & concinnius tractatur à Duareno lib. 1. de sacr. eccl. minist.

DE POENA ADMITTENTIVM publicè excommunicatum, vel interdictum cuiuscunque conditionis. Cap. VIII.

a TEm interdicimus, ne quis aliquem publicè excommunicatum, [a] vel interdictum cuiuscunque conditionis, vel status existat, quomodolibet scienter admittat. Transgressores autem constitutionis nostræ cuiuscunque conditionis, aut religionis existant, exempti, & non exempti ipsofacto sententiam excommunicatio
b nis [b] incurrant, & aliter rectoris, siue iudicis spiritualium arbitrio puniantur.

GLO. CAP. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Concilij Basilien sis formula.*
2 *Illius interpretatio apud Dida. in d. c. alma mater.*
3 *Huius constitutionis intellectus.*

a EXcommvnicatvm] Ad sedan-
das veteres altercationes, quando excommunicatus sit vitandus, concilium Basiliense statuit Sess. 20. quid obseruandum, vt habetur in concord. fran. tit. de excom. non vitand. sub hac forma. Ad vitandum
1 † scandala & multa pericula, subueniendumq; timoratis conscientijs, q nemo deinceps à communicatione alicuius in sacramentorum administratione vel receptione, aut alijs quibuscunque diuinis vel extra, prætextu cuiuscunq; sententiæ aut censuræ ecclesiasticæ, vel suspensionis, aut priuationis ab homine vel à iure generaliter promulgatæ, teneantur abstinere, vel aliquem vitare, vel interdictum ecclesiasticum obseruare, nisi sententia, prohibitio, suspensio, vel censura huiusmodi fuerit, vel contra personam, collegium, vniuersitatem, & ecclesiam, aut alium certum locum à iudice publicata, & denunciata specialiter & expressè, aut notoriè in excõmunicationis sententiam constiterit incidisse, q nulla possit tergiuersatione celari, aut aliquo iuris suffragio excusari, eum à communione illius volumus abstinere iuxtà canonicas sanctiones. Per hoc tamen huiusmodi excõmunicatos, suspensos, interdictos, seu prohibitos, non intendimus in aliquo releuare, neque eis quomodolibet suffragari. Super
2 qua † concilij Basiliensis constitutione quædam non aspernanda considerat Dida. in d. c. alma mater, part. 1. §. 2. nu. 7. vsque ad fin. quæ diligenter animaduertenda censeo, illum igitur videto. Ex
3 quibus planè constat † ad intelligentiam nostri tex. illum esse publicè excommunicatum, vel interdictum, qui seruata forma concilij prædicti fuerit excõicatus, vel interdictus denunciatus.

SVMMARIVM.

1 *Communicans cum excommunicato quam excommunicationem incurrat.*
2 *Intellectus præsentis constitutionis.*
3 *c. pen. de sent. excom. intellectus.*

b EXcommvnicationis] Constat, q participans cum publicè excõmuuicato, vel interdicto scienter incidit in pœnam excommunicationis. Non explicatur in quam excommunicationem incidat maiorem vel minorem.
1 Propterea dubitari † potest, quæ sit ista excõmunicatio? Si respicias ius commune erit minor, vt supra aliquando tradidimus, dubium tamen nobis facit. c. pen. de sent. excom. vbi expressè cauetur, quando indicitur pœna excommunicationis à canone vel ab homine, nec exprimitur, quæ incurratur, intelligitur de maiori, sic videtur dicendum in proposito, cum simpliciter constitutio ingerat pœnam excommunicationis intelligendum est de maiori, cum passiuam interpretationem recipiat à iure communi lex prouincialis. l. 1. §. lex falcidia, vbi Bart. & Alex. ff. ad l. Falcid. c. cum dilectus, vbi cano. de consuetud. Barto. in l. omnes populi, num. 60. ff. de iust. & iu. & ibi Ias. nu. 60. Curt. Sen. consi. 79. col. 3. Ias. in auth. præterea, num. 14. & seq. C. vn. vir. & vx. Dec. consi. 445. nu. 9. Natta consi. 172. Verum intrepidè teneas constitutionem † intelligi de minori excõmunicatione, & ratio est, quoniam quando lex ingerit excommunicationem ex aliqua causa, illa est nobis indicatiua, quæ excommunicatio infligatur, & cum causa comminandi hanc excommunicationem sit participatio cum excommunicatis, vel interdictis, & ex huiusmodi participatione ingeritur excommunicatio minor de iure, talem per hanc constitutionem ingeri censendum
3 est. Non obstat † d. c. pen. quia intelligitur & procedit, quando simpliciter profertur excommunicatio, tunc enim intelligitur de maiori, secus quã d profertur cum aliqua causa, veluti est, quando participatur cum excõmunicato vel interdicto, quia tunc intelligitur de minori propter adiunctam causam. Hæc est subtilis & contemplatiua ratio, quã puto veram, ne in dubio à iure cõmuni recedamus, & eo maximè in hanc partem inclinandum videtur, quia vltra hanc pœnam excommunicationis, indicitur etiam pœna arbitraria, quasi constitutio velit addere iuri cõmuni hanc pœnam, quod totum iudicis arbitrio relinquitur, Aym. consi. 197. nu. 6.

DE POENA EXCOMMVNIcati, vel suspensi diuinis se immiscentis. Cap. IX.

2 ITEM siquis excommunicatus, aut suspensis [a] sententiam excommunicationis, aut suspensionis contemnens celebrare præsumpserit, aut igesserit se diuinis, eum decernimus officio, & beneficio præsenti constitutione priuatum: & aliter rectoris arbitrio puniendum.

GLO. CAP. IX.

SVMMARIVM.

1 *Censura ecclesiastica quæ & quotuplex sit.*
2 *Excommunicatus maiori excommunicatione quibus sit priuatus.*
3 *Incurrit aliquando irregularitatem.*
4 *Minori vero excommunicatus non efficitur irregularis.*
5 *Quid requiratur, vt quis efficiatur irregularis.*
6 *Suspensus ab officio, celebrando fit irregularis.*
7 *Constitutionis intelligentia.*

a 1 SVSPENSVS] Censura † ecclesiastica est spiritualis pœna, quam ecclesia propter inobedientiam infligit, & est triplex, suspensio, excommunicatio, & interdictio. c. quærenti, de verb. signifi. de quibus vide per Iul. Clar. in prat. crim. §. fi. q. 75. 76. & 77. Excommunicatus † maiori excommunicatione priuatus est actiua & passiua sacramentorum participatione. c. si celebrat, de cler. excō. ministr. c. cum illorum, de sent. excom. Hic igitur excommunicatus ordine sacro præditus, ab eius ordinis executione quoad se, & quo ad alios iure suspensus est, vnde si celebrauerit irregularis efficitur. c. 1. in fi. de sent. & re iud. lib. 6. c. 1. in fi. de sent. excom. lib. 6, ex quo si scienter hoc fecit, est deponendus. c. latores, de cler. excom. mini. secus si ignoranter. c. apostolicæ, eod. tit. Et quilibet † alius excommunicatus maiori se diuinis ingerens, incurrit irregularitatem. c. is cui, de sent. excom. lib. 6. Et si quis velit impetrare, quòd ille irregularis priuetur, debet declarare Papæ, quòd sciens se excommunicatum celebrauit, & quòd declaratus publicè nunciatus erat, alias non dabitur priuatio, Abb. per illum tex. in c. illud, d cler. excō. ministr. Stafil. de liter. grat. fol. 166. versi. sed aduertendum, Rebuf. in conc. fran. tit. de exc. non vitand. in princ. & hoc modo intelligenda est constitutio nostra, ne quis ignoranter priuetur. d. c. apostolicæ. Excommunicatus † vero minori excommunicatione si celebrat, non efficitur de iure irregularis. d. c. si celebrat, Frāc. Marc. decis. 801. nu. 5. part. 2. & ratio est secundum Dida. d. c. alma mater. §. 8. nu. 1. pri. par. quia excommunicatus minori excommunicatione non est suspensus ab aliquo actu ordinis ecclesiastici, siquidem sacramentorum perceptio non pertinet ad aliquem ordinem, & ideo prohibitus sacramenta percipere, nō est suspensus ab aliquo actu ordinis, & ea ratione nec erit irregularis, tametsi sacramenta percipiat, Abb. in d. c. si celebrat, col. 1. Est † etiam necessarium, vt quis efficiatur irregularis, q̄ quis sit suspensus ab aliquo actu, qui ad aliquem ordinem pertineat, vt probat Henr. Boich in d. c. si celebrat, & probatur in c. is qui, in fi. & in c. is cui, de sent. excom. lib. 6. peccat tamen mortaliter, Sylues. verb. excommunicatio. 4. in prin. & not. 3. Caiet. verb. excommunicatio minor, Inno. in c. cum in cuctis. §. clerici, de ele. & in c. statuimus, de concess. præb. suspensus † ab officio, celebrādo fit irregularis. 11. q. 3. c. siquis damnatus, d. c. 1. de sent. & re iud. lib. 6. & c. 1. in fi. de sent. excō. eod. lib. Suspensus à beneficio tantum non fit celebrando irregularis, quia hoc nullo iure cauetur, Inno. in d. §. clericis, & in d. c. statuimus, & in d. c. quia diuersitatem, Alph. Aluar. in specul. sum. Pont. c. 38. nu. 20. Ex quibus † intelligis constitutionem nostram solum procedere in excommunicato maiore, & suspenso ab officio, ne recedamus ab antiquorum canonū dispositione. Hoc amplius habet hæc cōstitutio, quia ipsofacto priuatus est cōtrafaciens officio & beneficio. At de iure requritur priuatio, Abb. in d. c. illud. c. latore, de cler. excō. mini. Alphon. vbi supra, nu. 40. requiretur tamen sententia declaratoria. c. cum secundum, de hæret. lib. 6. Et præterea comminatur etiam pœnam arbitrio iudicis infligendam.

QVOD CLERICI NON INCEdant sine tonsura, & habitu: nec sæcularibus inhonestis actibus se immiscent. Cap. X.

a b c d ITEM statuimus, & acrius prohibemus, ne quisquam clericus [a] beneficiatus, [b] aut in sacris existens ordinibus, [c] sine congruēti tonsura, & habitu [d] clericali decenti incedat, nec vtatur inhonestè mercatoris, [e] vel negociatoris officio, vel taberna, nec in taberna comedat, siue bibat, nisi in itinere constitutus: nec ludere audeat ad aleas, [f] vel taxillos publicè, vel priuatè, contrafacientes vero iudicis arbitrio puniantur.

GLO.

GLO. CAP. X.

SVMMARIVM.

1 *Vnde clericos appellatos.*
2 *Multiplicia in ecclesia Dei ministeria.*

a 2 1 CLERICVS] Clericos † hinc appellatos credimus, quia Matthias sorte electus est, Cleros enim græcè, latinè sors, vel hæreditas dicitur, propterea ergo dicti sunt clerici, quia de sorte domini sunt, vel quia domini partem habent, c. clericos. 21. distin. Generaliter † enim clerici dicuntur omnes, qui in ecclesia CHRISTI deseruiunt, quorum gradus & nomina sunt ista. Hostiarius, lector, exorcista, acolytus, subdiaconus, diaconus, presbiter, Episcopus, quos prosequere, vt per Rational. diui. off. lib. 2. de quibus politiori stilo scribunt Alcia. lib. 1. pareg. iu. 5. c. 22. & Franciscus Duarenus, lib. 1. de sacris eccle. ministe.

SVMMARIVM.

1 *Duplex est beneficium.*
2 *Beneficium ecclesiasticum an sit de iure diuino.*
3 *Beneficiorum genera.*

b 1 BENEFICIATVS] Duplex † est beneficium, temporale, & ecclesiasticum. Temporale sunt feuda, Ducatus, Marchionatus, Comitatus, & similia, de quibus loquitur tex. in c. fœlicis. §. siqua vero feuda, de pœn. lib. 6. Ecclesiasticum est, de quo in præsenti constitutione tractatur, & quotuplex sit tradit Io. de Selua, in tract. de 2 benef. in 1. part. q. 2. Dubitatum fuit, an † beneficium sit de iure diuino? Abb. in c. constitutus, nu. 3. cum seq. de relig. dom. tenet q̄ non, vbi dicit, titulos beneficiorum esse de iure positiuo, & ideo Papa potest disponere de eis prout vult, idem repetit in disput. incip. Episcopus, col. 2. per tex. in c. 1. 22. dist. Vbi Papa instituit Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos, & alios in dignitate ecclesiastica constitutos. c. in illis, 80. distin. plenè Io. de Selua, in d. tract. part. 1. q. 4. Ex quo infertur, q̄ omnia beneficia (demptis Papatu, & Episcopatu) sunt de iure positiuo, per tex. in c. 1. 13. q. 1. c. pastoralis, de his quæ fiunt à prælat. Dionysius Papa instituit parœcias, & eas diuisit, Abb. in rep. c. extirpandæ. §. qui vero, col. 2. de præb. c. cum olim, de consuet. De Cardinalatu quo iure sit introductus tradit plenè Barba. in tract. de præstan. Card. in q. 1. pri. part. Et primitiua ecclesia creauit Episcopos sed non Episcopatus, & Cardinales creant Papam sed non Papatum. c. vbi periculum, de elect. lib. 6. Rebuf. in concord. fran. tit. de constit. verb. instituit. Beneficiorum † quædam sunt suprema, quædam duplicia, quædam simplicia. Suprema sunt Episcopatus & superiora. Duplicia sunt dignitates inferiores, personatus, & beneficia curam animarum habentia. c. de multa, de præb. vbi Cano. Omnia alia beneficia sunt simplicia. Et horum simplicium, quædam sunt titularia, quædam non, vt sunt pensionarij, præstimoniarij, habentes alteria, vel capellas pro missis defunctorum. c. pen. de cler. non resid. c. significatum, de præb. de quibus pleno folio scripserunt Io. de Selua, & Corrasius in paraphrasi de sacerd. & de acquirendo conseruando, vel amittendo beneficio tribus libris scripsit in sua praxi benef. Rebuf. ad quos te nunc reijcio, à quibus, quod in hac materia desideras facilè inuenies.

c ORDINIBVS] tres sunt ordines sacri, subdiaconatus, diaconatus, & presbiteratus, quos ordines prosequere, vt per Ration. in lib. 2. & Duaren. in d. lib. 1. de sa. eccl. mini.

HABITV] Habitus clericalis consistit in duobus, scilicet in tonsura, & vestibus. De vestibus vide per glo. not. in clem. 1. verb. secularis, de elect. De tonsura vide glo. in clem. 2. verb. tonsuram, de vit. & hone. cler. c. prohibete. 23. distin. tex. in c. siquis, de vit. & hone. cler. vbi glo. idem dicit, subdens ibi Abb. quòd clericus non deferens tonsuram peccat mortaliter, quia est dignus anathemate. Hic incidenter quæro, an prima tonsura collata à non suo Episcopo valeat? Et videbatur dicendum quòd non, iuxtà tex. in c. eos, cum glo. versi. statuunt, & c. nullis, de temp. ordin. lib. 6. Cassan. consi. 20. nu. 9. quem refert, & sequitur Rebuf. in praxi benef. part. 1. in tit. de lit. dimiss. num. 35. & 38. Et si hoc esset verum sequeretur, quòd si post adeptum beneficium efficeretur clericus, non conualesceret collatio, Gigas tract. de pens. q. 22. Verum contrarium est verius, vt expressè decidit Guid. Pap. q. 449. & sequitur Philipp. Probus in add. ad Io. Mon. in c. 1. nu. 6. de temp. ord. lib. 6. vbi latè comprobat eandem sententiam, subdens illam fuisse sententiam Arch. Io. Mon. Guil. & illam esse veram astruit, addens not. verbum, quòd ita in facto obtinuit. Et quoniā rationes Rebuf. facilè conuinci possunt à quolibet docto, illas refellere supersedeo, vnde male dixit, Gui. Pap. hallucinari. Quoniam solet in bulla multoties expeditionis beneficiorum dici. Tibi qui in septimo vel circa tuæ ætatis anno constitutus, & ritè clericali characterè insignitus existis. Dubitari posset de illa dictione vel circa, quoniam adiuncta tempori designat illius diminutionem, vt tradit Abb. in c. ex parte, nu. 3. de rest. spol. per c. fin. de despons. impub. Verum nihil obstat, quia illud aduerbium vel circa non importat necessario minus tempus, sed potest etiam importare plus

(vt hic) licet non multum. Alexan. consi. 88. nu. 21. lib. 5. Rebuf. in sua praxi, tit. de dispens. rat. æta. verb. seu circa, nu. 3.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur mercatores.*
2 *Mercator & artifex differunt.*
3 *Clericis est prohibitum negociari.*
4 *Possunt tamen per alios exercere mercaturam.*

c 1 MERCATORIS] Mercatores dicuntur, qui negociandi opus exercent à verbo mercari deductum, quod verbum non solũ emere significat. l. cum qui ædes. ff. de vsucap. sed etiã emendi & vendendi mercaturam exercere. l. 1. & l. licitatio. §. fi. ff. de publica. l. legatis, vbi Bart. ff. de leg. 3. docent doct. in l. mercis. ff. de verb. sign.
2 Et mercator † negociatorq; propriè est, qui rem emit, & non mutata forma, illam vendit, vt lucretur, artifices vero dicuntur, qui rem emunt, & mutata forma illam vendunt, vt siquis emat ferrum, ex quo balistas vel enses faciat, seu cultellos, quos postea vendit. c. eijciens. 88. distin. vbi dicitur. Quicunq; rem comparat, non vt integram & immutatam vendat, sed vt materia sibi sit, inde aliquid operandi, ille non est negociator, qui vero rem cõparat, vt integram & immutatam vendendo lucretur, ille est mercator. Vel dicũtur artifices, qui circa vilia opera negociantur, & qui arti alicui dediti sunt, vt in rub. de excus. art. lib. 10. Nostra constitutio prohibet non solum officium clericis mercatoris sed etiam negociatoris, (quod verbum generalius est quàm mercatoris vt docet Signor. con. 95. in quæstione, q. 3. nu.
3 25.) De iure † canonico prohibitum est clericis negociari & mercari, vt in tit. ne cler. vel mon. & in c. canonum 4. q. 4. Et dicit Hieron. Negociatorem clericum ex inope diuitem, & ex ignobili gloriosum quasi quandam pestem fuge. c. negociatorem 88. dist. & c. seq. & Apost. ad Thimot. 2. c. 2. Nemo Deo militans, implicat se negocijs secularibus, vt ei placeat cui se probauit, & ita statutũ fuit ab Inno. III. in concilio generali, vt habetur in c. clerici, de vit. & hon. cler. vbi ad verbum ait. Clerici officia & cõmercia secularia nõ exerceant maximè inhonesta, quæ dictio (maximè) includit vtrunq; casum, sed ponit maioritatem rationis in altero, & idem ius statuit, gl. in l. illud. ff. ad l. Aquil. Et ppea si clericis prohibitũ est mercatura & negociatio, quæ ex se licita esse solet, quanto magis inhonesta negociatio. Et de iure pœna sic exercentis seruata forma Clem. V. vt in clem. 1. de vit. & hon. cler. est depositio ab officio. c. clericis. 91. distin. quia de manu illius nunquam exire debet psalterium. c. nunquam, in
4 prin. de cons. distin. 5. Licet † clerici sint de iure prohibiti per se tabernam exercere. d. c. clerici, & c. 1. de vit. & hon. cler. lib. 6. Tamen si per alium exerceant, non perdunt priuilegium clericale, gl. & doct. in c. 1. illo tit. facit tex. in c. vlt. ne cler. vel mona. lib. 6. Alb. in l. humilem. C. de ince. nupt. & ad materiam in vniuersum vide D. Benuenutum Straccam in suo tract. de merca.

SVMMARIVM.

1 *Ludus est crimen.*
2 *pœna de iure ludentium.*
3 *Lusores & inspectores puniendi sunt.*
4 *Clericis venatio est prohibita.*
5 *Ordinarius potest adiuuare canones pœnali constitutione.*

f 1 ALEAS] Ludus † est crimen, vt dicit Bart. in proœ. ff. orum, in §. illud, Dec. consi. 163. colum. 7. versi. tertio decimo, ludere igitur ad aleas vel taxillos clericis est prohibitum. c. clerici, vbi eleganter Imo. de vit. & hon. cler. quod ideo prohibitum esse censet Diaz in prat. cano. c. 64. propter plura crimina, quæ in talibus ludis perpetrari solent, quorum 16. refert Host. in sum. in tit. de excess. prælat. §. clericus, & alia re-
2 fert Rauen. in alphab. in verb. ludus. Horum † sic publicè ludentium pœna de iure est, vt repellantur ab obtinendo beneficio. c. inter dilectos, de excess. prælat. vbi Abb. solet etiam deponi si non desistat. c. clericum. 45. dist. c. Episcopus. 35. distin. Alex. consi. 72. versi. quarto argui, lib. 1. nec debet promoueri. c. maritum. 32. distin. glo. &
3 doct. in d. c. clerici. Non † solum autem iudices ecclesiastici debent esse peruigiles in puniendis clericis lusoribus, sed inspicietib. & participib. ludi, imitantes Iustinianum, qui clericos ludentes, vel participes ludentium, aut inspectores tribus annis à ministerio prohiberi iubet, & in monasterium redigi, vt in auth. interdicimus. C. de episc. & cler. Vnde cum nostra constitutio arbitrio iudicis puniendos relinquit, non malè ageret iudices, si hac Iustiniani pœna delinquentes punirent. Verum (heu misera nostri temporis conditio) omnes declinauerunt etiam iudices ecclesiasticj, quorum exemplo cæteri peiores fiunt, propter quod dicit Imo. in d. c. clerici, colum. 4. quòd de consuetudine hodie ludus non est prohibitus, seruanda igitur esset Satirici sententia. Eo conspectius in se crimen habet, quo qui peccat maior habetur. Cum de ludo multi scripserunt Paris Put. Ioan. Bapt. Caccialup. & Stepha. Costa ad illos te relego, & vide etiam Alcia. lib.
4 parerg. iu. 8. c. 16. Prohibetur † etiam clericis venatio de iure, & contrafacientes puniuntur secundum gradus prerogatiuam. c. 1. & 2. de cler. venat. c. 1. ne cler. vel mona. c. qui venatoribus. 86. dist. Alex. d. consi. 72. versi. sexto conuincitur, lib. 1. (intellige nisi fiat causæ recreationis Card. in d. c. qui venatoribus, & Alexan. in d. consi. 72. nu. 18.

Et

Et multa alia prohibentur, quæ per ordinem refert Papa, in c. 1. ex concilio Maguntino ne cler.
5 vel mona. Et potest † Iudex ecclesiasticus ex iusta causa adiuuare canones addendo nouas pœnas glo. est not. in clem. ne Romani, verbo tolli, vbi Card. q. 3. de elect. Abb. in c. licet, col. 2. de pœn. Fel. in c. irrefragabili. §. certum, versi. limita, de off. ord. vbi dicit, q̃ potest addere nouam pœnam pecuniariam. Vnde non tibi fiat mirum si conditor huius constitutionis addidit pœnam arbitrariam vltra ordinarias, quia temporũ nostrorum mala qualitas maiores etiam exigeret.

QVOD CLERICI NON FOENERentur. Cap. XI.

a ITEM interdicimus ne quis quam clericus per se, vel alium publicè, vel occultè ad vsuras, [a] seu caput saluum pecuniã mutuet, nec aliquid aliud faciat, vel cõcedat, ex quo possit aliquid vltra sortem percipi, vel lucrum fœneratitium peruenire, sub pœna in sacris canonibus statuta, & infra patebit.

GLO. CAP. XI.

NOT. super hac rub. q̃ fœnus deriuatur à fœtu, eo q̃ numus numum pariat. Vnde Suidas ex Aristophane in nubibus inquit. Vsuram esse feram quandam belluam, quæ per menses & dies argentum semper gignit serpente tempore, Alcia. in l. vsura. ff. de verb. signifi.

SVMMARIVM.

1 *Vsura quid sit.*
2 *Vtraque pagina est prohibita.*
3 *In qua nec summus Pontifex posset dispensare.*
4 *Quare sit prohibita.*
5 *Clericus vsurarius quam pœnam incurrat.*

a 1 VSVRAS] Vsura † est, quicquid accedit sorti ex pacto, vel intentione præcedente. c. consuluit, de vsur. Vsura est lucrum mutui ex pacto debitum, vel exactum, Abb. in rub. de vsur. Vsura est voluntas capiendi vltra sortem lucrum aliquod temporale vi & causa mutui principali-
2 ter. Dida. lib. 3. resol. c. 1. nu. 2. Vtraque † pagina vsura prohibita est. Primò in l. veteri prohibitã esse probatur Ezech. c. 18. Mutuans ad vsuram nõ viuet, sed morietur, item psal. 44. inquit Dauid. Non habitaturum in templo Domini, qui pecuniam ad vsuram dederit, c. quoniam, & c. siquis oblitus, 14. q. 4. In noua lege cõstat ex dicto Domini Luc. c. 6. Mutuum date, nihil inde sperãtes, & vtrunque complectitur ius canonicum, vt ha-
3 betur in c. super eo, de vsur. & in clem. 1. cum gl. de vsur. Et adeo hoc est prohibitum, q̃ † nec summus Pontifex posset dispensare, vt vsura fiat, Dida. vbi supra, nu. 8. qui alios allegat, quicquid in contrarium consuluerit Alex. consi. 1. cum seq. & consi. 107. lib. 2. consi. 8. lib. 6. & hoc probatur in d. c. super eo, sequitur Alexan. sibi contrarius in consi. 57. num. 3. cum seq. lib. 1. Vnde merito primitus clericis prohibenda erat, vt fecit Alex. Tertius in c. 1. de vsur. cum sint res spirituales, ex quo corpus & animam in seruitium CHRISTI
4 denouerũt. c. cui portio. 12. q. 1. Et quare † prohibita sit vtroque testamento, ratio est, quia contra pietatem & charitatem est. Nam debet quis subuenire proximo in necessitatibus, vnde contra charitatem peccat nolens mutuare sine lucro.
5 Clericus † incurrit propter vsuram de iure infrascriptas pœnas. Prima est, quia efficitur infamis. c. inter dilectos, & ibi Abb. not. 3. de excess. prælat. l. improbum fœnus, cum gl. vbi Bal. C. de his qui not. infa. Matth. not. 49. not. q̃ omnes, & no. 167. not. q̃ vsurarij. Repellitur ad obtinendo beneficio, vt not. gl. in c. præterea, de vsur. Abb. vbi supra. c. de Petro. 47. distin. Rebuf. de pacif. poss. nu. 227. Item ab officio & beneficio suspenditur. d. c. præterea, ad tempus tamen arbitrio iudicis Diaz in prat. can. c. 82. & si perseuerat & non resipiscat degradandus est, Host. in sum. de vsur. §. fi. versi. alia à iudice. c. canonum. c. quoniam, & c. si quis oblitus. 14. q. 4. Dida. lib. 3. resol. c. 3. nu. 3. Tres alias pœnas indixit ius canonicum generaliter contra vsurarios. Nam priuatur communione altaris, prohibetur ecclesiæ ingressus, & in ecclesia non sepellitur, c. quia in omnibus, adduntur & alia in c. quanquam, de vsu. lib. 6.

CONTRA VSVRARIOS christianos. Cap. XII.

EX ORDINE prælati Reuerendissimi, & illustrissimi de Carpo & additur cõstitutio felicis recordationis Gabrielis tituli sancti Clementis presbyteri Cardinalis Senensis, Marchiæ olim Legati, capite secundo, sub his verbis.

a ITEM ad compescendam vsurariorum [a] voraginem, quæ in hac prouincia multum inoleuit, vltra pœnas alias spirituales sacris canonibus constitutas, volumus vnumquemque christianum de vsuraria prauitate conuictum, [b] (cõtra quem volumus iudices curiæ generalis etiam ex officio [c] diligenter procedere) pœnam centum ducato
b rum [d] applicandorum Cameræ Apostolicæ
c incurrere ipso facto.
d

GLO. CAP. XII.

SVMMARIVM.

1 *Vsura est crimen est ecclesiasticum.*
2 *An possit contra vsurarium criminaliter agi.*
3 *Potest etiam vsurarius puniri per iudicē secularem.*

a 1 VSVRARIORVM] In hoc omnes cō ueniunt † vsuram esse crimen mere ecclesiasticum Cano. in c.cum, sit de fo.comp.gl.in c.1.de off.ord. Lapus alleg.56. Re. Dñe Alex. in l.quoties, post nu.4. C.de iud. idem consi.29.nu.6. lib.4. Dec. consi. 170. Dida. resol.lib.3.c.3. Iul.Clar.in prat.crim. §.vsura, & §.fi.q.37.versi. quæro igitur, vbi diligēter hoc discutit post Alcia. in c.1. n.77. de off. ordi. & Rol.in consi.95. Carauita super ritu Vica. 2 21.nu.7. Contra † vsurarium an possit criminaliter agi per ecclesiasticum de iure? Acriter defendit q̄ non Dec. d.consi.170. quem defendere conatur Aym. consi.6.num.104. & Rolan.consi. 75.nu.29.lib.1. Verum ex diametro contrarium consuluit Corn. consi. 19. lib. 3. quem sequitur Rub. consi.65. & Maran. disput. 5. Iul. Clar. in prat.crim.§.vsura, vers. & ex hoc, post Alcia. in d. c.1.nu.76. Cum in terminis nostræ constitutionis possit criminaliter puniri vsurarius cessat in hoc doc. disceptatio, & in puncto iuris veriorem puto opinionem contra Dec. quam ibi reprobat 3 Mod. Apost. Conueniunt etiam in hoc doct. q̄ † vsurarius de vsura possit puniri per iudicem secularem, Cal.c.post venerabilem, de vsur. Anch. in c.ea quæ.2.q.prin. de reg.iu.lib.6. & cōsi.237. Cagnol. in l.2.nu.33. C. de pac. int. emp. & vend. Gem.c.1. de vsur. li.6. Alcia. in d.c.1. de off. ord. nu.76. Dida. in epit. de sponsa. & matr. par. 2. c.6. n.19. Clar. in d.§. vsura, & Maran. in d.q.5. Natta consi.369.nu.8. Rol. à Val. consi.35. in fi. lib.1. Rot. Pede. latè in decis.137. vbi cōpilator hunc articulum diligenter discutit, & remotis contrarijs hanc firmat opinionem, & ita cōmuniter seruatur, & ego alias seruaui in contingentia facti, non obstante Ordinarij inhibitione.

SVMMARIVM.

1 *Per testes singulares an possit quis de vsura conuinci?*
2 *Crimen vsurarum est difficilis probationis.*
4 *Distinctio necessaria in pratica.*
4 *De iure communi vsurarum delictum est punibile.*
5 *Immo iudex potest augere pœnam.*

b 1 CONVICTVM] Quæritur † an per testes singulares quis possit conuinci de vsura? Et Ant. de Butr. in c. cum oporteat, de accus. tenuit q̄ non, quando ait, si vnus testis deponit, q̄ Titius est vsurarius, quia mutuauit Seio decē sub vsuris, alius deponit, q̄ mutuauit Caio sub vsuris tanquam singulares non probant Titium vsurarium, & illud dictum sequitur Alex. in consi.72. nu.6. & consi.100.num.8.lib.1. idem tenet Abb. consi.42. ex multis, lib.1. Idem tamen Alex. cōsi. 46.col.1.lib.3. & consi.54.col.1.lib.6. cum crimen † vsurarum sit difficilis probationis, quia 2 vsurarij contractus clandestinè & occultè fieri consueuerunt, voluit, q̄ ad probationem eius sufficiant probationes leuiores, quæ in alia causa non sufficerent propter cauillationes fœneratorum, & sequitur Aym. consi.33.nu.7. Ad cōcilian dam vtranquam opinionem Dida. d.lib.3. resol. c.3.nu.5. sic considerat. Aut † probandum est, ali 3 quem esse vsurariū in genere manifestum, & tunc sufficiunt testes singulares. Aut tractatur de illo puniendo ex particulari mutuo, & tunc non sufficiunt testes singulares, eandem distinctionem sequitur Rot. Pede. decis.72. in fi. Iul. Clar. in prat. crim. §.fi.q.53. versi. dixi etiam. Verum quia sequens constitutio dat modum probādi aliquem esse vsurarium, & ordinem procedendi constituit, ibi hæc videbimus.

c 4 EX OFFICIO] de iure † communi cum vsurarum crimen sit delictum punibile, super eo potest iudex procedere tam per viam accusationis quàm inquisitionis, intelligendo de iudice ecclesiastico præcedente fama, iuxta. c. qualiter & quando, de accus. hoc tenet Corn. consi. 19. lib.3. Maran. d.q.5.nu.4. & clarum est per hanc & seq. const.

d 5 DVCATORVM] Cum hodie multum inoleuerit vsurariorum temeritas, acriusq; instigante diabolo exercent vsuras, potest Iudex † augere pœnas ordinarias & nouas addere, tex. est & ibi Bart. in prin. in l. aut facta. §. fi. ff. de pœn. quinimo dixerunt Abb. not.3. & Fel. in c. irrefragabili. §. cæterum, q̄ iudex ecclesiasticus pro crimine vsurarum etiam contra laicum posset irrogare pœnam pecuniariam, in qua ne nimium excederet, est sibi moderata per præsentem & seq. constitutionem.

QVOD IVDEX SPIRITVALium contra vsurarios possit per inquisitionem procedere. Cap. XIII.

EX ORDINE prælibati Reuerendissimi, & illustrissimi de Carpo additur constitutio felicis recordationis reuerendissimi domini Bononien. capitulo quintodecimo, sub his verbis.

ITEM cum vsurariorum cautelis cum magna difficultate vix quispiam possit occurrere,

currere, & vt animarum saluti (quantum possibile sit) consulatur, præsenti lege statuimus, & ordinamus, q̄ iudex in spiritualibus curiæ generalis possit procedere, & inquirere contra quoscunque vsurarios, & repertos culpabiles punire in vigintiquinq; ducatorum pœna pro quolibet, & qualibet vice, qua vsurariam exercuisse prauitatem conuictus extiterit. Et si fuerit publi- a cus,[a] & manifestus (vltra prædictam) punia tur in alijs pœnis in constitutione contentis pro qualibet vice, qua fuerit contrafactum, & contrafeciſſe conuictus, & declaratus. Publicus autem, & manifestus intelligatur vel qui retinet altare paratum pro vsuris exercendis, vel qui vltra secundam vicem vsuras exercuisse conuictus, & declaratus extiterit. Addimus tamen q̄ ad probandum contra dictos vsurarios suffi- b ciant etiam quatuor testes, [b] qui vsuras soluerint, si tamen illarum repetitioni apertè apud acta renunciauerint ante depositionem suam, vel tempore depositionis. Pauciori autem numero ex dictis testibus, qui vsuras soluerint, credatur concurrentibus alijs adminiculis, procedendo in prædictis per inquisitionem, & denunciationem sum c mariè sola facti [c] veritate inspecta.

GLO. CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Quis sit publicus & manifestus vsurarius.*
2 *Constitutio vult posse probari vsurarium per illos, qui soluerunt vsuram.*
3 *Contra vsurarios potest procedi sola facti veritate inspecta.*
4 *Quæ clausula iuris ordinem minuit.*
6 *An istæ pœnæ veniant cumulatiuè?*
6 *Ordinarij possunt aliquando in suos vsus conuertere has pœnas.*
7 *Diœcesanus habet fiscum.*

a 1 PVBLICVS] Dici (valet constitutio) illum esse † manifestum & publicum vsurarium altero de duobus modis. Primò qui pergulam apertam tenet ad mutuandum sub vsuris. Secundò qui vltra duas vices mutuauit sub vsuris, & ita testibus cōuictus fuerit, & à iudice declaratus. Circa primū modum idem est de iure communi, vt ille dicatur publicus vsurarius & manifestus, qui palam & publicè fœneratitiam artem ita exercet, vt ipsa operis & patrati sceleris euidentia nullam excusationem habeat. c. euidentia, de accus. Idem dicendum est de secundo quando sequitur sententia iudicis, quæ notorium quid efficit. c. fi. de cohab. cler. & mul. gl. c.1. de vsur. lib.6. quam communiter approbatam dicit Dida. lib.3. resol. c.3. nu.4. versi. quinto etiam, Iul. Clar. in d. §. vsura, versi. sed hic quæro.

b TESTES] Ad tollendum omne dubium, quod supra nos excitauimus, ad probandū 2 quem esse vsurarium, vult constitutio, q̄ † sufficiāt quatuor testes, qui vsuras soluerint, si in actis protestati fuerint, se illorum repetitioni renunciare, & hoc etiam de iure procedit, quantum ad testium personas, vt censeantur idonei stante huiusmodi protestatione, Bal. in l. dictātibus. C. de testa. Dec. consi.342.nu.4. versi. accedit etiam, addit Aym. consi.73.nu.30. q̄ immo eis magis credendum est, cum deponant de facto proprio sine eorū interesse, ad quod infinitos allegat, absq; tamen huiusmodi protestatione aliter non essent idonei testes, vt asserunt Feder. consi.61. Rom. sing.355. Abb. & Fel. in c. personas, de testi. Bene fecit nostra constitutio numerum ponere, vt remoueat omne dubium, quod in iure esse posset, addens, q̄ pauciores sufficerent, si cum illis alia concurrerent adminicula, vt etiā sentit Apost. ad Alex. d.consi.72.lib.1. quod arbitrio iudicis relinquitur, Calca. consi.26. col.11. Corn. consi. 288. col.6. cir. med. lib.3. Est verū, q̄ Episcopus non posset statuere, q̄ crimen vsurarū possit probari per testes singulares, ita consuluit Fed. de Senis consi.17. quem communiter doc. sequuntur vt ait Foller. in prat. crim. cano. fog.229. nu.17. Iul. Clar. in prat. crim. §. fi. q.53. versi. sed quid si.

c SOLA FACTI] cum procedi possit † sola facti veritate inspecta, sufficiunt 3 probationes leuiores & verisimiles, Bal. in l. solam. q. vlt. C. de testi. Dec. consi.595.nu.8. & consi.699. in fi. & in terminis nostris Aym. consi.73.nu.23. Hæc clau 4 sula † iuris ordinem minuit, tex. & ibi Dec. in c. dilecti, de iud. Ro. sing.787. quid important, vbi dicit hoc tantum significare, quantum clausula sine figura iudicij, & sic excludit solam formam ordinis iudiciarij, Rot. decis.33. quando committitur, & decis.115. in vim cōmissionis, in nou. Rebuf. tract. de sent. execut. art.9. gl.2. nu.4. tom.1. Rot. Pedem. decis.2. aliquos effectus refert huius clausulæ, quos ferè omnes improbamus in tract. 5 nostro de excusionibus. Dubitari † posset cum proxima constitutio ingerat pœnam vsurarijs vltra canonicas centum ducatorum, & præsens solum vigintiquinq;, an istæ pœnæ veniant cumulatiuè vel electiuè à iudice? Ego dicerem q̄ cum pœnæ non sint multiplicādæ sed potius mollien dæ. l. pœn. ff. de pœn. q̄ sit in electione Iudicis, q̄ pro sua prudentia attenta qualitate facti & personarum, modo vnam modo alteram infliget iuxtà

not.

not. per gl. in c. fraternitatis. 34. dist. & in c. à crapula, de vit. & honest. cler. Diaz in part. cano. ca. 73. col. 4. in par. Circa quæ vide Iul. Clar. in prax. crim. §. fi. q. 85. si hæc † pœna imponeretur ab
6 ordinarijs seu eorum vicarijs posset in proprios vsus cõuerti, id enim fit constitutionis autoritate, ex quo suspicio auaritiæ abest ab ipso iudice, intellige quando constitutio ita applicaret, alioqui contra, quia tunc in pios vsus erogari debent, quemadmodum tradunt Abb. in c. 2. de succes. ab interest. Fely. in d. c. cæterum. Diaz in prac. can. c. 134. Did. lib. resol. 2. c. 9. nu. 9. vbi nu. 11.
7 subdit, q; † prælatus diœcesanus fiscum habet, allegat glo. in c. quia diuersitatem, de concess. prebi. repertor. Inquisit. verb. cofiscatio, vbi infinitos alios allegat, Diaz in prat. cano. c. 124. in fi. & hanc opinionem tenent omnes, vt testatur Foll. in prat. crim. cano. c. 5. nu. 14. Iul. Clar. in §. fi. q. 80. versi. in hac autem.

NE VSVRARII ABSOLVANtur, vel ecclesiastica gaudeant sepultura. Cap. XIIII.

a  TEM præcipimus, [a] q; nullus publicus vsurarius (etiam i mortis articulo) absoluatur, nec ecclesiastica gaudeat sepultura, nisi prius eos à q bus vsuram extorserit, & quantitatem extortam iuramento proprio manifestet: & primo etiam ab eo idonea cautio exigatur de restituendis, vel remittendis vsuris his, à quibus eas extorsit, vel fraudulẽter sibi promitti fecerit, iuxta tenorem felicis recordationis domini Gregorij Papæ decimi editæ in concilio Lugdunensi. Præcipientes insuper ecclesiarum prælatis, vt constitutionem ipsam frequenter in ecclesijs, & prædicationibus publicent, eamq; diligenter faciant obseruari.

GLO. CAP. XIIII.

a RAECIPIMVS] In hoc capite mã datur obseruatio cõstitutionis Gregorij Decimi in cõcilio Lugdunensi promulgata, quæ habetur, in c. quã quam, de vsur. lib. 6. mandatq; prælatis, vt in earum ecclesijs faciant frequentius illam publicare & obseruari. Quæ constitutio requirit idoneam cautionem, & propterea non sufficit simplex cautio, sed requiritur vel pignoratitia, vel fideiussoria, gl. cõiter recepta in l. c. quanquam verb. idoneè, & in c. ad nostrã, de iureiu. vbi post alios Fel. glo. & ibi late Iaf. in l. sancimus. C. de verb. sign. Nec satis esset hypotecam generalem vel specialem bonorum ab vsurario constitui, vt not. ibi Io. And. Gem. Fran. & doct. quos sequitur Soz. con si. 127. col. 4. lib. 3. Iul. Clar. in §. testamentum. q. 26. & §. donatio. q. 7.

DE POENA CLERICORVM tenentium publicè concubinam. Cap. XV.

a b c  TEM interdicimus omnibus clericis, & religiosis, [a] (præsertim in sacris ordinibus cõstitutis) cõcubinas, [b] vel focarias [c] retinere, vel habere publicè. Qui vero contrafecerit, incurrat excommunicationis sententiam ipso facto: & aliter sic grauiter puniatur, q; pœna docente cognoscatur, quàm graue sit hoc crimen in clericis, & enorme.

GLO. CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus verbum, habet plura significata.*
2 *Propriè hæc vox quid significet.*
3 *Hi habent nouem ligamina.*
4 *Vouentes religionem quo nexu obligentur.*

a 1 RELIGIOSIS] Religiosus † largissimè vocatur omnis Christianus, in de dicitur religio Christiana. c. 1. de hom. lib. 6. c. 1. 97. dist. vnde dicitur q; s effici religiosus per leges, q; a religãt hominũ volũtates, & cohartãt ad benè viuendũ, in proœ. inst. in prin. Item dicitur largè religiosus omnis christianus honestæ vitæ instar religiosorum. c. ecclesia sanctæ Mariæ, de const. c. fi. de reb. eccl. non alie. Aliquando accipitur pro Prælatis, vel alijs clericis secularibus (vt si dicatur) Religiosus vir, glo. doct. in c. 1. 23. dist. & c. obeuntibus.
2 63. dis. Propriè capitur † religiosus (vt hic) pro eo, qui fecit professionem in aliqua religione approbata, in qua solent profiteri tria substantialia regulæ (scilicet) paupertatem, castitatem, & obedientiam, subijciendo se imperio Prælati c. ex multa, de vot. Abb. & alij in rubr. de regular. & c. si religiosus, de elect. in 6. & talẽ religiosum non facit habitus, sed professio facta in manib. eius, qui potest incorporare religioni c. porrectã, de regul. Card. consi. 138. in aliquibus. Et hi habent
3 † nouẽ ligamina, quibus ligantur. Castitas, quæ ligat luxuriam, quia religiosus nõ castus, hircus est fetidus. Paupertas auaritiam, nempe sepelliri debet

debet in sterquilinio religiosus auarus pecuniã congregans. c. cum monasterium, de stat. mon. Obedientia & humilitas ligant superbiam, pro monstro est videre religiosum superbum & elatum. Communitas inuidiam, quæ vix contra hos succumbit. Parcitas gulæ immundiciam, pauca habentes parcitatem gulæ sequuntur. Charitas iracundiam. Taciturnitas oris insolentiam & maledicentiam. Labor accidiam, vnde illis dicitur. c. 9. eccle. Quodcunque facere potest manus tua, instanter operare. Habitus vilitas inanem gloriã, quæ omnia prosequitur Bercho. in diction. verb. religio, Rebuf. repetit in concord. franc. tit. de
4 reg. ad prælat. nomi. verb. religiosis. Vouentes † igitur religionem nouo nexu obligantur à fornicatione abstinere, à qua diuina lege erãt prohibiti, idq; à clericis dum sacris maioribus initiantur exigitur, vt in c. nullum. 28. dist. & ibi doct. Alfon. Alua. in specul. sum. Pont. c. 64. nu. 6.

SVMMARIVM.

1 *Clericis de iure prohibita est fornicatio.*
2 *Quis propriè dicatur clericus concubinarius.*
3 *Et quæ illum constituant.*
4 *Multis incomodis afficiuntur.*
5 *In quas pœnas incurrant.*
6 *Concubinarius à iure est suspensus ab officio.*
7 *Non potest compelli ad abiurandum concubinam.*
8 *Cum sit à iure suspensus, si celebrauerit fit irregularis.*
9 *Et de iure illius missa non est audienda.*
10 *Hodie seruanda prouisio Concilij Tridentini.*
11 *De iure canonico indubiè est prohibitus concubinatus.*

b 1 CONCVBINAS] Imprimis de iure † clericis prohibita est simplex fornicatio, vt ostendunt Fel. Dec. in c. atsi clerici, in prin. col. 19. versi. de secundò de iud. pro qua iudicis arbitrio puniri potest, Corset. sing. verb. fornicatio, Diaz. in prat. cano. c. 73. Clarus in prat. crim. §.
2 fornicatio, Clericus † concubinarius is propriè dicitur qui solutam mulierem & corruptam domi retinet, vel alibi (dummodo publicè constet) cum qua consueuit carnaliter commiscere (si illa fuisse nupta vel virgo grauiori pœna esset plectendus) & requiritur ista consuetudo cõmiscendi, quia vnicus concubitus faceret clericum fornicarium. Et † publicus concubinarius dicitur
3 etiam non solum ille cuius concubitus per sententiam, aut confessionem in iure factum, seu per rei euidentiam, quæ nulla possit tergiuersatione celari, sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam, & difamatam tenet, vt habetur in concord. franc. tit. de publ. concub. §. publici.
4 Multis † incommodis afficiuntur hi concubinarij, & triginta refert ibi Rebuf. in prin. comen.
5 Et not. q. † clerici retinentes domi, vel alibi fœminas prohibitas peccant mortaliter, tex. in c. interdixit 32. dist. ratio est, quia malum exemplum dant laicis & omnibus eum videntibns. Vnde dicit August. de singularitate clericorum. Quale præmium fœlicitatis expectat, qui non solum blasfemiam sanctitatis ab infidelibus prouocat, sed fidelibus pernicioſum præbet exemplum, vt infirmi sub prætextu dilectionis subtiliter fornicentur, & pudicus impudicissimæ castitatis præbeat magisterium? Item propter custodiam castitatis, quam difficile seruat clericus cohabitando cum mulieribus. c. hospitiolum 32. dist. Item ob perfectionem virtutis, ad quã cum difficultate ascendit, qui consortio fœminarum delectatur. vt vicit Hieron. ad Oceanum. Concubi-
6 narius † à iure est suspensus ab officio, c. fin. 33. dist. & an sine monitione declarat Abb. in c. vestra, de cohab. cler. & mul. & Præpos. in c. nullus. 32. dist. & c. seq. vbi ipso iure dicunt esse suspensum, & non requiri etiam sententiam declaratoriam si sit notorius. Et priuari debet beneficio tex. est in c. ex parte, de testi. Est tamen in arbitrio Prælati prius monere, priuare, vel suspendere per tex. & ibi Ino. in c. sicut, & cap. si autem, de coha. cler. & mul. intellige quãdo erat notorius, pro simplici aũt fornicatione occulta licet olim posset priuari. c. presbiter. 82. dist. tamen hodie non, arg. glo. in c. quia sanctitas. 50. dist. gl. in c. Maximianus. 81. dist. Corset. in d. verb. fornicatio. Et aliquando ex quibusdam cõstitutionibus synodalibus priuatur ipso facto Anch. consi. 65. pro clariori, col. 1. sicut in constit. nostra incurrit ipso facto excommunicationem. Non tamen
7 † possunt compelli ad abiurandum cõcubinam, q; a posset sequi periuriũ. c. clericos, & ibi Abb. de cohab. cler. & mul. Cum à iure cõcubinarius sit suspensus, si celebrauerit ante dispensationem
8 à Sede Aposto. obtentam † efficitur irregularis. c. is cui, de sent. excom. lib. 6. & suum beneficium poterit impetrari, teste Archid. in c. præter. §. ad hæc. col. pen. 32. dist. Hic concubinarius perseuerans in crimine si fructus beneficij perceperit, tenetur illos in conscientia restituere, Inno. in c. sicut, de cohab. cler. & mul. Nam beneficium datur propter officiũ. c. fi. de rescrip. lib. 6. qui non potest seruire ex sua culpa, non potest fructus ecclesiæ percipere. c. cum secundum, & ibi not. de præb. c. proposuit, de fil. presb. c. eos. 81. dist. Et illorum contumacia crescente poterit degradari. c. clericos, de cohab. cler. & mul. (Sacerdos lapsus in fornicationem tantum, decem annis pœnitere debet, prout disponitur in c. presbiter 82. dist. & c. siquis Episcopus.) Ab ordinum promotione repellitur. c. 1. & c. laici, & ibi Præpos. not. 33. dist. Et Episcopus eligi non potest, nec nominari. c. siquis Episcopus. 35. dist. Berth. in tract de epis. in 1. par. 2. lib. q. 7. Quod vtinam seruaretur, Rebuf. tract. de pacif. poss. nu. 209. Iure cau-

9 cautum, est non esse † audienda missarum solemnia, cum ea celebrantur à publicis fornicarijs, & concubinam habentibus. c. nullus. c. præter. 32. dist. Nec ab ijs sacramenta recipere, nisi baptismi, pœnitentiæ, & cucharistiæ in mortis necessitate, Inno. & alij in c. fraternitatis. col. 2. de hæret. fugiendi ergo sunt isti, sicut pestes c. negotiatorem. 88. dist. & eo casu missam parochiani audire possunt in aliena parochia cõtempto suo presbitero. c. 2. de paroch. Nec tenentur subditi eis soluere decimas voluntarias, seu personales, aut oblationes, cum ab officijs eorum liceat abstinere, Præpos. in d. c. præter. 32. dist. sed autoritate Episcopi in ecclesiæ vtilitatem conuerti debent. c. tua. 2. q. 6. Intellige prædicta esse vera & de iure procedere, quando hic notoriè fornicarius fuerit denuntiatus, ita sentit Dida. in c. alma mater, part. 1. §. 2. nu. 10. de sent. exco. lib. 6.

10 Hodie † seruanda est concilij Triden. prouisio, vt patet sess. 25. c. 14. reform. contra hos concubinarios clericos exposita hac præsenti constitutione ceu abrogata. l. pen. C. de pac. quæ prouisio habet aliquam conformitatem cum illa in cõcord. fran. tit. de pub. concu. Eadem sacrosancta Synodus nouam constitutionem edidit etiam contra laicos vxoratos concubinarios, quæ diligenter seruanda esset, vt patet sess. 24. c. 8. reform. Passim

11 † de iure canonico est prohibitus concubinatus indistinctè. c. nouo, & c. dicat aliquis. 32. q. 3. Bar. in l. 1. ff. de concub. & tales appellantur turpes personæ, Dec. consi. 530. quod quidem ius canonicum debet seruari etiam in terris imperij, cum peccatum contineat, Bar. in l. priuilegia C. de sacros. eccl. Cano. in c. 1. & 2. de nou. oper. nunc. & in terminis cõcubinatus not. Alex. cõsi. 66. nu. 11. lib. 3. Aym. consi. 229. nu. 12. Dida. in epit. sponsa. & matr. par. 1. c. 4. nu. 7. vsq; ad fi. vbi addit, q̃ quamuis ecclesia meretrices toleret, vt euitetur maius malum, tamen ad illarum accessus mortale peccatum est. c. meretrices. 32. q. 4. etsi ipsa meretrix soluta sit. Etsi de iure ciuili cõcubinatus non sit prohibitus, similiter & coitus cum meretrice innupta, Marsi. sing. 150, qui alios allegat, tamen Rip. in l. ex facto. §. si quis rogatus ff. ad Treb. fuit in ea opinione, vt de iure nouissimo ciuili sit prohibitus, per tex. in tit. de matr. contr. ad morgana. in feudis.

c FOCARIAS] promiscuè accipit constitutio concubinam, & focariam, & de ea in iure ciuili mentio habetur in l. 3. C. de dona. int. vi. & vxo. & à foco dictam censeo, quasi alludat ad continuam cohabitationẽ, quam facit homo cum ea, adde tex. in l. si ea. C. de cond. inser. Inde dicti serui focarij l. quæsitũ. §. Trebatius, & §. sed an instrumenti. ff. de fun. instru.

DE POENA CLERICI ARMA portantis. Cap. XVI.

a ITEM interdicimus[a] omnibus clericis, & religiosis personis in ciuitate, castris vel villis arma portare: & si quis contrafecerit, in decem florenis auri vice qualibet puniatur, & arma amittantur.

GLO. CAP. XVI.

INTERDICIMVS] prohibet hæc constitutio omnibus clericis, & religiosis armorum vsum, quod prius fecit Clemens. V. vt patet in clem. 1. de vita & hone. cleri. Et tunc à iudice ecclesiastico puniendi sunt, secũdum Io. de Plat. in §. item l. Iulia, inst. de pub. iud. Lupus. in c. per vestras §. 1. nu. 13. de dona. inter vi. & vxo. Dida. lib. 2. resol. c. 20. nu. 18. Ratio esse potest, quoniam clericorum arma sunt lacrymæ c. conuenior. 23. q. vlt. Et aduerte, q̃ illos etiam ligat iudicis secularis prohibitio propter publicam vtilitatem, & quietem totius populi, Dida. prat. quæst. c. 33. nu. 7. Petrus à Pla. lib. 1. delict. c. 8. nu. 16. Intellige tamen, vt optimè declarat Iul. Clar. in prat. crim. §. fi. q. 36. vers. vlterius quæro. Quæ prohibitio quomodo intelligatur, declarat eodẽ loco Clarus q. 82. stat. 6. Intelligas solum prohibitam portationẽ armorũ offensiuorum, & principaliter ad offensam inuentorum, vt docent Marsi. in prat. crim. §. aggredior, & Alcia. in l. armorum ff. de ver. sing. similiter nõ sunt prohibita arma defensiua vi huius const. Verum hodie rectores prouinciarum omnia comprehendunt in suis bannimentis, quæ seruanda sunt in locis sibi subiectis, vt instruit Bar. in l. omnes populi. ff. de iust. & iu. Not. etiam, q̃ clericus portans arma peccat mortaliter, & potest excommunicari c. venio. 11. q. 3. Card. in clem. 1. §. præfatæ, de stat. mo. not. in c. clerici, de vita & honestate clericorum Fel. in c. petitio, de homi.

QVOD CLERICI NON INCEdant post tertium sonum campanæ. Cap. XVII.

a ITEM cum non solum à malo, verũ etiam à specie mali præcipiat Apostolus abstineri, [a] interdicimus eisdem clericis, ne post pulsationem campanæ cuiuslibet loci de nocte absq; maxima rationabili causa, & necessaria per terram incedant, sicut

sicut nec laicis cuiuslibet loci licet, & contrafacientes rectoris arbitrio puniantur. Ex decreto prælibati Reuerendissimi, & illustrissimi de Carpo additur, q̃ dicti clerici

b inuenti per officiales [b] laicos possint capi, & poni in carceribus: & officiales ipsi habeant tertiam partem pœnæ arbitrandę per rectorem, & exigendæ: & die sequenti præ

c sententur vicario [c] Episcopi.

GLO. CAP. XVII.

a ABSTINERI] Hoc dictum Apostoli citat ad aliud propositum Innocentius III. in c. cum ab omni, de vi. & hone. cler.

SVMMARIVM.

1 *Aliquando Iudex laicus potest se ingerere contra clericos.*
2 *Turbatores iurisdictionis ecclesiasticæ sunt excommunicati.*

b OFFICIALES] Hic casus addi põt alijs,

1 in quibus iudex † laicus se ingerere potest cõtra clericos, quos ponit Steph. Auf. in cle. 1. de off. ord. Maran. in Specul. aduo. par. 4. dist. 11. nu. 34. vsque ad fin. Alf. Alua. in Specul. sum. Pont. c. 36. Guiel. Bened. in c. Raynutius, verb. & vxorem nomine Adelasiam, nu. 117. vsque ad nu. 172. de testa. Cassan. in consuet. Burg. tit. des iustices, rub. 1. §. 5. vers. pri. regula. nu. 47. Carauita super ritu 135. Vicar. in fi. Et sic vides, q̃ officialis laicus capere potest clericum inuentum post tertium sonum campane, verum quia non vult illum per hoc eximere à iurisdictione ecclesiastica, mandat illum postmodum consignari Episcopi Vicario die sequenti. Quid si non faceret, an incideret in pœnam canonis. c. si Iudex laicus, de sent. excom. lib. 6. amplius deliberandum censeo, & videbis in meis comentarijs. Illud ve-

2 rum est, q̃ † iurisdictionis ecclesiasticæ turbatores sunt excommunicati. c. conquæstus, de for. comp. & c. quoniam, de immu. eccles. lib. 6. alioqui perturbarentur iurisdictiones, quod non debet fieri, sed mutuò iuuari. c. dilecto, de sent. excom. lib. 6. c. nouit, de iud. Nec valeret consuetudo, vt laici habeant iurisdictionem in clericos, Inno. in cap. postulasti, de for. comp. Rot. decis. 839. vtrum valeat, Aufr. in add. q. Thol. decis. 126. c. clerici, de iud. & ista est communis opinio, vt attestatur Dida. lib. prat. quæs. c. 31. nu. 5. Rebuf. in concordatis franc. tit. de protectione.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi ordinarius dicitur.*
2 *Non potest conferre ecclesiastica beneficia.*
3 *Vicarius non potest esse laicus.*
4 *Episcopi & vicarij idem tribunal.*
5 *In causa sui Episcopi Vicarius recusari potest.*

c VICARIO] Vicarius † Episcopi dicitur

1 ordinarius, not. in. c. 2. de consuet. lib. 6. c. perlectis. 25. dist. sed non potest creare alium Vicarium. Host. in c. clericus, de off. vicar. qui Vi-

2 carius † non potest conferre ecclesiastica beneficia, nisi habeat spetialem commissionem c. cum in generali, de off. vica. lib. 6. potest tamen instituere præsentatũ à patrono ecclesiæ. c. ex frequen-

3 tibus, cum ibi not. de instit. Vicarius † nõ potest esse laicus, sed bene assessor & consultor Inno. & omnes Cano. in c. 2. de iud. nisi cum Pontificis

4 indulto. Et † Episcopi & Vicarij idem est tribunal c. 2. de consuet. lib. 6. sed Episcopus potest causam coram suo Vicario pendentem ad se aduocare Perus. in c. vt nostram, de appel. Aufr. in add. ad. q. tholos. decis. 480. Rebuf. tract. de euoca. in præfat. nu. 39. tom. 1. Rip. in c. cum. M. nu. 195. cum seq. de const. Dida. lib. prat. quæst. c. 9. quia Episcopus habet maius imperiũ Bar. in l. iudiciũ soluitur. ff. de iud. Inno. in c. G. perpetuus, de fid. instr. Et Vicarius dicitur etiam habere curam animarum secundum glo. & cano. in c. super eo, de præb. in 6. verb. annexè, & no. in c. ex parte de off. vica. & in c. dudum il. secundò de elect. Re-

5 buf vbi supra. q. 5. Et † Vicarius in causa sui Episcopi recusatur, doct. in c. postremò, de appel. & similiter recusari potest, si Episcopus accusari posset, quia est idem tribunal. Capy. decis. 137. q. 2. Rebuf. tit. de recus. art. 9. glo. vn. nu. 30. tom. 3. Alphon. Aluar. in specu. sum. Pont. c. 27. de Vicario foraneo, vide infra lib. 4. c. 52.

DE HORA CELEBRANDI matutina. Cap. XVIII.

a ITEM omnium ecclesiarum rectoribus, & ministris præcipimus, vt in ecclesijs sibi commissis matutinum[a] officium saltem compleant in aurora, excepto specialiter duntaxat paschali tempore, quo sufficiat illud perfici orto sole.

GLO. CAP. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Horæ canonicæ sunt septem.*
2 *Horæ canonicæ sunt sacrificium seu hostiæ laudis.*
3 *Quæ dicuntur ab orando.*
4 *Impeditus infirmitate ab illis dicendis excusatur.*
5 *Et sunt illæ census à Deo retentus.*

Cleri-

6 *Clericis pœna indicta est, illas non dicentibus.*
7 *Clericus dicens eas in peccato mortali satisfacit.*

a MATVTINVM] Instruit de matutinis laudibus & alijs horis canonicis Ration. lib. 5. ad quod recurrimus semper. Vult igitur constitutio, ꝙ in aurora sit completum matutinum per anni circulum, excepto die paschatis, quo satis est finiri or
1 to iam sole. Horæ † canonicæ sunt septem, tres nocturnæ, matutinum, prima, & completorium, & quatuor diurnæ, tertia, sexta, nona, & vesperæ, ad quas dicendas clericus de iure diuino tenetur, Est bene verum, ꝙ istæ horæ non sunt de iure diuino terminatæ, sed est de iure posito, & propterea Episcopus potest habere certum modum in dicendis diuinis officijs, qui in sua cathedrali ecclesia seruetur, arg. c. illa 12. dist. quoniam ipse est caput. c. cum non liceat, de præscrip. Et licet Rom. Pontifex constituerit certum modum in horis dicendis per circulum anni, quem seruat. c. in die, de consecr. dist. 5. non tamen alijs præcipit obseruare. Igitur permittitur vt quælibet ecclesia cathedralis sibi modum competentem inueniat quem obseruare tenentur omnes clerici, & in ecclesia in qua solent diuina officia publicè dici, debent horæ canonicæ celebrari competen tibus horis, & hora competens dicitur, quæ per sonum campane signatur, glo. in c. 1. de cel. miss.
2 Horæ † canonicæ sunt sacrificiũ, seu hostiæ laudis, quas quis Deo de fructu labiorum suorum offert purè & deuotè. Itaque sunt dicendæ verba
3 li expressione. Et dicuntur † horæ ab oro, quia orando & contemplando debent dici. Et dicuntui canonicæ, quia à canone sunt inductæ. c. 1. & c. dolentes, de celeb. miss. Et dicuntur horæ canonicæ à clericis nomine ecclesię catholicę, vt eius ministris, Card. late in clem. 1. de celeb. miss. Missa non est de horis canonicis, sed bene est de offi
4 cijs, vt per gl. in d. cler. 1. Si aliquis † est infirmus tali infirmitate, quæ impedit à dicendo vel audiẽ do horas excusatur infirmus, Abb. in c. 1. de cel. miss. nec tenetur postea aliquid dicere, quia necessitas non habet legem. c. consilium, de obser-
5 ua. ieiu. Horæ † canonicæ sunt census seu debitum retẽtum à Deo in personas ecclesiasticas de suo patrimonio specialiter viuentes, quia sicut seruus ad tributum, sic viuentes de patrimonio CHRISTI ad diuinum officiũ obligantur, Card.
6 in d. clem. 1. de cel. miss. Verum † vt clerici non deficerent ab huiusmodi horis canonicis dicendis concilium Lateran. sub Leone. X. statuit pœnam non dicentibus officium secundum canonicas sanctiones, vt refert Diaz in prat. cano. c. 49. Rip. in l. fi. q. 66. C. de reuo. dona. Siluest. in verb. clericus. 4. q. 23. Fel. in c. postulasti. nu. 7. de rescrip. Præpos. in sum. dist. 44. Vnde certissimum est, clericos non residentes in ecclesijs, quibus præsunt, aut in quibus beneficia ecclesiastica obtinent, teneri omnino ad dicẽdum priuatim præces horarias, à Rom. Pontifice & ecclesia prælatisve institutas, alioqui hi tenebuntur restituere fructus beneficij, quos perceperunt eo tempore, quo, à dicẽdis præcibus canonicis cessarũt, Gem. c. vlt. not. 6. de rescrip. lib. 6. & hæc opinio vera est secũdum Dec. in c. cum. omnes 2. lect. col. 2. de const. Dida. lib. 3. Resol. c. 13. nu. 10. Clericus
7 † dicens horas canonicas in peccato mortali, ad quas tenetur ratione beneficij ecclesiastici, vel ordinis sacri præcepto ecclesiæ satisfacit, ita quidem, ꝙ nec teneatur eas iterum exoluere, Abb. in c. ꝙ quidam, de penit. & remiss. Dida. in c. alma mater par. 1. §. 5. nu. 2. de sent. excom. lib. 6. subdens ibidem nu. 7. ꝙ quamuis ex persona recitantis valorem non habeant, ratione tamen fidelium & ecclesiæ, cuius mandato dicuntur, valebunt, & sic huiusmodi orationes effectum habebunt ex opere operato, etiam si minister sit in peccato mortali, & ad materiam vide Domi. à Soto lib. 10. c. 5. de iust. & iu. gl. prag. sanct. tit. quomodo off. diui. sit dicendum.

DE PIGNORANTIBVS vasa sacra, vel ornamenta ecclesiastica, & ea recipientibus. Cap. XIX.

ITEM interdicimus, ne quis quam calicem, patenam, vel crucem, thuribulum, vel sacerdotalia indumenta, vel librum ecclesiasticum, aut quæuis alia orna-
a menta ecclesiastica pignori [a] obliget, vel obligare præsumat: alioqui mutuans, ꝙ mutuauerit, amittat, pro debiti quantitate obligans puniatur. Ex ordine, & arbitrio prælibati illustrissimi de Carpo additur, ꝙ vltra prædicta, contrafacientes incidant in pœnam decem ducatorum auri, & ꝙ hebræi recipientes vasa, vel ornamenta ecclesiastica, vt supra, non obstantibus eorum capitulis, incidant in dictam pœnam, & pignus (etiam non receptis pecunijs super ea mutuatis) restituere teneantur.

GLO. CAP. XIX.

a PIGNORI] Hæc constitutio prohibet pignorari vasa sacra, & sacerdotalia indumenta, quæ ad diuina ministeria explenda constituta sunt. Illud certum est de iure, ꝙ vendens sacra vasa ecclesiæ deponẽdus est. c. siquis presbiter, vbi Prepos. 50. dist. poterit tamen cum eo Episcopus dispẽsare, qui

qui tex. etiam probat, ꝙ clericus in hoc committit sacrilegium. Et de calicæ, ꝙ non possit vendi, neque pignorari tenet Card. in clem. 2. de decim. arg. tex. in c. ex parte, de constit. & ad prædicta vide Rip. in l. obligatione generali. ff. de pignor. & concordat cum hoc textus (à quo videtur hæc constitutio excepta) in c. 1. vbi not. omnes Cano. de pign. & vide Did. lib. 2. resol. c. 16. num. 8.

QVOD CLERICI NON ASSVmant officium, communis, nec exerceant aduocationem in curia sæculari. Cap. XX.

a ITEM statuimus, ꝙ nullus [a] clericus in sacris ordinibus cõstitutus assumat officium communis: nec sit consiliarius, nec aduocationis, procurationis, aut syndicatus in foro sæculari officium faciat, nec assumat, nisi pro ecclesia, & miserabilibus personis, sub pœna excommunicationis, quam contrafacientes incurrant, & incurrere volumus ipsofacto. Prohibemus potestatibus, iudicibus, & alijs officialibus, ꝙ eos ad prædicta non admittant, sub pœna simili incurrenda.

GLO. CAP. XX.

SVMMARIVM.

1 *Clericus aduocatus esse non potest regulariter.*
2 *Intellige de clericis in sacris, vel beneficiatis.*
3 *Non potest esse procurator generalis, sed specialis.*
4 *Potest esse consiliarius Principis.*
5 *Causam capitalem alij clericus delegare potest.*

NVLLVS] Concordat tex. cum hac constitutione in c. fi. de postul. vbi habetur, ꝙ cum sacerdotis officium sit, nulli nocere, omnibus autẽ prodesse velle non nisi pro seipso, vel ecclesia sua, vel necessitas immineat, pro personis cõiunctis aut miserabilibus sibi licitum est postulare. Et
1 sic patet, ꝙ † clericus aduocare non debet, nec negotijs secularibus se immisere, nisi pro cura miserabilium personarum. c. 1. & per totũ dist. 88. Eugenius Papa (vt habetur in cap. 2. ne cler. vel mon.) inhibet sacerdotibus & clericis, ne ministri laicorum fiant, nec in rebus eorum procuratores existant, addens Alex. 3. (in c. sed nec illo tit.) ꝙ nec procurationes villarũ, aut iurisdictiones etiam seculares sub aliquibus principibus & secularibus viris (vt iustitiarius eorum fiat) cle-
2 ricorum quisquã exercere præsumat, Intellige † tamen de clericis cõstitutis in sacris ordinibus, vel beneficiatis secundum Abb. in c. sacerdotibus, illo te. Addit etiam Abb. post. Inno. ibi, ꝙ
3 † dictum est de procuratore, intelligendum est, ꝙ clericus non potest esse procurator generalis, sed vnum solum negotium administrare potest, Diaz prat. cano. c. 52. pœna autẽ de iure sic agentium est depositio. d. c. sed nec. Diaz in prat. can. c. 55. cum seq. Et in c. proximè allegato dubitat Abb. ꝙ videtur sibi valde rigorosum, ꝙ clericus deponatur propter istorum officiorum exercitium. Vnde sibi magis placet, vt tales clerici debeant excommunicari, & non deponi, quam pœnam amplectitur constitutio nostra, nisi essent in corrigibiles, quia tex. solum dicit, ꝙ delinquens in hoc, ab ecclesiastico ministerio fiat alienus, & excommunicatione sat fit alienus. Quamuis
4 † clericus non possit esse iustitiarius, nihilominus Abb. in c. clericis, tenet, ꝙ poterit esse consiliarius principis secularis, licet non debeat esse officialis iustitiæ exercendæ idem sentit Bal. in auth. habita, in prin. ne fil. pro patr. Vide Rest. Castal. de Imper. q. 107. Aduerte etiam, ꝙ † si ec-
5 clesiasticus habeat iurisdictionem temporalem, & contingeret casus capitalis, potest illum delegare laico, & si ex illius iudicio ingeretur pœna sanguinis delinquenti, non efficeretur irregularis ita determinat Papa in c. fin. ne cler. vel mon. lib. 6.

QVOD CLERICI NON ADmittantur ad procurationem. Cap. XXI.

EX DECRETO prælibati Reuerendissimi, & illustrissimi de Carpo additur præsens cõstitutio deducta ex libro quinto constitutionum sub his verbis.

NVLLA ciuitas, communantia, comes, vel baro, seu quęuis alia persona clericum, syndicum, vel procuratorem constituat, nec ad defensionem, vel procurationem aliquam admittat, nisi in casibus concessis: & si contrafactum fuerit, ex nunc decernimus non valere: & quæcunq; gesta, & procurata per ipsos vitio nullitatis subiacuisse, & subiacere, & nihilominus tam constituentes, quam syndicos, vel procuratores constitutos arbitrio rectoris mulctandos, & plectendos esse decernimus.

QVOD

QVOD CLERICI NON RECIpiant contractum in fraudem collectarum: & de pœna contrafatientium. Cap. XXII.

ITem prohibemus, & interdicimus, ne aliqs clericus à patre, à fratre, vel alijs quibuscunq; recipiat emptiones, donationes, vel alias cessiones in fraudem[a] terræ, & communis vnde est: & vt propterea commune terræ suæ fraudetur in datiuis,[1] & collectis, quas debet, & solitum est percipere de bonis prædictis. Cõtrafacientes vero, & fieri facientes sententiam excommunicationis incurrant: & cessiones, & contractus huiusmodi non valeant, nec teneant ipso iure. Ex decreto prælibati Reuerendissimi de Carpo additur, & declaratur, q̃ huiusmodi instrumẽta & in fraudem intelligantur, & præsumantur facta, quando post diuisionem sortitam effectum clericus, & laicus fratres remanserunt in cõmunione (maximè in eadem domo: & ad communem victum) & similiter intelligatur inter patrem, & filium.

a

GLO. CAP. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Quando propriè dicatur fraus.*
2 *Prohibet constitutio fraudem cõmitti per clericum.*
3 *Fraus probatur coniecturis.*
4 *Insolita diligentia suspitionem inducit.*
5 *Vna fraudis coniectura.*

a IN FRAVDEM] fraus † propriè dicitur, 1 quãdo permissum simulatur, & re vera prohibitũ agitur, vt not. Bal. in tit. si de feud. fuer. contr. int. dom. & agna. in §. beneficium, in prin. in feudis. Quæ propriè dicitur cõtra fidem, & committi dicitur per eũ, qui ad deceptionem alterius, & ad sui commodum aut verum tacet, aut falsum exprimit, Abb. cons. 68. lib. 1. tex. in l. generaliter, ff. de reg. iu. Verum elegantius quam alij loquitur de fraude Cicer. lib. 1. off. Cum duobus modis (inquit) aut vi aut fraude fiat iniuria, fraus quasi vulpecule, vis leonis videtur, vtrũq; alienissimum ab homine est, sed fraus odio digna maiore, totius autem iniustitiæ nulla capitalior est, quam eorum, qui cum maximè fallunt, id agunt, vt viri boni esse videantur. Prohibet igi
2 tur constitutio huiusmodi † fraudem committi per clericos alicui communitati recipiẽdo à laicis instrumenta fictitia & simulata de rebus eorum, vt huiusmõdi arte, ac versutia illi eximantur à talleis & collectis, quod factum grauiter punitur, nempè excommunicatione quæ canonem latæ sententiæ continet, illosq; contractus ipso iure nullos esse declarat. Et huiusmodi fraudem ego alias vidi detectam, quum duo fratres (quorum alter erat clericus) conuenissent, vt bona communia sub solius fratris clerici nomine possiderentur, vt hoc gabellarum onus euitaret
3 alter. Et quia † fraus occultè committitur, probatur conjecturis posibilibus & indicijs, cum aliter probari non possit, Old. q. 324. factum tale est, Dominus noster Papa, col. 3. cir. med. allegat tex. in l. quia autem §. sed non simpliciter. ff. si quis omiss. cau. testa. Alibi scribit Bal. in consi. 149. proponitur, quòd ex caus. depos. col. 2. cir. med. lib. 1. q̃ probare fraudem difficile est, ideo quæ non possunt determinari per certã regulam, subtilitati iudicum committuntur, Aym. consi. 143. nu. 12. Franc. Marc. decis. 508. par. 2. Gram. decis. 76. Scrib. in l. nemo potest ff. de leg. 1. Et
4 multoties † insolita diligentia suspicionem fraudis inducit, arg. glo. in l. siquis sub conditione. ff. de cond. inst. quem not. ibi Bal. cir. fi. Dec. consi. 448. nu. 23. quæ facile conuinci solet in casu nostræ constitutionis. Præterea ponitur in add.
5 Carpen. q̃ † tunc fraus censeatur, quando fratres post diuisionem factam clericus & laicus remanserunt in communione ad communem victum, tunc enim si inter eos celebrati sunt huiusmodi contractus emptionis, donationis, vel cesionis, aut alterius cuiuslibet, omnino p̃sumatur fraus facta, quoniam omnia videntur simulatè & fictiè acta ad fraudandum gabellas. Franc. Marc. decis. 507. par. 2. Sicut in simili quando debitor vendit in fraudem creditorum, qui si remanet in possesione rei vendite censetur illa venditio simulata, & sic in similibus, ad quas facilè detegendas vide Bar. in l. post contractum, & ibi Alcia. ff. de donat. & Cæpol. in tract. de simul. contract.

DE GABELLIS NON SOLuendis per ecclesiasticas personas. Cap. XXIII.

ITem quia priuilegia ecclesiastica iure diuino, & humano concessa sacrilegium est infringere, cum etiam Pharao, qui legis diuinæ notitiam nõ habebat, clericum à sæcularibus oneribus voluit esse exemptum, [a] statuimus vt quæcunq; ciuitas, quæ clericum coegerit ad gabellam, datium, siue pedagium de rebus proprijs, nisi res, quæ peruenisset ad clericum esset antea

a

antea onerata tributo ex disposition principis, & superioris: ita q̃ ad quemcunque transire deberet cum illo onere, & præterquam pro reparationibus viarum, põtium, & murorum communis, & subsidio, & defensione ciuitatis, & loci aduersus hostes Sedis Apostolicæ, vel Ecclesiæ: vel quas p̃ vsu proprio non causa mercimonij emit, centum dominus, vicarius ducentorum florenorum auri, gabellarius autem, vel portunarius, vel alia similis persona id exigẽs, decem florenorum pœnas incurrant ipso facto. Clericus autem in his fraudem committens, perdat rem, & totidem soluat. Et ex decreto prælibati Reuerendissimi, & illustrissimi domini de Carpo prouinciæ Marchiæ Legati additur præfata constitutio felicis recordationis quõdam Gabrielis eiusdem prouinciæ olim Legati ex suis decem constitutionibus cap. iiij. deducta, & hoc in loco magis congruo accommodata.

GLO. CAP. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdotes & clerici debent esse immunes à tributo.*
2 *Quid sit immunitas ecclesiastica.*
3 *Hoc est regulare vt clerici sint immunes à laicorum gabellis.*
4 *Non procedit quãdo res illa esset affecta illo onere.*
5 *Tenentur ad cõtributionem pro reparationibus murorum & aliorum.*
6 *Quod procedit duobus concurrentibus.*
7 *Vbicunque tractatur de generali vtilitate tam clericorum quàm laycorum.*
8 *Clerici tenentur ad custodiam ciuitatis.*

a EXEMPTVM] Idẽ exẽplo Pharaonis statutum est in cõcilio lateranensi vt patet in c. nõ minus, & c. aduersus de immun. eccles. c. quanquam, de cens. lib. 6. clem. fi. co. Genes. c. 47. Esdræ. c. 7. Sacerdotes † igitur & clerici debent esse immunes ab om
1 ni exactione seculari. c. conuenior 23. q. vult. Gemin. cons. 116. quia prædicti. col. 2. Alex. cõs. 68. col. 2. lib. 2. & consi. 52. in prin. lib. 5. Dec. consi. 285. col. 2. vers. 2. prin. Rip. lib. 2. respon. c. 20.
2 Immunitas † ecclesiastica est libertas, seu exemptio ecclesiæ in personis & rebus ac viribus ecclesiasticis quibuscunq;, dicit Abb. in rub. de imm.
3 eccl. q̃ † clerici ecclesiæ regulariter sunt immunes ab omnibus collectis & impositionibus laicorum, Inn. Abb. & alij in d. c. nõ minus. Ad prædictam regulã duæ limitationes ponũtur. Prima
4 est, nisi † res, quæ peruenisset ad clericum esset antea onerata tributo Principis, aut superioris dispositione, quæ limitatio apud nostrates de iure est cõis opinio. Tu sic intelliges, q̃ aut illa bona habebant onus perpetuũ annexũ & inuariabile, & tunc transeunt ad clericos cũ oneribus suis, facit clem. præsenti, decens, & q̃ ibi not. Aut onus tale est, vt sunt istæ descriptiones & æstimationes, quæ fiunt hodie, quia æstimatur bona cuiuscunq; vt soluat plus & minus secundũ impositionẽ collectę, & ad ista onera non tenetur ecclesia vel clerici, quia nõ potest dici, q̃ hoc sit onus annexum possessionibus, cum non sit perpetuum sed variabile, & quandoq; imponitur personæ pro rebus, si ergo peruenient ad ecclesiã, debent cẽseri iure ecclesiastico, pro quo est bonus tex. in c. vn. d̃ iu. patr. lib. 6. Abba. in c. fi. de vit. & hon. cler. Alphon. Aluar. in specul. sum. Pont. c. 35. nu. 9. Secunda limitatio est, vt † clerici teneantur pro re
5 parationibus viarum pontium & murorum communis, cum quo concordat tex. in l. ad instructionem. C. de sacros. eccl. licet Abb. cons. 3. lib. 1. dixerit illam legem de iure canonico post gl. ibi esse correctam, & non pauci hanc secuti sunt sententiam, & sic secundum eos ecclesiæ & clerici non tenentur ad refectionem pontium & itinerum. Tamen communiter doct. tenent contra dictam gl. in d. l. ad instructionem, Cæpol. tract. de seru. vrb. præd. tit. de seru. viæ. q. 25. istam etiam stilus obseruat, vt testatur Guid. Pap. q. 7. habentes, & q. 78. an ecclesia, plus dicens, & ecclesiam contribuere teneri & clericos pro reparatione murorum & fortificatione ciuitatis, quem sequitur Petr. Iac. in sua prat. tit. de refec. mun. per tex. in l. absit. C. de priuil. dom. aug. lib. 11. Rip. in d. c. 20. & in l. 4. in prin. nu. 31. ff. de re iud. Curt. Iun. consi. 61. Bellam. consi. 75. cum seq. vide optimum consilium Ceph. 58. vbi declarat quando immunitas concessa non comprehendat certos casus, puta belli & similes, quam doct. altercationem tollit nostra constitutio, & vult clericos
6 teneri ad hic specificata. Intellige sano modo † duobus concurrentibus. Primo si refectio, & reparatio fiat propter necesitaem, & non ad decus vrbium solum, quia necesitas legem non habet. l. vn. ff. de consul. & omnia tempore necesitatis cõmunicãda sunt. l. 2. §. cũ in eodem. ff. ad. l. Rhod. de iac. ratio est quia clerici iuuantur pontibus & illis muris atq; itinerib. sicut laici ideo secũdum naturam est pati incommoda, quem sequuntur commoda l. secundũ naturam. ff. de reg. iu. Secundum q̃ ecclesia res ibi possideat temporales, Guil. Bened. i rep. c. Raynutius, ver. & vxorẽ, nu. 1030. de testa. quia tẽporalia tunc capiuntur pro executione, quæ nõ possunt capi, quando illa ecclesiæ non habent, nec solent condẽnari eo casu clerici vel ecclesię, Thom. Parpal. in l. placet C. de sacros. eccl. Rebuf. tract. de sent. prouis. art. 3. gl. 6. tom. 1. Dixit vnũ not. Iac. Butr. in d. l. ad instructionem, q̃ ecclesia & clerici tenentur soluere gabellas de plaustris seu curribus, si gabel-

la conuertitur in reparationem viarum & pontium, quia tunc etiam de illorum vtilitate tractatur. Et per hoc dari potest generalis doctrina
7 † qᵖ vbicunque tractatur de generali vtilitate clericorum simul & laicorum clerici tenentur contribuere cum laicis Alphon. Aluar. vbi supra nu. 30. & fuit opinio Arch. in d.c.nō minus, & vide consi. Balbi in hac materia positum post decis.
8 68. Pedem. vbi vtiliter loquitur. Item † clerici tenentur ad custodiam ciuitatis, & eius tuitionem, nulla enim maior pietas est, quā defendere patriam, debiles, & pauperes ab hostibus c. fortitudo. c. siquis. c. non inferenda. 23. q. 3. & hac ratione pro pace & quiete, qua tueri, & defensari debent ecclesiæ, Principi tributum soluunt. 22. q. 8. c. tributum.

DE POENA SVSTINENTIVM sententiam excommunicationis, vel interdicti animo indurato vltra certa tpa. Cap. XXIIII.

SIQVA communitas sententiam excommunicationis in potestatem, rectorem, vel officiales suæ terræ Ecclesiæ suorum officiorum, per rectorem, vel Legatum Romanæ Ecclesiæ, vel iudicem in spiritualibus, aut episcopos prolatam, aut etiā interdicti sententiam in terra ipsa promulgatam spacio duorum mensium sustinue-
a rit[a] indurato animo, communitas, siue vniuersitas in centum flor. auri, rector, siue potestas ciuitatis, vel vniuersitatis in 25. florenis auri, & quilibet alius officialis in decem florenis auri curiæ condemnetur. Singularis vero persona, quæ excommunicationis sententiam à suo iudice promulgatam per idem tempus sustinuerit, nec cum effectu petierit se absolui, si comes, vel baro fuerit, centum florenorum auri, si nobilis alius, florenorum quinquaginta, si plebeus, decem florenorum auri pœnæ se nouerit subiacere. Quòd si forte præmissæ vniuersitates, vel aliæ singulares personæ per alios duos menses sustinuerint animo obstinato, pœnæ prædictæ in singulis duplicentur, & grauius iudicum arbitrio puniantur, si tempore prolixiori in sua duritia contumaciter duxerint persistendum.

GLO. CAP. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatus per annum insordescens.*
2 *suspectus vt hereticus damnandus non est.*
3 *potest perseuerans in excommunicatione, alia pœna etiam puniri.*

a VSTINVERIT] Trid. syn. sess. 23. c. 3. reform. in fine statuit qᵖ † si excōi
1 catus per annum insorduerit in excōicatione possit procedi contra ipsum tanquam de hæresi suspectum. Aduertas tamen, qᵖ
2 † sic suspectus vt hereticus damnandus nō est, gl. in c. cōtingit, de sent. excom. pro ea tamen possit indici purgatio canonica Henr. Boich. post alios in c. excommunicamus 1. de sent. exc. Est hæc suspicio leuis, vt tradit praxis indirect. inquis. 2. par. q. 47. idem sentit Dida. in c. alma mater, par. 1. §. 7. nu. 10. de sent. exc. lib. 6. Nō obstat. c. cum contumacia, de hær. lib. 6. quia loquitur in crimine hæresis vt post annum habeātur pro hæretico, secus quando est excōicatus pro alia causa vt nos
3 loquimur. Franc Marc. decis. 857. par. 2. potest † pp ea (vt nostra cōstitutio fecit) per tps aliquod perseuerans in excōicatione, puniri ēt ante annū pena tpali scdm Ana. & Fel. in c. postulasti de homi. & simile extare legē in regno Hispaniæ, qᵖ excommunicatus infra annum possit aliqua pœna puniri temporali testatur Did. in epit. de spōs. & matr. par. 2. c. 6. §. 8. nu. 17.

QVOD QVILIBET EPISCOpus habeat procuratorem in curia generali. Cap. XXV.

a b QVIA nonnulli episcopi,[a] prælati,[b] & vniuersitates prouinciarum, & eorū officiales se à processibus, & cōdemnationibus, seu sententijs spiritualibus, quos, & quas à nobis, seu rectore, vel nostra curia contra subditos, & vniuersitates (prout ipsorum exegerit impietatum temeritas) promulgari contigerit, excusare per crassam, & supinam ignorantiam moliuntur, ac frequenter per insultum guerrarum, & rebellionum discrimina ingruentia, quod eisdem Episcopis nequeunt intimari. Nos volentes prædictis per debita iuris remedia obuiare, hac constitutione irrefragabili decernimus, & ordinamus, vt prædicti episcopi, & eorum capitula ecclesijs vacantibus, & plebani, & prælati locorum suum procuratorem, seu syndicum constituere in curia rectoris prouinciæ teneantur, continuè ibi moraturum: qui rectori infra mensem à præsentis constitutionis tempore præsentetur, per quem, seu per quos prælatis, episcopis, capitulis, & eorum officialibus processus, &

& ordinationes commemoratæ sententiæ debeant, & valeant intimari: ipsosq; episcopos, capitula, plebanos superius nominatos, considerata locorum distantia, & ipsorum qualitate perinde teneri ad obseruationem, & ordinationem sententiarum, seu processum prædictorum, postquam in nostra curia fuerint publicati, ac si eisdem forent personaliter præsentati. Qui episcopi, & prælati debeant infra vnum mensem à die publicationis præsentis constitutionis, prædictæ constitutionis copiam sibi fieri facere, & habere.

GLO. CAP. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus est nomen operis, non honoris tantum.*
2 *Qui Episcopatum desiderat, bonum opus optat.*
3 *Episcopus dicitur superintendens.*
4 *Quibus ornatus esse debet Episcopus.*
5 *Episcopatus magna est dignitas.*
6 *Episcopus est dispensator.*
7 *Triplici pabulo debet subditos pascere.*
8 *Inter Episcopos & simplices sacerdotes differētia.*
9 *Episcopus residere debet ī sua cathedrali ecclesia.*
10 *Cura animarum propriè Episcopi est.*
11 *Duo concurrunt in Episcopo.*
12 *Electus in Episcopum debet à suo Metropolitano ordinari.*
13 *Visitatio diœcesis debet fieri per Episcopum.*
14 *Tria in Episcopo requiruntur.*
15 *De qualitate mensæ Episcopalis.*

a EPISCOPI] Episcopus (secundum
1 Augustinum) nomen est operis, non honoris tantum, vt in cap. qui Episcopatum. 8. quæs. 1. vbi litera dicit, Qui præesse & non prodesse desiderat Episcopari non debet. Vnde laudabile est desiderare Episcopatum, Apost. ad Titum. cap. 3. & ad Timoth. 1. c. 3. & est mortale peccatum recusare Episcopatum, cum quis probabiliter credit se idoneum, quia est contra fraternam charitatem,
2 facit tex. in c. in scripturis. 8. q. 1. Qui † igitur Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, quasi dicat Apost. non est desiderandus propter officij dignitatem, sed propter annexum laborem, qui est ordinatus ad honorem Dei, & proximi salutem. Vnde † dicitur ab Epi, quod est
3 supra, & scopos, intentio, quia debet semper intendere saluti plebis sibi commisse. Et ibi Apost. instruit Timoth. qualis sit instituendus in
4 Episcopum. Ideo dixit † oportere Episcopum irreprehensibilem esse, ideſt, sine notabili defectu, & integræ famæ, sobrium in cibis & potibus, ornatum in moribus, prudentem in agibilibus, pudicum, ideſt, honestum in exteriori gestu, hospitalem in pietatis actu, doctorem, ideſt, habilem ad docendum, non vinolentum, ideſt, ad potationem vini assuetum, non percussorem ex iracundia, sed modestum per repressinem passionum, non litigiosum, ita qᵖ non solum ex ira non percutiat aliquem, vt dictum est, sed nec etiam verbis iniuriosis contendat, non cupidum, quia victus & vestitus debent esse diuitiæ christianorum & maximè Episcoporum, vnde dicitur habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti simus, suæ domui bene præpositum, ideſt, diligentem, de bona
5 prouisione domus suæ. Et quamuis † Episcopatus sit dignitas magna, habet tamen summum laborem, & maximam solicitudinem sibi annexam, ita vt potius appelletur opus quam di-
6 gnitas. Episcopus † est dispensator, ideo sibi & suis primò necessaria ministrabit, reliqua quæ supersunt, fidelibus ministrentur. c. nulli Episcoporum. 11. q. 1. & honestè donare potest cōsanguineis egenis, qui præferuntur alijs, Abb. & alij in c. fin. de pecul. cler. Debet Episcopus
7 † triplici pabulo subditos pascere, veritatis verbo, vitæ exemplo, & temporali subsidio c. archidiaconum. 85. distinct. Inter † Episcopos &
8 simplices sacerdotes differentia est. Nam licet in se conueniant cathetizare, baptizare, & prædicare, conficere, soluere, atque ligare. Tamen ad Episcopum nomen, specialiter spectant. s. clericos ordinare, & virgines benedicere, Pontifices consecrare, manus imponere, basilicas dedicare, degredandos deponere, synodos celebrare, chrisma conficere, vestes & vasa sacrare, in in fronte chrismare, benedictionem solennem dare. c. perlectis. 25. distin. & c. quamuis 68. dist.
9 Episcopus † debet in sua cathedrali ecclesia residere, ideſt, in loco vbi est ecclesia, & diebus festis dominicalibus debet interesse diuinis officijs in sua ecclesia. cap. Episcopus, de consecr. distin. 3. nec potest per diœcesim vagare, nisi causa visitationis, vt in c. placuit. 7. q. 1. Abb. in c. magnæ, de vot. Et de residentia Episcopi vide sanctum Thomam. 2. q. 185. vbi dicit, quòd Episcopus tenetur ex præcepto diuini iuris ad residendum personaliter in suo Episcopatu. Cu-
10 ra † animarum propriè & plene solius Episcopi est, in cuius signum ipse solus est ecclesiæ sponsus, reliqui autem sunt adiutores Episcopi ad curam animarum, Alphon. Aluar. in spec. sum. Pont. c. 9. nu. 17. Duo † concurrunt in Episcopo, ius dignitatis Episcopalis coherens personæ, quæ habetur per consecrationem. Secundo administrationis ius coherens loco, cui præsidet, quæ habetur per confirmationem, vt
11 in c. transmissam, de elect. Electus, † in Episcopum per suum Metropolitanum præsentibus suffraganeis Episcopis debet ordinari, cap. quoniam quidam. 75. distinct. & vsque ad alios

tres menses cõsecrari debet. c. obeuntibus. 63. distin. c. ne pro defectu, de elect. nisi per necessitatem prorogetur. c. de Syracusanæ. 28. distin. quia ecclesia viduata tam in temporalibus quàm spiritualibus sustinet frequenter læsionem. Visi-
13 tatio † diœcesis debet fieri per Episcopum. c. si Episcopus, de off. ord. in 6. & anuis vicibus ecclesiæ ab Episcopis visitentur. c. decernimus 10. q. 1. sed ex causa visitatio potest iterari, vt in clement. 2. de stat. mon. & ibi doct. & infirmitate grauatus Episcopus visitationis officium committit alijs, vt in c. episcopum 10. q. 1. & visitantes Episcopi debent docere populum conuocata plebe, vt errores fugiat idolorum, vel diuersa crimina, idest, homicidium, adulterium, periurium, falsum testimonium, & reliqua peccata mortifera, & q̃ nolunt sibi fieri, alteri ne faciant, & vt credant resurrectionem omnium, & diem iudicij, quo vnusquisque secundum opera sua mercedem sit accepturus, Et in visitatione ministrantium vitam inquirant, vt in d. c. Episcopum 10. q. 1. & multa alia perquire apud Alphon. Aluar. in specul. sum. Pont. c. 11. 13. & 14. Tria
13 † in Episcopo requiruntur præcipuè, litterarum scientia, etatis maturitas, & grauitas morum, c. cum in cunctis, de elect. Episcopi debent esse graues, ideſt, maturi, honesti, humiles, & virtutibus honestati, ac periti de ista grauitate loquitur Apost. ad Titum c. 2. teipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integri-
15 tate, & grauitate. De qualitate † missæ Episcopi, in principio debet fieri benedictio, & in fine gratiarum actio, vt in c. non liceat. 44. dist. item debet lectionibus vti sacræ paginæ, vt euitentur confabulationes, & animæ edificetur ad bonum c. per reuerentia. 44. distin. Nec epulis Lautius longo labore quæsitis vti, ne videantur immemores Christi, & pauperis esurientis & nudi. c. ecclesiæ principes 35. dist. nec debet Episcopus conuiuijs inuigilare c. multis. 44. dist. Et prima in concilio Tridentino ad patres adhortatio fuit parsimoniæ victus vt patet sess. 2. in quo, & alia ad eum spectantia videbis.

SVMMARIVM.

1 *Prælaturæ appellatione venit Episcopatus.*
3 *Prælati appellatione veniunt tam superiores quam inferiores.*
3 *Quare dicantur prælati.*

b PRAELATI] Appellatione † prælaturæ ve-
1 nit Episcopatus. c. ne pro defectu c. nihil, de elect. cap. vbi periculum. §. & ne, eo. tit. lib. 6.
2 Etiam appellatione † prælati veniunt tam superiores quam inferiores. c. 2. vbi Abb. & Dec. de iud. c. 1. de eta. & qual. c. quia, & ibi Dec. not. 3. de appel. Gem. c. præsenti. §. cæterum, de off. leg. lib. 6. Abb. in c. nihil, not. 2. de elect. Et ideo Minister fratrum minorum, siue guardianus prælatus nuncupatur glo. sing. in clem. 1. verb. prælatum, de elect. Item priores conuentuales dicuntur prælati, gl. in c. nullus, de elect. lib. 6. Et quando nominatur Episcopus & alius prælatus (vt in tex. nostræ constit.) tunc accipitur pro quocunq; ordinario, tex. in clem. vn. de excess. prælat.
3 & ibi not. doct. per illum tex. Et dicuntur † prælati quasi præ alijs lati & ditati, & lata appellatione Curatus potest dici prælatus. c. cum ab ecclesiarum, iun. supra de off. ord. c. de rectoribus, in fin. c. sua, de cler. ægrot. & ibi Abb. not Rebuf. tract. de pacif. poss. nu. 63. cum seq.

c CAPITVLA] De potestate capituli sede vacante habes elegantem tractatum Io. Fran. Pauini, vbi facilè inſtrui poteris, & remissiuè aliquid per Alphon. Alua. in specul. sum. Pont. c. 40. Rebuf. tract. nomin. q. 8. nu. 30. Ego pro nunc aliqua dicere supersedeo.

QVOD EPISCOPI, ET CAEteri prælati, & religiosi teneantur seruare excommunicationes, & interdicta. Cap. XXVI.

ITEM quoniam conscientiæ præsumptuosa temeritas quorundam animos sic tenebrosè occupat, & inuadit, sic mentem obnubilat eorundem, vt veritate, ac ratione postpositis, arbitrij proprij, & voluntatis propositum tantum profiteantur (sicut in plerisq; religiosis, & ecclesiasticis contingere cognouimus pro comperto) dum & per rectorem, seu auctoritate nostra contra contumaces, inobedientes, atq; rebelles [a] Romanæ Ecclesiæ, atq; nostri, eorumq; demeritis exigentibus, atq; culpis, excommunicationis in personas, suspensionis, & interdicti in vniuersitates, atq; collegia sententię promulgantur, quanquam sententiæ publicè sint prolatæ, plæriq; religiosi clerici, sic ipsorum seducunt, & interuertunt mentes, & animum, q̃ prædictas sententias non obseruant, ad eorum excusationem causam friuolã prætendentes. Quidam enim asserunt ad prædictarum sententiarum obseruantiam pruilegio non teneri: quidam vero crassam, & supinam ignorantiam

a

rantiam allegant, & dicunt prædictas sententias non peruenisse ad notitiam eorundem: quod absurdum, & inexcusabile esse dignoscitur, cum non sit necesse singulorum auribus inculcari, quod tam publicè, & solenniter publicatur, seu etiam promulgatur. Exquo quot, & quanta resultant animarum pericula, & subditorum discrimina, nemo sanæ mentis ignorat: iustitia nempe ex prædictis proculcatur, corrumpitur nodus ecclesiasticæ disciplinæ, delinquentibus peccandi licentia lata præbetur, & inturbatione status pacifici, & tranquilli, prouinciæ, & subditorum periculum, & discrimen imminet manifestum, nostra iurisdictio, & executio non absq; Apostolicæ Sedis, & nostri contemptu in diuersis casibus multipliciter impeditur, & licet ad obuiandum prædictis malitijs, & fraudibus multa sint adinuenta remedia, propter quæ possemus temeritatem cõpescere prædictorum, tamen sanctissimus pater, & dominus, dominus Ioannes Vigesimus secundus ad malitias, & dolositates huiusmodi compescendas concessit literas in hac forma.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei dilecto filio Amelio Præposito Bellimontis Gubernatori ordinis sancti Augustini Vallionensis diœcesis, Capellano nostro, Marchiæ Anconitanæ rectori salutem, & Apostolicam benedictionem. Sicut ad nostri Apostolatus peruenit auditum, prædictorum minorum heremitarũ sancti Au-
b gustini, & aliorum mendicantium, & [b] non
c mendicantium [c] ordines fratrum, ac nonnulli etiam clerici sæculares, & aliæ personæ ecclesiasticæ in terris prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, & alijs terris tuo regimini commissis constituti excommunicationis, & interdicti sententias per te latas (dicentes ad ipsarum obseruationem aliquatenus non teneri) obseruare contemnunt: propter quę tuæ iurisdictionis executio nõ absq; nostro, & Apostolicæ Sedis contemptu in diuersis casibus multipliciter impeditur. Nos igitur volentes in hac parte de oportuno remedio prouidere ad compellendum prædictos fratres, clericos, & personas cuiuscũq; status existant, & quãcunq; locum, seu prælaturam, vel officium obtinere noscantur, & etiam conuentum ipsorum, & ecclesiasticas personas easdem, ad obseruandum inuiolabiliter sententias suprà dictas excommunicationis in personas, & interdicti sententias in conuentum, & ecclesias, & loca ipsorum quibuscunq; priuilegijs, indulgẽtijs, & literis Apostolicis generalibus, vel specialibus eis, vel ipsorum aliquibus, & ordinibus eorundem sub qua cunq; forma verborum concessis (per quæ nullum in hac parte volumus afferri suffragium) nequaquam obstantibus plenam & liberam tibi concedimus tenore præsentium facultatem. Cum igitur tam officio ordinariæ potestatis, quam prædictarum literarum auctoritate teneamur prædictis fraudibus obuiare, & quantum possumus, ipsas compescere, & punire, auctoritate (qua fungimur in hac parte) præsenti edicto monemus omnes episcopos, priores, prouinciales locorum, fratrum prædicatorum ministros, custodes, guardianos fratrum minorum, priores, prouinciales locorum heremitarum, & omnes fratres, & conuersos prędictorum ordinum in prouincia Marchiæ constitutos: & omnes, & singulos abbates, priores, præpositos, & plæbanos, & vniuersarum ecclesiarum rectores, per dictam prouinciam constitutos exemptos, vel non exemptos cuiuscunque ordinis, præeminentiæ, siue status existant: eisq; præcipimus, & mandamus, sub pœna ingressus ecclesiæ (episcopis tamen cum reuerentia) excommunicationis in personas cæterorum prædictorum, & suspensionis in capitula, & collegia, & interdicti seruandi in ecclesijs eorundem, quatenus sententiam per nos, seu auctoritate nostra publicè in nostro auditorio contra aliquam ciuitatem, castrum, terram, seu vniuersitatem, vel specialem personã latam, occasione rebellionis assumptæ, infra quindecim dies à promulgatione eiusdem sententiæ in prædictis ciuitate, castro, seu terra (videlicet vbicunq; in ciuitate, communantia, siue castro sit interdictum promulgatur, in quo, vel in quibus ipsorum, vel alterius eorum ecclesiæ fixũ dignoscatur) teneantur inuiolabiliter obseruare, ac denunciare obseruari. Excommunicatos vero occasione prædicta vbicunq; sint, indifferenter, & infallibiliter ipsos teneantur per se, vel alium ex prædictis causis denunciare publicè subiacere excommunicationis vinculo innoda-

tos: eosque euitare, & euitari facere iuxta canonicas sanctiones, quem terminum eis pro primo, pro secundo, & tertio, & peremptorio termino assignamus, alioquin ipsos prædictam sententiam ingressionis ecclesiæ, excommunicationis, suspensionis, & interdicti (quam in ipsos canonica monitione præmissa, proferimus in his scriptis) incurrere volumus ipso facto.

GLO. CAP. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Rebellis quis dicatur.*

a REBELLES] De iure canonico hoc vocabulũ sæpenumero reperitur. c. inter quatuor, de ma. & obed. ibi inobediens, & rebellis, in c. fi. de præb. in c. vbi periculum. §. porrò, de elec. in 6. clem. 1. §. porrò, de iureiu. Dec. consi. 544. nu. 3. Rebellis
1 †largo modo dicitur non solum qui Dño suo resistit, sed etiam quando iudici non vult parere, & quando quis non vult parere officiali Principis propter ipsum Principem, vt no. Bar. in l. hostes, col. fi. ff. de capt. & postli. reuers. no. Abb. in c. sanè, il secondo, de off. del. Nam verbum rebellis, est generale pro quolibet subdito, qui cõtradicit dicto vel facto superioris, not. Bart. in l. si certarum. §. quid ergo. ff. de test. mil. idem Ang. in l. 2. §. fi. ff. de iud. Gem. c. fi. 38. dist. not. 3. & hoc largo modo procedit. Sed propriè & strictè dicitur rebellis, siquis contra summum Pontificem, vel eius officiales resisteret in pertinentibus ad statum imperij, vt no. Bar. in tract. qui sint rebel. in verb. rebellãdo, no. in l. 1. ff. ad l. Iul. maiest. Dec. consi. 604. col. 1. Aym. consi. 6. nu. 84. In tex. nostro potest capi largè, quia tractatur de inobediẽtibus ex qualibet causa, & plenius vide apud Gigantem in tract. de crim. læsæ maiest. Iul. Clar. in praxi crim. §. læsæ maiest. His adde Soc. consi. 22. lib. 1. & consi. 275. lib. 2. Dec. consi. 604. 605. & 690. Corn. consi. 94. lib. 4. Bald. consi. 58. & seq. lib. 1. Alexan. consi. 13. lib. 6. Ias. consi. 86. lib. 3. Soc. Iun. consi. 105. lib. 3. Alci. consi. 453. 456. & 467. Rui. consi. 3. & 4. lib. 5. Brun. consi. 28. Cæpol. consi. 17. Boss. tit. de crim. læsæ maiest. Rol. consi. 88. lib. 2. Cephal. cõsi. 75. & seq. lib. 1. Rub. consi. 154. idem Rolan. consi. 4. lib. 1. Gomes. in §. rursus, nu. 24. inst. de act. Ias. consi. 106. lib. 4. Did. lib. resol. 2. c. 8. Marsi. cõsi. 53. Gram. decis. 6. Boer. tract. de seditiosis, Ferret. consi. 31. & vide supra lib. 2. c. 1. gl. 6. & c. 43. Rest aur. de Imp. quæst. 118.

SVMMARIVM.

1 *Ordines mendicantium sunt quatuor. De origine Monacorum, nu. 2.*

b MENDICANTIVM] quatuor sunt ordines, sancti Dominici, sancti Francisci, sancti Augustini, & Carmelitarum. Dominicani
1 sunt ptædicatores, qui primum mendicantium locum obtinent à beato Dominico Calaguritano professionem faciunt, quos Honorius III. cõfirmauit ann. salutis humanæ 1216. qui ordo, quàm eximius sit scientia, omniumq; virtutum copia in ecclesia, est adeo omnibus clarum, vt testimonio nostro non egeat. Hæremitani (quos vulgus Augustinianos vocat) qui à primordio ex plurib. ordinibus simul iuncti sub Augustini obseruatione sunt cum baculo, & Zona, ab Alexandro IIII. probati sub quo plures militant. Carmelitæ aliquãdo militarunt sub Basilio vsq; ad Albertum Patriarcham Heroso limitanum, q traditiones eorum sub Honorio IIII. immutauit anno 1286. Verunta men Honorius (qui à Sultano illos electos susceptit) ordinem compro bãs, dicauit nomini virginis Mariæ, sed ita vt pal lium in album commutarent, dicti Carmelitæ à Carmelo monte habitatione Heliæ & Hælisei nobili, quem primum incoluisse ferunt. Quarta regula mendicantium est beati Francisci Asinatis, cuius ordo Seraphicus tãquam sidus in terris illuxit sub Inno. III. anno salutis 1206. sed quia post ordinem dominicorum fuit confirmatus, ideo secundum tenent mendicãtium locum, & euangelicam profitentur normam, ex cuius gremio, velut ex equo Troiano innumeri veræ si dei pugiles prodiere, Signiferũ IESV CHRISTI ad stigmata sequentes, de q bus vide Alph. Alua. in specu. sum. Pont. c. 57. Duarenum dicto lib. 1. de sacr. ec cl. ministr.

c NON MENDICANTIVM] Anto. Archiep. Flor. in sua sum. 3. par. tit. in c. 1.
2 & 2. colligit †triplex monacorum genus, Serobi læ, de quibus habetur in c. quidam. 16. q. 1. in libertatis spiritu discurentes. Anachoritæ heremitici ac solitarij exordium ducẽtes ab Helia Thesbite propheta de quo 3. reg. c. 17. Tertij sunt Cœnobitæ quasi in vnum conuenientes, viuentesq; in congregatione, & videntur exorti ab Heliseo, qui cuneum cõstituit profetarum 4. reg. c. 6. Renouati autẽ à CHRISTO in discipulis, Matth. 5. Verum post CHRISTVM primus in orientali plaga Cœnobitarum gregatim agẽs fuit magnus Basilius, Benedictus vero in occidentali ecclesia. Sed Basilij cuius ipse caput fuit primus, sub quo militant monachi orientalis ecclesiæ. Ordo benedictorum fuit secundus ab autore diuo Benedicto Nursino monasterij Montis Casini regulatore & Abbate anno salutis 534. sub Bonifacio Primo, tẽpore quo Iustinianus Imperator leges in epitoma posuit, sub hac regula militant innumeri monachi, & maximè nigri, de quibus in clem. 1. de stat. mona.

QVOD NOTIFICATIO SENTENTIÆ excommunicationis, & interdicti possit fieri per ædictum. Cap. XXVII.

QVIA multoties illi, contra quos per auditorem, seu iudicem super spiritualibus generalem, vel eorum cõmissarium, seu commissarios proferuntur sententiæ excommunicationis, vel interdicti, tales sententias vilipendunt, sub prætextu ignorantiæ per eos fictæ, seu præsumptæ, statuimus q; quotiescunq; dictis proferentibus dictas sententias, vel eorum in officio successoribus videbitur, possit per ædictum[a] publicè apponendum ad portam palatij, vel audientiæ curiæ generalis affigendum fieri notificatio talium sententiarum excõmunicatorum, seu interdictorum, & talis notificatio perinde valeat, & ad obseruationem dictarum sententiarum artet, ac si personaliter ipsis excommunicatis, & interdictis, & illis, quorum interest, talis notificatio facta esset, si ab initio personaliter semel moniti, & apprehensi non paruerunt, vel comparuerunt.

GLO. CAP. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Citatio regulariter per ædictum prohibita est.*
2 *Quæ dicatur propriè citatio per ædictum.*
3 *Quomodo in praxi nuncupetur hæc notificatio.*

a EDICTVM] Regulariter †citatio p
1 ædictum prohibita est, nisi vel non detur tutus accessus, vel impediat citandus, ne ad illum citatio peruenire possit, clem. 1. de iud. & tunc secundum stilum signatura solet vel simpliciter concedere dicta citationem per ædictum, vel in forma d. clem. Primo casu non requiritur, q; aliqua informatio fiat de narratis, secus si conceditur, fiat vt petitur in forma. Rot. decis. 781. si aliquis, decis. 703. dic q; citatio, & 752. dic. in d. c. dudum, in antiquis. Formam citationis per ædictũ ponit extensè Fol
2 ler. in pra. crim. cano. c. 9. nu. 40. De iure †ciuili citatio per ædictũ dicitur, quia edicebat prætor talem esse in ius vocãdum. l. cum vero, in fi. ff. de fideic. lib. & tribus propositis edictis interuallo decem dierum vltimũ proponebat, quod peremptoriũ vocabatur, hoc inde nomẽ sumpsit quod primeret disceptationem (hoc est) vltra non pateretur aduersarium tergiuersari. l. ad peremptorium cum seq. ff. de iud. in quo peremptorio iudex comminabatur etiam absente aduersa parte se cogniturum & pronũciaturum. l. in peremptorio, ff. de iud. & l. 1. §. hoc ædicto. ff. quæ sent. tit. app. rescind. Rebuf, tract. de cita. in præfa. nu. 6.
3 tom. 2. Ex his intelligis, quòd †huiusmodi notificatio & denunciatio, quæ fit excommunicato per ædictum praxis appellat per Cedolonos sub hac forma. Hic autoritate ordinaria, vel delegata pronuntiatur excommunicatus, & sic erit tertius casus exceptus à d. clem. 1. de iud. vt illa non procedat in terminis huius constit.

DE MATRIMONIIS. Cap. XXVIII.

X DECRETO, & deliberatione prælibati Reuerendissimi, & illustrissimi domini de Carpo, & Legati additur constitutio felicis recordationis quondã Gabrielis prouinciæ Marchiæ tunc Legati deducta ex suis decem constitutionibus cap. sexto cõpilata, & hoc in loco magis cõgruo translata, & incorporata sub his verbis.

QVIA contingit plærunque, & experientia docuit, nefaria & incestuosa matrimo-
a nia[a] contrahi, & confirmari inter personas etiam religiosas: vnde sequentes formam sacrorum canonum, & etiam pœnæ adiectione volentes, & firmantes, statuimus q; si quis vxorem duxerit priusquam in parrochialibus eccleſiis tam viri, quàm mulieris fuerit insinuatum, & publicè denunciatum, saltem duobus dominicis diebus sint ipsi contrahentes ipso facto excommunicati: & si matrimonia fuerint licita, & permissa, tolerentur: sed tam vir, quàm vxor nihilominus pœnam vigintiquinque florenorum auri ob præsentis constitutionis hic compilatæ transgressionem ipso facto incurrant. Si vero fuerint illicita, & prohibita separentur omnino, alijs pœnis legitimis à iure, vel à canone contra talia facientes proditis statim infligendis.

GLO. CAP. XXVIII.

a MATRIMONIA] Concilium Tridentinum innouauit formam, qua matrimonium celebrari debeat, vt patet sess. 24. c. 1. reform. & illam seruamus hodie, ad quod Concilium scholia quædam feci, quæ breui videbis, expectatur solum Pontificis beneplacitũ, eadem facere decreui in cathechismo ad Parochos. Ad materiam matrimonij quædam analyticè tractata videbis apud Dida. in epit. de spons. & matr.

QVOD INQVISITORES NON procedant ficte, nec colore quæsito contra aliquem non hæreticum, nec cruce signent, nec dent licentiam armorum, nisi vt infra continetur. Cap. XXIX.

a b c ITEM, volentes fauore causæ fidei [a] christianæ, [b] & orthodoxæ [c] splendore negocij fidei (quæ summam animi sinceritatem ipsius iudicis inquirentis, aut iudicantis exposcit) per actus quorumuis inquisitorum hæreticæ [d] prauitatis indiscretos, improbos, & tenebrosi fumi caligine obscuratos, & per ipsorum inquisitorum auaritiam, vel quamuis aliam insolentiam linguas loquentium denigrari, & desiderantes huiusmodi detestandi criminis pernitiosa labe conspersos sic per diligentem inquisitionem, & debitam de medio fidelium extirpari, q̃ per inquisitorum malitias, vel imperitias status, & fama fidelium, & innocẽtium non lædatur, auctoritate præsenti statuimus, & ordinamus, q̃ inquisitores hæreticæ prauitatis in quacunque prouincia constituti, & vicarij ab eis, vel prouinciali deputati ministri sic diligenter, & fideliter in officio inquisitionis hæreticę prauitatis officium suum exerceant, & contra suspectos vel diffamatos de hæresi, postpositis odio, amore, prece, precio, vel fauore procedant, q̃ se de cognitione, indagine, pronunciatione, vel quouis alio processu quoruncunque aliorum criminum nullatenus intromittant: nec alia crimina, quæ hæresim non saperent, aut manifestè ad crimen hæresis non facerent: deq; ipsis pateret aliter seorsum, & seperatim cognoscãt, manifestè ad crimen hæresis (vt per hoc de ipsis possint cognoscere) retorqueant voluntatem, seu reducant, nec alicui, vel aliquibus crimen hæresis falsò imponant, vel imponi ab alijs patiantur. Signum venerabilis crucis (nisi quantum eis ex speciali gratia licentia Apostolicæ Sedis, de qua prius rectori fidem faciant per literas patentes) non imponant alicui, nec assignent: & vbi auctoritate Apostolica cruce signarent, sicut de iure non possunt prædictis cruce signatis, nec alijs aliquid concedere, quod tempore interdicti auctoritate Apostolica, vel quacunque alia cruce apposita, possint interesse diuinis: nec eos ab alijs suis peccatis, nec à sententia excommunicationis à canone, vel ab homine lata (præterquã per eos, vel prædecessores, vel vicarios suos prolata) absoluere: nec cum aliquibus super irregularitate [e] aut malignitate quoquomodo contracta quomodolibet dispensare, [f] nec concessione, & priuilegia aliqua concedere, vel indulgentias dare, nisi in casibus, quibus ipsis à Sede Apostolica est concessum: neque sine ordinarijs, vel eorum vicarijs cõpositionem, seu transactionem (quæ in locum succedit sententiæ) cum delatis facere, nec etiam cum episcopo, seu vicario, nisi publicè, & de consilio peritorum: nec in fraudem aliquos in suam familiaritatem (vt per hoc possint arma portare) recipere: nec etiam receptos aliqualiter retinere. Et vt tollatur fraudis suspitio, & inquisitores peccatum impunitatis euitent, quilibet inquisitor, & vicarius vltra octo personas in talem familiaritatem sine rectoris prouinciæ licentia nõ possit recipere, vel habere: quorum octo nomina ipsi rectori in scriptis (antequam possint arma impunè portare) tradere teneantur. Quòd si præfati inquisitores, vel vicarij præsentis constitutionis fuerint transgressores excedẽtes directè, vel indirectè in prædictis, vel aliquo prędictorum, vel in contrarium temerè venientes, excommunicationis sententiam incurrant ipsofacto: & minister prouinciæ super hoc summariè informatus (remoto ab inquisitionis officio huiusmodi delinquente) immediatè alium substituere teneatur, nec talis in hac causa honoris administrationem, vel officium in suo ordine valeat obtinere.

GLO. CAP. XXIX.

a FIDEI] Fides (Autore Apostolo ad Hæbr.c.11.) est substãtia sperandarũ rerum argumentũ nõ apparentium, gl. declarat in rub. de sum. trin. extra. Fides docet omnia necessaria ad bene viuendum, ipsa enim docet, q̃ est vnus Deus remunerator bonorum, & q̃ est alia vita. Fide credimus vera esse, quæ in symbolo Apostolico continentur. Fide vincimus tentationes, ad Hæbr.c.2. sancti per fidem vicerunt regna. Hæc fides à christiano credenda

denda, sine qua impossibile est placere Deo. Accedentẽ ad Deum opportet credere, Hæbr.c.11. Et ideo fuit necessarium veritatẽ fidei in vnum colligi c.1. in prin. de sum. trin. Vnde dubius in fide infidelis est, nec ei omnino credendum, qui fidem veritatis ignorat c.1. de hæret.

b CHRISIANAE] christiana fides dicitur à CHRISTO Seruatore nostro firma petra fundamenti. Nemo enim aliud fundamentum ponere potest præter id, quod positum est, quod est CHRISTVS IESVS in quo omnis ædificatio cõstructa crescit in vitam æternam. Siquis autem superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides prętiosos, ligna, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit, dies autem Domini declarabit, quia in igne reuellabitur, & vniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit, si cuius opus manserit, quod superedificauit. mercedem accipiet, si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 1. Corinth. c.2.

c ORTODOXE] id est, firmi dogmatis fidei, quam firmiter fatetur Inno. III. in concilio generali, vt habetur in c.1. de sum. Trin.

SVMMARIVM.

1 *Hæresis græcè ab electione dicta.*
2 *Irregularitas quid sit, & vnde dicta nu.3.*
3 *Dispensare vnde dictum, & quid sit nu.5.*

d 1 HAERESIS] Græcè † hæresis latinè ab electione dicitur, q̃. s. eam sibi vnusquisq; eligat disciplinam, quam putet esse meliorem, & ante christianam religionem sonabat in bonam partem, eadem ratione veteres dicebant, quamcunque opinionem, quam tenaciter quisque tutabatur. August. lib.8. de ciui. Dei. c.12. Aristoteles (inquit) vir excellentis ingenij, cum sectam peripateticorum condidisset, q̃ deambulans disputare consueuerat, plurimos discipulos viuo adhuc præceptore in suam hæresim cõgregauit, vtuntur eadem dictione in hunc sensum Licer. ad Craff. & in præfat. parad. ad Brutum, & Modesti. in l. si duas. §. si autem. ff. de excus. tut. Coras. lib. 3. miscel. c.8. Verum enimuero, quia in lege christianorum, quæ ab ipso Deo data est, ac diuino numine inspirante ab eam profitentibus accepta non electa, iuxtà illud Io. c.6. Nemo potest venire ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum, & Io. c.15. Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Christianis non conuenit electio sectæ, nec eis licet quicquam circa fidem eligere, cum fides catholica non ex hominis arbitrio, nec ex humano ingenio pendet, sed Deo inspirante ac reuelante sit hominibus manifestata, & quia in verba sacræ scripturæ & ecclesiæ catholicæ iurauimus, nec possimus ab illorũ sententia discedere, apud nos hæresis infame nomen est, quod latius ostendit Alphon. à Castr. lib.1. c.1. de iust. hæret. pun. & lib.1. c.1. de hæres. Vnde quicunque aliter scripturam intelligit quam sensus spiritussanct. flagitat, à quo scripta est, licet ab ecclesia non recesserit, tamen hæreticus appellari potest. c. hæresis 24. q.3. in qua materia multi scripsere præcipuè Alphon. à Castro cumulatè virtutis vir Vmbertus Locatus Placẽ. Neotericus alphabetico ordine, Iulius Clarus in sua prat. Crim. §. hæresis. Alphon. Aluar. in Specul. sum. Pont. c.53. Aufr. in add. q. Tholos. q.346. Mantua consi.239. num.8. Bellam. consi.78. nu.6. Boss. in prat. crim. tit. de hæret. Paris. consi.2. nu.185. & seq. lib.4. Boer. de cis.341. Bertrand. consi.212. lib.2. part.1. Dom. de Rot. decis. 875. accusatus, in antiquis, Barb. consi.55. lib.1. Gem. cõsi.54. Bellam. decis.677. in tali processu, cum alijs seq. vbi multa elegãter tractat in hac materia, & vide supra lib.1. c.4. gl.2. ad quos te reijcio.

e 2 IRREGVLARITATE] Irregularitas † est canonicum impedimẽtum ex facto seu defectu proueniẽs, quo quis prohibetur ad ecclesiasticos ordines promoueri, & in eisdẽ ministrare, Spec. tit. de leg. §. iuxtà Arch. Io. Andr. & doct. in c.1. de re iud. lib.6. Nicol. Plouius tract. de irregul. 3 Dicitur † autem irregularitas, ex eo, q̃ regulare illud dicatur, quod secundum regulam fit. l. regulariter. ff. de pet. hær. Regula vero iuris Pontificij quæ pertinet ad ecclesiasticos ordines, omnes admittit, qui nõ fuerint speciali cõstitutione prohibiti, igitur qui prohibentur extra regulam sunt, & irregulares appellantur, ipsumq; impedimentum irregularitas. c.1. de re iud. in 6. c.1. de sent. excom. in 6. Dida. in clem. si furiosus, part.1. de hom. in qua illam diligenter pertractat, & vnam & quinquaginta regulas irregularitatis ponit Alphon. Aluar. in specul. sum. Pont. c.38. & vide supra lib.1. c.2. glo.2.

f 4 DISPENSARE] Passim nos dicimus, pro soluere legibus, ac subinde verbali nomine vtimur pro concessione aut indulgentia, quæ contra ius à Principe impetratur Did. in epit. de sponsa. & matr. par.2. c.6. §.9. Vnde † dispensatio 5 est quædam relaxatio facta à iure causa cognita ab eo, qui habet ius dispensandi. Alphon. Alua. in specul. sum. Pont. c.17. vide supra lib.1. c.2. gl.3.

LIBRI TERTII FINIS.

ILLVSTRI AC MVLTVM REVERENDO D. FERDINANDO FARNESIO GASPAR CABALLINVS S.

CVM in literario colloquio (Illustris Ferdinande) incidissem fortuitu, ibiq; adesset D. Alexander Paluzellus patritius Romanus, cuius familiaritate iamdiu vtor, sermo sæpe habebatur de te singularibusq; tui animi dotibus, vt facilè me in tuam obseruantiam traxerit. Et cum mihi ignoto ad te nullus pateat aditus, iudicaui optimum fore, te aliquo munere salutatum adire, quod, non aliud cogitaui, magis congruere, quàm aliqua mea in iure dictata tibi in iure ciuili peritissimo rependere. Ego enim hic nolo illos imitari, qui adulationis specie aliquem extollunt, miraq; de illo prædicant, tum quia à me istud assentationis genus longè abest, nec cuiquam (vt in prouerbio est) soleo obtrudere palpum, tum quia ex illa es familia, quæ per seipsam sic elucet atque splendescit, vt aliorum non indigeat commendatione. Fuit (vt istud non taceam) & temporibus nostris Paulus Tertius, qui Reipub. Christianæ adeo vigilaniissimus Pastor fuit, vt toto illo trilustrio, quo summus Pontifex extitit, pacatos nos tenuit, in idq; maximè studuit, vt bellum vltra montes (quantum fieri potuit) relegaret. Est & nunc Alexander Farnesius Cardinalis amplissimus, quem Deus nobis incolumem seruat, vt sperari possit, se nobis Principem aliquando daturum. His obiter, & aliud agens, dictis, quarti libri glossemmata, quæ ad materiam criminalem spectant, dico. Quamuis enim sacris initiatus sis, tamen scio, & temporalem iurisdictionem te habere alicubi, in qua hæc nostra scripta in aliquo seruient, si non vt casuum decisio, saltem vt enchiridion, quod tibi aliorum sententias commonstrabit. Te, qualiacunque sint, non dubito probaturum, si hoc facies, demonstrabis huius nostræ obseruantiæ munus gratum fuisse, & me ad maiora tui honoris causa excitabis. Vale Patauij Decimoquinto calen. Nouemb. 1570.

CONSTITVTIONVM MARCHIAE ANCONITANAE, CVM GLOSSIS GASPARIS CABALLINI IVRISCONSVLTI.

LIBER QVARTVS.

CONTRA DELINQVENTES. Cap. I.

STATVIMVS ꝙ in quibuslibet malefi
cijs, & [a] excessibus,
a vel quasi, possit pro
cedi cum accusatio
ne, & [b] denunciatio
b ne publicè, cuius in
tersit, & per modũ
inquisitionis ex offi
cio scilicet, quoad inquisitionem: ex offi-
cio in casibus in proxima constitutione se-
quenti, & ad denunciationẽ quorumcunq;
dictorum modorum insimul, & separatim,
& incepta vna via possit redire ad aliam, ne
maleficia remaneant impunita, si iudex vi
c derit accusatorem colludere, [c] vel malitio
se desistere, seruato iuris ordine, & solenni
tate, vel non (iure aliquo non obstante) cui
libet tamen legitima facti defensione ser-
uata: iudices enim ad indagationem veri
tatis teneri volumus, non ad obseruantiam
solennitatis iudiciarij ordinis coartamus:
& ad ueritatem inuestigandam procedere
possint, sicut eis videbitur expedire sum-
mariè, & de plano, ac sine strepitu, & figura
iudicij, æstimatio autem iniurię simul cum
criminali deduci, aut intentari non possit
ab eadem parte, vel eodem procuratore:
sed circa idem factum pars possit promoue
re iudicium ciuile offensæ: & fisci promo-
tor possit promouere criminale ab illo fa-
cto proueniens. Et vt clarius modus pro-
cedendi in causis criminalibus appareat,
ordinamus ꝙ exhibita accusatione, vel de
nunciatione, recepto ab accusatore, vel de
d nunciatore iuramento calumniæ, [d] ꝙ cre-
dit contenta in accusatione vera esse, & de
nunciatione, & ea se posse probare, & in-
e scriptione [e] facta ab accusatore, qua se obli
get ad pœnæ, vel suplicij similitudinem se-
cundum formam iuris: & satisdet idoneè
de prosequenda accusatione, & de reficien
do expensas denunciato à denunciante vo
luntario non necessario, nisi etiam necessa
rius studiosè, & dolosè denunciaret, quo
casu volumus eum teneri pœna Turpilia-
ni, vel falsi: denunciatorem vero volunta-
rium non deserentem causam, sed non pro
bantem denunciam ex defectu testium, vo
lumus teneri ad pœnam extraordinariam,
nisi aliàs innocentiam suam purgauerit,
sic accusator si in probatione defecerit, &
non probauerit plenè, vel semiplenè. Et
f formata inquisitione citetur [f] reus inquisi-
tus secundum formam constitutionum de
citatione loquentium: & si non compar-
uerit, ponatur in banno cum certo termino
arbitrio iudicis assignando, & demum ela-
pso termino condemnetur. Si vero reus
g comparuerit [g] ante bannum, vel antequam
labatur terminus banni, vel ante senten-
tiam, recipiatur eius excusatio, & ponatur
h in cacere, [h] vel committatur fideiussoribus [i]
i quando tractatur de delicto, super quo po-
test comparere, vel audiri de iure per pro-
motorem præstitis fideiussoribus de stan-
do iuri cum curia, & parte, & iudicatum sol
uendo, sicut per constitutionem nostram:
vel vbi constitutio non loqueretur, de iure
fieri debet: & detur ei terminus ad defen-
dendum arbitrio iudicis, & similiter accu-
k satori, vel eius procuratori ad probandũ [k]
suam accusationem, & denunciationem, si
l fuerit negata in totum, vel in partem, & [l] in
fra dictum terminum vtraq; pars debeat
probare

probare per omne genus probationis: & decætero non audiatur, nisi iusta causa mo uerit iudicem ad aliam dilationem dan-
m dam,& elapso dicto termino publicentur[m] testes,si producti, & examinati sint: & detur terminus iudicis arbitrio ad accipiendum copiam de productis ad opponendum, & probandum contra: eoq; elapso detur terminus ad allegandum, & decurso dicto termino feratur sententia condemnatoria,vel absolutoria, prout iustitia suadebit: & victus victori semper in tali senten-
n tia condemnetur in expensis[n] pro rata victoriæ, & nisi aliqua iusta causa excusaret victum ab expensis ex parte iudicij,vel à toto,& hoc si iudici æquum, & iustum esse videretur, non obstante aliquo iuramento præstito in causa. Et vt prædicta possint facilius expediri,volumus, & ordinamus, q̃ quilibet accusator, siue denunciator tempore,quo exhibet accusationẽ,vel denunciationem,& quilibet accusatus,vel denunciatus quando se personaliter excusauerit, statim post excusationem teneatur constituere,& ordinare vnum de procuratoribus residentibus in curia in suum procuratorem præsentem, & acceptantem ad totam causam huiusmodi, & occurrentia, & opportuna in ea: cuius procuratoris nomen, & constitutio ponatur in actis, vt apparere possit, & sciri pro singulis actibus incumbentibus,& oportunis, & qui sic non constituerit,& non assignauerit,& in actis scribi non fecerit procuratorem, possit ad singulos actus, & ad sententiam audiendam ad bancum citari cum proclamatione: vel accusator,vel denunciator in accusationis, vel denunciationis exhibitione,& accusatus, vel denunciatus in excusatione eligat locum certum in terra, vbi residet curia,ad quem citetur ad singulos actus illius causæ, decreto prius processu per edictum affigendum: & valeat talis citatio, ac si facta esset personaliter, vel ad domum,& secundum formam iuris: & valeat citatio ad sententiam audiẽdam in causis criminalibus, etiam si non sit peremptoria, & pro peremptoria habeatur. Volumus etiam, q̃ notarij accusationem, vel denunciationẽ aliquam non recipiant,nisi illam primo iudici ostendant: qui iudex nomen offerentis faciat describi in actis: ipsumq; porrigentem iura-
re, q̃ ipsam animo calumniæ non producat,dato libello accusatorio,& citato accusato ad respondendum illi,& videndum iurare de calumnia, & inscribi quo ad pœnam,& satisdare quo ad expensas,& nomina testium recipiat ab eodem, quem si calumniantẽ inuenerit, puniat accusatorẽ ad pœnã talionis, denunciatorem ad pœnam extraordinariam secundum formam iuris.

GLO. CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Maleficia quæ propriè dicantur.*
2 *Quid sit delictum & crimen.*

a MALEFICIIS] Maleficiorum materiam scripserunt Albertus Gandinus, Bonifacius Vitalinus, Angelus Aretinus, Ioãnes Mileus, Hippolitus Marsilius, Marcus Antonius Blancus, Iacobus Nouellus, Iodocus, Ludouicus Carrerius, Petrus Follerius, Lancellotus Conradus, Aegidius Bossius, & Iulius Clarius nuncupatim & ex professo, aliqua tetigerunt Paris de Puteo in suo tractatu de syndicatu, Franciscus Brunus de indicijs,& Ghirlandus, quos tibi nominatim in operis vestibulo citare volui sic in genere, quoniam in ipsius progressu non multum immorabor in
1 illorum nuncupatione. Maleficia † propriè vocari solent delicta, quæ ex dolo malo ad lædendum proximum proficiscuntur. l. dolum. C. de dol. Et not. q̃ mortuo reo post litem contestatam, & de delicto confesso, vel conuicto, sententia in pœna pecuniaria ferri potest in personam procuratoris domini litis effecti, ita tandem relatis hinc in de opinionibus tenet Rot. Pedem. decis. 148. An ex delicto defuncti hæres conueniri possit, & quando, citatis doctorum sententijs ab vtraque parte, Rot. eadem Pedem. decis. 151. discrimen constituit inter ius ciuile & canonicum asserens hanc distinctionem feciſſe Rui. post relatos per eum doct. in consi. 20. nu. 3. lib. 4. An hæres (admisso quòd contra hæredem detur huiusmodi actio) ex delicto defuncti vltra vires hæreditarias teneatur, si inuentarium non fecerit? Crebrior est ea sententia, vt non teneatur teste Dida. lib. 3. resolu. c. 3. nu. 8. Boss. in tit. de pœn. nu. 34. Iul. Clar. in §. fi. suæ prat. cri. q. 51. versi. vlterius quæro. Et delictũ † generale verbum est, & secũdum
2 August. est declinatio à bono, qua bonum prætermittitur. Similiter & crimẽ generale verbum est delicta comprehendens, Bar. in l. transigere. C. de transi. Et aliquando differunt crimen & delictum vt colligitur ex glo. 3. in auth. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Et quia crimen capitalis fraus est, vt cædes, falsitas, delictum priuata noxa l. quis sit, in fi. ff. de ædil. ædi.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *De delicto prius constare debet.*
2 *Ordinariè proceditur per accusationem.*
3 *Quid differat accusatio ab actione.*
4 *Ratio quare de iure non proceditur sine accusatore.*
5 *Moralis admonitio ad Iudices.*
6 *Accusator iurare debet de calumnia.*
7 *Accusatio continere debet posita in l. libellorum.*
8 *Dies commissi delicti non solet apponi, nisi Iudici videatur.*
9 *Quid agendũ si accusator nõ vult exprimere diem.*
10 *Exceptio ineptitudinis accusationis.*
11 *Quot modis accusatio dicitur inepta.*
22 *Libellus dicitur ineptus omissa forma l. libellorũ.*
13 *Si accusator & accusatus componant, Iudex non supersedebit in causa.*
14 *Delinquens dupliciter obligatur fisco, & parti.*
15 *Accusans desistens ob vtilitatem publicam, accusatus absoluitur alias non.*
16 *Qualitas apposita in accusatione probanda est.*
17 *Hæc clausula liberat accusatorem à probanda qualitate. Sequentibus*
18 *In causa criminali de iure non requiritur cõclusio.*

b ACCVSATIONES] Sciũt omnes latrunculatores, q̃ imprimis de delicto † contare debet. l. 1. §. item illud. ff. ad Syl. Catus inter consi. crim. diuers. consi. 99. lib. 1. Boss. tit. de delict. nu. 2. Et propterea cauti Iudices secretò processum informatiuum fabricant à quo summunt agẽdi resolutionem, scrutantur enim diligenter de delicto illiusq; circunstantijs, iux. l. aut facta ff. de pen. Multoties iudex accedit ad locum delicti & hanc esse communem praticam totius orbis asserit Io. de Amic. consi. 131. nu. 7. Iul. Clar. in §. fi. q. 4. Dec. consi. 438. Gram. uot. 31. nu. 21. & demum de delinquentis fama rumoreve. Re-
2 gulariter † igitur imprimis procedendum est per accusationem, quia nemo sine accusatore punitur. l. rescripto §. siquis ff. de mun. & hon. iuxta illud domini. Mulier vbi est qui te accusat. Et Iudicis non est sine accusatore damnare. c. de manifesta. 2. q. 1. Et difert accusatio † ab actione, quoniam accusatio propriè est, ex qua imponitur pœna mortis, vel corporis cohercio, aut pecuniaria fisco applicanda, actio est ius persequẽdi in iudicio, quod sibi debetur, Aret. in rub. inst. de pub. iud. post Bart. in l. 3. §. 1. ff. de sepul. viol. Et accusatio appellari potest officium iudicis, vt attestatur Berous in rub. de accus. nu. 7. in
4 fi. Duplex est ratio † quare non proceditur de iure sine accusatore. Prima, vt nullus de crimine infamaretur, nisi cum plena causæ cognitione. Secunda vt retraherentur Iudices à pecuniarum extorsionibus secundum prat. Papien. in for. inq̃s. Verum hodie, manus deberent esse ab omni auaritia, & pecuniæ cupitate semotæ, iuxta illud Val.
5 Non solum manus † à pecuniæ lucro, sed etiam oculus à libidinoso aspectu continens esse debet, probatur in auth. vt iud. sin. quoq. suf. §. 1. in fi. & §. magis autem. Si enim auaritia in iudicum animis inhæreat, quis non sine periculo furabitur, quis non latrocinabitur, quis non homicidium faciet, adulterium & id genus similia cõmittet? qui pecunia redimere per iudicem potest, auro omnia vendentem. Cesset igitur his iudicibus imminere prophanus auaritiæ ardor,& omni cura & cum puritate studeat iudicium & veritatem ministrare. l. 1. §. ergo iubemus. C. de off. præf. Affr. Nam (vt inquit Cicero) non est iustus Iudex, qui mortem, qui exilium, qui egestatem timet. Accusator † porrecta accusatione iurare
6 debet, q̃ accusatio est vera,& quòd non animo calumniandi hoc facit, & ita seruari per totam Italiam testatur Bart. in l. 1. nu. 6. C. de iureiur. propter cal. Mantua in l. transigere, nu. 23. C. de transi. intellige petente aduersario Foller. in prat. cano. crim. c. 4. num. 51. quod videtur recessisse ab aula Iul. Clar. in §. fi. q. 18. versi. dic etiam. Accusa-
7 tio † continere debet ea, quæ ponuntur in l. libellorum. ff. de accus. s. nomen accusatoris & accusati, crimen commissum, cum qua persona, locus, & loci locus apponi debet, puta in tali domo, & in tali angulo dictæ domus, quo anno, & quo mẽse, & si locus & tempus non apponantur, accusatio est ipso iure nulla etiam parte non opponente, & ista est communis opinio, Alex. in l. edita, nu. 13. Dec. num. 34. & alij scrib. C. de eden. Soc. consi. 109. nu. 2. lib. 3. Gomes. inst. de act. in prin. nu. 45. Bello. consi. 63. nu. 2. Boer. decis. 321. nu. 2. diem & horam commissi criminis nullus inuitus cõprehendit, sed diem porrectæ querelæ apponi debet, & iudicij locus. Hinc refert Bonif. tit. quid sit accus. Se obtinuisse propter defectum loci iudicij, qui non erat in actis scriptus. Fallit in crimine falsi quia in eo non requiritur locus & tempus, Aret. de malef. verb. falsario, versi. & tenementi, allegat ad hoc gl. inst. de pub. iud. cir. prin. verb. instituendis, & Bal. in c. 1. quib. mo.
8 feud. amit. Quamuis dies † commissi delicti apponi necessariò ab accusatore non debeat, tenet tamen Bart. in l. is qui reus, versi. sed quæro. ff. de pub. iud, q̃ tunc tenetur quando iudici videbitur æquum, aut pars implorat officium suum, vt ponatur, vt suas defensiones facere possit, vt quia dicat se fuisse absentem toto illo die, ne sibi auferatur defensio, & vt accusatio sit talis, per quã reus plenè instruatur, an velit cedere vel contendere, l. 1. ff. de eden. l. pen. ff. de int. act. Aduertas tamẽ isto casu, q̃ licet aliquãdo dies ad rei petitionem declaretur, non tamen de necessitate probandus est, ita dicit Bart. in d. l. libellorum, in fin. & hoc not. etiam Sal. in l. pen. C. de accus. Bertran. consi.
9 16. nu. 2. lib. 6. Quid si accusator † nolit exprimere diem? vel Iudex non vult illum compellere vt exprimat, quid agere debet tunc accusatus?

dicas

dicas secundum Bart. in d.l. is qui reus, nu. 10. ꝙ aut delictum probatur per rei confessionem, & tunc satis est mihi, licet dies non exprimatur, qa probatio mea, quam faciam per testes ad rei defensionem necessariò concludet, quia probabũt de illo met delicto, de quo sum confessus, cũ confessio mea iudicialis debeat regulari & intelligi secundum confitentis intentionem. l. siquis intentione, ff. de iud. & sic intelligitur confessum illud crimen, quod postea probatur factum ad sui defensionem. Si vero crimen sit negatum, & per testes probatum, tunc reus debet facere articulos, ꝙ illo mense vna tantum rixa interuenit inter ipsum & vulneratum, in qua fuerunt præsentes tales testes. Item ꝙ in dicta rixa fuit primo insultatus à vulnerato. Et contra Bar. stat cõmunis opinio & obseruantia, Ias. in l. arbitraria. §. siqs ephesi. num. 1. ff. de eo quod cer. lo. Boss. tit. de inquis. nu. 92. Plotus inter consi. crim. diuers. cons. 109. nu. 4. lib. 1. Viuius in lib. communium opinio. verb. Accusator, vel fiscus. Si in libello exprimat diem, & non probet, Bertrand. consi. 217. lib. 6. nu. 2. dicit, ꝙ succumbet quod non procedit propter clausulas salutares libelli, vt infra. No. etiam ꝙ fines loci designari debent, saltem per duos cõfines. l. forma. ff. de cẽs. & probatur virtualiter in d.l. libellorum, ibi in domo illius. Iul. Clar. in §. fi. q. 12. versi. est autem. Scias etiam, ꝙ exceptio
10 † ineptitudinis accusationis reddit impossibilem pronunciationem, arg. l. si filius, la secõda. ff.
11 de interrog. act. Et dicitur accusatio † inepta plũribus modis. Primo modo, quando causa non infert conclusionem, nec de iure nec de facto, vt accuso te, quia minxisti ad perietem, vt not. in l. 1. ff. de eden. & l. 2. §. circa. ff. de dol. mal. excep. Secundo, quando continet apertam rei defensionẽ, vt accuso te, quia occidisti bannitum. l. si seruus. C. de his qui ad eccl. conf. & arg. l. cum precum. C. de lib. cau. Tertio, quando apertam accusatoris continet calũniam, l. qui cum maior. §. si præsens. ff. de bon. lib. c. 1. de off. vic. Quarto, quando apertam lapsus temporis continet præscriptionem, l. accusaturus. ff. de adult. & facit ad prædicta. l. 2. C. ne qui vela reg. vbi de hoc. Et generali-
12 ter vbi libellus † ineptus est propter omissionẽ modi & formæ substantialis. d.l. libellorum. Verum hæc hodie videntur cessare, quia secundum consuetudinem totius Italiæ non datur libellus accusatorius, vt attestatur Calepi. int. cons. crim.
13 consi. 52. nu. 9. lib. 1. Si accusator † & accusatus lite pendente componant, nunquid iudex supersedebit in suo processu? Videbatur dicẽdum ꝙ sic, quia nihil aliud agit Iudex, nisi vt partes concordet, & discordiam iam habitã dirimat. l. 1. §. pen. ff. de no. oper. nunc. c. fi. de dol. & cont. l. quidam æstimauerunt. ff. si cert. pet. c. fi. de transs. Nam in terueniente concordia inter partes absoluendus est reus, etiam si fuit condemnatus. c. si quam. 2. q. 2. & hoc est, ꝙ dicitur, omnia iudicia esse absolutoria. §. fi. inst. de perp. & temp. act. Sed contrarium est verius, nam ex perpetrato delicto, delin-
14 quens † dupliciter obligatur, priuato in quẽ delinquit, & reip. l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de publ. l. iustissimos. C. de off. rect. prou. ibi, & censuræ nostræ vigor eos absumat. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. c. vt famæ, de sent. exc. Nam de vnoquoque delicto oritur duplex actio, vna ad commodum iniuriati, quæ dicitur actio in factum, & vocatur actio ciuilis, alia ad vindictam, vel pœnam fisci, quæ dicitur criminalis, Ang. de malef. verb. ad querelam, versi. si vero, q de hoc dicit esse tex. in l. fi. ff. de priu. delict. in l. fi. ff. de fur. in l. fi. ff. de iniu. & in l. qui nomine. ff. de fals. Ius enim fisco quęsitum, ex illa remissione litigantium non tollitur. l. qui ccu. §. qui vacantem. ff. de vi pub. l. diuus Marcus. ff. ad Syl. & l. 2. §. huius reip. ff. de admin. rerum ad ciu. pert. circa quæ vide Bart. in l. athletas. §. calũniator. ff. de his qui not. inf. Bal. in sua prat. tit. de quæst. cir. emerg. in cau. q. 5. Cy. Sal. in l. 1. C. ad Turp. Cęterum quæ in contra-
15 rium adducuntur procedunt in causa ciuili. Si ac cusans ob vtilitatem publicam desistat ab accusatione, accusatus est absoluendus, nec potest iudex tertium compellere ad ipsam prosequẽdam. l. 2. §. senatus, & l. senatus. §. senatus. ff. de iu. fis. Secus si non contumaciter, sed ob aliã necessariam causam destitisset, caus est. sing. secundum vnum intel. glo. & Bar. in l. monente. C. de delat. lib. 10. tunc enim tertius cogi potest, licet videretur cõtrarium per reg. vt nemo inuitus. Quod intelligenisi accusator illam accusationẽ ad publicam vtilitatem instituisset nomine alieno, puta tutor nomine pupilli, vel procurator nomine domini, tunc enim quandocunque moriatur nõ potest tertium compellere ad ipsius accusationis prosecutionem, tex. est sing. in l. diuus. ff. ad turp. Accusator tenetur de iure satisdare de expensis soluendis in casu succumbentiæ, sed hæc etiam satisdatio recessit ab aula, vt dicit Boss. in tit. de accus. nu. 4. quod innouat constitutio nostra, quæ seruanda esset petente hoc parte accusata, Carauita super ritu vica. 199. nu. 4. vsus tamen contrarius in hoc eam ablegauit. Præterea aduerte, ꝙ quali-
16 tas apposita in accusatione probanda est, alias non probata sequenda esset absolutoria Cy. in l. 2. C. de prob. Io. And. in add. specul. tit. de accus. in rub. vbi dicit, ꝙ si accuso te de vulnere mihi illato cum sanguinis effusione, si non probetur sanguinis effusio, debes absolui, secus si accuso te generaliter, ꝙ percussisti me, quia quomodocunq; probetur, debes condemnari. Bar. in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adult. vbi Bal. pro & contra allegat, quam Bart. doctrinam dicit Corn. consi. 33. lit. o. lib. 4. communiter à doct. teneri Rom. consi. 110. circa prin. & consi. 167. nu. 8. quem refert Corn. consi. 197. lit. c. lib. 2. Marsi. in prat. crim.

crim. §. quoniam, nu. 52. cum seq. Soc. Iun. consi. 36. nu. 2. lib. 2. Quidam tamen attestantur cõtrarium seruari de consuetudine, Ana. c. continentiam, nu. 5. de cler. percus. & in curia delfin. ita seruari testatur Guid. Pap. decis. 553. post Bal. in l. 2. C. de proba. Verum Guil. de Cun. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. inf. dicit, ꝙ si agitur de percusione cum sanguine, & probetur sine sanguine, vel de vi publica, & probetur de priuata, ꝙ debet condemnari in eo, quod est probatum, quia crimina vndecunq; claruerunt, sunt puniẽda. Quare cum præsens opinio habeat contradictionem Io. And. & sequacium, cauti latrunculatores ad tollendum omne dubium appo-
17 nunt clausulam † in fi. Super quibus omnibus & eorũ singulis cũ omnibus dependentibus emergẽtibus & connexis ex eis & prorsus extraneis petit iustitiam ministrari. Cuius clausulæ virtute, licet non sit probatum delictum ita qualificatum vt fuit deductum sequetur condẽnatio secundum Bal. in d.l. 2. C. de prob. vbi dicit, ꝙ ista clausula operatur, ꝙ nõ videtur agi connexè sed diuisim, & dicit Bart. consi. 9. ꝙ ista clausula operatur, ꝙ procedetur ad condemnationem illorum, de quibus actum non fuit, quia iudicis officium latissimum est. l. 1. ff. de iurisdic. om. iud. Paris de Put.
18 tract. synd. verb. an dictum est. De iure in causa † criminali non requiritur aliqua cõclusio, sed sufficit sola facti narratio. l. 1. §. 1. ff. ad Turp. hęc est sententia Bald. in l. etsi seuerior. C. ex quib. caus. inf. irrog. nec est doctor aliquis, qui ab hac opinione recedat, & est ratio, quia in criminali causa nihil concluditur debere dari vel fieri parti, quia aut est pœna pecuniaria, & applicatur fisco, vt in l. fin. ff. de ter. mo. & ibi pulchrè per Bar. aut est pœna corporalis, & applicatur corpori. Cum ergo concludatur, nihil debere fieri parti, nimirum si nulla conclusio est necessaria, quia incontinenti narrato facto, succedit pœna legalis, quæ est à lege vel statuto ordinata, vel si est arbitraria, Iudex debet imponere talem pœnam, quæ est consueta imponi pro tali delicto, vt est tex. in l. si cõfessus. ff. de cust. reo. Lanf. in c. quoniam contra, verb. petitiones, in prin. de prob. Marsi. in prax. crim. §. sequens, nu. 1. Iul. Clar. in §. fin. q. 12. Solent tamen apponi illa verba. Super quibus omnibus & singulis, de consuetudine, quæ est loco conclusionis, Bar. in l. 2. §. si publico, nu. 13. ff. de adul. Ang. in l. ea quidem. C. de accus. nu. 7. Sal. in d.l. ea quidem, nu. 47. Aret. de malef. verb. super, num. 2. Amad. de synd. num. 32. Conrad. in suo Breuia. fog. 258. nu. 42. Franc. Marc. decis. 668. nu. 3. part. 1. Duenas reg. 31. nu. 3. Boss. in tit. de inquis. nu. 80.

SVMMARIVM.

1 *Crimina semel audita indiscussa remanere nõ debẽt.*
2 *Quid sit collusio.*
3 *Iudex supplere põt in accusatione de iure et ẽ facto.*

c OLLVDERE] concordat tex. in c. 1. & 2.
1 de coll. deteg. Nam crimina † semel audita nullo modo indiscussa remanere debẽt, etiam si accusatus cum accusatore in gratiam redijsset.
2 Et est collusio † fraudulenta cõuentio, per quam alter in iudicio superari se permittit, qua interueniente aliquando delicta remanent impunita. l. 1. & 2. ff. de coll. det. l. si suspecta. ff. de inof. test.
3 Hinc est, ꝙ quæri solet à doc. vtrum Iudex † in accusatione supplere possit in iure & in facto? Bar. in l. accusatore. ff. de pub. iud. tenet ꝙ sic, idem videtur velle & clarius in extrau. ad reprim. verb. neglexerit, quia sumus in illis, quæ spectant ad publicam vtilitatem. l. quos prohibet. ff. de post. facit ꝙ not. in l. si non defendantur. ff. de pœn. per quam. l. dicit Bar. ꝙ iudex habet latas habenas, in d.l. libellorum. §. fi. Et sic iudex ad vindictam publicam potest prosequi dictã accusationem, vel nouum processum formare ex officio, vt colligitur in d. §. fi. & l. 2. ff. ꝺ abol. & l. pe. ff. de pub. iud. & ita praticatur secundum Ang. de Malef. verb. compar. dicti inq. versi. quæro an post publicationem. Vnde licet accusator desistat vel renunciet accusationi, iudex ex officio super eadem accusatione veritatem perquirere potest, & reum condemnare, probatur in c. 2. de coll. deteg. Bar. in q. incip. Iudex malef. allegat tex. in l. abolitio. C. de abol. sequitur prat. Pap. in for. inquis. verb. nunquid autem. Corset. in repert. Abb. verb. abolitio Ana. in c. crimina, nu. 5. versi. his autem præmissis, de colluss. deteg. Boss. tit. de inquis. nu. 89. Iul. Clar. in §. fin. q. 61. versi. pariter etiam, vbi dicit ꝙ iudex ex officio suo parte negligente testes producere poterit in his causis criminalibus ad probationem criminis, & à seipso testes recipere, vt not. ipse Bar. in l. 1. §. fi. ff. de quæst. etiã post dicta testificata, arg. c. cũ clamor de testi. vbi Inno. not. & idẽ tenet Paris de Put. de synd. verb. iudex. Aret. in c. fraternitatis, nu. 36. de testi. Villalob. in sua collect. communium opin. in litera T. nu. 86. & testatur Carauita super ritu 69. in fi. vica. ꝙ ita videtur seruari. Quod indubium est secundum nostram constitutionem, quæ hoc permittit, ne delicta remaneant impunita.

SVMMARIVM.

1 *Calumniantium tres sunt species.*
2 *Quando quis dicatur calumniatus.*
3 *Pœna calumniæ est similitudo supplicij.*
4 *Turpiliani pœna est pecuniaria.*
5 *Quæ personæ excusentur à calumnia, & quæ non.*
6 *Quæ sit iusta causa excusandi à calumnia.*
7 *Accusator eo ipso ꝙ nõ pbat dicitur calumniator.*
8 *Fama publica illum excusat.*
9 *Qui dicantur calumniatores.*
10 *Testes repulsi eorum defectu excusant à calumnia.*

d CALVMNIAE] Tres sunt species calum-
1 niantium, principaliter † quidam dicitur calum-

calumniator,quidam præuaricator,& quidá tergiuersator. Calumniator est,qui scienter & dolo sè falsâ crimina proponit. Præuaricator est,qui vera crimina dissimulat. Tergiuersator autē est, qui in vniuersum ab accusatione recedit, vt not. in l.1.in prin. ff. ad Turp. His sic præsuppositis quæro. An eo ipso,ꝙ quis non probauit crimen,
2 vel accusationem propositam dicatur † calumniatus fuisse,ita ꝙ de calumnia condemnari possit? Quidam dixerunt,ꝙ non per tex.in l.1.§.sed non vtique,versi.nam si quidem.ff.ad Turp. Sed in contrarium facit tex.in l.1.§.fi.C.de aduo.diuersi.iudicio. vbi dicitur ꝙ eo ipso,ꝙ quis defecit in probatione dicitur calumniatus fuisse,&
3 vt calumniator cōdemnari poterit pœna † calumniæ,quæ est similitudo supplicij,vt est glo.ibi &
4 Bar.pœna † vero senatusc.Turp.est quinq; librarum auri fisco applic.l.3.§.fin.ff.de præuar.& ibi glo. Ad contrarium sic respondetur,ꝙ reperiun-
5 tur quædam personæ †quæ compelluntur aliquâ iusta causa ad accusandum, quarum quædā sunt, quæ ratione sanguinis,vt vendicēt necem defuncti,sicut mater quæ agit de morte filij,& è cōuerso.l.calumniantes.C.ad Turp. & per gl.in l.athletas.§. pen.versi. ex vtraque.ff. de his qui not. inf. quædam sunt quæ ratione officij compelluntur ad accusandum,vt sunt tutores curatores & similes.l.2.C.qui accus. pos. quotiescunq; enim sunt huiusmodi personæ exceptæ,quæ veniunt ad accusandum ex quadam necessitate,ille excusantur à præsumpta calumnia,& ideo eo ipso ꝙ nō probauerunt,non dicuntur calumniati fuisse, sed potius præsumuntur errasse, & iusto dolore ducti, nisi expresè probetur contrarium, ꝙ dolosè & malitiosè venerint ad accusandū. l. mater.C.de calum.d.l.2.C.qui accus.poss. & sic tex. in d.l.1. ff.ad Turp.loquitur in personis exceptis, tex.vero in d.l.1.C.de adu.loquitur regulariter in personis priuatis, in quibus procedit illa regula, ꝙ eo ipso, ꝙ quis non probat, videtur calumniari, nisi euidenter probauerit, ꝙ aliqua iusta causa motus fuerit ad accusandum. Et ideo bene dicit Barto.in d.l.1.in prin.ff.ad Turp. ꝙ Iudex debet statuere terminum accusatori, intra quē probet, ꝙ habuit iustam causam accusandi, ꝙ si non probauerit,poterit merito de calumnia condemnari iuxta terminos,d.l.1.C.de aduo. & quod ibi not. glo.& Bar.Iul.Clar.in §.fi.q.62.versi.dixi supra,
6 & q.81.Et dicitur iusta † causa iustus error,& est iustus error fama publica,l.miles.§.mulier.ff.de adult. vel si audiuit à personis fide dignis,vt not. Bar.in d.l.athletas.§.calumniator,Bart.& Sal. in l.3.C.de calum.vbi Bal.no.distinguit,an & quando fama publica excusetà præsumpta calumnia.
7 Et ꝙ accusator † eo ipso ꝙ non probat,præsumatur calumniator, tenet gl. communiter ibi recepta per cano.in c.fi.de calum. fallit tamen in certis casibus not.ibi per Henr.Boich. Adde quod
8 voluit Bar.in l.2.C.si fer.ad lib.aspir.lib.11.ꝙ si aliquis infamatum † publicè accusauit, & deficit in probando, ꝙ non debet puniri pœna talionis vel calumniæ, quia excusatur propter infamiam præcedētem,quæ est iusta causa, quod menti cōmenda,pro quo facit optimè tex.in c.1. de elect. lib.6.secundum Abb.in c.cum contingat, de rescrip.vbi refert illud dictum Bar. Ex quo dicto Bar.iuncto d.c.1.in fi.infero,ꝙ causa probabilis & iusta excusat quem à calumnię vitio,quod no. Abb.cons.78.nu.1.lib.1.Conrad. in suo Breuia. fog.231.nu.17.Guid.Pap. q.446.nu.1.vox publica. Diaz in prat.cano.c.59.Io.de Ami.consi. 51. Aym. consi.178. Et aduerte,ꝙ calumniatores † appellantur, quia per fraudem & frustationem alios vexant litibus, inde & cauillatio dicta
9 est.l.si calumnietur.ff.de verb.sig. Illud postremò not.ꝙ si accusator probauit per testes,q̃ sunt repulsi propter infamiam aut excommunicationem excusatur à calumnia & expensis, secundum Bal.in auth.generaliter.C.de episc.& cler.

SVMMARIVM.

1 *Talio quid sit.*
2 *Quare inducta pœna talionis.*

c INSCRIPTIONE] obligatur accusator hac constitutione se ad pœnam talionis inscribere. Et de iure hæc est communis opinio,Duenas reg.27.in prin.Bertrand.consi.267.in prin. li.4. formā inscriptionis ponit Bar.in l.si cui,in prin. nu.2.ff.de accus.quem sequitur Ant.in c.suphis, nu.33.cod.Foller.in prat.crim.cano.c.4.nu.48. cum seq.Est enim talio † secundum Isid.lib.5.c. 25.similitudo supplicij, vt taliter quis patiatur, sicut fecit,hoc natura & lege est institutum,Exo. c.21.in 12.tab.ita cautum erat,si membrum ruperit,talio esto, Aul. Gell. lib.20.c.1.noc.att.meminit & Iustin.in §.pœna,insti. de iniu. Et hoc
2 ideo inductum † erat,vt audacia accusantium cō pescēretur,ne faciliter prorūperent ad iniuriam & alicuius infamiam metu similitudinis supplicij, vt habetur in l.1. in prin. cum ibi not.ff.ad Tup.quod corrigitur infra c.2.

SVMMARIVM.

1 *Citationes in criminalibus fieri debent.*
2 *An valeat statutum ꝙ contumax habeatur pro confesso & conuicto.*
3 *Contumacia est ficta probatio.*
4 *Fictio plus non potest quàm veritas.*
5 *Iudicis sententia requiritur, vt quis declaretur contumax.*
6 *Differentia est triplex inter veram & fictam confessionem.*
7 *Notarius dānatus de falso ex vera confessione non potest amplius rogari, secus ex ficta.*
8 *Sententia ex vera confessione infamat,ex ficta non.*
9 *Licet contumax habeatur pro confesso debet iudex illum absoluere si non est culpabilis.*

CITETVR]

f CITETVR] Not.ꝙ citationes † debent fieri in criminalibus, sicut in ciuilibus.l.absentem primo respon.ff. de pœn.l.2.§.fin.ff. de cust.reo.Azo in sum.C.de accus.Gād. de malef. tit.vtrum procurator. Et ista est communis theorica ut attestatur Roland.in consi.68.nu.14.lib. 2.& adeo hoc verum est, ꝙ non solum in iudice procedit,sed etiam in Principe,Corset.in repert. Abb.verb.Princeps.Soc.cōsi.20.inter cōsi.Curt. consi.164.nu.16.& consi.226.nu.46.lib.2. cōsi. 87.nu.19.& consi.120.nu.10.lib.3. Intelligas semper precedente iudicis cōmissione,Rip.in c.1.nu.86.de iud.Cōrad.in suo Breuia. fog.267. nu.5.Blan.in l.fi.nu.334.ff.de quæst. de forma talis citationis ponit Foll. in prat.crim. cano.c.9. nu.39.& in prat.crim.fog.36.nu.2. Non potest tamen iudex citare sub pœna confiscationis bonorum Cagn.in l.vn.in prin.nu.93.ff.siquis iusd. non obtemp. Natta consi.140.nu.2.Rol.consi. 47.nu.46.lib.2. Inscritur etiam in citatione forma inquisitionis vel querelæ de qua per Aret. in suo tract.malef.& prat.Pap. de form.inquis.Iul. Clar.§.fi.q.31.versi.quæro nūquid. Et dum vult constitutio,ꝙ si citatus non compareat,ponatur in banno,& elapso termino condemnetur, intellige secundum Cæpol.cōsi.41.col.fi.si talis contumax debebat condemnari, secus si erat in via absolutionis, quia ipsum contumacem non debet condemnare sed absoluere allegat.c.veniens de accus. Pro cuius latiori intelligentia quæro,
2 an valeat constitutio,quòd contumax †habeatur pro conuicto & confesso (vt passim multis in locis viget simile statutum) istam q. format spec. & ibi Io. And.tit.de accus.§.sequitur,vbi tenent, quòd tale statutum valet, Bald.in tit.de pac. iur. firm.§.iniuria.allegat glo.ordin. in l. locorum. C.de om.agr.des.lib.11.vbi dicit,quòd talis con-
3 tumacia † est ficta probatio, & in terminis videtur glo.in l.2.§.senatus.ff.de iu.fisc. quæ videtur velle, quòd contumax habeatur pro confesso de iure,bonus tex.in l.Arrianus,eod.tit. Sed in contrarium faciunt ea quæ not. Rom. in l.lege Cornelia.ff.ad Syl.qui disputans illum articulum, an per statutum posit induci,quòd per fugam inducatur probatio vera,dicit,quòd de iure habemus vnam glo.sing.3.q.1.in sum. quæ dicit, quòd propter contumaciam quis non potest condemnari ad mortem, quam glo. Bald. in l.data opera.C. qui accus. poss. solebat dicere, quod alibi non reperiebatur. Si ergo contumacia vera non potest facere, quòd quis condemnetur ad mortem,quomodo ergo ista confessio ficta resultans ex tali contumacia operabitur hoc, quòd quis
4 posit decapitari? cum non posit plus † fictio quàm veritas vt not. in l.si is qui pro emptore. ff. de vsuc. l. filio quem pater.ff.de lib.& posth. Verum Ang. in d.l.locorum, intelligit, hoc esse verum inspecto iure communi, Boss. tit. de requir. reis, nu.1. & seq. Conrad. in suo Breuia. fog.441. post nu.7. proceditur tunc ad annotationem bonorum Capi. decis.131. quæ descriptio solet fieri hodie ex communi obseruantia stante imputatione delicti, vbi periculum immineat mortis vel vbi ingeritur pœna confiscationis,Carauita super ritu 21.vic.circ.fi.Iodo.prac. crim.fog.41.nu.7. Secus si expresè hoc statuatur,vt contumax habeatur pro confesso & conuicto prout hic,& alibi cautum reperitur.Boer. de cis.63.nu.8.Igneus in l.lege Cornelia,nu.32.ff. ad Syl.Rip.in c.1.nu.77.de iud. Aduertendū est, ꝙ licet cōtumax ex fictione statuti habeatur pro
5 confesso,tamen requiritur declaratoria † iudicis vt est tex.& ibi Bart.in l.eius qui delatorem.ff.de iur.fis.& est tex.cum glo.in c.cum secundum, de hæret.lib.6. hoc etiam tenet Bald.in l.transigere in fi.C.de transi. & in l.iubemus.§.æconomus.C. de sacr.san.eccl.vbi plenè idē in c.1. quib.mod. feud.amit. & in c.1.de feud. fin. culp. non amit. Butr.in c.cum dilecti,col.7.versi.vlt.aduerte,de dol.& contum.allegat.l.hoc autē.ff.ex quib.cau. in poss.ea. & Bar.in l.4.ff.de dam.inf.tria tunc requruntur, ꝙ accusetur contumacia non cōparētis Carauita super ritu 198.nu.3.vica.& ꝙ super huiusmodi cōtumacia procedat Iudicis declaratio Boer.d.decis.63.in fi.debet etiam de nouo citari Boss.de mult.nu.6.Rol.consi.47.nu.6.lib.2. seruanda tamen in his semper est cuiuslibet tribunalis consuetudo. Sit igitur multum cautus iudex, quòd ordinate faciat processum, nam licet ex tali contumacia habeatur pro confesso & conuicto,
6 magna tamen est differentia † inter veram & fictam confessionem. Nam quando iudex habet reum, qui sponte confitetur,tunc etiam ex inordinato processu securè potest condemnare, vt not. Barto. in l. si confessus. ff. de cust. reor. tamen quando est ficta confessio nunquam ex tali confessione ficta poterit damnari,nisi processus fuerit ritè & rectè ordinatus, & si fuerit condemnatus, talis sententia ex inordinato processu ipso iure non valet, ita dicit sing. Bal. in add. Specul. titu. de accus.§. & not. quòd accusatio. versi.& not. quòd vbi libellus, facit quod not. Bal. in l.error in fin.C.de iur. & fac.ign.& quod not.Bar.in d.l.absentem. Secundò est alia differentia, nam licet vera confessio probet verè delictum vt d.l.si confessus,& l.1.& 3.ff.de conf. & l.inde Nerativs.ff.ad l.Aquil.Tamen ficta confessio nunquam probat verè delictum. Ex quo
7 sequitur, quòd si vnus notarius † damnatus sit de falso ex cōfessione vera,nunquam poterit postea instrumenta conficere.§.fi.in auth. de tabel. & not. Bart.in l.eadem.§.1.ff.ad l.Iul.repet.Et tamen si est damnatus propter contumaciam non perdit instrumentorum confectionem, ita not. dicit Bar.in l.si ideo, in prin.ff.de cuict.& Bald. in l.transigere,circa med. C. de transact. magis

enim magis propter contumaciam & absentiam suam dicitur esse lata sententia, quàm quòd maleficium commiserit. l. qui repudiantis, in fin. ff. de inoff. test. Et obserua, quòd notarius condemnatus ex eo quòd deliquerit circa officium tabellionatus quia falsum instrumentũ fabricauerit, censetur priuatus officio tabellionatus, nec potest noua instrumenta conficere, antequã sit condemnatus non intelligitur priuatus, Alex. in l. siquis ex argentarijs. §. 1. nu. 6. ff. de eden. Iul. Clar. §. fin. q. 73. versi. Notarius. Tertiò differunt. Nam licet
8 sententia † lata contra verè & sponte confitentem faciat illum inhabilem & infamem quoad omnes, vr d. l. si confessus. ff. de cust. reo. & l. quoniam. ff. de his qui not. inf. Tamen quando lata est in contumaciam, & sic ex ficta confessione, talis sententia non facit fidem, nec condemnatio præiudicat, nec ipsum inhabilitat, nisi quoad illam personam, ad cuius instantiam fuit damnatus, ita sing. dicit Bar. in l. eius qui delatorem, in fi. ff. de iu. fis. per casum in l 2. §. fin. eod. tit. Illud etiam not. quod dicit Bart. in consi. 96. à Dom. Cyno,
9 quòd licet contumax † haberi debeat pro confesso, tamen quando iudici constaret ipsum nõ esse culpabilem, debet illum absoluere & non condẽnate, subdens Ang. de malef. verb. qui Dom. Iudex, quòd poterit recipere informationes quoad absolutionem vel condemnationem. Non solet tamen de consuetudine summi à iudice informatio ad absolutionem, quinimo tunc si hoc faceret velut fatuus & imperitus remoueri posset, Iul. Cla. in §. fi. q. 44. vers. quæro etiam. Formam proferendi sententiam contra huiusmodi contumaces ponit Boer. decis. 278. nu. 12.

SVMMARIVM.

1 *Reus comparens in genere interogari debet.*
2 *Hoc est iudici arbitrium.*
3 *In certis casibus reus de alijs in tortura interrogatur.*
4 *Illius responsio facit præsumptionem contra eos.*
5 *Tunc inculpati poterunt in illis casibus torqueri.*
6 *Tortus debet iurare de illis & ratificare.*
7 *Persona torti inspici debet si sustinere potuit tormenta.*
8 *Depositio socij criminis non facit indicium ad torturam absque alijs indicijs.*
9 *Si persona nominata à torto est malæ conditionis.*
10 *Reus iurare debet veritatem dicere.*
11 *Reus negans delictum vt suam vitam saluet, non est periurus.*
12 *An inducię deliberatoriæ sint dãdæ in criminalib.*
13 *In confessum iudicis partes sunt in condemnando.*
14 *Reus confessus omnia non solum factum sed qualitatem fatetur.*
15 *Confessio facta in forma iudicij nullo procedente processu valet.*
16 *Procedit quando fit principaliter non incidenter.*
17 *Hæ Clausulæ summariè de plano, inducunt ordinem clem. sæpe.*
18 *Confessio incidenter facta, in nouo iudicio probat delictum.*
19 *In causa beneficiali inferior non potest procedere super illa instantia stante confessione rei, sed Papa sic.*
20 *Reus potest reuocare suam confessionem probando contrarium.*
21 *An in confessione reorum testes sint adhibendi.*

g COMPARVERIT] Si reus citatus comparet tunc Iudex debet esse cautus, vt inte
1 roget eum in genere † non autem in specie, ne dicatur confessionem habuisse per suggestionem. Non enim debet interogare reum, an percusit Caium in brachio ense tali die & tali loco, quoniã esset ipsum instruere, vt est tex. & ibi Bart. in l. 1. §. qui quæstionem. ff. de quæst. Sed debet eum interogare, si cum aliquo fecit aliquã rixam, vel etiam si cum Caio, vel Caium vulnerauit, vel dicat in gñe si aliquod maleficium commisit, facit quod no. gl. in l. si prius. ff. ad Syl. Cy. in l. fi. C. de accus. & ibi Sal. versi. quæro nunc de modo, Ang. de malef. verb. cp fama publica, versi. tertio sit bene cautus. Sed ego crederem hoc † esse iudici ar-
2 bitrium, dummodo pro inuestiganda veritate & inueniẽdo maleficio sit subtilis iuestigator, iux. tex. in l. de minore. §. 1. ff. de qst. interogando pro inuestiganda veritate de circunstantijs etiam remotis, per illũ tex. & per l. testium. C. de testi. fingendo facere, quod non vult, vt videat quem actũ faciat reus, qui examinatur, & qualiter se gerit, c. afferte, de psump. vbi Salom. ait afferte mihi gladium, fingens velle puerum diuidere, Par. de Put. de synd. verb. & aduertendum. Signor. cõsi. 163. nu. 5. Iul. Clar. §. fi. q. 45. vers. debet aũt. Item interogari debet quis super facto suo nõ alieno, alias non statur dicto suo in alios sed in se tm̃. l. repeti. §. qui de se. ff. de qst. l. sicuti, in prin. C. e. & l. fi. C. de accus. Et est cõis oium sententia. Io. de Ami.
3 consi. 27. nu. 1. Hoc tñ fallit † in casib. in quibus cõfessus de se torquetur, & interogatur de alijs, si tñ aliqua præcederet præsumptio. l. 1. C. de qst. Primus casus est in quibuslibet latronibus, q confessi de se interogãdi sunt de socijs mandatorib. & receptatorib. l. diuus. ff. de cust. reo. l. pen. C. de fer. Secundus in falsatorib. monetæ. l. vlt C. d fal. mon. Tertius in l. fi. ff. ad exhi. vbi seruus torqtur, vt indicet consocios criminis. Quartus in l. fi. C. de malef. & Matth. Quintus in seruo de nece dñi de se confesso, vt interogetur quo mandante. l. si prius. ff. ad Syl. & l. si pcussor eo. & est speciale vt sentit gl. in l. is cui. ff. de qst. Sextus est in l. idem Neratius. §. sed si seruus. ff. ad l. Aquil. quos casus ponit Gand. tit. de quæst. versi. & primo. Plerique volunt quòd hodie de consuetudine in omni casu rei interogentur de socijs. Fulg. consi. 173.
nu. 2.

num. 2. Blan. in l. fin. nu. 374. ff. de quæst. Et bene dixi si aliqua præcedit præsumptio, quia alias non debet interrogari de alijs. l. 1. C. de quæst. Item responsio contra alios non erit plena pro-
4 batio, sed aliqua præsumptio † contra eos de illo maleficio vt not. Accur. in l. fi. in glo. fin. C. de accus. Ita cp sufficiet ad summendum informationem contra nominatum in casibus non exceptis Ro. in l. etsi certus, in prin. ff. de Syl. Gram. consi. 21. nu. 10. & consi. 67. in fi. Io. de Amic. d. consi. 27. nu. 5. Nouel. in sua prat. fog. 64. nu. 19. Blan. in d. l. fin. nu. 389. quicquid in contrarium dixerint Ruy. consi. 147. nu. 1. lib. 5. Rolan. consi. 73. nu. 2. lib. 1. Aliqui etiam tenent, cp poterit ex hoc iudex formare inquisitionem & reũ citare, Boss. tit. de inquis. nu. 44. Decius tamen consi. 189. nu. 9. tenet contrarium asserens hanc esse cõmunem opinionem, cp non est sufficiens indicium ad formandam inquisitionem, Conrad. in suo Breuia. fog. 255. in prin. Viuius in lib. cõmunium opi. verb. in testem non admittitur. fog. 263. Rolan. consi. 16. nu. 7. lib. 1. vbi subdit, nu. 2. cp in exceptis vtiq; est sufficiens. Et per huiusmodi nomi-
5 nationem poterunt inculpati † in illis sex casibus subijci tormentis, d. §. sed si seruus, & arg. l. 1. §. eum quis latrones. ff. de quæst. in alijs casibus nõ vt d. l. fi. C. de accus. & l. is cui. ff. de quæst. Intelli-
6 ge quando ille tortus iurauit † & ratificauit suam confessionem & inculpationem, alias sua inculpatio non facere indicium ad torturam secundum Bart. in l. marcellus. ff. rer. amo. & l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Et etiam concurrente alia præsumptione. Boer. decis. 319. nu. 1. Rolan. in d. consi. 16. num. 17. Gram. vot. 6. nũ. 7. Rol. in d. consi. 73. nu. 20. Sal. in d. l. fi. in fi. & dicit Boss. in tit. de indi. nu. 149. cp illud dictum Sal. quotidie praticatur. Quod dictum est, cp cum iuramento debet reus hoc fateri, concordat dictum Marsi. in sua prat. in §. diligenter, nu. 62. & tale iuramẽtum potest quandocunque interuenire, ideſt, ante vel post torturam, Boer. d. decis. 319. nu. 4. Iul. Clar. §. fin. q. 21. Rot. Pedem. decis. 166. not. Paris de Put. de synd. verb. confessio, vbi dicit, quòd in alijs casibus (quicquid de iure communi sit) de consuetudine vidit torqueri, arg. l. diuus. ff. de quæst. idem tenent Cano. præcipuè Abb. in cap. cum in contemplatione, de reg. iu. dicunt tamen
9 quòd debet inspici, an persona torta † sit talis, quæ potuerit sustinere tormenta. l. 1. §. quoties. ff. de quæst. nam aliqui sunt adeo impatientes, quòd se & alios criminantur. l. quæro ad fin. ff. de ædil. edic. dicit tamen Sal. in l. fin. C. de accus. quem refert Alex. consi. 167. viso themate, lib. 2. Ias. in §. item siquis, versi. duo etiam, inst. de act. quòd in dictis casibus, in quibus socius po-
8 test interrogari de consocijs, depositio † ipsius socij criminis non facit iudicium ad torturam contra socium nisi alia sint indicia, allegat glo. ex hoc in l. si quem, & ibi Bald. C. de excep. ibi dicit Bald. quòd alibi istud in iure non habetur,
9 quæ videtur æqua opinio. Sed quid si persona † nominata à torto sit malæ conditionis & famæ, nunquid in alijs casibus non exceptis poterit poni ad tormenta? dic de iure quòd non, nisi præcedant alia sufficientia indicia. Nam inculpatio de eo facta non inducit iudicium, cum de hoc non debuerit interrogari, vt dictis iuribus proximè allegatis, ergo quod inde sequitur tâquam factum lege prohibente non valet. l. non dubium C. de legibus. Verum in pratica seruatur contrarium, pro qua stat Gand. vbi supra, & Bonif. in tit. quæ indic. præced. deb. versi. sed quid de casu, Aug. de Arim. in add. ad Ang. de malef. verb. quòd fama publica, versi. quæro an particeps. Et aduerte, quòd iudex non debet recipere aliquam responsionem à reo in maleficijs nisi
10 iuret † respõdere veritatem. Bertrãd. consi. 321. nu. 3. in fi. lib. 3. par. 1. Marsi. in l. quæst. nu. 72. ff. de quæst. Conrad. in suo Breui. fog. 280. in prin. de consuetudine in Regno Franciæ non seruatur vt testatur Franc. Marc. decis. 674. part. 1. & non sufficit, quòd respondeat per verbum credit, immo veritatem debet respondere, vt not. Bart. in l. Marcellus. ff. rer. amo, & l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Ang. de malef. verb. comparuerunt, versi. quæro an post publicationem, vbi subdit quòd iudex non debet admittere hanc rei responsionem, nego me esse culpabilem, vel nego me esse punibilem, quia reus debet respondere super facto, vtrum fecerit, vel non fecerit, id de quo accusatur vel inquiritur, quia vtrum id sit culpabile vel non spectat ad iudicem, vt dicit Barto. per illum tex. in l. 1. §. accusationem. ff. ad turp. Nor.
11 etiam quòd si reus iurauit † dicere veritatem, & postea dicit mendacium, vt saluaret vitam, quia negauit omnia contenta in ea vera esse, licitè potuit hoc facere, vt mortẽ euitaret, quia iura permittunt vnicuiq; vitam & sanguinem proprium quouis modo redimere, & non tenebitur de periurio, vt not. in l. 1. ff. de bon. eorum, vbi Alex. in appost. ad Barto. in fin. dicit ita fuisse consultum per plures peritos doct. Prædicta tamen intellige vera, quando est crimen tale, ex quo venit imponenda pœna sanguinis, vt l. transigere. C. de transs. & quod not. ibi glo. & Bald. in d. l. 1. ff. de bon. eorum. Berous. quæst. fam. 134. nu. 3. & dicit Boss. in titu. de periurijs, quòd ita praticatur,
12 nu. 3. Nunc quæro an inducię † deliberatoriæ sint per iudicem concedendæ in causa criminali? sicut in ciuili, vt in auth. offeratur. C. de lit. cont. Videtur quòd sic, quia in criminalibus proceditur ad similitudinem ciuilium vt l. absentem. ff. de pœn. sed in ciuilibus datur d. auth. offeratur, ergo, &c. Secũdò, quia vbi maius periculum est, ibi cautius est agendum. l. 1. §. patui enim refert. ff. de carb. edic. sed omnis causa criminalis est

maior qualibet pecuniaria. l. in seruorum. ff. de pœn. ergo &c. Alex. in l. 1. in prin. nu. 6. ff. de edē. Sed in contrarium est gl. peregrina in c. de inducijs. 3. q. 3. & dicit Bal. in sua pra. tit. de cit. & dil. in q. vtrum iudex possit minuere tempus, ꝙ interrogandus in criminali non habet dilationem ad respondendum, quia in facto suo non habet dilationem, cum possit scire, si est noxius, vel innocens, idem Bal. in l. cum falsum, nu. 2. ff. de acqui. hæred. & licet sit tex. in l. 2. C. de exhib. reis, ꝙ accusato criminaliter debent dari triginta dies ad componendos mæstos pœnates, dic secundum Barto. ꝙ illa est solennitas iuris ciuilis, quæ non seruatur, cum in criminalibus procedi possit de plano, ita dicit Bar. in extraua. ad reprim. verb. per ædictum. Conrad. vbi supra, nu. 2. & ista opinio seruatur de consuetudine, Sal. in d. auth. offeratur, nu. 6: Paul. de Castr. ibid. nu. 5. & 11. Conrad. pag. 32. nu. 5. Amad. de synd. nu. 184. Si reus confitetur delictum & culpabilem se reddit, non est aliter disputandum, sed in eum ferenda est sen
13 tentia, quia in confessum † nullæ sunt partes iudicis, nisi in condemnendo, l. proinde. §. notandum ff. ad l. Aquil. l. 1. C. de cōf. l. si debitori. ff. de iud. Rui. consi. 80. nu. 7. lib. 4. Viuius lib. cōmunium opin. verb. confessio facta sponte. Marsi. in prat. crim. §. quoniam, nu. 18. Imo. consi. 109. & hanc praticam seruat totus mundus, vt dicit Sal. in l. 2. nu. 7. C. de cust. reorum. Guid. Pap. decis. 339.
14 quidam inculpatus. Et not. ꝙ quando reus † confitetur omnia & singula contenta in querela vel inquisitione vera esse, confitetur non tantum factum principale deductum, sed etiam omnia accessoria & omnes qualitates etiam incidenter insertas, ita dicunt Bar. Bal. & Ang. in l. si cui, la seconda, §. 1. ff. de leg. 1. Ange. de malef. verb. com-
15 paruerunt, gl. 1. Aduerte etiam, ꝙ confessio † facta super crimine plenè preiudicat, quando fit in iudicio, etiam nullo præcedente processu, arg. c. atsi clerici, de iud. & sing. no. Inn. in c. qualiter & quando, il secondo, de accus. Bar. in l. si confessus ff. de cust. reo. vbi dicit dictū Inno. habere locum
16 quando cōfessio sit principaliter † & propter se tunc enim valet sine processu, arg. illius. l. secus si fiat incidenter per quandam consequentiam. l. si filium. C, de lib. ca. quod Bar. dictum not. pro limitatione doctrinæ Inno. & pro hac limitatione est glo. sing. in c. ex pœnitentibus, 50. dist. in fin. quæ dicit, ꝙ si promouendus cōfitetur suum crimen, non debet ex hoc puniri, sed repelli ab ordinis susceptione, quia ad hoc non agebatur. Et satis est secundum terminos nostræ const. ꝙ confessio sit facta coram iudice qnamuis pro tribunali non sedeat, arg. l. voluit. ff. de int. act. quia vult, ꝙ Iudex possit procedere summariè de plano sine strepitu & figura iudicij, quo casu quan-
17 do hæ clausulæ † sunt simul iunctè, intelligitur datus terminus procedendi secundum terminos clem. sæpe, de verb. sign. Abb. in c. 2. de conf. Et
18 quamuis confessio incidenter † facta non sufficiat ad imponēdum pœnam ordinariam, potest tamen iudex inchoare nouum processum, & adducere illam confessionem ad probationem delicti, casus est sing. secundum vnam lect. in c. 2. de conf. ad quod facit, quod no. Inno. in c. per inquisitionem, de elect. & quod voluit Ioan. And. post Compost. in c. mandatum, de rescrip. vbi dicit
19 ꝙ si in causa beneficiali reus cōfitetur se ius non habere, & actor nihil probet de iure suo, ꝙ inferior à Papa nō potest procedere super illa instantia contra reum confitentem, quia nihil potest vlrra libellum. c. licet Hely. de symo. l. vt fundus. ff. cōmuni diuid. & l. fi. C. de fid. lib. sed inchoando postea nouum indicium per viam inquisitionis poterit contra illū procedere & punire, Butr. & Abb. in c. causamq;, de testi. Secus in Papa, qa potest & cōsueuit statim super illa instantia contra vtrumq; pronunciare, & alio conferre beneficium, Abb. in d. 2. de cōf. Arch. & alij scrib. in c. fin. de iureiu. lib. 6. & specul. in tit. de act. & pet. §. super petitionibus, versi. quòd si reus. Praterea
20 aduertendum est, ꝙ reus † potest reuocare suam confessionem, probando contrarium, quia ad defensionem semper probationes, & quandocunq; debent recipi, ne innocens indebitè puniatur per l. diui fratres. ff. de pœn. etiam si sententia esset lata. Ista intellige dummodo calumniosè ista non fiant, per ea quæ not. Bal. in l. à procedente. C. de dilat. c. cum dilecti, vbi Butr. & Abb. de accus. Vnde dicit Specu. tit. de conf. §. fi. versi. cæterum, ꝙ si fui confessus me occidisse hominem, nunc probo eum viuere, admittor ad reuocandam illam confessionem. l. inde Neratius. §. fin. ff. ad l. Aquil. & ibi in add. dicit Io. And. quòd siquis vulnerauit aliquem, quem fortè credidit occidisse, & captus sic confessus est, etiam amici admitti debent ad probandum, ꝙ ille viuit. Aret. c. cum dilecti, in vlt. verbis, de accus. Bosi. in tit. de cōf. nu. 60. & in tit. de defens. reorum, nu. 4. & multa, quæ contra confessionem deduci possunt, ponit Clar. in §. fin. q. 55. & obserua, quòd confesso est dandus terminus defensionis, Iul. Clar. vbi supra
21 q. 64. Sed nunquid in confessione † reorum testes sunt adhibendi? Non videtur necesse, cum actis sine testibus sit credendum, arg. l. in donationibus. C. de donat. Sed contra videtur in l. 2. C. d̄ cust. reorum, ibi. Ita enim quasi sub publico testimonio cōmemoratio admissi criminis fiet. Sed dic quòd illa l. intelligitur in confessionibus factis in tormentis, vt patet in fin. vbi dicitur. Vt iudicibus immodicè sæuientibus freni quidem temperies adhibita videatur, Bonif. de malef. tit. de perseue. post torm. dicit quòd tutius est, quòd adhibeantur saltem duo testes. l. vbi numerus. ff. testi. & omnia scribi debent in actis, alias nō creditur. c. quoniam contra, de proba.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Reus negans delictum carcerandus in grauibus.*
2 *Carceratus an poterit recomendari?*
3 *Confessio aut contractus in carcere factus quando valeat.*
4 *Tyrannus compellens vendere carcerando retractatur venditio.*
5 *Carceratus dicitur qui ad sui libitum recedere non potest.*
6 *Statutum mandans aliquem carcerari quomodo intelligatur.*
7 *Carceratus quandó sit relaxandus, quando cōstat de innocentia.*
8 *Lite pendente nihil est innouandum.*
9 *Cautela pro carcerato quando cōstat de innocētia.*
10 *Quid significet sub fida custodia.*
11 *Iniustè carceratus potest impunè aufugere.*
12 *Iudex est obligatus visitare carceratos.*
13 *Custos carceris non potest relaxare carceratum etiam iniustè absq; iudice.*
14 *Nec iudex hoc mandare potest nisi ex iusta causa.*
15 *Carceratus aufugiens cum altero ex custodibus, alter non tenetur.*
16 *Iniustè captus fugiens non tenetur de fuga.*
17 *Carceratus si non habeat, alendus est aliunde.*
18 *Effractor carceris, quamuis illud crimen non commiserit, habetur pro confesso.*
19 *Nisi reperijsset carcerem apertum.*
20 *Dummodo extraneus nō exemerit etiā ostio apto.*
21 *Si carceratus aufugiat in culpa præsumitur custos.*
22 *Idem si reperiatur mortuus.*
23 *Cautela ad excusandū custodē à morte carcerati.*
24 *Si carceratus se occidit non contra iudicem sed custodem præsumitur.*
25 *Carcer ad custodiam inuentus.*
26 *Aliquando carcer est ad pœnam.*
27 *Iudex secularis non dānat ad carceres perpetuos.*
28 *Non posset si statutū hoc dictaret, vel in seruo.*
29 *Iudex ecclesiasticus condemnat ad perpetuos carceres.*
30 *Si aliquis detinet pulchram mulierem an committat priuatum carcerem.*
31 *Carceratus omni die potest appellare.*

h CARCERE] Vbi reus negat se culpabilem de delicto, tunc iudex inquirit qualitatem criminis, an sit graue vel læue, si sit graue †
1 iudex illum carcerare faciet, Iul. Clar. §. fi. q. 46. in prin. & dicitur graue delictū, pro quo quis debet personaliter puniri secūdum Gand. de malef. tit. de quæst. & torm. Stat igitur hoc in iudicis arbitrio, qui æstimabit pro qualitate criminis, vel propter honores & amplissimas facultates, vel pro innocentia personæ, vel qualitate & dignitate eius, qui accusatur. l. 1. ff. de cust. reo. Intelligas semper præcedente qualiquali infamatione de delicto, Ang. de Castr. in consi. 94. nu. 2. inter consi. crim. Cæpol. Blan. in l. si. nu. 6. ff. de quæst. Bosi. in tit. de capt. nu. 3. subdens, ꝙ boni iudices ita seruant, Carauita super ritu 39. & 41. vica. & ibi Cauēs. Si aliquis sit in carcere positus ex vna
2 causa, an possit ad alterius † instantiam recomandari in ijsdem carceribus ex alia causa? istam q. format prat. Papi. in for. inqui. & eam non soluit, sed remittit ad not. per Bart. in l. 2. ff. de cust. reo. Tu dic ꝙ sic, facit quod not. Barto. in q. incip. Lapus, quod est verum, dūmodo processus per primum officialem inchoatus non impediatur, immo primo expediatur, ita dicit Bart. in l. si cui. §. fi. ff. de accus. nec per eam impediri potest executio primæ pœnæ, quod intellige vt not. Bar. in d.
3 l. 2. Quæro subsequenter, nūquid confessio † vel alius contractus factus in carcere valeat? Hanc q. ponit Bar. in l. qui à latronibus. ff. de testa. Bal. in l. vna. C. de conf. Ang. in l. qui in carcerē. ff. quod met. ca. Circa quam ita cōcludunt aut quis est in carceribus iustè, & tunc valet cōfessio, & omnis contractus factus in carcere cum quacunque persona, etiam si fiat cum faciente illum detinere in carcere, vel ad eius instantiam. Aut quis est carceratus iniustè, & tunc si contractus fiat cum detinente, vel confessio ad illius instantiam non valet, neque tenet d. l. qui in carcerem. Si autem contractus celebratur cum alia tertia persona, vel cōfessio emanasset ad illius instātiam bene valeret. l. metū. §. sed licet. ff. quod met. cau. Marsi. in prat. crim. §. attingam. nu. 2. limita tamē hoc dictum scḋm Paul. de Cast. in l. non interest. ff. eo. Si aliqs
4 Tyrannus † vult extorquere pecuniam à suo subdito, quia nō habet pecunias ad manus facit eum carcerari, qui carceratus si vult exire cogitur vendere agrum proprium cuidam pecunioso, qui libenter emit, credens securè emere, & soluit pecuniam illi carcerato, vel alteri accipienti pro eo, & postea Tyrannus aufert ei pecuniam, nam hoc casu, ipse cōpulsus vendere, poterit recuperare suum agrum ab illo emptore non restituto pre-
5 tio. Et dicitur quis carceratus † quando est in loco à quo non potest recedere ad sui libitū vt not. Ang. in d. l. qui in carcerem. Vnde si iudex tenet
6 aliquem in carcere ex forma statuti † vel Principis mandato poterit ipsum detinere in camera, ita quòd non recedat, & dicitur satisfeciſſe statuto, facit tex. in l. succurritur, cum seq. ff. ex quib. cau. ma. Hoc verum est nisi in literis dicatur vel statuto, ꝙ ponat eum in carcere publico. Nā tūc non dicitur satisfactum, nisi ponatur in carcere publico vbi alij poni solent, ita dicit Lanfr. in c. quoniam contra, verb. confessiones, num. 23. de
7 prob. Aliquis † accusatus de crimine capitali est positus in carceribus, an debeat priſtinæ libertati remitti post sententiā absolutoriam, an ante. s. postquam constat per probationes ipsum nō deliquisse? Scis enim ꝙ lite † pendente nihil est innouandum vt ff. nil no. & extra vt lit. pend. Et dicitur lis pendere post litis contestationem cap-

ſuper quæſtionum.§.quòd ſi delegatus, & ibi gl. de off.deleg.§.omnem,in auth.de litig. ergo non videtur relaxandus. Sed contrarium eſt verum, per tex. in l. nullus.C.de exhib. reis, ibi, ac tãdiu pari cum accuſatore fortuna detineri, donec repererit cognitio celebrata diſcrimen, & illũ tex. no. Iac. Butr. & Bal. in l. ſed etſi is.ff. de in ius vo. Quod bene not. vt quando habes reum carceratũ poſsis eum à carcere relaxare, poſtquam per probationes de ſua innocentia cõſtat, ante non. Cy. Bal. & Sal. in d.l. nullus, Ro. ſing. 496. accuſatus, Marſi. in pra. crim. §. attingam, nu. 13. & 16. ſing. 381. & in rub. de fideiuſ. nu. 219. Boer. in conſu. Bitur. tit. de iuriſd. om. iud. §. 14. glo. 1. & 2. Caſſan. in conſi. Burg. tit. de iuſtices, rub. 1. §. 5. nu. 170. Carauita ſuper ritu 40. vica. in prin. praxis tamen obſeruat, ꝙ præſtetur fideiuſsio in relaxatione de ſe repreſentãdo toties quoties, Boſſ. tit. de ſent. nu. 61. Et valet hoc dictum pro accuſato, nam ſi non relaxaretur ante ſententiam, non poſſet poſtea, ſi pars aduerſa appellaret, qa nil nouiſ.

9 Et ideo do tibi cautelam † vt quando dubitas, ꝙ pars aduerſa appellet, poſt ſententiam abſolutoriam (vt faciunt hi calumnioſi & peſsimi accuſatores) relaxes eum ante ſententiam, & poſtquam tibi conſtiterit de ſua innocentia. Si iudex præci-

10 pit, ꝙ aliquis detineatur ſub fida † cuſtodia, an debeat mitti in carcerem? Dic ꝙ nõ, gl. eſt (quam ad hoc reputo ſing.) in l. agens. C. de curi. lib. 12. vbi dicit, ꝙ aliud eſt mittere in carcerẽ, & aliud eſt ſub fida cuſtodia detinere, & hoc voluit ibi Bar. & facit ſecundum eum tex. in l. 2. C. de exact. trib. lib. 10. Sed tex. videtur in cõtrarium in l. aut facta. §. ſolent. ff. de pœn. vbi carcer ſit ad cuſtodiam, & idem in l. 1. C. de priua. carc. & in l. increbibile. C. de pẽn. quod eſt verum, vbi eſt certa pẽna, quia tunc dicitur carcer ad pœnam non ad cuſtodiam, vt in l. 1. §. fi. ff. de alea. Bart. in d. §. ſolẽt. Et de iure canonico carcer eſt etiam ad pœnam. c. quamuis, de pœn. lib. 6. Bal. conſ. 443. in fi. lib. 3. quæ pœna Venetijs frequentatur, Mantua obſerua. 96. col. 6. Iul. Clar. §. fin. verſi. pœna autem. q. 70. No. vnum ſing. quod ponit Io. And. in add.

11 ſpec. in rub. de iureiu. de iniuſtè † incarcerato, ꝙ iurauit cuſtodi, ꝙ ſi eum relaxaret, vt poſſet ire ad audiendam miſſam, ꝙ ea audita ſtatim reuerteretur ad carceres, qui poſtea intrauit eccleſiã, & noluit exire, nec reuerti ad carceres, an hoc ſibi licuerit? decidit ibi ꝙ ſic, pro quo facit optimè, quod voluit Bar. in l. vis eius. C. de prob. vbi dicit, ꝙ ſi aliquis iniq; detinetur ab aliquo Capitaneo, & aufugit nõ tenetur. Aduertas inſuper tu

12 iudex † ꝙ obligaris viſitare carceratos, & curare vt habeant neceſsaria ſibi. l. 3. C. de epiſc. aud. & ſi vides aliquem carceratũ ſine cauſa, potes ad nullius petitionem ex mero officio relaxare, vt not. Bar. in l. ſiquis vxori. §. ſi fugitiuum. ff. de fur. & eſt gl. in l. fi. C. de erog. mil. ann. lib. 12. quam gl. Aret. in §. fi. inſt. de act. ſing. dicit. Et hoc Hiſpaniæ ſeruari teſtatur Ant. Gomeſ. c. 9. delict. nũ. 7. in fin. & idem Mediolani fieri, refert Iul. Clar. in §. fi. q. 46. verſi. ſcias etiam. Et ſi iudex hoc non facit alet de ſuo per l. iudices. C. de epiſc. aud. not.

13 Corſet. verb. audientia. Aduertat tamen cuſtos † carceris, ꝙ ſi ipſe ſine mandato iudicis relaxaret etiam illum, qui ſine cauſa eſt carceratus tenetur, alias tenetur iudex ſi minus q̃ iuſtè mandauit, ꝙ relaxaretur, vt not. Bar. in d. §. ſi fugitiuum. Et ſic dictus cuſtos debet ſemp de mandato iudicis præcipientis ſibi (ꝙ relaxet) facere apparere in ſcriptis. Paul. de Caſt. in l. neq; impuberes. §. 1. ff. de in ius vo. & iſtud ſeruarĩ in magna curia teſtatur Carauita ſuper ritu 43. nu. 6. vbi formã ſchedu-

14 læ relaxationis ponit. Et è cõtra tu Iudex † benè aduertas, qualiter manda aliquem carceratũ relaxari, ne poſtea tenearis in ſyndicatu fiſco vel creditori ad intereſſe, ita dicit ſe praticaſſe Ang. de malef. verb. ꝙ fama publica, verſi. & aduertas

15 dum eram. Si ſunt † duo plures ve carceris cuſtodes, & vnus ex eis aufugiat cum carcerato, alij cuſtodes aliquo modo non tenentur pro illo carcerato qui aufugit, vt eſt tex. in l. pen. §. 1. ff. de cuſt. reo. idem etiam dicit Bal. in l. filio exheredato. §. eius qui. ff. de iniu. teſt. quod dicit ſemel habuiſſe de facto Ang. vbi ſupra, in ciuitate Caſtelli. Si qs

16 fuit iniuſtè captus † & detentus & aufugit non tenetur de fuga Barto. in l. uis eius, & alij ibi. C. de prob. Carrer. in ſua prat. tit. de appel. verſi. 14. Quid ſi carceratus iniuſtè detinebatur? tunc ſi aufugiat non punitur nec habetur pro cõfeſſo, hanc eſſe cõmunem doctorum ſentẽtiam dicit Rolan. conſi. 7. nu. 47. lib. 1. Did. lib. 1. reſol. c. 2. nu. 11. Duenas regul. 393. limit. 4. Petr. à Placa lib. 1. de

17 lict. c. 23. nu. 6. Si carceratus † non habet vnde ſe alat, debet ali per eum, qui fecit incarcerare, gl. in d. l. fi. C. de erog. mil. an. vbi Bart. in l. ſanctum. ff. de rer. diui. Ang. in l. minimè. C. de app. Io. Fab. in §. fi. inſt. de act. Et ſi denegentur alimenta, aut lectus per carcerari facientem, carceratus poteſt cõtra eum agere actione iniuriarum. l. ſi victum. ff. de re iud. Bar. in l. necare. ff. de alim. leg. In cauſa criminali quamuis carceratio, in qua quis famem & frigus patitur, cenſeatur tortura ſecundũ Bar. in l. 1. §. diuus. ff. ad Syl. Capy. deciſ. 145. Gram. conſi. 60. nu. 4. Anch. conſ. 24. nu. 4. Alex. conſi. 52. nu. 3. lib. 3. tamen carceratus debet ſibi ipſi adminiſtrare expenſas. l. quemadmodum. §. magiſtratus. ff. ad l. Aquil. c. ne religioſi, in fin. de regu. & ſi non habet, debet de publico prouideri. l. lege, cum ibi no. ff. ad Syl. l. diuus. ff. de bo. dam. l. circenſium. C. de cur. lib. 10. Præterea aduertas,

18 ꝙ ſiquis † fuit potitus in carcere pro aliquo crimine, etiam ſi dictum crimen non commiſerit. tamen ſi effracto carcere aufugerit, habetur pro confeſſo dictum crimen, & contra eum tanquam dictum crimen cõmiſiſſet procedi põt, vt eſt tex. in

l. in eos, & ibi gl. & Bar. & in l. fi. ff. de cuſt. reo. Rip. in l. admonendi, nu. 170. Duenas reg. 389. Boer. deciſ. 215. nu. 9. Seruat tamen curia Neap. ꝙ ſic aufugientes grauius torqueãtur, Gram. vot. 37. idem Senatus Mediolani Iul. Clar. §. fi. q. 21. verſi. tertio autem. Tamen not. ꝙ ad hoc vt fuga de carcere inducat plenam probationẽ propter fractionem carceris, opus eſt, ꝙ fugiens fregerit

19 carceres, alias ſi reperiret † hoſtium apertum & negligentia cuſtodis aufugiſſet illo modo & illa pena nõ debet puniri, ita ĩ terminis voluit Guil. Cun. in l. ſuccurritur. ff. ex quibus cauſ. ma. & ibi Bal. Ang. in l. 1. ff. de effrac. & ſubdit Bald. in d. l.

20 ſuccurritur, ꝙ ſi extraneus † illum exemit, tũc eſt violator carceris, & tenetur pœna frangentis carceres & habetur pro confeſſo, quamuis exiuerit

21 per hoſtium. Si carceratus † aufugerit, præſumitur cuſtos carceris in culpa, niſi probet cõtrariũ, l. fi. ff. de cuſt. reo. cũ ibi no. l. ſiquis ex argẽtarijs. §. fi. ff. de ede. Paris de Put. de ſynd. verb. an ſi plu-

22 res. Inſuper not. ꝙ ſi carceratus † reperitur mortuus, tunc præſumitur contra ipm Cõmentarien ſem, qui eum retinebat in carcere, q̃ niſi probet, ꝙ non dolo vel eius culpa ſit mortuus tenetur, de quo eſt gl. ſing. in l. cũ reus. §. ſpecies. ff. de leg. 2. dnt tñ ſcrib. in d. l. ſiquis ex argentarijs. §. Prætor

23 in fi. ꝙ hodie cuſtodes † carcerum adhibent hanc cautelã, quãdo aliquis eſt mortuus in carceribus adhibent medicos, qui dicunt mortuum abſq; illorũ culpa & morte ſua, & ita faciũt, notariũ eſſe rogatũ, hoc probat 1. ſol. glo. in d. §. ſpecies, & eſt tex. in l. fi. & ibi Ang. ff. de cuſt. reo. Si carceratus

24 † vero ſe interimit aut ſe ſuſpendit, iudex non tenetur tex. eſt & ibi Flor. in l. quẽadmodum. §. magiſtratus. ff. ad l. Aquil. cõtra tñ carceris cuſtodẽ

25 præſumitur, vt ſupra dixi. Carcer † regulariter ad cuſtodiã non ad pœnã eſt iuuentus. l. aut damnũ. §. ſolent. ff. de pœn. ſed ſi punitio delicti nõ expectat aliã pœnam à lege vel ab homine imponen-

26 dam, tunc carceratio † à lege ordinata datur in pẽnam, l. 1. in fi. ff. de alea. & in caſu ſpeciali in l. nemo, & ibi Ang. C. de exact. trib. lib. 10. ita dicit Sal. in l. 1. C. de cuſt. reo. Et intellige hoc ẽt verũ, qñ carcer non habet in ſe aliquod aliud accidens, vt eſt in caſu pulchrè declarato per Bart. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de q̃ſt. & vide Bal. in auth. ſi cap-

27 tiui. C. de epiſc. & cler. Sed an Iudex † ſecularis poterit damnare ad perpetuos carceres? Dic ꝙ nõ, vt no. Bar. in l. 2. ff. de pub. iud. & eſt tex. in d. §. ſolent, & l. ſeruus eo. ti. ꝙ intellige de iure, quia per

28 ſtatutum † bene põt induci, vt dicit Bal. in l. reos, col. 2. C. de accuſ. Intellige ſecundo in homine libero, ſecus in ſeruo, vt pulchrè declarat Bal. omnia iſta in l. 1. C. qui ad lib. procla. non poſ. per illum tex. & l. capitaliũ. §. ſolent. ff. de pœn. Et quã-

29 uis iudex † eccleſiaſticus poſsit condemnare ad perpetuos carceres. c. q̃uis, de pœn. lib. 6. intelligas hoc eſſe verũ contra clericos nõ cõtra laicos, etiam qñ laici pp crimen efficerentur de foro ec cleſiaſtico, ita dicit Ro. ſin. 184. tu ſcis ꝙ de iure

30 ciuili. Quid ſi aliquis † retineat aliquã perſonã, non vt captam teneat, ſed alia cauſa, vt qa retinet pulcrã mulierẽ recluſam cauſa libidinis, an dicatur retinere in priuato carcere? l. 1. C. de priu. carc. Bar. videtur tenere ꝙ nõ in l. verũ. ff. de fur. vbi multũ eleganter diſtinguit, dic vt ibi p eum. Sed contra ſuã deciſionẽ multum facit. l. qñ multa. C. de vi pub. Sed vera deciſio huius q. põt colligi ex his quæ dicta ſunt per Bar. & Ang. in l. diuus

31 ff. de Sicar. Præterea no. ꝙ carceratus † pro cauſa criminali omni die etiam poſt latam ſententiam ſtando in carcere poteſt appellare, ita dicit Spec. tit. de app. §. reſtat, verſi. & no. ſcdm & verſi. quid dices, in fi. faciunt quod no. gl. & doc. in l. 2. C. de ſer. & aq. Bald. in l. 2. C. de epiſ. aud. & illam doct. Specu. approbat Butr. licet ad aliud propoſitũ in c. ex parte, de app. & in c. dilectus filius, de reſcri. Quæ perſonæ carcerari poſsint in cauſis criminalibus, explicat Iul. Clar. in §. fi. q. 27. verſi. quæro igitur.

SVMMARIVM.

1 *Reus in læuibus relaxatur fideiuſſoribus.*
2 *Læuia crimina quæ dicantur.*
3 *Reus fideiuſſoribus relaxatus, ſi iterum citatus non compareat quid agendum.*
4 *Quomodo agatur contra fideiuſſores illius.*
5 *Nõ admittũtur fideiuſſores ſi velint reũ dfendere.*
6 *Illis inducię dabuntur ad eum repreſentandum.*
7 *Officiales dcõſuetudine nõ recipiũtur ĩ fidiuſſores.*
8 *Iudex relaxans reum non idoneis fideiuſſoribus, reum poteſt iterato capere.*
9 *Qui alias de carceribus aufugit, non eſt relaxandus fideiuſſoribus.*
10 *Delictum confitens, ex quo poteſt fideiuſſoribus relaxari, poteſt detineri ad oſtendendum mandatores & ſocios.*
11 *Fideiuſſio eſt latè extendenda.*
12 *Iudex non accipiens idoneos fideiuſſores tenetur fiſco in ſyndicatu.*
13 *Pro iudice cautela eſt, vt accipiat approbatorem.*
14 *Sibi præiudicat, qui ſcienter minus idoneum capit fideiuſſorem.*
15 *Si principalis eſt idoneus ſufficit q̃lisq̃lis fideiuſſor.*
16 *Qui fideiuſſor dicatur idoneus.*
17 *Laudãs nõ tenetur tanq̃ approbator, niſi affirmet.*
18 *Fideiuſſor idoneus ſi efficiatur nõ ſoluẽdo, fideiuſſio eſt renouãda in iudicialib. nõ in cõuẽtionalib.*
19 *Siquis patitur ſe nominari in fideiuſſorem pro maleficio, & tacet, obligatur.*
20 *Fideiuſſor de repreſentando liberatur lata ſententia, ſi eum exhibeat.*
21 *Si addatur & oẽm codemnationem ſoluere, adhuc eſt obligatus.*
22 *Fideiuſſor promittens libere ſoluere, nõ renuntiat beneficio excuſſionis.*
23 *Reus quamuis ſoluendo ſit, ſatisdare debet.*

24 *Agit actione iniuriarũ contra iudicem, si eum non relaxat fideiussore exhibito.*
25 *Quando ingeritur pœna pecuniaria reus fideiussoribus relaxatur, quando sanguinis nequaquam.*
26 *Idem si sit corporis afflictiua in subsidium.*
27 *Valet consuetudo, vt quis relaxetur fideiussore, quando est imponenda pœna corporalis.*
28 *Iudex ex causa hoc facere potest.*
29 *Quæ sit iusta causa sic relaxandi.*
30 *Fideiussio pro maleficio non transit in hæredes.*
31 *Pœnalis tamen promissio transit in hæredes.*

1 FIDEIVSSORIBVS] In læuibus crimi-
1 nibus reus fideiussoribus est † relaxandus. l.1.l.diuus,& l.si confessus.ff.de cust.reo. Anto. Gomes.in c.9.delict.nu.8.qui ait hanc esse cõem doct.opinionem, intellige dũmodo offerat præstare fideiussorem, Iul.Clar.in §.fi.q.46.versi.in
2 hac autem,& quæ crimina dicantur læuia † explicat Bar.in l.lęuia.ff.de accus.& in l.non solum.§. si mandato.ff.de iniu.& in consi.217.ad declarationem,glo.in c.cum illorum,verb. effusionem, de sent. exc. quæ dicit committendum esse arbitrio iudicis,Cæpol.cõs.34.Ang.de Malef.verb. hæc est quędam inquis.versi.sed in criminibus lę uibus,dicens Alci.in c.cum non ab homine,post nu.28.de iud.hanc esse communem doct. opinionem.Et semper intelligas,quando non infligitur pœna sanguinis vel corporis afflictiua fore accusatum fideiussoribus relaxandum. Xuares in volum.alleg.fog.693. in qua allegatione valde eleganter loquitur in hac materia,& aliqua p Franc. Marc.decis.797.part.2. Sed pone negauit se fore
3 culpabilem accusatus † & dedit fideiussorem de parendo iuri,& de soluenda condemnatione,& si relaxatus à carcere, postea ante cõdemnationem requiritur,& in contumacia persistit in non veniendo,nunquid eius bona erunt annotãda? Dic q̃ non,immo alio modo procedetur cõtra eum, quia imponetur ei pœna pecuniaria.l.1.ff.siquis ius dic.non obtemp.& si adhuc in cõtumacia per seueret (sæpius admonitus) debet relegari.l.absentem.§.aduersus.ff.de pœn.Sed nunquid possit
4 procedi contra fideiussores † admonitos, q̃ principalem representent,& si potest procedi qualiter procedetur? Respon.contra fideiussores potest procedi hoc modo,quia aut promiserũt certam pœnam,sub qua illum accusatum exhiberẽt, & tunc ad pœnam promissam agetur, l.1.ff.siquis caut.l.siquis reum.ff.de exhib.reis,& ita seruatur cõmuniter pro quo tex.in l.4.ff.de cust.reo. Carauita super ritu 44.vic.nu.9. Si autem non promiserunt pœnam,sed simpliciter promiserunt illum exhibere, tũc pœna pecuniaria potest iudex eos punire, quia iudici non obtemperauerunt iubenti reum exhiberi.l.1.ff.siquis ius dic. non obtemp.& hæc pœna seu multa applicatur fisco.l. multarum.C.de mod.mul. Et hoc est quando fideiussor non est in dolo, quia non exhibet reum, si autem dolo fiat,quominus eum exhibeat,poterit extra ordinem puniri,l.siquis reum.C.de req. reis.l.siquis barsatoram.C.de fideiuss.Ias.in l.1. ff.de in lit.iur. Fel.c.2.col.2. de const.Cassan. in consi.Burg.tit.des iustices,rub.1.§.5.num.169. Mileus in prat.fog.10.nu.66. Carauita super ritu 160.nu.4.vic.Guid.Pap.decis.570.nu.3. Sed pone q̃ fideiussores nõ possunt præsentare reum, pro quo fideiusserunt, sed volunt eum in iudicio defendere plenè,& in se iudicium suscipere, quæ
5 ritur an possunt? Vel pone,q̃ petunt inducias ad eum præsentandum secundum q̃ in causa ciuili conceditur fideiussori,vt in l.sancimus.C.de fide iuss? Respon. Primum non admittitur † q̃ possint illum defendere,quia ad crimen publici iudicij frustra paocurator interuenit.l.pen.§. ad crimen.ff.ad pub.iud. præterquam si sit illustris persona.l.fi.C.de proc.Item quia puniretur qui nullum maleficium commisit contra iura,cum pœna suos debeat tenere autores.l.sancimus.C. de pœn.Itẽ si fideiussor puniretur capite vel in personá vel regularetur,aut exportaretur, nunquam hæc posset repetere,& hoc intelligas quando ille reus erat puniendus pœna relegationis & vltra, quia aliàs admitteretur defensor. l. seruum quo que.§.publicè.ff.de procur.& dicto §.ad crimen.
6 Quòd autem fideiussor † posit præsentare,bene dabuntur inducię ita dicit Gand. de malef. tit. quid sit agend. reo pres. specul.de accus.§.sequitur, versi.sed si dedit fideiussorem. Non intelligas hodie quòd habeat dilationem iuxta dispositionem. d.l. sancimus,quoniam stipulatur fideiusio de illum præsentando ad omnem iudicis requisitionem, & sic dilatio erit concedenda arbitrio iudicis Iul. Clar.d.q.46.versi. sed hic quæro,posset tamen purgare moram infra breue tempus, Grama.decis.95.Et si promisisset repræsentare infra mensem,an tunc requiratur interpellatio vel absque ea constituatur in mora, vt in pœnam incidat, & illam morã possit purgare? hoc perbelle discutit Rot. Pedem.decis. 49. Vnum not.q̃ iudex,quia est persona publica potest fide iubere pro vna parte de iure, & tenetur per ipsa fideiusione, tex.est not. secundum vnum intel. in l.siquis vxor.§.si fugitiuum.ff.de fur.& not.in l.Romanus.ff.de cur.& tut.dat.ab his,sed nõ seruatur de consuetudine,q̃ officiales † recipiantur
7 in fideiussores,vt dicit par.Put.de synd. verb. fideiussor. Tene etiam mẽti quod dicit Bal.in l.1. ff.qui satisd. cog. & in l.1.ff. siquis in ius vo. non
8 ier.q̃ si iudex † maleficiorum acceptauit fideiussores non idoneos & captum relaxauit,nihilominus potest iterum capere reum facere, vt iterum præstet fideiussorem,quo præstito,nihilominus priores fideiusores sunt obligati, & in hac materia bene faciunt tex.in l.siquis ab alio,& in l.4.§. ait prætor. ff. de re iud. & in l. solutiones. C. de sol.

sol. Ang. de malef. verb. fama publica. q.10. & seq.vbi etiam Apost. Præterea aduertas, q̃ licet
9 quis † esset fideiussoribus relaxandus, si tamen alias de carceribus aufugit,carcerandus est,& diligenter custodiendus,& per hoc amittit beneficium.l.1.ff. de cust.reor.simil. glo. est in l. lege, verb.ex vinculis.ff.ad Syl.Paris Put.de synd. ver.
10 carcer, cum seq. Aliquis † confitetur delictum, & est tale, q̃ debet fideiussoribus relaxari iuxta not.in d.l.1.ff.de cust.reo. An sit iusta causa detinendi & carcerandi eum,vt doceat socios mandatores & auxilia tores? Dic q̃ sic,vt not. Bar.in l. 2.§.pen.per illum tex.ff.de iu.fis. q̃ intellige verum quando sumus in casu, quo possit de socijs interrogari,iuxta not.in l.fi.C.de accus.ita tenẽt
11 ibi Cy.& Sal. Aduertat iudex † in cautione recipienda, vt dictam fideiusionem late capiat, vt comprehændat etiam casum in quo reus appellaret,& per iudicem appellationis fuerit iudicatum,q̃ etiam fideiussor teneatur. Et sic dicat, q̃ Titius promisit stare iuri, & soluere omnem condemnationem de eo & ex dicto processu in õem causam quotiescunque qualitercunque & quandocunque,& per quemcunque fuerit iudicatũm, arg.l.postea.ff.de arb.& ibi glo.in simili. Vel dicat, si per dictum iudicem fuerit iudicatum vel per iudicem appellationis. Boer. decis.315.nu.
1.Paris.cons.171.nu.30.lib.4.& hanc cautelam tradit Arc.in §.sed hodie, co.1.inst.de satis.alias autem nisi ista verba in fideiusione apponantur,statim cum appellatum fuerit,fideiussor erit liberatus.l. cum apud,& ibi Bar.ff.iud. sol. & dicit Bald.in l. Iulianus.ff.qui satisd.cog.q̃ etiam si iuramentum interuenisset, procedit dispositio d.l.cum apud,allegat glo.3.q.4.c. quod bene, & ibi in effectu ipse concludit, q̃ si iudex appellationis firmat simpliciter primam sententiã,cum tunc ex prima sententia detur actio, fideiussores etiam tenentur in causa appellationis, secus si iudex aliquid adderet, vel detraheret sentẽtiæ,quia tunc ageret ex secũda sententia, ideo fideiussores dati in prima nõ tenentur in ista secunda, & hoc dicit vtilissimum scire propter causas criminales,quando reus appellat, an fideiussores dati teneantnr etiam in causa appellationis, secus si iudex aliquid adderet vel detraheret sentẽtiæ, quia tunc ageret ex secunda sententia, ideo fideiussores dati in prima non tenentur in ista secunda,
12 Consideret etiam iudex † q̃ si fideiussores nõ idoneos recipiat tenetur fisco in syndicatu arg.l.1.§. sciendum.ff.de mag.conu.§.sciendũ inst.de satis. tut.quia si ibi iudex tenetur pupillo quando non accepit fideiussores vel minus idoneos à tutoribus,ergo eodem modo tenetur iudex reip. quando fideiussores minus idoneos recepit,cum resp. & pupillus equiparentur vt not. glo,& doct. in l.
13 fideiussores.ff. de re iud. Et ideo bona † cautela est,quando iudex vult recipere aliquem fideiusso rem q̃ habeat approbatorem, qui eum approbet pro idoneo,& ita seruari vidi Fabriani, quia Magistratus populi approbat fideiussores per bullet tinũ publicum. Ang. de malef. verb. pro quibus & quolibet,nu.13.Maria.in c.qualiter & quando post nu.236.de accus.Boss.tit.de carce. fideicõmissi,nu.7.vbi subdit,q̃ ipse vidit in contingentia facti,magnum quendam virum ante syndicatum ad soluendum pœnam quam promiserat fideiussor,Cæpol.caut.159.not. bonam praticam Cotta in memora.verb. fideiussor de iudicio. Rauen.in alphab. verb. fideiussor. Aduertat tamen
14 ille cui debet dari fideiussor † q̃ sibi præiudicat acceptando scienter minus idoneũ.l.inter causas §.abesse ff.mand.l.1.vbi Bal.ff.siquis in ius vo.& l.si fideiussor ff. qui satisd. cog. Et quando essent fideiussorum approbatores, ipsi tenentur l. cum ostendimus.§. fin.ff. de fid.tut.& in l. arbitrio ff. qui satisd.cog.Vbi autẽ iudex approbat aliquem esse idoneum,qui non est, tenetur ipse iudex, ac si ipse esset fideiussor,secundum Ang.in l.3.§.qui pro rei.ff.qui satisd.cog.per tex.in d.§.fi. Verum Raph.ibi tenet contrarium & illum sequitur Ias. ibi per tex. in l.eleganter.§.fi.ff.de dol. dicens q̃ dictus §.fi.loquitur quando talis approbatio est facta in iudicio, vel loquitur in electo ad approbandos fideiussores, sicut in simili loquitur.l.1. §.sciendum.ff.de mag. conue. Et quales esse debeant isti fideiussores, ponit Affl. in constit. humanitate,num.4.cum seq. Cassan.in cõsu.Burg. tit.des iustices,rub.1.§.5.nu.171. limita prædicta,quia licet fideiussor non sit idoneus, tamen si
15 principalis † esset multum idoneus,sufficit qualisqualis fideiussor, secundum glo.in l.mulier.ff. de iu.dot.pro qua facit.l.tam demẽtis.C.de epis. aud.& l.1.§.in agnato.ff.de mag.conu.Et idem si fideiussor est multum idoneus, & principalis nõ, quia per fideiussorem videtur suppleri patrimonium principalis debitoris.l.& nõ tantum.ff.de fideiuss.& l.si plures.§.fi.eo.tit.vbi dicitur q̃ videtur principalis soluendo, si eius fideiussor est soluendo secundum Bald.ibi,qui dicit q̃ non est
16 alibi. Dicitur autem idoneus fideiussor † si res suæ tanti valent,quanti est qualitas causæ.l. fideiussor iudicij. ff. qui satisd. cog. secundum glo. ibi.Iul.Clar.in §.fi.q.46.versi.cæterum. Si quis
17 laudat † & commendat fideiussorẽ esse idoneum, qui propter hoc fuit receptus,si postea reperitur non fuisse idoneum, commendator non tenetur, nisi hoc fecerit fraudulenter, per l. consilij.ff.de reg.iur. Si vero non consulendo sed affirmando hoc dixerit, tenebitur.l.3.ff.mand.l.aduersus.ff. de mag.conu.Si vero effuso sermone generaliter quis amicum suũ laudauit non tenetur.l.eleganter.§.pen.ff.de dol.vbi fideiussor fuit receptus & approbatus,& non fuit reclamatum, nõ debet de nouo satisdare, nisi de nouo calamitas superuenerit.l.si arbiter.ff. qui satisd.cog.Vbi vero tempo-

18 re obligationis fideiussor † fuit idoneus, & postea est effectus non soluendo, debet iterum cauere in iuditialibus, secus in conuentionalibus. l. prætoriæ, la seconda. ff. de præt. stip. l. si pupilli. §. soror. ff. de sol. & vide Bart. in l. 3. ff. de fideiuss. vbi glo. q̃ fauore dotis, si fideiussor datus efficitur pauper, tenetur iterum cauere, & in l. si finita,
19 in prin. ff. de dam. inf. Caueat quis † quia quoties pro maleficio alieno patitur se nominari i actis, & ipse incontinenti non contradicit, statim tenetur, licet expresse non dicat promitto & fideiubeo pro dicto inquisito, & iste est casus in d. l. cũ ostendimus. §. fi. ff. de fid. tut. quod not. quando aliquis inquisitus te præsentẽ nominat sic pro fideiussore, si non vis obligari, non permittas te scribi apud acta, immo statim contradicas, alias autem si taces obligaris. Item not. q̃ si fideiussor
20 † solummodo promisit representare reum, statim lata sententia, si eum exhibeat, liberatur, vt not. Bar. in l. siquis reum. ff. de cust. reor. Idem si promisit stare parere obedire mandatis curiæ, & dicti iudicis, quia talis fideiussor liberatur per sentẽtiam vt not. Bal. in add. spec. tit. de reo, vers. item sufficit, facit quod not. Dy. in l. continuus. §. cum quis. ff. de verb. obl. debet ergo addi promisit stare & parere mandatis dicti iudicis, & sol
21 uere † omnem condemnationem, quam de eo dictus iudex, vel iudex appellationis faciet. Vel si vis q̃ fideiussor teneatur etiam ad pœnam, quam incurrit non soluendo infra decem dies ex forma statuti vel etiam si in plus condemnaretur per suam negationem habitam, facias apponere, q̃ promisit non tantum pro pœna delicti, sed pro pœna dicti processus, sed pœna negantis & contumacis est pœna processus, ergo fideiussor tenebitur, ita dicit Bar. in l. 1. ff. de in lit. iur. Vel dicas q̃ promisit soluere iudicatum, vt quotidie fit l. iudicatum. ff. iud. sol. ita eleganter dicit Bar. in l. sanctio legum. ff. de pœn. Not. etiam q̃ fideius-
22 sor † si promisit soluere libere sine aliqua exceptione, per hoc tamen non intelligitur renuntiasse beneficio de fideiussoribus, quia prius excuti debet principalis debitor, quâ ipse fideiussor, cum istud veniat ex natura contractus. l. quæro §. inter locutorem. ff. loc. & illa verba sine aliqua exceptione intelliguntur de friuola. c. ex parte. 2. de off. del. ita dicit Rom. cons. 211. allegationes,
23 Aduerte etiam, q̃ vbi reus † est relaxandus fideiussoribus, non debet relaxari nisi datis fideiussoribus, licet possideat immobilia, iuxta. l. sciendũ §. possessor. ff. qui satisd. cog. quia posset effici nõ soluendo, & sic pœna esset eluſoria. l. si prætor. ff. de iud. Præterea. not. q̃ si aliquis esset fideiussoribus relaxandus, & ipsum iudex retineret, cui ido
24 neum fideiussorem offerret, potest ipse reus † agere actione iniuriarum, vt not. Bar. in l. si vero. §. 1. ff. qui satisd. cog. vbi Bal. Ang. Alex. & Ias. idẽ Bal. in l. sed & si is. ff. de in ius vo. Sit ergo genera
25 lis conclusio, q̃ fideiussoribus † quis est relaxandus, quando simpliciter pœna est pecuniaria ex forma iuris vel statutorum. l. 1. ff. de cust. reor. & ibi Bar. Si vero pœna esset corporalis vel corporis afflictiua tunc reus fideiussoribus non est relaxandus, sed seruandus in carcere, alias posset recedere tempore sententiæ, & sic pœna esset eluſoria, contra d. l. si prætor. ff. de iud. Item non est re
26 laxandus, licet pœna sit pecuniaria, si sit † corporis afflictiua in subsidium, vt quia statutum dicit, condemnetur in centum libris, quas si nõ solverit infra mensem amputetur ei manus vel alternatiuè, vt puta q̃ amputetur manus, aut soluat libras centum, ita not. Bar. in d. l. 2. vbi Imo. ff. de pub. iud. Bal. & Ang. in l. 2. C. de exhi. reis vbi ponunt aliquot fallentias, quas apud illos vide. Adde etiam 10. de Ana. consi. 1. distingue tamẽ not. vt p Bar. in l. item liberatur §. qui paratus nu. 3. ff. quib. mo. pig. vel hyp. sol. quem ibi sequitur Sal. so. de Ana. consi. 21. & ibi Bolog. Ang. de malef. verb. fama publica. q. 21. Fel. in c. ad nostram nu. 12. de iureiu. Alex. in l. si si nõ obtulit. §. si ex conuentione no. 1. ff. de re iud. quos sequitur Ias. consi. 9. nu. 9. lib. 1. Rot. Pedem. decis. 18. & Cæ-
27 pol. consi. 40. vbi dicit, quod valet † cõsuetudo, q̃ quis relaxetur fideiussoribus vbi venit pœna corporalis imponenda, adde glo. sing. 23. q. 5. c. cum homo, secundum Rom. sing. 128. Paul. de etstr. consi. 216. clarum est, lib. 2. vbi dicit, q̃ iu-
28 dex † ex causa potest reum fideiussoribus relaxare, etiam vbi pœna corporalis ingeritur, & ibi etiam videtur ponere in arbitrio iudicis, quãdo quis sit relaxandus fideiussoribus quicquid dicant doct. in d. l. 1. ff. de cust. reo. Et subdit q̃ cau-
29 sa † est iusta, quando aliquis non magnæ conditionis accusat aliquem magnum virum de crimine ingerente pœnam sanguinis, vbi etiã dat cautelam iudici vt in actis apparere faciat, quare reum relaxauit fideiussoribus, sicut quando pœnam auget vel minuit. Postremo not. q̃ licet fideiussoria obligatio transeat in hæredes. l. 4. ff. de fideiuss. l. fideiussores. C. eo. hoc fallit in fide-
30 iusione † facta pro maleficio, nam talis fideiussio extinguitur morte fideiussoris, ita dicit glo. multũ sing. in §. fideiussor, inst. de fideiuss. quam glo. ibi magnifacit Aret. subdens. hoc esse verum & procedere quando fideiusit simpliciter pro delicto, secus si promisisset pœnam centum, licet
31 dicatur pro delicto, quia tunc talis pœnalis † stipulatio transit contra hæredem, & contra hæreditatem iacentem, quando fuit pura obligatio vel in diem. l. ad diem. ff. de verb. oblig. & ibi Barto. Aug. secus si sit sub conditione. Si carceratus est pauper iuratoria cautione de iure esset relaxandus, Marsi. in rub. de fideiuss. nu. 166. cum seq. sed praxis seruat contrarium, Boer. decis. 349. in fi. Viri Illustres de iure in causa criminali non possunt cogi ad fideiussorem prestandum. l. quoties.

C. de

C. de dign. lib. 12. sed illa. l. recessit ab aula, & in pratica non seruatur Iul. Clar. in d. q. 46. vers. scias autem. Si fideiussor non potest facto iudicis præsentare reũ excusatur, veluti si ex aliquo alio delicto contra illum inquisiuit. Vnde cauti iudices solent, ad hoc euitãdum prius citare fideiussorẽ vt reum præsentet, & postea formant processum, ita instruit Alb. in 4. par. stat. q. 64. quem refert & sequitur Nellus de ban. in 2. par. 3. temp. q. 6. Bosi. tit. de carcer. fide. relax. nu. 51. Et semper cautius est vt fideiussor requiratur secũdum spec. tit. de dol. & cont. nu. 23. vers. sed pone, quẽ refert & sequitur Carauita super ritu. 59. vic. no. 1. in fi. vbi subdit, q̃ ita praticatur in omnibus curijs regni, & ego alias in praxi pluries seruatũ vidi. Quid si reus fuit incarceratus, an fideiussores erũt liberati? hoc decidit Affl. decis. 130. vbi refert talem casum bis in Cõsilio fuisse decisum.

SVMMARIVM.

1 *Testes examinandi sunt reo citato.*
2 *Iudex non coget testes aliud dicere quã sit veritas.*
3 *Deducere debet qualitatem offensi.*
4 *Testis conditionem iudex inquirere debet.*
5 *Vulnerato non creditur, q̃ talis eum percusserit.*
6 *Exculpatio illius prodest imputato.*
7 *Quilibet in testem admittitur, nisi prohibeatur.*
8 *Infamis repellitur.*
9 *Serui accusatoris vel inducentis.*
10 *Omnes religiosi, nisi in casu.*
11 *Minores annis 20. de iure ad alterius instantiam.*
12 *Ex officio examinati faciunt aliquod indicium.*
13 *Pauperibus minus creditur quam diuitibus.*
14 *Domestici familiares & similes repelluntur.*
15 *Qui dicantur domestici.*
16 *Qui familiares.*
17 *Nisi essent personæ valde honestæ.*
18 *Fallit in ijs, quæ ab alijs verisimilius sciri non possunt.*
19 *Mutus repellitur.*
20 *Mimi, iaculatores excluduntur.*
21 *Periuri expelluntur.*
22 *Quid de ciue pro sua ciuitate, tribus concl. explicatur.*
23 *litis redemptor & continuus litigator non sunt idonei.*
24 *Inimicitia, & noua reconciliatio idem.*
25 *Ad excusandum quem ab homicidio admittuntur consanguinei & similes.*
26 *Non sunt tamen omni exceptione maiores.*
27 *De mercenario idem si mercedem accipiat.*
28 *Fallit si tempore testificationis non seruiret.*
29 *Causarum patroni, administratores reijciuntur.*
30 *Singulares, excommunicati, hæretici, infideles.*
31 *Inimici capitales.*
32 *Odiosi.*
33 *Varij, falsi, & qui dicantur.*
34 *Mendacium repellit testes.*
35 *Pecunia corupti, qui per eadem verba deponunt, & subornati.*
36 *Testibus non attestationibus iudex credere debet.*
37 *Quando testes non idonei admitti possint, & quomodo.*
38 *De muliere quid dicendum de iure.*
39 *Testis omni exceptione maior quando cum fama sufficiat ad condemnationem.*
40 *An delicta possint probari per instrumenta.*
41 *An testes sint torquendi.*
42 *An in teste torto requiratur perseuerantia.*
43 *Testis falsus punitur similitudine supplicij.*

K PROBANDVM] postquam reus negauit delictũ de quo inculpatur, partes iudicis sunt, subtiliter inuestigare per testes de maleficio, & etiam testes, quos primo examinauerat pro informatione curię imputato tunc non citato, illo
1 nunc citato, † q̃ veniat ad videndum iurare testes secundum Sal. in l. fi. C. de quæst. tunc repetat eos, & iterum examinet cum iuramẽto, & eorum dicta poni faciat in processu secundum not. per glo. & Bar. in l. repeti. ff. de quæst. Si testis repetendus petet sibi legi primam eius depositionem & ad illam simpliciter se referat, an sufficiat? Soz. cõsi. 98. nu. 13. lib. 3. distinguit, aut primum examen est factum diligẽter formiter in iudicio plenario & sufficit relatio, Bar. in l. eos. ff. de fals. aut examinatio non fuit diligenter facta, & tunc non admitteretur quam distinctionem refert & sequitur Rot. Pedem. decis. 128. nu. 13. Caueat tñ
2 iudex † vt Deum ante oculos habeat, ne per tormenta, vel alio modo cogat testes aliquid dicere contra veritatem, quoniã ipse in syndicatu conueniri poterit. l. lege Cornelia. ff. de sic & eleganter not. Bar. in l. 1. in prin. ff. eo. Vtile est insuper,
3 vt deducat † qualitatem offensi, videlicet q̃ erat homo debilis, infirmus, delicatus, & paruæ vitæ, tunc ex quolibet vulnere etiam læui præsumitur mortuus, tex. est not. in l. qua ratione. §. siquis seruum. ff. ad l. aquil. Bal. & Flor. in l. ita vulneratus, in prin. & plenius per Flor. in l. item mela. §. si plures. ff. eo. quod sing. dicit not. Ang. de malef. verb. qui iudex ad probationem. Aduerte q̃ iu-
4 dex † debet inquirere conditionem testis, licet pars hoc non dicat, vt est glo. in l. 1. §. si curatores. ff. de mag. conu. vbi Bal. Inn. in c. per tuas, de testi. refert & sequitur Paris de Put. de synd. ver. & aduerte. Vnum non tradas obliuioni, q̃ non debet credi vulnerato † q̃ Caius eũ percusserit, qa talis confessio, & asseueratio nihil facit, immo alio modo delictum debet probari, vt est tex. & ibi Bar. in l. siquis in graui. §. 1. ff. ad Syl. Alexan. cons. 24. lib. secundo Petrus à Pla. lib. 1. del. c. 13. nu. 15. Gram. consi. 57. nu. 13. & 14. Cassan. cons. 58. post. nu. 8. Mantua consi. 118. in fi. Iul. Clar. in §. fi. q. 21. vers. assertio. Quod not. contra ali-

quos iudices imperitos, qui ex tali confessione voluut punire inquisitum, Ang. dicto verb. qui iudex, versi. quinto bene nota, & ibi Apost. Gād. de malef. tit. de pac. & transs. vbi ponit q̄ exculpa-
6 tio † vulnerati prodest inculpato, pro quo facit tex. in l. 1. §. fi. cum l. seq. ff. ad Syl. Bald. in l. 1. nu. 33. C. communia de leg. & est cōmunis opinio, vt dicit Plotus inter consi. crim. cons. 110. nu. 1. lib. 1. intellige quando hoc esset dubium, cæterum si veritas esset in contrarium non valeret talis asser tio contra veritatem, Iul. Clar. vbi supra q. 52. versi. potest etiam. Nunc tempestiuum est videre qui testes repellantur à testimonio, & in quos
7 possit opponere reus. Et generaliter quilibet † admittitur nisi prohibeatur. l. 1. ff. de testi. Impri
8 mis infames † repelluntur. l. 3. §. lege Iulia ff. de testi. intellige de infame infamia iuris, quæ ingeritur ipso iure, vel per sententiam, quia infamis infamia facti non in totum repellitur, licet non plenè probet, vt habetur per doct. in l. 1. C. de sum. Trin. in c. testimonium, de testi. per Bar. in l. cassius. ff. de senat. specul. tit. de teste §. 1. versi. item excipitur q̄ est infamis, & est communis opinio, Conrad. in suo Breuia. fog. 77. nu. 12. &
9 fog. 70. nu. 15. Item serui † accusatoris vel inducentis. l. eos. C. de testi. cum ibi not. Omnes reli-
10 giosi † qui aliquam regulam profitētur sine consensu sui superioris, nisi aliter sine istis veritas haberi nō possit. c. & si CHRISTVS, in fi. de iureiu. cum ibi not. alias autem si per alios vel alio modo non possit haberi veritas, quam per istos non repelluntur. §. si quando, in auth. de sanctis.
11 epis. Minores † 20. annis. l. testimonium cum ibi not. ff. de testi. intellige verum, quando petuntur examinari ad petitionem partis, sed si ex officio
12 † fuerint examinati faciunt indicium cum alijs adminiculis, vt puta cum fama, ita dicunt Iac. Butr. & Guid. de suz. vt refert Flor. in d. l. testimonium, & hoc voluit Bar. q̄ examinatus cum alijs faciat indicium, in l. 3. §. impuberes. ff. ad Syl. & not. gl. in l. fi. C. eo. Bar. in l. maritus. ff. de quæst. Bal. in l. seruus. C. de testi. facit quod no. Bar. in l. fi. C. de cur. fur. c. sua. 3. q. 7. Igneus in l. excipiuntur nu. 37. ff. ad Syl. Aufr. in add. ad Cap. Tholos. q. 237. Verum ex prouisione infra. cap. 17. sunt integri testes maiores. 14. ex qua ius commune
13 corrigitur. Pauperes † quibus minus creditur quam diuitibus. l. testium. ff. de testi. §. sancimus, in auth. de testi. Soc. reg. 289. pauper, Io. de Amicis consi. 78. nu. 9. Rol. consi. 64. nu. 34. lib. 2. intellige si cum paupertate concurrat turpitudo vitæ Bero. in c. 1. nu. 54. de accus. Iul. Clar. §. fin. q.
14 14. versi. sed hic etiam. Domestici † familiares, vt sunt commensales, mercenarij, famuli, de quibus in l. præsenti. §. sane. C. de his qui eccl. conf.
15 Et propriè dicuntur domestici † quibus imperari potest ratione patriæ vel dominicę potestatis.
16 familiares † generaliter appellantur omnes habitantes in eadem domo, de quo latè per cano. in
17 c. in literis, de testi. si tamē testis familiaris † vel domesticus esse persona valde honesta, vt sunt domestici Principum, Episcoporū, & similium tunc tales admittuntur, ita intelligitur. l. etiā. C. de testi. hæc est sententia Inno. in d. c. in literis, Bal. & Sal. in d. l. etiam, & vide Lanf. in d. c. quoniam contra, verb. depositiones, versi. qu æro primo, vbi per ordinem ponit qui testes admittantur, & qui non. Et prædicta non militant in his, quæ verisimiliter habentur melius per domesticos & familiares quam per alios, quia tūc domesticus † admitteretur, secundum Io. And. in add. spec. tit. de teste. §. 1. versi. quid si olim fuit, Mu-
19 tus † nō potest esse testis, specul. d. tit. §. nunc tractandum, versi. quid de muto, refert & sequitur
20 Rom. sing. 745. Item nec alij † qui faciunt ludos periculosos per plateas, quia sunt infames, vt dicit Bar. in. l. 1. §. bestias. ff. de postul. ex quo infer
21 tur, q̄ sunt à testimonio repellendi. Periuri † testes esse non possunt nec in sua causa, nec in alia, vt no. Io. And. in add. specul. tit. de test. §. 1. versi. ferre testimonium, quod intellige secundum q̄ declarat Abb. in c. testimonium, post nu. 7. de testib. Iul. Clar. in §. periurium, versi. repellitur.
22 Vtrū ciuis † sit idoneus testis pro sua ciuitate, vel aliqs de vniuersitate pro ea, facio ex dictis scribtres concl. Prima sit, illi de vniuersitate vel ciues pro sua ciuitate sunt idonei testes, quando alias factum probari non potest per alios, quam per ipsos, tex. est in l. consensu, cir. med. C. de repud. & bonus tex. in c. etsi CHRISTVS, de iureiu. ita dicunt Bar. & scrib. in l. in tantum. ff. de rer. diuis. Secunda concl. sit quando illi de vniuersitate non sentiunt commodum in particulari, sed in publico, & vtilitas principaliter spectat ad ciuitatem, tūc ipsi sunt idonei testes, etiam si factum possit per alios probari; ita Bart. & doc. in d. l. in tantum. Sed Aret. inst. de rer. diui. in prin. col. 2. in fi. videtur sentire contrarium, & videtur mihi verior opinio per tex. in d. l. consensu, à cōtrario sensu, ex quo alij testes idonei haberi possunt, ideo istis non est credendum, quia negari nō potest, q̄ non habeant affectionem ad ciuitatem vel vniuersitatem suam, ergo admitti non debent. Tertia sit conclusio Ciues non sunt idonei testes, qui sentiunt commodum particulare, arg. l. omnibus. C. de testi. Sed ista ratio non obstat iudicio meo, quia non sequitur sentiunt commodum particulare, ergo non possunt esse testes, nam est contra tex. expressum in §. legatarijs, inst. de test. & illud est, quia principaliter non agitur de legati validitate. Et ideo putarem sic distinguēdum. Aut non litigatur principaliter de vtilitate ad ciues pertinente, & tunc sunt idonei testes d. §. legatarijs. Aut quæstio principaliter spectat ad ciuium commodum vel incommodum, & tunc nō sunt idonei. d. l. omnibus, & vide specu. tit. de teste. §.

ste. §. 1. versi. sed nunquid in causa vniuersitatis, & ibi Io. And. in add. in qua materia vide Fel. in c. insuper, de testib. Viuius in suis communibus opi. verb. testes de collegio. Ias. in l. dictantibus. C. de testa. Alex. consi. 10. nu. 12. lib. 6. Fel. in c. personas, de testi. Ferrat. caut. 40. Dec. cōsi. 342. nu. 4. Aym. consi. 73. nu. 29. Dida. lib. prat. q. c.
23 13. nu. 4. Redemptor litis † & continuus litigator non potest esse testis, casum habes vnicum secundum Rom. sing. 314. in c. suspectos. 3. q. 5. similem habes tex. in c. nullus, ea. cau. & q. Inimici
24 tia † nouiter sublata & facta reconciliatio repellit quem à testimonio, Bal. in l. prescriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. sed tu habes casum vnicum in c. accusatores. 3. q. 5. Bald. in l. si quando, col. fi. C. vn. vi, per tex. vbi etiā Bar. in l. quoties. C. de nauf. lib. 10. & latè per cano. in d. c. literis Inimicus etiam in casibus exceptis non admittitur, quando est capitalis Fel. in c. cum oporteat post nu. 8. de accus. tex. est in c. per suas, de simo. Marsi. consi. 65. nu. 20. & in l. 1. §. præterea, nu. 53. ff. de quæst. Gramat. decis. 33. nu. 7. consi. 57. nu. 7. cum seq. & consi. seq. nu. 8. idem est in de recenti reconciliato, quia non tollitur effectus præcedentis inimicitiæ, Inno. in d. c. cum oporteat nu. 6. & Fel. nu. 10. Dida. lib. prat. quæst. c. 13. nu. 3. Plotus in l. si quando, nu. 880. C. vn. vi. Flor. in l. testes idoneos. ff. de testi. qui multum exclamat de dicto specul. tit. de inqui. §. 1. versi. sed nunquid, qui dicit q̄ innocentia accusati potest excusari per testes cubicularios, quia extraneis non sunt no. mores secreti, Ang. in l. 4. ff. de conf. qui
25 dicit, q̄ ad excusandum † quem, q̄ non commisc rit homicidium, admittuntur parentes & consanguinei forte probantes illum viuum, & vltra ea vide Bal. in l. parentes. C. de testi. qui allegando. c. literas, de præsum. dicit, q̄ frater admittitur pro fratre ad ipsum purgandum de hæresi, & valet eius dictum, & q̄ frater potest inducere, fratrem cōtra fiscum, q̄ fecit ad suam defensionem, quia nec propter hoc dicitur fisco nocere, qui tractat de lucro odioso, quod dictum dicit Paris de Put. se allegasse de synd. verb. & aduerte, q̄ in delictis frater admittitur ad purgandam fratris innocentiam. Potest etiam dominus testificari pro suo subdito vel familiari secundum Sal. in l. etiam. C. de testi. & videtur bona glo. in c. insinuante, de off. del. intellige vt ibi habetur, nisi es-
26 set persona vilis vel abiecta. Non † tamen sunt omni exceptione maiores secūdum Bar. in l. idonei. ff. de testi. Alb. 2. par. stat. q. 64. qui ponit, q̄ in criminalibus familiaris admittitur ad testificandum pro domino, si dominus in loco syluestri fuit derobatus, vt ipse dicit, & in subsidium alij testes non poterant haberi Ias. in l. nō solum. §. siquis ipsi prętori ff. de oper. no. nun. Et de mer
27 cenario † quando repellatur, intelligendum est de eo qui recipit mercedem, non de eo, qui gratis seruit, secundum specul. tit. de teste §. 1. versi. sed de quo. Marsi. sing. 5. Intellige etiam quando tempore reddēdi testimonium est famulus, secus
28 si non esset famulus † illo tempore, quia talis bene potest esse testis pro domino suo, secundum Bar. in l. 1. §. item Cornelio. ff. de quæst. Ang. in l. seruos. C. de testi. & nimirum, quia conditio testium inspicitur tempore reddēdi testimonium
29 Dec. consi. 163. col. pen. Aduocati † procuratores, solicitatores in causa, tutor, curator, vel administrator offensi non admittuntur. l. mandator, & quod ibi not. ff. de testi. Vel quia sunt socij criminis. c. de quibus, de sent. excom. per glo. & doct. in l. fi. ff. de accus. quia tunc non creditur illis. l. qui filium, cum ibi not. C. de lib. cau. Vel
30 q̄ sunt singulares † & q̄ non faciunt indicium, vt l. iurisiurandi. C. de testi. not. in l. fi. C. fam. hærc. vel q̄ sunt excommunicati, hæretici, vel infideles, vt 2. q. 7. c. si hæreticus, vel q̄ sunt obscuri, & ignoti. §. sancimus, in auth. de testi. vel q̄
31 sunt inimici † illius contra quem producuntur, & è contra. c. fi. de testi. auth. siquis. C. eo. intelligetamen de tali inimicitia de qua habetur in d. auth. & in l. 1. §. pen. ff. de quæst. & ibi Bar. & Bal. in l. maritus. ff. eo. quæ inimicitia capitalis dicitur, cū quis mouit causam criminis, vel cui mota est, item cum quis minatus est mortem, vt est tex. sing. in l. licet. ff. de arb. Lanfr. vbi supra nu. 81. Not. tamen, q̄ propter causam ciuilem motam non censetur inimicitia. §. si vero, in auth. de testi. licet cōtrariū videatur, de iure canonico c. item cum quis, de resti. spol. Item si sunt odiosi
32 † inter se tunc enim iudex inspecta qualitate personarum potest admittere vel reijcere testimonium. §. fi. in auth. de testi. c. cum oporteat, de accus. vbi & hoc pulchrè no. Et licet testis dicat nō habere inimicitiam vel odium aliquod cum illo, contra quem testificatur, attamen repellitur, & ci non creditur si subest causa inimicitiæ, vt
33 soluit Alex. consi. 99. lib. 2. Item varij † qui falsa dixerunt vel varia. l. falsa. ff. de testi. & ibi Flor. cano. in c. cum tu, de testi. Bar. in l. eos. ff. de fal. Et varij dicuntur, cum nulla causa assignata dicunt contrarium eius, quod primò dixerunt. c. dilectus, de temp. ord. Tunc vero sibi ipsi contradicunt, quando duo incompatibilia dicūt, vt si primo dicunt contractum fuisse Romæ die tali celebratum, postea dicūt illa die fuisse Bononiæ, Vacillat autem, qui dubitando varie loquitur. l. eos ff. de fals. Titubant testes, qui dubitant, vnde non valet eorum dictum, quia titubans habetur pro ignorante. l. fi. C. de ord. iud. Specul. tit. de teste.
34 §. 1. versi. item q̄ sunt varij. Attende † tamen ad vnum, cuius contrarium quilibet diceret prima facie. Testis examinatus deponit, & dicit aliquid factum fuisse præsente tali, ille autem examinatus an fuerit præsens illi actui respondit q̄ non. An per talem contradictionem dictum illius te-

ftis reprobetur? Certè indubiè videretur dicendum ꝙ sic, cum videatur clarè & manifestè constare de mendacio dicti testis. Attamen dicas, ꝙ per talem contradictionem non reprobatur dictum illius testis, ita not. dicit Bald. in l. testium versi. modo hic insurgit dubium. C. de testi. Paul. de Castr. in arg. in l. fi. ad fi. C. de bon. poss. secundum tab. Spec. tit. de inqui. §. impugnatur, versi. quid si vnus testis. Et qui omiserunt dicere veritatem & eam occultauerunt repelluntur. c. illi q
35 6. q. 1. Et qui sunt pecunia † corrupti etiam si verum dixerunt, no. Bar. in l. 1. §. 1. ff. de fal. facit qđ habetur in l. siquis testium. C. de testi. & qui non deponunt verisimilia. l. ob carmen. ff. de testi. Et qui dicunt vnum & eundem præmeditatum sermonem. l. 3. §. 1. ff. eo. seu per eadem verba deponunt, præsumuntur subornati. d. §. 1. Et qui dicũt de diuersis delictis. c. licet, de prob. vel diuersis locis, vt in exemplo Danielis, no. in l. testium. C. de testi. vel de diuersis personis, arg. l. ad probationem. C. de prob. vel diuersis tẽporibus, quàm sit in accusatione vel inquisitione deductum. Vel etiam inter se sunt varij de loco vel tempore de quibus deponunt, arg. not. in l. quid tamen. §. de-
36 nuntiasse. ff. de adult. c. nihil. 3. q. 7. Testibus † & non attestationibus iudex credere debet. l. 3. §. diuus. ff. de testi. quoniam iudex debet videre qua fronte, qua trepidatione, quoue colore loquantur l. de minore. §. torméta. ff. de quæst. & ibi Bar. Vel deponũt de auditu ab alio, vel de eorum credulitate, licet non de visu proprio, vel de sensu actui congruente, vt l. qui testamento. §. fi. & ibi Bar. ff. de testa. vel his similia opponere potest reus. Et simili modo omnes exceptiones prædictas potest opponere etiam iudex inquirens contra testes, aut procurator fisci, qui fungitur vice partis vel accusatoris, pro parte rei productos ad ipsius defensionem, Ang. de malef. verb. qui iudex statuit, & Appost. ibi Bonif. d' malef. tit. de testib. Lanf. d. c. quoniam cõtra, verb. depositiones versi. vnum solum restat, per octo chartas Bal. in l. parentes. C. de testi. Can. maximè Fel. in c. cum oporteat, de accus. Gem. Fran. in c. 1. de testi. lib. 6. Abb. c. 1. de conf. Alex. consi. 93. lib. consi. 24.
37 lib. 2. Quotiescunque non possunt † haberi testes integri seu habiles, admittuntur non idonei, ne veritas occultetur siue causa sit criminalis siue ciuilis, probatur in l. diuus. ff. de quæst. iun. auth. si dicatur. C. de testi. & probatur in c. 1. in fin. de re iud. in c. fi. & ibi no. de testi. cog. & in c. 3. de testi. Hoc tñ debet intelligi sanè, nã si testes non sunt idonei vel ex defectu famæ aut status, vel quia sunt criminosi aut infames de iure, vel de facto non debent admitti sine tormentis. l. ob carmen §. fi. ff. de testi. quæ est canonizata 4. q. 2. & 3. c. si testes. §. si vero, & §. sin autem, no. per gl. & doct. in c. cum. P. de accus. & tenet Io. And. in c. in contemplatione, de reg. iu. licet Bar. senserit contrarium in l. ex libero. ff. de quæst. Secus est autem, quando testes nõ sunt idonei alio respectu quam nomine infamię criminis vel status, quia licet admittantur in subsidium, admittuntur tamen sine tortura. l. ex consensu. §. super plagis. ff. de testi. c. veniens, de testi. facit pro hoc. ratio. c. videtur, qui matr. accus. pos. & c. cum dilecti, de accus. & hoc videtur tenere Butr. in c. cum super, & c. cũ à nobis, de testi. licet Inno. senserit contrarium in c. ex literis, de transs. vbi sentit, ꝙ aduocatus in subsidium admittatur vt testis pro clientulo, sed debet torquæri, quod bene not. Et intelligas supradicta sano modo, ꝙ testes non idonei admittuntur in subsidium, vt ita demũ procedat, quando ex natura illius facti vel negocij alij testes nõ possunt occurrere, vt puta si loquimur in ciuili, ad probandum ea quæ aguntur in capitulo canonicorum, nam ipsi canonici erunt idonei testes, & idem in vniuersitate, quod intellige vt in conclusionibus dictum est, pro quibus facit, nam ea quæ fiunt in domo possunt per eos, qui domi habitant probari. l. consensu. C. de repud. Secus autem si alij testes idonei ex natura actus illius negocij, vel rei poterant adesse & occurrere, licet casualiter nõ interfuerint, nam testes minus idonei tunc non admittuntur etiam si veritas aliter sciri non potest, Butr. & alij in c. 3. loco. prob. Dec. consi. 342. nu. 8. Marsi. sing. 73. Rol. consi. 24. nu. 77. lib. 1. alias sequeretur, ꝙ semper testes etiam nõ integri sufficerent, quia semper litigantes allegarent, se alias probationes non habere, ideo talibus minor fides adhiberetur secundum Io. And. in add. specul. tit. de teste. §. 1. versi. sed nunquid in causa vniuersitatis, vnde illis credetur cum adiunctis, quia non admittuntur vt plenè probent, sed vt qualemqualem probationem
38 faciant secundũ Brutr. consi. 24. An mulier † possit esse testis in criminalibus? Dicendum est, ꝙ sic de iure ciuili. l. ex eo. ff. de testi. sed de iure canonico videtur secus, vt not. in c. forus, de verb. sig. nisi ciuiliter agatur, vt dicit gl. in c. super eo, in c. ex literis, de testi. & sic seruatur in terris subiectis Ecclesię, non autem in terris imperij vt dicit glo. in d. c. forus, Ang. de malef. verb. comparuerunt, versi. quid in muliere & ibi Appost. Bal. in sua prat. tit. de quæst. cir. prob. q. 12. Grama. consi. 12. nu. 17. Viuius. lib. communium opin. verb. testis. idonea. Blan. in l. fi. nu. 350. ff. de q̃st. Rol. consi. 7. nu. 12. lib. 1. Grat. consi. 57. nu. 3. lib. 2. Duenas reg. 315. limit. 2. foz. cons. 54. nu. 6. lib. 3. Rol. cõsi. 24. nu. 13. lib. 1. sed habilitatur
39 per constit. vt infra c. 17. Et not. ꝙ vnus testis † omni exceptione maior cũ fama sufficit ad condemnationem, ita dicit eleganter Bar. in l. 1. §. item Cornelio. ff. de quæst. sicut etiam dicimus in ciuilibus, quia ex diuersis semiplenis probationibus etiam diuersorum generum fit integra probatio c. fi. de succ. ab intest. not. Bart. in l. admonendi. ff. de iureiu. Quod non procedit in criminalibus, vt dicit glo. sing. in d. c. veniens, eo. & idem voluit. Butr. in c. cum oporteat, de accus. & Bal. in add. Specul. tit. de sent. versi. sententia condemnatoria, & facit, quod no. Bal. in auth. rogati. C. de testi. & quod not. Bal. in l. siquis. §. 1. ff. de eden. & ꝙ eleganter voluit Bart. secũdum Dy. Odof. & Ray. in l. 1. ff. de excus. tut. & istud est tenẽdum arg. l. fi. C. de prob. & maximè si verba Bar. rectè ponderẽtur in d. §. idem Cornelio, vbi illud non affirmat. Intellige tamẽ prædicta quando crimẽ est probatum solum per vnum testem, vel aliud semiplenè, & non vltra est probatum, quia verum est, ꝙ sola fama, non perficit probationem, secus si probatum est pluſquam semiplenè, puta per vnum testem de veritate, & per aliud indicium, quia fama perficit, & hoc est, quod voluit Bal. in d. l. siquis. §. 1. & idem concludit Ioan. And. in add. Specul. tit. de prob. §. fin. versi. 13. ad fin. add. pro qua concl. allego tex. sing. secundum vlt. gl. in c. præterea, de testi. Vbi testes deponunt super adulterio de auditu, quia testes audierunt adulteros commiscere, tunc ista probatio coniuncta cum fama, & alijs legittimis adminiculis probat crimen, & per istam concl. hoc modo intelligo Bart. in d. §. idem Cornelio, vide Gem. in c. 1. de vsu. lib. 6. in verb. manifestas, in §. 1. col. vlt. qui not. declarat quomodo debet intelligi illa gl. in d. c. veniens, & vide Anch. consi. 218. An
40 delicta † possint probari per instrumenta? vide per Scrib. in l. fi. C. de prob. Bar. in l. senatus. ff. ad Turp. Sal. in l. singuli. C. de accus. Inno. in c. statuimus, de off. dele. Bal. in l. cõtra negantẽ. ff. ad l. Aquil. & in sua prat. tit. de quæst. cir. proba. q. 11. Bar. in l. non intelligitur. §. facile. ff. de iu. fis. & in l. diuus. ff. de cust. reo. & in l. 2. C. quo. app. Cano. & maximè Gem. in c. constitutionem, de verb. sig. lib. 6. Abb. & alij in c. cum in ecclesijs, de maio. & obed. Bal. in l. neque natales. C. de prob. Bero. in c. at si clerici, nu. 14. de iud. vbi asserit communem opinionẽ esse, ꝙ non probatur delictum per instrumẽta, qđ intellige vt declarat Iul. Clar.
41 in §. fi. q. 54. in prin. Sed an testes † sint to rquẽdi? Bar. in l. ex libero. ff. de quæst. dicit, ꝙ sicut testis clericus torqueri non põst, sed de falso per suum iudicẽ corripitur. l. presbiteri. C. de epis. & cler. sic in dignitate seculari constituti nõ possunt torqueri, nisi vacillent l. mulier. C. de testi. Si vero non sunt in dignitate cõstituti, sed bonæ opinionis non torquentur, nisi vacillent vel de mendacio conuincantur. l. vnius §. testes. ff. de quæst. Si vero sunt homines viles, vel vilem artem exercentes, tunc etiam sine tortura admittuntur, tamen non tantum creditur quantum alijs. l. 3. §. 1. ff. de testi. nec torquentur nisi in tribus casibus, si vacillant, si de mendacio conuincuntur, si sponte se ingerant in testimonio. Gand. de malef. tit. de quæst. versi. quæro an testis, eleganter loquitur, & breuiter dicit, ꝙ si testis vacillet potest torqueri, & dicat se interfuisse illi negocio, & postea interogatus dicat se nihil scire, nam si dicat non interfuisse & nihil scire, non potest torqueri, quia dicta duo debent interuenire. s. ꝙ vacillet, & ꝙ interfuit facto. d. l. ex libero, & d. l. vnius. §. testes, & vide glo. magistrã in c. presbiter. 15. q. 5. Bal. in l. milites. C. de q̃st. Marsi. sing. 103. Circa quæ
42 vide Iul. Clar. in §. fi. q. 25. Sed an in teste † torto requiratur perseuerãtia? gl. in l. fi. C. de q̃st. tenet ꝙ non, sed statur primo dicto, arg. §. quia vero, in auth. de testi. dicit tamen Ang. ibi ꝙ si se corrigit repetitis tormentis nõ stabitur primo dicto neque, secundo sed iterum debet repeti, & stabitur illi dicto, in quo perseuerabit tanquam vero, & ita intelligitur secundum eum glo. in d. l. fi. ni si fuerit cum parte locutus, quia tũc stabitur primo dicto & non posteriori, per d. §. si vero, quod refert & sequitur Paris de Put. de synd. in verb. te
43 stis. Adde ꝙ falsus † testis in causa homicidij, punitur tanquam homicida si dolo malo deponat, egregius tex. in l. 1. post prin. ff. de fals. quẽ sing. reputat Bal. in tit. de pac. iur. firm. c. 1. §. iniuria, ad fin. Intellige quando propter illam falsam testificationẽ ille imputatus fuisset punitus, Marsi. in l. 1. §. præterea. nu. 6. de quæst. Grama. vot. 5. Guid. Pap. q. 44. simpliciter tenet illud dictum Bal. sed cum prædicto temperamento placet Senatui Pedem. qui alias ita iudicauit, vt testatur compilat. Rot. Pedem. decis. 19.

SVMMARIVM.

1 *Quando reus partem negat, partem fatetur, distinguitur.*
2 *Ang. Aret. consilium pro reo circa responsionem.*
3 *Confessio qualificata quando probet contra confitentem.*
4 *Excipiens de defensione debet probare necessariam defensionem.*

1 PARTEM] Quando reus † partim negat, &
1 partim confitetur, dic secundum Bar. in l. eum qui, in prin. ff. de iureiu. & in disput. incip. Communiter statuta per Italiam, aut confitetur factum, & qualitatem negat, per quam substantia facti alteratur, vt puta si dicatur, ꝙ delictum commisit de vno mense, & reus confitetur de alio, & tunc dicitur totam inquisitionem negasse, quasi neget totum, quod ponitur. l. denũciasse. §. quod tamẽ. ff. de adult. vbi Ang. limitat, nisi sit factum non reiterabile, vt homicidium, quia si homicidium confitetur, licet tempus in inquisitione deductum non confiteatur, vel per testes legittimè probetur, sequi debet condemnatio, idem vult Imo. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. in fi. Sequi tamen debet absolutoria, si negat aliquam qualitatem, per quam condemnatio minuitur, ita intelligitur, quod not. gl. in §. item mixta, insti. de act. veluti etiam est, si probet reus illud certo tẽpore fieri

fieri potuisse,ita q̃ pro delicto puniri non potuisset quamuis punctualiter non probetur, q̃ iure licito factum fuerit, secundum doctr. Bar.in l. non solum.§. sed vt probari.ff. de no. oper. nun. vbi Alex.nu.2.& Ias.nu.7.Grama.consi.67.post nu.8. Dec.in c. in præsentia, nu.52. & Bero. nu. 133.de prob.Rimin.cõsi.44.nu.4.Bertran.consi. 290.nu.4.lib.3.par.1.Gramat.consi.56. nu. 10. Si vero confiteatur delictum, sed dicit se fecisse ad sui defensionem, tunc cum hoc sit de genere prohibitum.l. 1.C.de sica.contra eum præsumitur,& per consequens iudex potest pro parte acceptare,& pro parte repudiare, & q̃ reus probet id,quod ad sui defensionem facit, secũdum Bar. in d.l.eum qui,& in l.Aurelius.§.idem quæsijt.ff. de lib. leg. licet in hoc stet maxima difficultas, quia quidam tenuerunt contra Bar. vt Bal. in l. vna.q.10.C.de conf.Bal.& Sal. in l.nec codicillos.C.de cod. Bal. & Imo.in l.decem. ff. de verb.
2 obl.licet Bal.in add.specul.tit.de conf.versi.confesio,tenuerit cum Bar.Vnde consulit † Ang.de malef. ad euitandum omnem ambiguitatem, q̃ præcedat negatiua sic dicendo,non commisi dictum maleficium, & in casu quo appareat, feci ad mei defensionem & aliter & alias nõ feci, nec confiteor me fecisse. Et ita est optima cautela,ex qua sic dicens,nullo modo põt damnari,gl.est in l.siquidem. C.de except.in prin. & ibi Bal.in terminis, Bar.in l.nemo & ijs Dec. & Cagnol. ff.de reg.iu.Boss.tit.de conf.nu.36.Iul.Clar.in §. fi.q. 55.versi. cautus igitur,ppea alibi glo.in l.filium C.de lib.caus.docet praticam, q̃ si volo repellere accusatorem ab accusando,quia sit socius criminis, debeo primo præmittere negatiuam dicendo non commisi crimen,& si commisi, iste non potest accusare,quia est socius criminis, alias si simpliciter dico,non potest accusare, quia est socius criminis,videor crimen fateri. Cautius tamen excipitur,si dicatur,quia facit se socium criminis,prima habet inclusam confessionem, hæc nequaquam de cuius tamen gl. veritate vide Bar. in l. quoniam. C.de testi. qui not. loquitur. Vel præmissa protestatione dicat,confiteor me fecisse ad mei defensionem nec aliter, & reus ex tali confessione damnari nõ potest,nisi aliud probetur,glo.est not.in d.l.siquidem, & ibi etiam Bal. in terminis dicens q̃ istud alibi non reperitur in iure. Si autem confitetur factum, sed negat qualitatem, vt quia dicit, q̃ non fecit dolose, vel q̃ non fecit animo iniuriandi,vel q̃ non est remansura cicatrix, vel q̃ non fecit de nocte, potest ex tali confessione damnari, si qualitas non probetur per reum,Bar.in d.l.eum qui, in prin.in l. senatus.ff.de accus. Ang. in d.§.quid tamen. Concludo igitur, q̃ nulla est differentia, an quis simpliciter Titium occidisse cõfiteatur, vel cum ista qualitate ad sui defensionẽ, quia ista est propriè confessio & non negatio,vt voluit Bal.in d.l. nec codicillos,& pro hac parte est.c. cum venissent,
3 de instit. vbi dicitur, q̃ confessio † qualificata probat contra confitentem, ac si simpliciter confessus fuisset, quando contra talem cõfessionem est iuris præsumptio,& sic vera erit sentẽtia Bar. in d.§.idem quæsijt, quem sequuntur Cano.in c. ex parte decani, de rescrip. in c.bone, de postul. prælat.Lanfr.in d.c.quoniã contra,verb.confessiones,nu.19. Quæ opinio communiter recipitur,Ias.in l.vt vim,nu.13.ff.de iust.& iu.Boss.tit. de conf.nu.19. Ferat. caut.5.Petrus Calesa.inter consi.crim.cõsi.88.nu.2.lib.2.Boer. decis. 164. nu.10. Alci.in l.1.§.siquis simpliciter,nu.76.ff. de verb.obl.Bero.in c.at si clerici, nu. 73. & seq. de iud. quicquid in contrariũ dixerit Marsi. consi. 136.nu.31.& nu.44.Vnum tamen not. q̃ nõ sufficit reum probare, q̃ fecit ad sui defensionem, sed oportet, q̃ dicat & probet, ad sui defensio-
4 nem † necessariam,& ratio est,quia non quẽlibet defensio excusat quem à delicto, sed debet esse cum moderamine inculpatæ tutelæ.l. 1. C.vn.vi ita dicit Bal.in d.l.vna. C.de conf. de quo dicto facit festum Rom.sing.28.pro quo allegat tex. secundum Ias. in §. item siquis postulante, col. 4. inst.de act. in l. is qui aggressorem. C.de sica. sequitur Lanf.vbi supra. Et quamuis istud dictum Bal.consueuit reputari singulare, tamen idẽ Bal. tenet contrarium in l.solam,in fi.C.de testi. post Bar.consi.50.quidam Massiolus, & in istis locis tenent Bar. & Bal. q̃ si testis dicit, q̃ fecit ad sui defensionẽ probat,etiam si nihil vltra dicat,quando non fuit vlterius interogatus de causa, & pro ista secunda opinione est tex. in §. siquis hominem,de pac.ten.ibi nisi hoc probare posit, q̃ vitam suam occidendo defenderit,in hoc etiam dicit not. Ias.vbi supra contra assessores & iudices solentes sequi illud dictũ Bal.in d.l.vn. tanquam verisimum, ac veluti quoddam Appolinis responsum,& non bene suo iudicio. Petr.plac.lib. 1.delict.c.28.nu.20. Dec.in d.l. vt vim,nu. 17. Iul.Clar. in §.homicidium,versi. sed quomodo.

SVMMARIVM.

1 *Processus publicari debet.*
2 *In causa criminali admittitur probatio vsq; ad sententiam.*
3 *Reo quandocunque est concedenda defensio.*
4 *Reus non potest renunciare propriæ defensioni.*
5 *Fallit in tribus casibus.*
6 *Et verum est in defensionibus iure naturali introductis, secus in ciuilibus.*

m PVBLICENTVR] Completo processu publicari debet † & de illo fieri copia reo
1 Gand. de malef.tit.quo.cog. de malef. facit tex. in l.vnius.§.fin.ff.de quæst. & arg.l.fi.C.de bon. vac.lib.10. ibi vt cum data reclamandi copia, & l.diuus.ff.de cust. reo. & hanc dicit esse communem opinionem Rip. in l.2.nu.8.C. de eden. nec

tenetur exprimere causam Blan. in prat.cri.pag. 38.nu.76.& seq.quis Alex. contra consi.65.col. pen.lib.1. Et aduerte, q̃ de iure cõmuni in causa
2 † criminali admittitur probatio vsque ad calculum ferendæ sententiæ, vt est tex.& ibi Bar. in l. diuus.§. cogniturum. ff. de quæst. Et propterea hæc constitutio est contra ius commune,dum restringit tempus reo ad se defendendum,Ang. de malef.verb. qui iudex statuit,circa fi. & optima ratione mota fuit lex, quoniam tractatur de vita hominis,quæ cunctis rebus est præferenda.l.sancimus.C.de sacrosc.eccl. & sic de magno præiudicio tractatur,ideo cautius est agendum. l.1.§. siquis.ff.de carb.edic.Sum tamen illius sententiæ, q̃ hac constitutione non obstante iudex debet recipere, vt innocens indebite non puniatur per. l. diui fratres.ff.de pœn.dummodo calumniosè nõ fiat, per ea quæ not. Bal. in l.à procedente. C.de dilat. & hanc communem dicit Marsi. in prat.§. sequens,nu.6.Capy.decisi.81.nu.8.Cẽpol.consi. 33.nu.20.Carauita super ritu 69. Vica.nu.12.& videmus,q̃ confesso & condemnato datur defensio, & retractatur sententia si de innocentia constiterit.l.1.§.siquis vltro.ff.de quæst.quia melius est ante tempus occurrere,& facit.l.cum furti.ff. de in lit. iur. Item quia defensionis facultas non est deneganda. l.desensionis. C. de iu. fis. lib.10.
3 Immo cõcedenda reo † postulanti quandocunq;, vt dicit tex. in d.§. cogniturum, & l. sicuti. C.de quæst.sed si non petat,non debet iudex assignare l.1.C.de dilat.l.2.C.vt int.cer.temp.crim.quæst. term. quod intelligo ad reprobandum probatam famam vel indicia. Sed fundata probatione accusatoris vel iudicis tunc antequam feratur sententia debet iudex dilationem assignare ad omnem defensionem. l. exceptionem. C. de prob.l. inde Neratius.§.fi.ff.ad.l.Aquil. quia in qualibet causa debet statuere terminum defensionis, vt dicit tex.sing. in l.desertorem.§.si ad diem.ff. de remil. monitio debet præcedere vindictam. c.sacro,de sent.excom. Bonif.de malef.tit. quæ ind. præced.deb.versi.item quia confessio,immo secundum Gand.de malef. vbi supra debet admoneri reus, q̃ suam defensionem faciat, si quam habet, etiam si confessus fuerit, per tex. in d.l.defensionis,tenet Paris de Put.de synd.verb. an potestas, potest tamen præfigere terminum infra quem se defendat,Bar.in l.Titia.ff.de accus. Conrad.in suo breuia. fol.307. nu.3.Boss.tit.de sent. nu.1.Gram.consi.16.Boss.in tit. de conf.nu.10. & hanc distinctionem inueni postea probatã per Iul.Clar.§.fi.q.49.versi.sed nunquid. Et indubiè
4 hoc verum est, q̃ reus † nõ potest renunciare propriè defensioni in causa criminali,glo.est sing.& vni.in l.pactum quod in hæredem.ff.de pact. reputauit eam sing. Barb. in c. si delegati, de for. comp.& allegauit eam Rom. in rep. rub. de arb.
5 limita † primo esse verum, nisi in famoso latrone,secundum Bald.in l.prouinciarum. C. de fer. Secundò,nisi repertus fuerit in fragrãti crimine, secundum Bal. in l.vt vim.ff. de iust. & iu. potest enim tunc de facto puniri.l. pen.ff. de cond. ob causam in l. ictus fustium. ff. de his qui not. inf. Tertiò limita,nisi dicat se defensiones non habere,secundum glo.sing.in l.1. ff.de fur. quam not. Bal.in l.serum quoque.§.publicè.ff.de procur.& Ang.in d.l.pactum. Quæ omnia intellige procedere in defensionibus † iure naturali introductis,
6 in alijs iure ciuili introductis, dic secũdum Bal. eleganter in l.1.C.qui accus.nõ pos.q̃ aut per illas excluditur crimen,& tunc renuntiari non potest.l.non tantum.ff.de appel.aut non excluditur crimen sed ideo introductæ sunt, vt reus facilius respondere posit, & his renuntiare potest, glo. est not. secundum Bal.in l. accusatoribus. C. de accus.in prima glo.cir.fi. & vide Bar. in l. custodias.ff.de pub. iud.& Bar. in l.fi.ff.de fer. In causis criminalibus non concluditur in causa Marsi. in prat.crim.§.sequens,nu.1.quia cum tractetur de uita fama aut fortunis hominis,possit q̃ndo cunque suas probationes facere.

SVMMARIVM.

1 *Sucumbens in expensis condemnari debet.*
2 *Ratio differentiæ inter condemnationem expensarum & calumniæ.*
3 *De expensis contumaciæ.*

n EXPENSIS] Sucumbens † in criminali,
1 debet *in expensis* condemnari,officio mercenario,no.Bar.in l.1.in fi.ff.ad turp.Sal.& doct. in l.3.C.qui accus.non pos.& fa.l.pen.& fi. C.de fruct.& lit.exp. & ibi Bar.& in l. si postulauerit, in prin. & in §. fi.ff. de adult. & latius per Bal.in auth.generaliter,col.pen. C.de episc.& cler. late per cano. in c.calumniam,de pœn.per Cy. in l.1. C.de aduo.diuer.iud.vbi dicit q̃ quoad condemnationem expensarum non probans præsumitur iniustè litigasse,licet non quoad pœnam calumniæ, nisi iudex expresè pronuntiauerit eum calumniatorem.l.1.§.1.ff.ad turp. sic intelligitur.
2 l.non probasse.C.de calum. Rationem † diuersitatis assignat,inter calumniam & condemnationem expẽsarum,quia est quoddam extrinsecum, quod committitur multis modis. d.l.1. ad turp. & ideo facilior est præsumptio iniustæ litis quo ad expensas, quam præsumptio calumniæ, arg. not.in l.2.C.de cond.ob.turp.cau.& per Inno.in c.super his,de accus. Et ita communiter tenetur circa cõdemnationẽ expensarum,Soc. Iun.consi. 36.nu.14.lib.2.Grat.consi.97.nu.1.lib.1.Marsi. in prat.crim.§.superest nu.1.& in l. patre vel marito,n.14.ff.de quæst. Diaz in prat.cano.c.144. Viuius lib.communium opi.verb.Iudex tenetur condemnare. Alba consi.5.Dida.lib.prat.quæst. c.27.nu.1. quod intellige, vt declarat Iul. Clar. in §.fi.q.62.versi. sed nũquid. Et pro decisione hu

ius materiæ est not. ꝙ expensis tōtumaciæ clara- est decisio ꝙ sic in l. qui crimen. C. qui accus. nō pos. & ibi Cy. & doct. & habetur in d. l. pen. C. de fruct. & lit. expen. vbi Bar. & Bal. Can. in c. finem litibus, de dol. & cont. Lanf. in d. c. quoniam contra, verb. in expensis, versi. hæc autem regula, sed de expensis victoriæ an succumbens condemnetur? dicēdū est ꝙ sic tam de iure canonico quam ciuili, vt cōmuniter tenent doct. in c. per calumniam, de pœn. & in c. accedens, de accus. siue procedatur per accusationem, siue inquisitionem, aut alio modo, secundum glo. not. in c. cum dilecta, de dol. & cont. quā ibi Bal. dicit vnicā, Ang. de malef. verb. ad quærelā, vers. quæro an succumbens, & ibi Apost. quod habet locū etiā in instigatore secundum Bar. in l. 1. §. incidit. ff. ad Turp.

a

QVOD ACCVSATORES NON probantes non puniantur pœna talionis,[a] sed extraordinaria. Cap. II.

QVAM constitutionem Anglicus Albanēsis, dum prouinciarum, & terrarum sanctæ Romanæ Ecclesiæ in Italia, citra regnum Siciliæ cōsistentium Vicarius generalis esset, ne offensi propter nimiam difficultatem à suarum iniuriarum prosecutione desisterēt, & malignis ex impunitate materia delinquendi præberetur, in melius reformando, ordinauit accusatores ad pœnam extraordinariā rectoris prouinciæ Marchiæ Anconitanæ (qui pro tempore fuerit pro Romana Ecclesia) arbitrio: personarum conditionibus, delictorum qualitatibus, & alijs attendendis circumstantijs consideratis, sufficere obligare (præstita super hoc ad mandatum ipsius rectoris sufficienti, & idonea cautione) ad quam subeundam pœnam si in probatione defecerit, compellatur. Hoc autem locum non habere in delicto notorio, vel atroci, vel aliàs, vbi secus videretur rectori ex iusta causa faciendum, aut alia iusta causa inscriptionem præfatam suaserit penitus non obseruari, quod præfati rectoris iudicio relinquatur: quam reformationem inuiolabiliter obseruari mandamus.

GLO. CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Quare fuit introducta talionis pœna.*
2 *Quæ de consuetudine sublata est.*

a TALIONIS] lex antiqua mota erat, ꝙ accusator se inscriberet ad pœnam talionis, vt audaciam cōpesceret accusantium, ne faciliter † prorumperent ad iniuriam & infamiam alicuius metu simi- 1
litudinis supplicij, vt habetur in l. 1. in prin. cum ibi not. ff. ad turp. Qđ hic statuitur, ꝙ inscriptio amplius non est necessaria, dicit Bar. in l. libellorum. ff. de accus. & in l. si cui, in prin. co. ti. specul. tit. de accus. §. qualiter. vers. his igitur, ꝙ de con-
2 suetudine † est sublata, quia si procederet pauci inueniretur, qui se obligare vellēt ad talem pœnam talionis, quoniam reus posset absolui, vel quia plenè maleficium non esset probatum, vel propter imperitiam aduocati, aut iudicis, & sic timore pœne subscriptionis multa maleficia remanerent impunita, quod esse nō debet. l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. Iodoc. in sua prat. cri. c. 5. nu. 5. Blan. eod. fol. 15. nu. 14. Carauita super ritu Vica. 199. not. 1. Iul. Clar. in §. fi. q. 81.

IN QVIBVS CASIBVS possit per inquisitionem procedi ex officio. Cap. III.

a STATVIMVS, & præsenti constitutione firmamus, ꝙ nulla inquisitio[a] fiat ex officio sine expresso nomine denunciātis voluntarij de aliquo maleficio, vel quasi per iudices, vel officiales, nisi forsitan de publicis, siue atrocibus criminibus, vel nisi fieret super eo, ꝙ diceretur per aliquem rectorem ciuitatis, vel castri, seu quemcunq; alium iudicem, aut quamcunque aliam personam processum nominatum, vel impeditum: aut grauamen aliquod illatum esset contra aliquem appellantē ad Romanam, vel generalem prouinciæ, aut præsidalem curiam, vel contra prosequentem ius suum in Romana, vel prouinciæ curia, vel contra uenientem, seu venire volentem ad accusandum quomodolibet in dicta curia, vel contra eorum cōsanguineum, vel affinem, vel contra eorum bona, vel laboratores, vel nisi fieret contra illos, qui dicerentur statuta, reformationes, constitutiones quascunq; feciſſe in præiudicium ecclesiasticæ libertatis, vel in præiudicium iurisdictionis Romanæ Ecclesiæ, vel nisi fieret contra receptatores exbannitorum curiæ, vel contra eos, qui aliquid occupassent de bonis, & iuribus quibuscunq; pertinentibus, & spectantibus ad Romanam Ecclesiam, vel alias

alias ecclesias: vel nisi fieret de excessibus commissis per aliquos magnates, vel potestates, contra aliquas impotentes, vel debiles personas (qui autem sint magnates, & potentes, debiles, & impotentes rectoris, vel iudicis declarationi, & arbitrio reseruamus) vel nisi fieret contra communitates, quæ non custodiunt stratas, & loca, ne fiant robariæ, vel maleficia: & quæ malefactores non capiunt, & nisi fieret de maleficijs, & excessibus, quæ committerentur, vel fie-
b rent in præsentia rectoris,[b] vel iudicis, & officialium suorum: & nisi procederetur de mandati contemptu, & inobedientia rectoris, & eorum iudicum: vel nisi procederetur de maleficijs, vel quasi in personam rectoris, vel iudicum, & officialium, vel aduocatorum, vel procuratorum collegij curiæ generalis, vel baiulorum dictæ curiæ, vel executorum: vel nisi procederetur de impedimentis factis officialibus, executoribꝰ, vel nuncijs curię in executionē officij, vel commissionis sibi factæ, & in prædictis casibus possit procedi per inquisitionem, siue infamia præcedat, siue nō, in alijs criminibus inquisitio non accipiatur, nisi publicus denūciator, seu promotor appareat.

GLO. CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio de iure non formatur regulariter.*
2 *De generali consuetudine seruatur contrarium.*
3 *Et hoc ne maleficia remaneant impunita.*
4 *Remedium in peccantibus est accelerata correctio.*
5 *Et hoc procedit si fama præcedat.*
6 *Fama excusat iudicem & fiscum.*
7 *Capi pōt imputatus anteq̄ d delicto cōstet pp fugā.*
8 *In criminibus iudex potest incipere à captura.*
9 *Pratica circa capturam.*
10 *Consuetudo potest derogare solennitati citationis.*
11 *Constare debet prius delictum verè commissum.*
12 *Iudices faciunt recognoscere hominem mortuum vel vulneratum.*
13 *Omnis iniuria præsumitur praue facta.*
14 *Dolus in delinquente præsumitur.*
15 *Inquisitionem sex præcedere debent.*
16 *Intelligitur quando ex officio procedit, secus si ins fu Principis vel rectoris.*
17 *Quod procedit si Princeps, vel rector mandat motu proprio.*
18 *Ad ꝓbationē infamiæ sufficiūt duo testes iuridici.*
19 *Si locus & tempus sunt de substantia, testes in illis concordare debent.*
20 *Quomodo probetur fama per testes.*
21 *Quomodo suppleat numerus testium defectus.*

a NQVISITIO] Bar. in l. 2. §. si publico. ff. de adult. dicit ꝙ de iure in-
1 quisitio † formari nō pōt, nisi in certis casibus no. ibi per eum, & passim illum vbique sequuntur doct. Cuma. consi. 136. 8
circa fi. Maria. in c. qualiter, nu. 106. de accus. Conrad. in suo Breuia. fol. 245. nu. 1. & propterea appellatur remedium extraordinarium, Inno. in c. cum oporteat, de accus. Diaz. reg. 336. Alua. in c. 1. nu. 14. de off. ord. Bosi. tit. de inquis. nu. 17. Dec. in rub. de iud. in prima lect. nu. 76. & in 2. nu. 43. Iul. Clar. in §. fi. q. 3. versi. debes autem scire. & q. 5. Ego vero reperi multa iura, per quæ vi detur, ꝙ procedi possit per inquisitionem in om 2
ni casu. §. iubemus, in auth. de collat. c. super his, de accus. c. 1. de off. ord. l. lege. §. mandatis, ff. ad l. Iul. pecu. Et ita de gñali consuetudine † etiam ob
2 seruatur, vt testatur Gād. de malef. ti. quo. de mali cogn. per inqui. qui allegant specul. hoc dicentē, & per Io. Fab. in §. 1. inst. de pub. iud. Prat. Papiē. in for. inquis. vers. verū hodie, vbi dicit, ꝙ hodie per statuta terrarū & decreta Principū regula facta est generalis, ꝙ de omni casu cognosci possit sine accusatore ex officio, quod ideo secūdum ali
3 quos inuentum est, ne maleficia † remaneant impunita, quæ plerunque defectu accusatoris remanerent, quod repugnat bono statui reip. d. l. ita vulneratus, Bar. in l. quemadmodum. C. de agr. & consi. lib. 11. status enim reip. confunditur, si locus delinquētibus præbeatur, ideo summū remedium in peccantibus † est accelerata correctio, quod & hodie seruatur non obstante hac constitutione, vel stante dicta consuetudine, seu vigo-
4 re bannimentorum rectoris, quibus iudicibus conceditur ampla procedēdi potestas. Quod in
5 tellige si fama † præcedat, clamor, vel indiciū. c. qualiter & quando, & c. cū oporteat, de accus. Iudex autē suo motu fama non præcedente non potest procedere ad inquisitionem, quia iam posset infamare insontē & non culpabilē, & punire iniustè, quod non videtur iuridicum. c. licet Hely. §. ad corrigendos, & §. nos vero, de simo. c. inquisitionis, de accus. nam licitum non est alium infamare. 5. q. 1. c. 1. 2 & 3. & c. siquis famosum, immo qui ex officio offendit innocentē, vel cōdemnat contra veritatem, punitur. l. 2. C. qui latr. occul. & l. 1. cir. prin. ff. de fica. l. lege Iulia. ff. ad l.
6 Iul. repet. Fama † enim excusat iudicem & fiscalem, denuntiantē, seu instigantē l. miles §. mulier ff. de adult. not. Bal. in add. specul. tit. de accus. Grat. consi. 57. nu. 11. lib. 2. Rol. consi. 24. cir. fi. lib. 1. Bosi. tit. de ind. nu. 75. in fi. Hip. Riminal. inter consi. crim. consi. 105. nu. 27. lib. 1. Not. ta
7 men, ꝙ iudex † potest capi facere aliquem malefactorem, antequām sibi constet de crimine, si timere fugiat, vel propter crimnis atrocitatem, personæ conditionem, & pœne grauitatem. c. si clericus, de sent. exc. lib. 6. Sal. in l. ea quidē, nu.

77.& in l.nullus,nu.4. C.de exhib.reis, Cauens. super ritu.41.Vica.nu.10.Et si malefactor reperiatur in fragrãti crimine ipsum licet capere l. interdum.§.1.ff.de furt.de quo late Iul.Clar.in §.fi. 8 q.8.Et in criminibus †potest incipere iudex à captura vt d.l.2.C.qui latro. occult. si tamen caperet temere innocẽtem deberet puniri,quia innocens non debet sumptibus vexari,secundum Bal. ibi & eum vide in l.neminem.C. de req.reis & in l.fi. C.de prob. vbi dicit q̃ semiplena probatio releuat accusatorem à calumnia, nisi reus contrarium probauerit,quod non seruatur,Marsi. sing. 90.Alcia.in l.vinculorum.ff.de verb.sig. & vide 9 Dec.consi.189.col.fi. Cauti iudices †antequam forment inquisitionẽ recipiunt informationem à testibus & in scriptis redigunt,ne postea dicant contrariũ,qua informatione habita,formãt eorũ inq̃sitionẽ,et si pœna est corporalis,citari faciũt inquisitũ realiter.s.capiendo personã, nõ aũt simplici verbo,ne aufugiat,arg.l.nullus.C.de exhib. reis & ibi Sal. & postea faciunt rũdere inquisitioni, & si neget iterũ examinat testes reo citato ad videndũ illos iurare,nisi stilus palatij sit in cõtrarium,ita Alex.consi.1.col.2.versi.accedit,lib.3. 10 quia consuetudo † põt derogare solennitati citationis, vt voluit in auth.siqs in aliquo.C.de edẽ. & vide ad materiã Aret.cõsi.165. Et istæ secũdæ attestationes præiudicant, nõ primæ in totum si plenè probent, vel quoad torturã si faciunt sufficientia iudicia, quod not.dixit Sal.in l.fi.in fi.C. de q̃st.Bal.in l.si tibi.ff.de cõd.ob turp.cau. versi. sed nunquid isti testes recepti, Bar.in l.de crimine.C.de adult.Ang.de malef.verb. q̃ fama publica, versi.quæro qualiter probetur indicium. Illud est no.dignũ, q̃ ad hoc vt possit inquiri con- 11 tra aliquẽ constare † debet iudici illud delictum fore cõmissum qũocunq; per testes, indicia, vel alias per euidentiã facti, q̃n lege cauetur,neminem habuisse animũ occidendi, nisi effectus fuerit secutus.l.sæpe ad fi.ff.de verb.sig. Et ppea dicit lex,q̃ siquis confiteatur se hominẽ occidisse, qui viuit, nõ tenetur hac confessione,nam debet cõstare hominem ab aliquo fuisse occisum.l.confessionib.ff.de inter.act. Nullũ enim est illud crimen,super quo debet præsumi & fundari,vnde si de ipso crimine non constaret, quicquid ædifica- 12 retur nullũ esset. Propterea discreti iudices † anteq̃ inquirant,vel accusationes recipiant,faciunt per aspectũ videri & recognosci hominem mortuũ vel vulneratũ. Nam non nascitur iniuria ex reuocatione ad animũ, sed ex facto,i.ex cõtumelia,hoc est, ex eo, q̃ maleficiũ factũ est.l.si vnus. §.pactus, ad fi.ff.de pact.l.ex maleficijs.ff.de act. 13 & obl. Et omnis iniuria † præsumitur prauè facta.c.1. de præsump. vnde legitur, q̃ crimen est accusatione dignissimum.c.apostolus in fin.70. dist. Et ita crimen est causa,vnde accusatio procedit.l.sed & partus.§.fi.ff.quod met.caus. Nam si non constet de morte domini,non est habenda quæstio de seruis vel eius familia.l.2.§.illud sciẽdum.ff.ad Syl.& facit optimè,q̃ debet cõstare de malefitio tex.in l.idem Neratius.§.fi.cum l. seq. ff.ad l.Aquil. Illud etiam obseruandum est,& est regulariter verum, quotiescunq; cõstat aliquem malum cõmisisse, fecisse vel fieri fecisse, semper 14 præsumitur,q̃ dolo † & fraudãdi animo fecerit. l.1.C.de ficar.l.si non conuitij.C.de iniur. Vnde semper ille,quem deliquisse constat,si prætendat excusationem, ita q̃ dicat, q̃ non dolo illud crimen cõmisit,hoc debet probare,gl.in d.l.1.spec. tit.de præsum.§.species,versi.illud est not.Scrib. in l.1.ff.de legib.& passim doct.vbique.Inquisi- 15 tio † antequam formetur sex interuenire debent. Imprimis necessarium est, q̃ ille contra quem inquiritur,sit infamatus de illo crimine.i.q̃ sit publica vox & fama, q̃ ille sit culpabilis. Secũdò,q̃ ille talis sic ifamatus sit subditus iurisdõni illius iudicis iux.tit.C.vbi de cri.agi opor. Tertiò, q̃ ad aures eius illa talis infamia puenerit.Quartò, q̃ non semel tantũ sed pluries. Quintò,q̃ nõ proueneritàmaleuolis, sed à fide dignis & discretis uiris.Vltimò,q̃ non causa malitiæ,sed zelo iustitiæ talis infamia prædicetur.c. qualiter & quãdo de accus. Intellige semper supradicta procedere, 16 q̃n iudex † suo officio vult inquisitionẽ formare, secus q̃n emanat de cõscientia Principis,q̃a tunc non est necesse,q̃ cõstet de infamia,q̃a sola Principis scientia supplet defectum cuiuslibet solennitatis,ita dicit Bal. in l.nullus.C.ad l.Iul.ma. & Inno.in cum oporteat,de accus.Propterea iudex semper animaduertat, q̃ q̃n crimen est atrox, & nõ sunt ita vrgẽtia indicia, q̃ inq̃sitionẽ formet de conscientia rectoris (hoc est) eo consulto,& ita faciat in actis apparere, quia rector habetur loco Principis,vt no.glo.& Cy.in l.fi.C.de prę. Long.temp. & isto modo non poterit inquisitio annullari ex hoc,q̃ fama & indicia non laborent contra inquisitum secundũ Ang. de malef.verb. q̃ fama publica,versi.aduertere autem est,limita nunc dictum Bal. vt ita demũ procedat,quan- 17 do Princeps † mãdat hoc vel superior motu proprio, secus si ad postulationem alterius, ista est gl.sing.in c.2.gl.1.de accus.lib.6.Marsi.in prat. crim.§.cõstãte,nu.22.Iul.Clar.in §.fi.q.6. versi. præterea scias,collige aliam limitationem à spec.tit. de inquis. §. viso igitur,versi.hoc autem not. &c.& ibi Io. And. in add. vide etiam Arch. Gem.& Fran.in d.c.2.vbi alias limitationes ponunt Fel.in d.c.qualiter & quando,Anch. consi. 253.qui ponit,q̃ ista diffamatio debet præcedere capturam & inquisitionẽ & quomodo testes debent deponere de difamatione ante capturam non post. Et aduerte,q̃ super probatione infa- 18 miæ † sufficiunt duo vel tres testes bonæ famæ, quia vbi numerus testium non adijcitur, sufficiũt duo.l.vbi numerus.ff.de testi.Dec.cõs.272. nu.4.

nu.4. Et sufficit si testes dicunt, illum de crimine infamatum, & si fuerint interogati debet dicere apud quos sit illa infamia,si non dixerint apud quos, non videretur bonam reddere rationem Bar. in l. de minore.§. pluriũ, nu.19.ff.de mino. Corn.consi.233.lit.d.lib.2.& cõs.216.lit.H.lib. 3.Marsi. consi. 20.num. 41. Dec. consi. 37. nu. 10.& cõsi.57.nu.4.Rot.Pedem.decis.79.nu.53. Et si interim fuerint testes interogati quomodo sciunt,q̃ est apud illos taliter infamatus, debent dicere, q̃ viderũt illos vitare eius familiaritatẽ, vel dicere,q̃ audierũt ab eis.c.sæpe.30.q.1. Vel sufficit si dicũt, q̃ de illo maleficio est rumor vel fama in tali contrata contra istum non nominando aliquas singulares personas. Pars vero contraria poterit probare, q̃ illa fama est apud viles personas,maleuolos,aut eius inimicos, vel ab eis orta,quo probato inquisitio non procedit d.c. qualiter & quando,& sufficit, q̃ probet hanc famam processisse à duobus maleuolis. Item non est necesse, q̃ testes audierint hanc infamiã ab eisdem prouidis & discretis,sed sufficit si à diuersis.Item sufficit si non audierunt eo loco & tempore sed diuersis, & hoc illa ratione, quia cum infamiam tantũ probare habeant, sufficit si testes super hac infamia fuerint concordes,arg.l.siquis libertos. §.quoties.ff.de pet.hæred.l.si arbiter.ff.de arb. & l.cum falsa.C.de iur.& fac.igno. Nec est necesse q̃ testes concordent super causis scientiæ. Vnde si testes dixerunt se scire de illa infamia, quia audierunt,non debent probare quomodo sic audierunt, nec habet vnus testis cõcordare cum alio.s. de loco tempore & causis scientiæ, quia de illis nulla est quęstio,vnde q̃q̃ videantur singulares in suis dictis, tamen stabitur assertionibus eorum. Tunc enim testes de loco & tempore debent con- 19 cordare, cum locus † & tempus sint de substantia negocij Specul. tit. de inquis.§.impugnatur versi.qd si vnus testis,& in §.viso, versi.item cum præd.Ang.consi.1.nu.3.& 4.Alex.consi.198.nu. 3.& 4.lib.7.Et an testis qui deponit de voce & fa- 20 ma † debeat allegare duas vel tres personas,à quibus audiuit, & si fama non habeat certum autorem,an sufficiet ista credulitas iudici ad inquirẽdum,vide Aret.consi.73.Alex.consi.110.lib.2. consi.70.lib.3.& consi.30.lib.4.Dixit Bal. in sua prat.tit.de prob.q.10.q̃ testes deponentes, q̃ est fama publica de tali re, & interrogati q̃o hoc sciunt,respondeant, quia publicè dicitur sufficit probatur in l.3.ibi, sed qa publicè.ff.ad Maced. &l.2.C.eo.Sed Bar.aliter vult,nam in l.de minore.§.plurium. ff. de quæst. dicit, quòd ad hoc vt testes probent, necesse est, q̃ nominent à quibus audierint,alias non probant,nisi essent plures testes deponentes alicuius rei esse famam, quia licet non nominent à quibus audierint, tamen faciunt multum fidei,ita dicit Cum.cõs.67.in præsenti q.allegat plura de quibus ibi per eum.Bald. suam opinionem replicat in c.literas, num.2.de præsump.quæ Bal.opinio in pratica seruatur, vt attestatur Cassad.decis.3. d'prob.& ita seruari in curia Romana testatur Paris.consi.52.in fi.lib.3. Ferret.consi.168.num.19.Calca.consi.8.nu.11. Alex.consi.102.nu.17.lib.7. Plures tamen assertores Bar.opinionis refert Iul.Cla. in d.q.6.ver. debet etiam,quem videre poteris ne membranas occupem. Aduerte ad illud quod dicitur,si defi- 21 cit † in fide testium,supplet numerus,secundum glo.in l.3.ff.de test.& Io.And.in add.specul.tit. de not.crim.§.fama.versi. super quo, q̃ non habet locũ in causis criminalibus, vel ciuili ardua ita no.dicit Bal.in c.ad nostram, de prob.allegat tex.in c.licet causam.§. quidam verò,de prob.licet Paris de Put.de synd.verb.an stetur,nu.17.videatur tenere contrarium, vbi dicit, q̃ plures testes alias minus idonei ratione numeri probent. Et propterea consuluit Ang.consi.125.q̃ cũ fuisset reperta grauida quædam adolescentula, & ad ducerẽtur ad probãda indicia cõtra stupratorem plures consanguinei patris puellæ faciebant indicium ratione numeri, & quia concurrebat verisimilitudo,q̃ ille erat captus amore puellæ. Ex quibus colligitur limitatio ad d.doct.Bal. vt nõ procedat si cum testibus concurrit aliquod aliud adminiculum, vt in casu Ang.alias non concurrente verior est opinio Bal.vide tamen dist.Ias.in l. siquis.§.cogentur,nu.2.& 6.ff.de eden.idem in l. si emãcipati,nu.15.C.de collat. Cotta in memo. verb.testis vnius,& in verbo,legalitas,Ias.in aut. si vero contigerit,col.2.versi.istam decisionem. C.de iud.Neuiz.consi.26.nu.40.Not.postremò vnum, q̃ vbi contra aliquem est facta inquisitio, 22 & est examinatus & relaxatus † non debet postea fatigari,nisi noua adsint indicia.l.sicut.C.de fals. vide Iul.Clar.in §.fi.q.57.

SVMMARIVM.

1 *Homicidiũ cõmissum in pũtia iudicis, q̃n ꝓbandũ sit.*
2 *Iudex regulariter iudicat scdm allegata & ꝓbata.*
3 *Quando possit hoc casu allegari suspectus iudex.*

b IN PRAESENTIA RECTORIS] Siquis
1 occiderit † hominem in iudicio non poterit iudex condemnare,nisi fiant probationes, qa iudex tunc non sedebat ad bancum iuris, ita dixit Butr.in c.fi.de conf. Verum Imo.ibidem contrarium tenet,& Ang.in l.1.ff.de fer. dicentes, q̃ sine alijs probationibus poterit iudex condemnare,quia hoc est sibi notoriũ, & etiam alijs, & est hic vnus casus specialis, in quo iudex secundum conscientiam suam iudicat,& secundum q̃ nouit tanquam priuata persona,glo.est sing.in l.1.C.q̃ & adu.quos.Corset.in sing.verb.delictum,Boer. in tract.de sedit.7.psup.Carrer.in sua prat.crim. in mat.appel.versi.secũdus casus,nu.22.Iul.Cla. 2 in §.fi.q.8.in fi.Regulariter autem iudex † iudicare debet secundum allegata & probata.l.illici-

tas.§.veritas.ff.de off.præsid.Láfr.in c.quoniam contra verb.confeſsiones,nu.52.de prob. Iaſ.in §.ſi minus, nu.15.inſt.de act.Alci. in c.1.nu.83. de off.ord.probat tex.iun.gl.& Bar. in l.illicitas. §.veritas.ff.de off.præſi.Dida.latè in c.1.num.6. lib.1.reſol. Carauita ſuper ritu vic.284.Iul.Cla. in §.fi.q.66.verſi.ſcias autem. Gand.de malef.in tit.de pœn.reorum verſi.ſed quid,quærit ſi aliqs fecit iniuriam alicui officiali,vel eius familiæ in perſona vel rebus verbo vel facto, quod eſt notorium crimen. An iudex illius curiæ poterit punire delinquentes,& arguit pro & contra ſoluendo dicit ſecundum Guil. q̃ ſi publicè & notoriè facta eſt offenſio iudici vel ſuis, vt quia facta fuit, dum ius reddebat,vel ſedebat pro tribunali,poterit delinquentes punire, nam hanc iniuriam ſine accuſatore,& iuris ordine prætermiſſo poteſt punire iudex.c.Salonitanæ, 62.diſt.& hanc iniuriã iudex remittere non poteſt,quia ſibi ſolum facta non eſt,ſed toti populo & Reip. Nam vniuerſis redditur, quod pro voto omnium Primatibus indulgetur.l.reſtituendæ.C. de aduo.diuerſ.iud.l. municipalibus.ff.de cond.& demon.nam in iſto caſu non ipſi iudici vt priuato,ſed vt iudici facta eſt iniuria, & non ipſe vt in ſuo negocio, ſed vt alius procedit & condemnat, arg.l.ſi pater.§.qui duos.ff.de adopt. & ad hoc eſt tex. in c. Romana, de pœn.lib.6.Nam cui iuriſdictio cõceſſa eſt, id cõceſſum ſibi videtur,ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt.l.2.ff.de iuriſd.om.iud.c.1.c. præterea. c.ſuſpitionis, de off. deleg. idem tenet Inno.in c.ex parte,de verb.ſigni.Bart. in l.ſiquis
3 forte.§.1.ff.de pœn. poteſt tamen allegari † vt ſuſpectus, Abb.in c.cum veniſſent, & in d.c.dilectus,poſt Specul.tit.de recuſ.§.ſi.verſi.fin.vt omnium ſeruetur opinio,ſic diſtinguit. Aut delictũ eſt notorium, & notoriè concernens officium, vt quia iudex ſedet in iudicio, aut eius officialis iuſtitiam miniſtrat, & eius officium exercet, & pœna eſt à iure taxata, & tunc non poteſt recuſari. Aut pœna non eſt à iure taxata, ſed arbitraria, & tũc poteſt vt ſuſpectus recuſari, quia poſſet in arbitrando modum excedere,quod not. quia ſæpe contingit.Iul.Clar.in §.ſi.q.43. ſimpliciter tenet, q̃ poſsit recuſari indiſtinctè, cuius opinio verior videtur.

QVOD IVDEX PROCEDENdo per inquiſitionem mittat copiam ad Cameram. Cap. IIII.

HILIPPVS presbyter Cardinalis Bononienſis, dum in prouincia Marchię Legatus eſſet,conſtitutionem quãdam edidit in hac forma. Cum autem per querelam, vèl aliam informationem, ſeu notitiam iudex procedere vellet ex officio per inquiſitionem teneatur ſimiliter inquiſitionem in originali libro tranſcribi facere, & eius copiam ea die ad Camerã tranſmittere modo prædicto, ſub pœna periurij,& decem ducatorum, ne detur materia ſupprimẽdi,& abolẽdi crimina in occulto.

DE DENVNCIATORIBVS deputandis, & habendis continuè per vniuerſitates. Cap. V.

NE MALEFICIA occultentur, & per hoc remaneant impunita, ſtatuimus q̃ quælibet vniuerſitas de putet vnum legalem hominem, & idoneum, qui iuret coram iudice maleficiorum prouinciæ,
a & promittat denunciare[a] dicto iudici omnia,& ſingula maleficia,quæ contingerent committi in locis quibuſcunq; ſuæ vniuerſitatis per quaſcunq; perſonas infra octo dies,poſtquam ipſa maleficia cõmiſſa fuerint cum loco,tempore circunſtantijs,& teſtibus debitis abſq; aliqua fraude: cuius officium duret ſaltem per annum,& ſucceſſiuè quando vnus deceſſerit, vel ipſius officium finitum fuerit, alius deputetur: ita q̃ continuè in qualibet vniuerſitate denunciator huiuſmodi habeatur, & vniuerſitas, quæ prædicta non obſeruauerit,in mille florenis auri pro qualibet vice puniatur,& denunciator, qui (vt præfertur) maleficium non denunciauerit, in quinquaginta florenis auri pro qualibet vice puniatur,& facta prædicta denunciatione, iudex maleficiorum in his,quæ ad eum pertinent, & iudex ſpiritualium in his, quæ ad eum ſpectant, inquirat,& procedat ſine retardatione, niſi fuerit præuentus per illos, qui habent iuriſdictionem ab Eccleſia procedendi: & in procedendo, & puniendo ſeruet modum per conſtitutiones noſtras in caſibus criminalibus ordinatum: non tamen teneatur talis denunciator ad pœnam, vel expenſas ex eo, q̃ in probatione deficeret, niſi ad denunciationem contra non culpabilem procederet fraudulenter, quo caſu pœna falſi teneatur,& conuictus puniatur.

GLO.

GLO. CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Denuncians malefactorem aliquãdo habet præmiũ.*
2 *Quomodo ſolui debet iſtud præmium.*

2 DENVNTIARE] Hodie poteſtates terrarum infra breuius tempus vigore bannimentorum notificare debẽt maleficia Superiori. Eſt tamen multis in locis conſuetudo vel ſtatutum, q̃ qui male-
1 factorem denunciauerit † habeat præmium. An tunc ſtatutum verificabitur in complice denunciante? Bart.in l.3.§.ſi ex ſtipulatu.ff.ad Syl.reſpondet q̃ non,ſequitur Ang.in l.4.§.ſi tibi.ff.de cond.ob tur.cau.Ana.in c.qui cum fure,nu.8. de furt.& multoties iudex ſtatuit prẽmium malefactorem capienti,quod poteſt.l.ſi Barſatoram.C. de fideiuſſ.& quod ibi not.per glo.& doct. Non procedit in officiali, quia illud tenetur facere ex debito officij.Io.Mont.poſt deciſ.Boer.in trac. de aut.mag.Conſi.nu.146.& dicit Boſſ.in tit. de captura, nu.76. q̃ ita vidit ſeruari in contingentia facti,& per glo.in l.2.C.quib.ad liber.procla. non lic.l.non omnes.§.fi.ff.de re mil.l.1.& 2.C. ex quib. cau. ſer. pro præm. lib. accip. Alb.in 4. part.ſtat.q.47.Ang.in l.1.poſt Bar.ff.quod quiſque iu. vbi q̃ ipſe vidit.q. de facto Peruſij infinitis vicibus, Bar.in l.1.C.de ſal.præſt.lib.11. Et
2 debet tale † præmium, primo ſolui de bonis delinquentis, ſi vero non ſunt bona ſufficientia de bonis offenſi ad cuius iniuriam vindicãdam hoc fit, ſi vero neutrius bona ſufficiunt, vltimo loco ſolui debet de bonis fiſci,ita dicit Bar. per illum tex. in l. lege Cornelia.ff. ad Syl. Ang. de malef. verb. q̃ fama publica,verſi.13.& ibi Apoſt. Io. Fab.in l.minimè.C.de appel.& in rub.C.de cuſt. reor.Auſ.in add.Capel.Tholoſ.q.263. Cæterum de Denunciatoribus maleficiorum, qui conſtituuntur in locis,ſcribunt poſt alios Boſſ.in tit.de denun.Iul.Cla.in §.fin.q.7.& an condemnentur in expenſis ſi reus abſoluitur? ponunt Grat.cõſi. 97.nu.2.lib.1.Guid.Pap.q.182.Catald.de ſynd. quæſt.182.

MODERATIO SVPER DEnunciationibus maleficiorum. Cap. VI.

VAM idem auctor, vt ſubditorũ diſpẽdijs ſalubrius eſſet prouiſum, temperauit hac forma, videlicet. Quorũcunq; delictorum, & maleficiorum, quorum cognitio, & punitio alicui ciuitati, caſtro, terrę,ſeu loco,ſeu rectoribus competit per priuilegia Apoſtolica, quibus non ſit derogatum, ſeu ex noſtrarum conſtitutionum auctoritate,vel prouiſione, ſyndici ciuitatis, terræ, caſtri, vel loci eorundem, infra menſem à die commiſſorum delictorum, ſeu maleficiorum prædictorum,& ſcientiæ nullam in curijs generalibus, ſeu alicuius præſidatus denunciationem facere teneantur de maleficijs, ſeu delictis: ſed rectores ipſi infra mẽſem prædictum in caſibus præmiſſis procedere poſſint ad cognitionem, & punitionem dictorum delictorum, & curiæ generali,& præſidatus præuenire, quibus rectoribus locorum, & terrarum procedentibus infra menſem prædictum ſyndici ipſa maleficia,& delicta, ſuper quibus proceſſerint, vlterius denunciare minimè teneantur. Alioquin menſe prædicto elapſo ſyndici ipſi ad obſeruantiam dictæ cõſtitutionis penitus ſint aſtricti, prout erant ante moderationem huiuſmodi, quam volumus,& mandamus inuiolabiliter obſeruari, eadem conſtitutione non obſtante, quam quoad alia volumus in ſuo robore permanere.

DE PRAEVENTIONE IN maleficijs, de quibus per ordinarios locorum intra menſem cognitum non fuerit. Cap. VII.

HILIPPVS presbyter Cardinalis Bononien. dũ in prouincia Marchiæ Legatus eſſet. Quoniam ſæpe dubitatũ fuit, nunquid iudices generalis curiæ de delictis, de quibus infra menſem cognitum, aut proceſſum non fuerit, ipſi procedere, & cognoſcere poſſent, declarauit quoad hoc, vt maleficia non remanerent impunita,& rectores ciuitatum,terrarum, & locorum prouinciæ ad inueſtigandum fiant promptiores de quibuſcunq; delictis: de quibus per rectores huiuſmodi infra mẽſem proceſſum non fuerit,iudices ipſi curiæ generalis procedere poſſint,& rectores ipſos præuenire, vt etiam ſyndici denunciare teneantur curijs generalibus poſt mẽſem, ſi rectores locorum infra illum non proceſſerint.

QVOD MENSIS PRAEFIXVS vniuersitatibus ad inquirendum, currat à die scientiæ delicti. Cap. VIII.

RODVLPHVS Pius presbyter Card. de Carpo Marchiæ Legatus. Quoniam sæpenumero apud causidicos, & aduocatos dictæ curiæ generalis disceptatum fuisse reperimus, an à die commissi delicti, an à die scientiæ dictum tempus connumeretur; ipsas constitutiones declarando, & hæsitationem submouendo, volumus dictum tempus à die scientiæ currere.

DE ABOLITIONE CONCEDENDA. Cap. IX.

QVIA multi quandoque, & sæpe per iracundiã, & quandoq; per errorem ad accusandum prosiliunt, statuimus, & præsenti constitutione firmamus, ꝙ accusanti, & abolitionem petenti, & licentiam desistendi ab accusatione per eum facta, abolitio [a] ipsa per iudices concedatur: & ipsa abolitione petita super dicta accusatione vlterius procedi non possit, & quicquid super ipsa accusatione, & eadem instantia fieret, non valeat vllo modo: dummodo non appareat de colludio, aut illicita pactione facta cum accusato, & nisi ex euidenti causa, & apertissima contrarium iudici videretur: quod religioni, & circumspectioni suæ relinquitur iudicãdum, dummodo petens soluerit Cameræ Romanę Ecclesiæ quinq; solidos, vel minus, vt iudici videbitur, quã solutionem teneatur dictus petens abolitionem ostendere, & fidem facere iudici supradicto per apodissam thesaurarij, vel eius locumtenentis, vel officialis constituti ad recipiendum capita solidorum: in qua contineatur fides solutionis, & aliter abolitio locum non habeat, & notarius maleficiorum, qui scriberet in processu, teneatur ad pœnam priuationis officij dictam apodissam solutionis registrare in actis iuxta processum, de quo abolitio petitur, exceptis hæresi, sodomia, latrocinio, incestu, homicidio, raptu virginum, & monialium: falsitate, incendio doloso, sacrilegio, furto & delictis cõmissis in personis officialium, & curialium curiæ prouinciæ, & vulneribus atrocibus, in quibus abolitio nullatenus admittatur, aut concedatur.

a

GLO. CAP. IX.

SVMMARIVM.

1 *Quid est abolitio.*
2 *Quot sunt abolitionum species.*

a 1 ABOLITIO] Concordat tex. in l. 2. C. de abol. Et abolitio † est criminis siue accusationis institutę extinctio. l. generali, in prin. ff. de rit. nupt. l. q cũ natu, in prin. ff. de bon. libert. & l. hos accusare, in prin. ff. de accus. Et abolitionum † quædã est generalis, vt in tit. C. de gen. abol. quæ & publica dicitur ab imperatore l. 2 C. eo. huius exẽpla habes apud Papin. & Macrum in l. abolitio, cum seq. ff. ad Turp. quædam est priuata, quæ fit accusatore postulãte. l. aut priuatim. ff. eo. de qua loquitur constitutio. Addit Papin. ibi tertium genus, nempè eam quæ lege fit, ad quod vide latè Petr. à Pla. lib. 1. malef. cap. de abol. Iul. Clar. in §. fin. q. 59. in fin.

DE MODO, ET EFFECTV citationis, & banni. Cap. X.

CVM citationes in causis criminalibus fiant per publicum nuncium, vel præconem, vel nuncium spæciali ter iuratum in causa illa, vel negocio illius citatiõnis: & ꝙ sit publicus nuncius, vel præco, vel specialiter iuratus, vt supra dicitur, stetur scripturæ notarij maleficiorum sic asserentis in commissione, siue relatione, & talium nunciorum, vel præconis relationi de citationibus & bannis, & quibuslibet ambasciatis eis impositis credatur, & stetur: & fiat citatio extra curiam per loca, & castra prouinciæ, extra tamen locum, vbi curia residet per literas, quas nuncius, vel præco portet, & præsentet citando bullatas bulla rectoris, iudicis, vel locumtenentis, pro cuius parte citat, nisi in terra, in qua curia residet, in qua sufficiat citari sine literis: & fiat citatio personaliter de ipso citando; vel saltem ad domum habitationis, siue

ue domicilij citandi: & ei, qui portauerit, & præsentauerit literas, de quibus supra fit mentio, credatur, & stetur relationi dicti nuncij, vel præconis: & valeat citatio in maleficijs, non obstante, ꝙ non fieret ad petitionem aduersæ partis, vel ꝙ pars aduersa in termino se non præsentauerit, & citatus (vt prædicitur) siue sit vniuersitas, vel collegium, siue sit potestas, officialis, vel publica, vel priuata, vel singularis persona, ꝙ compareat certo termino ad se excusandum ab accusatione, denunciatione, vel inquisitione in casibus, in quibus potest inquiri, quantum ad inquisitionem, si non comparuerit in termino, vel infra terminum citationis (nisi fuerit iusto impedimẽto sufficienter probando, super quo audiatur etiam per procuratorem, si fuerit impedimentum probabile tantum, & non necessarium, & procurator specialiter ad hoc cõstitutus: si vero fuerit etiam necessarium, tunc audiatur super illo etiam per excusationem impeditus, seu detentus) habeatur pro contumace, etiam sine alia pronunciatione, vel reputatione contumaciæ, & elapso illo termino citationis possit contra sic contumacem procedi ad banni dationem quandocunq; absq; alia notificatione, vel inquisitione: quod bannum mandato rectoris, iudicis, vel locumtenẽtis detur per præconem sono tubæ præmisso, & alta voce clamantem: & detur publicè ad bancum iuris dum sedet pro tribunali in publica audientia: in quo banno dicatur ꝙ rector, iudex, vel locumtenens facit illum ex banniri propter illam contumaciam, & delictum, super quo fuit citatus: quod delictum exprimatur in banno, & in ipso banno assignetur terminus sibi arbitrio iudicis declaratus, & certus ad comparendum: & nisi in termino banni, vel infra terminum
a comparuerit, & se excusauerit, [a] tunc habeatur pro confesso, & conuicto, & verè contumace: & possit diffinitiuè condemnari de crimine absq; alia notificatione banni, vel alia citatione, saluo ꝙ si citatus, vel bannitus etiam post terminum banni, & ante sententiam quandocunq; comparuerit personaliter, & per se, & se excusare voluerit, & super crimine se defendere, audiatur super crimine, non obstante ꝙ elapsus esset terminus banni, ac etiam post sententiam si supplicauerit et in carcerem se constituere, & innocentiam suam purgare voluerit, nisi esset insignis, & famosus latro, vel homicida, aut delinquens consuetudinarius. Insuper quia multi quandocunq; se malitiosè occultant, & subtrahunt, ne possit per citationem ad eorum loca accedi, & quandoq; rebellio impedit ne possit ad locum citandi nuncius accedere ad citandum ad locum sui domicilij, & quandoq; forensis, qui in prouincia deliquit, in prouincia non reperitur, nec ibi domicilium habet, in huiusmodi similibus casibus, sequentes constitutiones antiquas, volumus ꝙ sufficiat fieri citatio per ædictum, vel per præconem cum tuba ad bancum iuris, quando ius redditur, sicut videbitur iudicanti.

GLO. CAP. X.

SVMMARIVM.

1 *Reus multoties vult reuocare suam confessionem.*
2 *Confessio iurata pretextu erroris reuocari potest.*
3 *Reus ex interuallo potest suam confessionem reuocare.*
4 *Ad talem errorem probandum admittuntur consanguinei.*
5 *Quæstio est fragilis res.*
6 *Perseueratio requiritur in confessione facta in tortura.*
7 *Confessio sponte facta, si appareat falsa, non potest sequi condemnatio.*
8 *Idem si non est verisimilis.*
9 *Mors non probatur per solam famam in arduis.*
10 *Tertia limitatio.*
11 *Quarta limitatio.*
12 *Quæ confessio dicatur facta metu tormentorum.*
13 *Læuis territio non est tormentum.*
14 *Reus tortus ad perseuerandum quo duci debet.*
15 *Quantum tempus stari debeat post torturam ad ratificandum.*

a 1 EXCVSAVERIT] Solet multoties reus † qui delictum confessus est medio eius iuramento, velle dictam cõfessionem reuocare prætextu alicuius erroris, de qua concl. vide Rom. in rep. l. si vero. §. de viro fall. 21. ff. sol. matr. Butr. c. cum dilectus, col. pen. de succ. ab int. Bar. in l. cum quis decedens. §. cum quis. ff. de leg. 3. Gem. c. fi. de iureiur. lib. 6. Bald. in l. si creditor. C. de fideiuss. & in rub. C. res int. alios act. col. fin. & in l. rationes, col. 2. & in auth. quod obtinet. C. de proba. Paris de Put. de synd. verb. sequitur qõ. Vbi dicit, ꝙ cõfessio † iurata potest prætextu erroris reuocari. c. cum dilecti, de accus. gl. sing. in c. ex literis, de diuort.

diuort. Potest etiam incontinenti reuocari. c. preterea, de testi. cog. etiam antequam sit in scriptis redacta. c. olim, de cens. glo. in c. cum in positionibus, de iureiu. lib. 6. nisi fieret malitiose secundum gl. in c. apud misericordem. 32. q. 1. & l. rura. C. de omni agr. defer. lib. 10. Potest etiã reus
3 † suam confessionem ex interuallo interpretari per d. c. cum dilecti, nam si confessus fuit occidisse hominem, potest probare, ꝙ ad suam legittimam defensionem occidit, Boer. decis. 164. nu. 12. Bar. in l. nemo ex his, & Cagn. nu. 4. ff. reg. iu. Dec. in c. pastoralis, nu. 15. de except. Boss. tit. de defens. reorum, nu. 4. Et aduerte ad vnum, ꝙ
4 ad probandum errorem † confessionem reuocatis admittuntur consanguinei, secundum Ang. in l. is cum quo. ff. de conf. arg. l. addictos. C. de app. quod tenet Io. And. in add. Specul. tit. de conf. §. postremò, versi. cæterum, vbi dicit, ꝙ ad probandum hominem viuere, qui dicitur occisus ab inquisito admittuntur amici. Quia semper constare debet de delicto nõ obstante cõfessione, Marsi. in prat. crim. §. postquam, nu. 48. Gram. cõsi. 16. post nu. 5. quicquid dicat Boer. decis. 259. nu. 3. vbi dicit de facto seruari cõtrarium, Iul. Clar. in §. fi. q. 55. vbi alia ad propositum excusandi adducit, & tenet etiam Specul. tit. de inquis. §. 1. versi. sed nunquid, vbi dicit, ꝙ ad probãdum innocentiam admittuntur domestici. Cum quis confitetur crimen sponte commisisse, statim carcerãdus est, & absque alia perseuerationc damnandus est. l. fi. primo respon. ff. de cust. reo. l. cum reis. C. de pœn. Si vero quis confiteatur metu tormentorũ, tunc confessioni non statur, nec pro confesso habetur. l. 2. C. quo. app. non recip. & est ratio, quia
5 quæstio † est fragilis res. l. 1. §. qõni. ff. de q̃st. & habet locum tũc. l. 2. C. de cust. reo. vt quia iudex faciat coram se criminosum venire, & quærat ab eo vtrum velit in confessione sua perseuerare, re
6 tractare, vel aliter dicere, & si perseueraverit † tenet confessio. l. 1. §. siquis vltro. ff. de quæst. & d. l. 2. quo. app. Gand. de malef. tit. de quæst. versi. & quidem, Bal. & doct. in l. 2. C. quod met. cau. Bal. & Ang. post gl. in l. 1. C. de conf. Et hæc est communis obseruantia, vt dicit Boer. decis. 163. nu. 18. Abb. in c. cum in contemplatione, num. 7. de reg. iur. Bart. in l. 1. in vlt. verb. ff. de cust. reor. & idem Ang. in l. 1. ff. eod. qui limitat prædicta, nisi
7 contra illam cõfessionem, quæ est sponte † facta sine tortura, probetur falsitas, quia ex illa confessione facta in criminalibus tunc nõ potest sequi condemnatio, allegat Specul. hoc voluisse in tit. de conf. §. effectus, ad fin. & hanc sententiã approbat etiam Bal. in l. siquis in hoc genus. C. de epis.
8 & cler Secundò limita † ꝙ verum est, ꝙ propter solam confessionem sponte factã in capitalibus, quis potest condemnari, si talis confessio est verisimilis d. §. siquis vltro, quod exẽplifica vt per Ang. in d. l. 1. C. de conf. alioquin non. Et propte rea opus est primo vt constet de maleficio anteq̃ procedatur. l. 2. §. item illud. ff. ad Syl. Par. de Put. de synd. verb. confessio, & ideo Bal. in add. Spec. tit. de senten. versi. Titius fuit confessus, dicit, ꝙ siquis confitetur hominem occidisse & proiecisse in mare, cum non constet de corpore mortuo, ille non potest occidi, saltem nisi probetur per famam illum esse mortuum, per d. §. item illud. Sed quod dicit de fama videtur dubitabile, quoniam
9 vbi tractatur de magno præiudicio mors † non probatur per solam famam, vt dicunt doct. in l. si quidem. C. sol. matr. Ang. in l. fi. ff. de his qui not. inf. Lanf. in d. c. quoniam contra, verb. depositio-
10 nes, cir. fi. Tertio limitat † Bal. in d. l. siquis in hoc genus, ꝙ opus est, ꝙ illa cõfessio fiat ante sententiam, secus si fiat lata sententia extra iudicium. l.
11 non tantum. ff. de app. vbi glo. Quartò † limita prædicta non habere locũ in teste, quia testis, qui confessus est per torturam non debet perseuerare in confessione illa, ita bonis rationibus cõclu
12 dit Bal. in l. fi. C. de quæst. Quæro quæ cõfessio † dicatur facta metu tormentorũ? Resp. si torquendus ducatur ad pedem torturæ, & ligentur eius manus retro, & dicitur ei à iudice, ꝙ nisi cõfiteatur, incontinenti subijciet eum tormentis. l. 2. C. quor. app. ibi aut formidine tormentorum. Et not. ꝙ ibi dicit formidine tormentorum, non autem dicit in tormentis, & idem ibi sentit gl. arg. l. apud labeonem. §. adijcitur. ff. de iniu. ibi, nuda ergo interogatio, vel læuis territio. Ergo à cõtrario sensu, nõ læuis territio habetur loco tormentorũ, ad hoc concordat, quod dicitur, sufficit terror armorum etiam siquis eis vsus non sit. l. idem est. §. armis. ff. de vi & vi arm. l. 3. ff. ex quib. cau. maio. & l. metum. C. quod met. cau. Sed quid si ducatur ad pedem torturæ, & nõ ligentur manus retro, sed tantum minatur sibi de torquendo eum si non confiteatur, & ob eas minas confessus fuerit. Nunquid talis confessio videtur facta formidine tormentornm, vt dicamus confessionẽ non valere, nisi fuerit perseueratum in ea? Videtur ꝙ sic d. l. idem est. §. qui armati. ff. de vi & vi arm. l. 1. §. ex incendio. ff. de incend. rui. nauf. & l. patronus, primo resp. eo. tit. Sed cõtrarium videtur dicendum, quoniam læuis terror nõ spectat ad formidinem tormentorum. d. §. adijcitur. Sed prior opinio verior videtur, Gand. de malef. tit. de q̃st. sed hoc ego quæro, Ang. de malef. verb. ꝙ fama publica, versi. aliquis captus. Sed quid si extra locum in quo homines torquentur, iudex dicat, aut confitearis, aut ducam te ad torturam inferendo sibi terrorem de hoc quantum poterat, & ille talis his auditis confessus fuerit. Nunquid dicetur in hoc casu confessio facta formidine tormento
13 torum? dic ꝙ non, quia læuis † territio, vt dictũ est supra per d. §. adijcitur, versi. qõnem, & l. metum. C. quod met. causa. Nam læuis territio extra locum torturæ facta illusoria est. l. hæc satisdatio. ff.

tio. ff. si cui plusquam per l. Falc. Sed Dyn. in l. qđ nouissimè. ff. quod fal. tut. videtur velle contrarium, vbi dicit per illum tex. ꝙ idẽ operatur probabilis suspitio tormentorum, quod operatur ipsa illatio, quod credo verum, itaque reus hanc cõfessionem potest reuocare ac si facta esset in conspectu torturæ, ideo perseuerationc eget, qđ no. Postremò quæro ad quem locum duci debet reus
14 † ad perseuerandum? Gand. vbi supra versi. sed quæro dicit, ꝙ apud acta, vel ad alium locum publicum, & non in conspectu torturæ. Ideo videmus (vt ipse dicit) ꝙ iudices in perseuerantia facienda conuocant testes, & sub publico testimonio scribi faciunt, talis tali die & tali loco præsentibus talibus testibus perseuerauit & confirmauit; & bene facit in arg. l. 2. C. de cust. reor. Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus, nu. 3. ff. de quæst. & ita praticatur vt attestatur Bal. in consi. 85. in fi. lib. 1. Vitalinus tamen dicit de generali cõsuetudine non requiri testes in ratificatione, in tit. de forma perseuera. nu. 3. Dicit tamen Cæp. consi. 40. ꝙ valet consuetudo, ꝙ reus condemnetur ex confessione facta in loco tormentorum idem tenet Aug. in add. ad Ang. de malef. verb. ad querelã, versi. pro-
15 cedamus. Quantum † autem tempus erit intermedium ab hora confessionis torti, vsq; ad horam reductionis ad perseuerandum, dicit Gand. hoc non determinari lege aliqua, vt d. l. 2. C. de cust. reor. ibi, itaq; postmodum eductus, non tamen dicit quãtum sit illud postmodum, quare dicit arbitrio iudicis relinquendũ, considerata qualitate personarum, & læuitate, vel grauitate criminis, cum enim certum tempus non præfigitur à iure, in iudicis potestate relinquitur. l. 1. cum sim. ff. de iu. delib. hoc idem tenet Bar. in l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de quæst. Iac. Butr. in d. l. 2. dicit, ꝙ reus debet quiescere per diem & noctem antequam perseueret, alias non valet talis perseueratio, quia semper dicitur facta metu tormentorũ, quem sequitur prat. Pap. in forma inquis. versi. qd ergo dicendum, Lanfr. d. c. quoniam cõtra verb. confessiones, nu. 9. & hæc posterior opinio frequentius seruatur, Ang. de malef. verb. ad querelam, versi. secundo not. & ibi Apposti. Et hanc dicit cõmunem praticam esse Anto. Gom. in c. 13. delic. nu. 24. & qui aliter facit, acriter reprehendit Cæpol. consi. 40. versi. & ꝙ in hoc casu.

DE PRAEVENTIONIBVS Cap. XI.

NONNVLLI officiales terrarum curiam generalem prouinciæ cum ficta præuentione malitiosè conantur eludere, & subitas quasdam citationes faciunt apparere: quorum fraudibus obuiare volentes, statuimus ꝙ nisi prius instituta accusatione legitima de crimine coram eis, vel legitima inquisitione formata in casibus, in quibus possint inquirere, nulla eorum vel pro eorum parte fiat citatio super aliquo crimine, nec fiat die accusationis, vel inquisitionis, & si aliter contra prædicta fuerit facta citatio, non teneat ipso iure, & ex illa accusatione, inquisitione, & citatione contra prædicta facta nulla contra generalem curiam rectoris, & suorum iudicum in
a telligatur esse facta præuentio,[a] & quando cunq; allegaretur, vel opponeretur, præuentio contra dictam curiam semper allegans, seu opponens, teneatur probare, ꝙ citatio, & processus alibi facti sint legitimi, & omni tempore procedentes: nec sufficiat ꝙ citatio eorum eodem die cum citatione generalis curiæ appareret: sed si non appareat prioritas temporis, citatio maioris curiæ (vtpotè maiorem auctoritatem habentis) citationi minoris curiæ præferatur.

GLO. CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit præuentio.*
2 *Quando dicatur præueniri.*
3 *Præuentio Mediolani inducitur per inuentarij confectionem.*
4 *De prioritate horæ remissiuè.*
5 *Intellectus. l. non videtur. ff. de iud.*

2 PRAEVENTIO] Dicitur † cum eiusdem rei psonæve iurisdictio penes duos iudices est, & alter cognoscere prius cœpit. Præuenitur quandoq;
2 † per in ius vocationem, quia prior in ius vocauit, quandoque litis contestatione, quandoq; libello, quandoque sententia, Bar. ponit in l. si plures. ff. de leg. 1. Spec. tit. de rescrip. pres. §. 5. versi. item ꝙ minus, Fel. in c'. cum M. de const. Scrib. in l. siquis posteaquam. ff. de iud. Cano. in c. pen. de for. comp. in modo præueniendi hæc constitio dat formam, & testatur Boss. in sua praxi ꝙ in
3 ducatu Mediolani inducitur præuentio † per inuentarij confectionem. Et de prioritate † horæ
4 multa ponunt doct. in l. 1. not. 4. ff. sol. mat. ad variasq; q. inferunt. Cæterum ad materiam præuentionis vide Barto. in l. sepulchri. ff. de sepul. viol.
5 Non obstat tex. † in l. non videtur. ff. de iud. vbi habetur, ꝙ sola citatio non cõfert iurisdictionẽ, quia (vt eleganter dicit Bart. in l. vbi cœptum. ff. eo.) illud verum est quando non coram suo iudici conuenitur, vel coram eo, quem posset declinare, &

re,& ita procedit d.l.non videtur,secus siquis cõueniretur, qui haberet plures iudices, habentes eandem iurisdictionem & parem,vt in proposito nostro,& præuentionis diffinitio ostendit. Dum pendet controuersia præuentionis, si alter ad capturam processerit præfertur alteri, qui prius citauit.Iul.Clar.in §.fin.q.38. in fin.

DE PRAEVENTIONIBVS admittendis. Cap. XII.

IOANNES Vicecomes de Olegio rector Marchię Anconæ, ac Firmi Vicarius ꝑ sancta Romana Ecclesia generalis sapientibus viris,& omnibus,& singulis iudicibus,& officialibus tam curiæ nostræ generalis,quàm præsidatuum salutem, & synceram dilectionem. Notum vobis facimus per præsentes, ꝙ nuper literas Reuerendissimi in Christo patris, & domini, domini nostri Legati recepimus in hac forma. Amice charissime cupientes, quantum possumus, subditorum exgrauaminibus prouidere, & studere commoditatibus eorundem, ordinamus,& sic per uos, & iudices Camerę,ac prędatuum volumus obseruari, quatenus omnibus & singulis communitatibus, & singularibus personis terrarum,& locorum prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, in quibus vos nomine Cameræ,& Sedis Apostolicę,vel Romanę Ecclesiæ potestates,& regimina deputamus, siue restitutę sint,siue non ad priuilegia earundem, prędecessores nostros editarũ admittatis, & admitti per officiales vestros protinus faciatis: quodq; hanc deliberationem nostram per dictam prouinciam promulgari ad notitiam omnium faciatis. Casus vero,in quibus prędictas præuentiones admitti volumus (vt prędixi fertur) sint hi, videlicet: In damnis datis, in verbis iniuriosis (exceptis quæ dicta forent in palatio communis coram officialibus in platea cõmunis, & in ecclesijs). Item insultu, simplici admenatione, siue armis, (exceptis insultibus, ex quibus scãdalum, & tumultus in populo sequeretur): Item in rixis, vbi interueniunt percussiones manibus vacuis sine sanguinis effusione, liuore membri,vel partis ipsius fractione,vel alia debilitatione,nisi in eis tumultus, & scandalum sequeretur. Datum Anconæ sub nostro sigillo secreto die tertio Aprilis. Quare tenore ꝑsentium vobis, & vestrum cuilibet præcipimus, & mandamus sub pœna ducentorum florenorum auri Cameræ Romanæ Ecclesiæ applicandorum, & plus ad nostrum arbitrium auferenda,quatenus omnia, & singula in dictis literis comprehensa,sine defectu aliquo plenarie obseruatis, & faciatis per officiales nobis subditos obseruari: alioquin contra vos procedamus iustitia mediante. Datum Firmi die octauo Aprilis secunda indictione M CCC LXIIII.

IOANNES Vicecomes de Olegio rector Marchiæ Anconæ, ac Firmi Vicarius pro sancta Romana Ecclesia generalis sapientibus viris omnibus,& singulis nostris iudicibus, & officialibus tam nostræ curiæ generalis, quàm præsidatuum salutem, & dilectionis effectum. Noueritis nos nuper à Reuerendissimo in Christo patre, & domino nostro Legato infrascripti tenoris literas recepisse,videlicet. Amice charissime quãquam pridie vobis scripserim, ꝙ præuentiones terrarum,vel locorum, in quibus nos regimina deputamus in certis casibus in ipsis literis nostris declaratis, admittere deberetis: tamen quia in dubium vertitur per officiales curiæ, nunquid præuentiones aliarum terrarum, & locorum, quas alijs concessimus, vel quæ ex restitutione facta eis per nos ad priuilegia sua habent præuentionem in casibus, in quibus habent cognitionem, admitti debeant vel non,his auctoritatem nostram prędictis duximus declarandam. Volumus enim, & intendimus, ꝙ præuentiones quorumcunq; locorum, & terrarum, quæ restitutæ sunt per nos, vel quæ alijs per nos concessæ sunt,vel non,in omnibus casibus, in quibus habent cognitionem ex forma restitutionis eis factæ,vel priuilegiorum,quæ restituta essent, siue ex cõcessione aliàs facta eis per nos (quia iustum est) penitus admittantur: & ita rogamus vos, ꝙ faciatis inuiolabiliter obseruari. Datũ Anconæ sub nostro sigillo secreto die vigesima Aprilis. Quare volentes literas præfati domini nostri domini Legati,prout tenemur, ex debito exequi,reuerenter tenorem, & formam ipsarum literarum dicti dñi nri Legati vobis, & vestrũ cuilibet duximus harũ serie in mandatis intimare, vt literas has obseruetis, & faciatis per officiales nobis subiectos inuiolabiliter sine defectu obseruari, & sic vobis,& cuilibet vestrũ sub pœna centum florenorum auri Cameræ Romanæ Ecclesiæ applicandorum, & vltra nostro arbitrio auferenda, earundẽ serie iniungimus, præcipimus, & mandamus. Datum Firmi die vigesimaquinta Aprilis indict.II.

DE NON PONENDO ALIquem in carcerem sine mandato rectoris,vel iudicis Cap. XIII.

NE PROMISCVIS actibus rerum turbẽtur officia,statuimus,& firmamus, ꝙ nullus de curia rectoris prouinciæ audeat, vel præsumat aliquẽ carcerare, seu in carcerem poni facere aliquo modo, vel aliquo colore quæsito,nisi fiat hoc ad mandatum rectoris, vel suorum iudicum,vel alterius eorum (quod per eosdem fieri possit in casibus permissis). Siquis contrafecerit, si priuata persona fuerit, pœna ordinaria per cõstitutionem nostram de priuato carcere: si officiales, aut nuncius, mitius arbitrio iudicum puniatur.

DE PROCVRATORIBVS admittendis in criminalibus causis. Cap. XIIII.

a FELICIS recordationis Bonifacius Papa VIII. in quadam sua constitutione ordinauit, ꝙ procuratores[a] legitimè constituti ab exbannitis per rectorem dictæ prouinciæ, vel iudicem, seu officialem ipsius,ac alij eorum legitimi defensores ad defensionem eorundem exbannitorum, & bonorum eorum in causis,& casibus,in quibus defensores, & procuratores de iure admitti debent(prout admittendi fuerint) admittantur. Cui cõstitutioni adijcimus,ꝙ in causis appellationum, & nullitatum criminalium interponendarum à quocunq; alio, quàm à rectore, vel suo iudice maleficiorum, possit interuenire procurator tam ad appellandum, quàm ad prosequendum, etiam si excederet pœnam relegationis,seu etiam essent capitales. In causis vero appellationis, quæ interponeretur à rectore, vel suo iudice maleficiorum quantum ad constitutionem,& admissionem procuratoris iura communia obseruentur.

GLO. CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *In causa criminali an procurator interuenire possit,distinguitur.*
2 *Cautela Ang.Aret. ad repellẽdum procuratorem*
3 *Reus carceratus potest se defendere per procuratorem.*
4 *Cautela est pro reo, vt compareat per procuratorem ad infamiam euitandam.*
5 *Altera cautela est,vt ante condemnationem se componat.*
6 *In criminalibus quamuis procurator interueniat, reus damnandus est.*
7 *Ad respondendum inquisitioni non potest constitui procurator.*
8 *Quid si admittitur procurator non admittendus?*

a 1 PROCVRATORES] Quæri solet, an in causa † criminali procurator interuenire possit? in qua. q.doct.distinguunt. Aut est delictum,ex quo venit imponenda pœna continens relegationem, & tunc non admittitur,aut est imponenda pœna minor relegatione, & tunc admittitur.l.pen.§. ad crimen.ff.de pub. iud.& l.seruum quoq; §.publicè.ff.de procur. & ibi gl.Bar. & doct. per Cy. Bal. & Sal. in l.reos. C. de accus. Abbas in c. veniens,nu.18.Ana.nu.18.Mar.nu.41.& Bero.nu. 35;de accus.subdens ꝙ ita seruatur in pratica Cę pol.consi.55.versi. secundo non obstat. & consi. 72.versi.de primo non videtur. Viuius lib.communium opin. verb. procurator in capitalibus Carauita super ritu Vica.108.& ita tenent communiter scrib.vt dicit Rub.in d.§.ad crimen,nu. 146.dicit tamen Guid.Pap. decis.336. ꝙ de stilo in Delfinatu admittitur procurator in causis criminalibus non capitalibus.Et bene aduertas, ꝙ non sufficit,quod procurator habeat generale mandatum,immo opus est,ꝙ sit spetiale & expressum ad causas criminales,& in specie vt ad tali inquisitioni respondendum, vt not. Iac. Butr. Bar. Bal.& Ang.in l.fi.C. de procur.Imo.in c.super his, col.vlt. de accus. Ex quo sequitur, ꝙ in crimine,ex quo esset tantũ pœna pecuniaria imponenda bene admittitur procurator,vt d.§.publicè,secus autem si esset imponenda pœna corporalis,& est ratio secũdum Gand. de malef. tit.

vtrum

vtrum procur. versi. sed ĕ contra, quia sententia quæ ferenda est, si feratur in personã procuratoris nulla esset, per l. 1. C. de sent. & interl. om. iud. l. licet. §. pen. ff. de procu. nam sententia in dictis grauioribus causis ferenda est in personam domini & non procuratoris. l. absentem. ff. de pœn. sed in alijs criminibus læuioribus sententia potest ferri; contra procuratorem, quia in eis pœna non imponitur corporalis, vt not. in d. §. ad crimen. c. veniens, de accus. Ang. de malef. verb. qui dominus Iudex versi. quæro quid si citatus,
2 vbi subdit, q̃ ipse solitus erat vti cautela † quando dubium erat, vtrum deberet admitti procurator vel nõ, dicebat enim q̃ habebat indicia contra inquisitum, & q̃ principalis vti melius informatus deberet per se nõ per procuratorem comparere, vt aliquando contingit. l. fi. cum ibi not. per gl. & doct. C. de procu. & istam cautelam ponit Cy. in d. l. reos, & Bar. in l. 2. §. defendi. ff. ex quib. cau. in poss. ea. & hoc seruatur hodie in omni causa criminali. Rub. in d. §. publicè nu. 31. vbi Paul. de Castr. nu. 12. Rui. in consi. 118. lib. 5. Ad de tamen ad id quod dictum est, q̃ procurator in causa criminali non potest interuenire, q̃ reus
3 † præsens vel existens in carceribus, quando est fideiussoribus relaxandus potest per se, aut legitimum procuratorem causam suæ relaxationis, etiam criminalem agere, ita dicit Bar. in d. §. ad crimen, versi. item opponitur, de l. lucius, & cæteri sequũtur. Bal. in l. reos, nu. 21. C. de accus. Rub. in d. §. ad crimen, nu. 68. Ant. Gomes. c. 1. delict. nu. 14. Abb. in d. c. veniens. nu. 20. quod intellige vt declarat Iul. Clar. in §. fi. q. 32. versi. itẽ quæro. Si vero non sit detentus, & dicta pœna sit corporis afflictiua, non potest per procuratorem comparere, vt no. Bar. in d. §. ad crimen, si non est cor-
4 poris afflictiua, tunc cautela est † q̃ semper per procuratorem compareat, quoniam si esset damnatus ex proprio nomine, etiam ex læui iniuria, statim efficeretur infamis, vt est casus in c. cum te, de re iud. secus si per procuratorem litigauit vel comparuit, quia alieno nomine damnatus, nec ipse, nec principalis infamatur. l. furti. §. qui alieno, & ibi glo. & doct. ff. de his qui not. infa. quod not. secundum Ang. de malef. verb. qui dominus iudex, versi. & etiam no. quia est cautela ad
5 euitandam infamiam. Altera similiter est caute-la, † ad euitandam infamiam, vt reus ante cõdemnationem offerat pecuniam in condemnatione deducendam, & nõ notatur infamia, scd̃m Doct. in l. si reus paratus, vbi Bal. ff. de procu. & tenet Bar. in l. ait prætor. §. siquis paratus. ff. de nou. oper. nunc. vel q̃ ante condemnationem faciat compositionem, vel soluere protestetur, q̃ propter dubium litis euentum hoc facit, & ne litibus vexetur & expensis, ne videatur delictũ confiteri, not. Ias. in l. interdum. §. nihil. ff. de verb. obl. Paris de Put. de synd. verb. oblatio. Vnũ non omitto, q̃ in criminalibus, in quibus potest pro-
6 curator † interuenire iuxta. l. fin. C. de iniu. regulam supra traditam non procurator, sed dominus est damnandus, vt not. gl. & doct. in l. nihil. C. de procu. & Bar. in d. §. publicè, quam refert & sequitur Paul. de Castr. ibi, dicens, q̃ si reus esset in carceribus posset constituere procuratorem ad omnes actus præterquam ad sententiam, & ita asserit praticari, quia cessant rationes prohibitiuæ. Rub. in d. §. ad crimen, nu. 82. Ang. autem ibi dicit contrarium, q̃ ad respondendum † inquisitioni vel positionibus non potest constituere procu-
7 ratorem, sed debet personaliter duci ad bancum iuris & per seipsum respõdere, & ita de facto obseruatur, ne procurator cõfitendo inferat grauissimum præiudicium ipsi carcerato, vel negando ingerat difficultatem curiæ in probãdo, ista sunt verba Paul. de Castr. in d. §. publicè, vbi plenè tractat istam materiam. Ang. in d. §. ad crimen, & in l. reos. C. de accus. pro qua est casus rectè intuenti in l. si cuiusdam. C. de accus. Gand. de malef. tit. vtrum in malef. proc. ver. item pone, Io. And. in add. specul. tit. de proc. §. 1. versi. sed nunquid, & nouè vide omnia ad præsentem materiam pertinentia complectentem Ant. Rubeum in rep. sua d. §. ad crimen. §. & d. §. publicè, & d. Iac. Meno. de arb. iud. lib. 1. q. 80. Boss. in tit. an in cau. crim. & Iul. Clar. in d. q. 32. latè. Sed pone q̃ in causa † criminali, in qua non potest interue-
8 nire procurator, siquis procuratorio nomine compareat, & fuerit admissus tacitè, hoc est, non fuerit repulsus, an tamen valeat processus, etiam in fauorem inquisiti? Dic q̃ sic, vt not. gl. in c. 1. de iud. lib. 6. in verb. criminalis, & in l. quamuis. C. de adult. & Bart. in terminis in d. §. ad crimen. q. vlt. Bald. tamen videtur tenere contra Barto. in l. reos. C. de accus. & doct. tangunt istam difficultatem in d. §. publicè, in d. §. ad crimẽ, & in d. l. reos dic vt ibi per eos. Sed Bar. opinio est verior, q̃ valet processus in causa criminali, si procurator interuenit, & non fuit oppositum, & est ratio, quia exceptio procuratoris est dilatoria, ideo opponi debet ante litem contestatã, tex. est in §. pen. inst. de except. cuius non meminit gl. in l. ita demum. C. de procur. Tu vero intelligas in delictis in quibus non potest procedi nisi ad querelam partis, secus in illis, in q̃bus procedi potest ex officio, in qua materia vide Bertr. consi. 358. circa prin. lib. 4. Fel. in c. meminimus, nu. 18. & accur. Dec. in l. in ambiguis. §. non est nouum, num. 11. ff. de reg. iu. & consi. 469. in fi. Marsi. in prat. crim. §. sequitur, nu. 17. Corset. in sing. verb. procurator, incip. licet quis.

QVOD

QVOD HOMICIDAE, ET ALII quibus pœna sanguinis veniret imponenda, non audiantur per alios quouis nomine pro eis comparentes, nisi se in carcere constituant ad arbitrium iudicis: & ætas minor xxv. nõ excuset (dummodo xx. annum delinquens attigerit) & de gratijs super homicidio in carcere, vel aliter arbitrio iudicis per impetrantem verifican. Cap. XV.

BONAE memoriæ Iulius Papa Secundus quãdam constitutionẽ edidit in hac forma, videlicet. Veuerabili fratri Antonio Archiepiscopo Auinionẽ. ꝓuinciæ nĩæ Marchiæ Anconitanæ Gubernatori.

IVLIVS Papa II. Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem. Fide digna relatione nuper ꝓcepimus multa homicidia ab octo præcipue annis citra in ista prouincia nostra Marchiæ Anconitanæ perpetrata ex eo præsertim, q̃ ipsi tam atrocis criminis rei per procuratorem defendi solent, & plerunq; subdolis cauillationibus absolui: & q̃ etiam tam à nobis, quam antecessoribus nostris Rom. Pont. per commenticias minus veras narrationes, ac etiam sub prætextu obtentæ pacis literas in forma breuis in cancellaria, & absolutionem sententiarum, ac processuum desuper habitorũ impetrauerũt: quo exemplo plærique ad huiusmodi homicidia perpetranda procliuiores redduntur: adeo vt non tantum in priuatos, & inimicos homines, sed in fratres, & alios propinquos, prætores, & officiales populorum, & (quod nõ minus graue est) à sacerdotibus manus impias non continent. Nos igitur, qui eandem nostram sanctæ Ro. Eccl. peculiarem prouinciã paterna charitate prosequimur, eiusq; quietem, & incrementum desiderantes, attendentes q̃ ex facilitate veniæ frequentius huiusmodi homicidia cõmittuntur, salutareq; remedium his rebus adhibere volentes, ac firma stabili, incommutabili, perpetuoq; duratura constitutione sancimus, & decernimus, vt nullus in causa criminali, ex qua capitalis, vel sanguinis, vel alia quæuis grauior arbitrio iudicis pœna infligenda esset, tam (maxime in causa homicidij) per procuratorem, excusatorem, defensorem, vel vt quẽlibet de populo, quouis pacto admittatur: nec pater pro filio, nec abbas pro monacho, nec prælatus, aut dominus pro subdito, vel è contra, audiatur, nisi reus seipsum prius in carcerem constituerit, & si forte iudex aliqua ratione inductus ad excusandum rei huiusmodi absentiam, vel innocẽtiam, vel aliam ob causam aliquem ex prædictis duxerit admitendum, possit in quocunq; iudicij statu, & instantia causæ, etiã ad conclusionem deductæ, ac etiam post sententiam, si reus supplicauerit, & in carcere constitutus innocentiam suam patefacere voluerit, nisi forsan extaret statutum in loco, q̃ contumax habeatur pro confesso, quo casu non audiatur, nisi ex liquidissimis probationibus constaret iudici prætensum reum non commisisse maleficium, super quo habitus fuit pro confesso in vim fictæ confessionis statutariæ, huiusmodi criminis reum, aut conuentum coram se ad personaliter comparendum vocare, & tanquam veritatis cõscium in carceribus audire: qui si forte venire distulerit, processus, & sententia pro ipso reo lata, & inde secuta quęcunq; etiam fisco, vel parte non agente, nullius sint roboris, aut momenti: prorsusq;, pro infectis habeantur: quinimo reus ipse pœnis iuris, & constitutionum dictæ prouinciæ, quẽ admodum ante processum, & sententiam huiusmodi erat, sit obnoxius quacunq; ipsius prouincię consuetudine (quæ corrupte la rectius dici potest) non obstante q̃ ipsum volumus extendi ad causas criminales prædictas tam in curia Maceratensi, quàm in alijs locorum prouinciæ tribunalibus in quacunque instantia, etiam per appellationem pendentem. Dictæ præterea constitutioni, & sanctioni addijcimus, q̃ si quis à nobis, vel à Sede Apostolica, vel à Legato de latere pro tẽpore dictæ prouinciæ, vel Camerario nr̃o homicidij veniam, & remissionem, sententiarumq;, & processuum desuper habitorum abolitionem, cancellationem, cassationem, in integrum restitutionem, seu in primum statum repositionem impetrauerit, etiam si in literis super hmõi absolutione cõfectis certæ scientiæ, & proprij motus, aut quæuis aliæ insolitæ clausulæ fuerint, teneantur & debeant literas

ras ipſas Legato,ſeu gubernatori, ſeu locũ tenenti, ſeu rectori, vel cuicunque ipſius prouinciæ præſidi exhibere: illisq; exhibi tis de earum veritate,vel ſurreptione docere: ipſeq; in carceribus,vel in alio loco pro carceribus aſſignando,vel ſuperioris arbitrio datis fideiuſſoribus (vocatis vocãdis) audiri, de veritate precum docere legitimè,ac narrata in breuibus, & literis ad gratiam obtinendam,& principem leniẽdum, & facilius inducendum verificare: & ſuper ſurreptione, vel obreptione impetratæ gratiæ in iudicio ſtare: quibus non obſeruatis, vel eis in probatione deficiẽtibus veniam, remiſſionem ſentẽtiarumq;, & proceſſuum deſuper habitorum abolitionem,cancellationem, caſſationem,reſtitutionem in integrum, ſeu in primum ſtatum repoſitionem pro nullis, nulliusq; ſtabilimẽti habendas eſſe: reosq; ipſos iuris,dictarumq; conſtitutionum pœnis aſtrictos remanere volumus,& mandamus: dictis obtentis gratijs, & breuibus non obſtantibus: & non ſolum remiſſiones deinceps faciendæ, ſed etiã literas apoſtolicas in forma breuis,aut alias iam obtentas,quæ nondum effectum cancellationis, & caſſationis fortitæ fuerint ſub eadem forma, & præſenti conſtitutione noſtra pariter comprehendi ſtatuimus. Inſuper quòd nec ætas iunior annis viginti quinque homicidas ipſos excuſet: & homicida ſic delinquens, qui vigeſimum annum ſuæ ætatis attigerit,habeatur, & reputetur ꝓ maiori in omnibus præmiſſis delictis. Nec propterea pœnis iuris,vel conſtitutionum,vel ſtatutorum eximatur, vel liberetur: nec apud iudicem minoris ætatis huiuſmodi cõſideratio alicuius ſit momenti, decernentes irritum, & inane quicquid contra præmiſſa, ſeu eorum aliquod attentabitur,vel quicquid etiam à Legato delatere,ſeu quouis alio dictæ prouinciæ rectore in derogationem, modificationem, vel quamlibet aliam diſpẽſationem omnium, & ſingulorum præmiſſorum impoſterum contigerit attentari ſine noſtra expreſſa licentia,quæ in ſcriptis oſtendi poſsit. Nec literas apoſtolicas à nobis, vel Sede Apoſtolica prædicta pro tempore concedendas contra prẽmiſſa,aut eorum aliquid cui quam ſuffragari volumus, niſi per trinas literas interpolatè emanatas,huic noſtræ cõſtitutioni in ſpecie de verbo ad verbum, & ſpecialiter fuerit derogatum: illasque contra mentem noſtram, & dictæ Sedis fore conceſſas, & nunc prout ex tunc, declaramus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, priuilegijsq;, & ſtatutis etiam comprehenſis in volumine conſtitũtionũ bonæ memoriæ Aegidij Cardinalis Sabinenſis dictæ prouinciæ Legati, de procuratoribus etiam in criminali cauſa admittere,vel non,etiam à dicta Sede confirmatis: de quorum tenore ſpecifica indiuidua,ſpecialisq; de verbo ad verbum mentio habenda eſſet: cæterisq; in contrarium facientibus non obſtan.quibuſcunque.Poſtremo vt huiuſmodi noſtræ cõſtitutionis, decreti, & voluntatis nulla deinceps allegari poſſit ignorãtia, volumus has noſtras literas per totam ipſam prouinciam publicari,easq; inter alias ipſius prouinciæ conſtitutiones,locorumq; ſtatuta conſcribi,& in earum conſtitutionum volumine redigi,prout tibi (vt eas ipſas publicari, cõſcribi,redigiq; facias) cõmittimus & mandamus: alijs legibus, apoſtolicisq;, & dictæ prouinciæ conſtitutionibus, & ſanctionibus contra homicidas,eorumq; receptores,& defenſores editis,quibus nihil intendimus derogare,in ſuo robore permanſuris. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub annulo piſcatoris die XXXI. Decembris MDX. Pontificatus noſtri anno ſeptimo. Sigiſmundus.

DECLARATIO QVOD PAter admittatur pro ſuo intereſſe pro filio homicida,& in omnibus caſibus in proxima conſt. expreſſis. Cap. XVI.

RODVLPHVS Pius presbyter Cardinalis de Carpo in prouincia Marchiæ Legatus. Vt dubitationis materia (quam aliàs in curia fuiſſe nobis relatum fuit) tollatur: volumus, & declaramus parentes [a] pro eorum intereſſe comparere poſſe, & audiri debere: decernimus tamen eorum comparitiones,& iura nullatenus eorum filijs non conſtitutis in carceribus,ſuffragari debere.

GLO.

GLO. CAP. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Parentes quod intereſſe prætendere poſſunt, propter filij delictum.*
2 *Iudex nõ recipiat cõfeſſionẽ minoris abſq; curatore.*
3 *Ad videndũ iurare minorem citari debet curator.*
4 *Non tamen eſt neceſſe, ꝙ adſit in tormentis.*
5 *Diſtinguitur tamen ſecundum Cy.*
6 *Differt confeſſio & ſententia in minore.*
7 *Minori non præiudicat confeſſio facta etiam cum iuramento, ſi confitetur metu torturæ.*

1 PARENTES] Intereſſe† quod prætendere poſſunt, eſt, quando filij de aliquo delicto imputantur,quoniam cum legitima eorum non debeatur, niſi poſt mortem parentum ad not.in l. in quartam.ff.ad l.Falc.in auth.nouiſsima.C.de inof. teſta.& in l.in ſuis.ff.de lib. & poſthu. Valde rigoroſum eſt, vt pro delictis filiorum & in vita eorum auferatur, & propterea vt minus lædantur quam fieri poſsit, propter æs alienum. l. Papinianus. §. quarta.ff.de inof. teſta. & ibi Cagnol, quod plerunque latet,admittendi ſunt in iudicio quod ita ſtatuere ęquum fuit,ad quod vide latius Dida.lib.reſolu.2.c.9.Et ꝙ pro eorum intereſſe parentes comparentes admittantur de iure,dicit hoc communiter ſeruari Riminal.conſ.13.nu.1. Cæpol.conſi.75.in prin.conſl.55.verſi.dixi tertio,& conſi.47. verſi. ſed prædictis,vbi dicit,ꝙ communiter omnes doctores ita concludunt. Bapt.de ſan.Blaſ.inter conſ.crim.diuerſ.cõſi.77. nu.8.lib.2.Alex.de Næuo ibidẽ. conſi.89.lib.1.

DE FILIISFAMILIAS ADVLtis, & mulieribus quando admittantur in cauſis criminalibus. Cap. XVII.

VT FACILIVS probationes amplientur,hac conſtitutione ſtatuimus,ꝙ in omnibus maleficijs, vel quaſi, mulieres, & minores [a] viginti annis (maiores tamẽ quatuordecim) ad teſtimonium perhibendum admittantur: & eorum dicto, & atteſtationi fides plena detur: non obſtantibus filiatione,ſexu,& minore ætate (dummodo aliud non obſtat) & filiusfamilias, ſeu minor XXV. annis,maior tamẽ XIIII. in criminalibus cauſis in curia rectoris, & ſuorum iudicum, & officialium accuſare, denunciare, & ſe defendere poſſit,etiam ſi ne conſenſu patris, aut curatoris auctoritate,ſi multum vrgentia præcedant indicia contra ipſum: & intelligatur habere perſonam legitimam ſtandi in iudicio in cauſis criminalibus tã in primis cauſis, quàm in cauſis appellationum.

GLO. CAP. XVII.

SVMMARIVM.

Duo hic ſtatuuntur contra ius commune.

1 MINORES] Duo† hic ſtatuuntur cõtra ius commune. Primum eſt, ꝙ minor viginti annis admittatur ad teſtimonium in cauſis criminalibus maior tamen quatuordecim contra.l. teſtimonium ff.de teſti.Sedm eſt de muliere contra.c.forus de verb.ſig. Si eſt igitur minor.14.ann.vt hic & imputatur de aliquo delicto curator interuenire debet cum conſtet, fragile eſſe & infirmum huiuſmodi ætatis conſilium, & multis captionibus expoſitum. l.1. ff.de minor. Propterea Ang. de malef.verb.comparuerunt,verſi.necnõ, inſtruit
2 † iudicem quãdo habet minorem in carcere pro aliquo delicto, ꝙ nunquam eius reſponſionem recipiat, niſi dato eidem in proceſſu curatore in criminalibus,quia non habet legittimam perſonam ſtandi in iudicio.l. clarũ. C. de auth. præſt. & ibi not.in tantũ,ꝙ dicit ibi Cy. & alij ꝙ etiam ſi ſponte confiteretur,talis dicta confeſsio minori ſponte confitenti delictum non obeſſet, quod tene menti ne erres, & ne proceſſus tuus poſsit poſtea irritari, & vide ad hoc Bar.in l.ſi.§.pupillus.ff.de verb.obl.vbi tenet, ꝙ minor reſpondere non poſsit ſine curatore, & dicit Sal. in l.1.C. de conſ.ꝙ iudex criminum recipiat cautelam,vt
3 ad videndum † iurare minorem faciat eius curatorem adeſſe idem dicit Ang. ſi altercatum eſſet, ꝙ minor ille propter indicia eſſet tormẽtis ſubiciendus,vel non, Nam in pronuntiatione interloquutoriæ de illum tormentis ſubijciendo faciat eius curatorem citari,& ſi nullũ habet,prius
4 illi det, poſtea interloquatur,nec eſt neceſſe † ꝙ adſit in tormẽtis,quia hoc eſt executio illius ſententiæ,ad quam videndam non eſt citandus curator, ſicut nec in alijs executionibus fiendis. Et ex hoc potes percipere, ꝙ confeſsioni factæ in tormentis non eſt neceſſaria autoritas curatoris, & ita ſeruatur communiter in pratica ſecundum eum,immo eſt quaſi ridiculum dicere, cum eius autoritas non poſsit adaptari, eſt enim tortura actus iudicis,cui curator non habet autoritatem præſtare. Iſta eſt maxima dificultas in iure, an in criminalibus confeſsio minoris in tormentis vel extra ꝓiudicet minori ſine curatoris autoritate? & qua vide Ang.vbi ſupra & appoſt.ibi tex.
5 eſt clarus in d.l.clarum ꝙ non,attamen Nic. de mat. vt refert in d.l. Cy. facit † differentiam, an adultus vel doli capax confiteatur ad ſolennizandum iudicium, & ſic reſpondendo inquiſitioni in criminalibus ſine ſuo adminiſtratore, & tunc

sibi non præiudicat, quia non habet legittimam personam solenizandi iudicium, aut aliàs confitetur, vt respondendo positionibus quia tunc tractatur de veritate indiganda, non attenditur qualitas vel inhabilitas personæ. l. si fideiussor. §. quidam. ff. mand. cuius opi. expresè damnat Bar. in l. certum. §. in pupillo. ff. de cõf. dum dicit, q̃ vbi minor debet rñdere de veritate ibi à principio debet esse autoritas curatoris, & optimè hoc probat ibi Bar. sed ego habeo, q̃ in criminalibus debet rñdere de veritate, vt est doct. Bart. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de fur. ergo Bar. est contra opinionem Nicol. de matta. & Io. And. qui videtur eius opinionem approbare in add. Specul. tit. de conf. §. sequitur versi. secundo, vbi dicit in cõfessione minoris per tormenta curatoris autoritatem non requiri, cum fiat ad veritatẽ habendam, & in delictis minor cẽsetur maior. l. auxilium. §. in delictis. ff. de mino. l. 1. C. si adu. del. l. 2. ff. de reb. eorum, quæ opinio magis praticatur quàm Bar. in multis curijs, idem tenet Ang. in d. §. in
6 pupillo, dicens q̃ differt confessio † à sententia, quia sententia lata contra minorem indefensum est nulla etiam curatore carente. Sed confessio facta per adultum valet, licet contra eum posit restitui, & iste est casus in d. §. in pupillo, nec requiritur autoritas curatoris, & hoc intellige quando confessio emanauit, non ad sustantiandum iudicium, sed ad veritatis indaginem. Et ideo minor contra quem laborant indicia super delicto potest torqueri absque autoritate curatoris allegat hoc velle Io. And. vbi supra & Cyn. in l. 1. C. de conf. Alb. in 4. par. stat. q. 82. latissimè disputat, & dicit allegãdo Dy. q̃ cum potestas Paduæ processisset cõtra minorem & eum inuenisset culpabilem ei curatorem constituit, cuius autoritate processit, & sententiam tulit de consilio peritorum, & dicit q̃ Azo idem tenet in sum. C. de aut. præst. nisi in casibus per eum not. Præterea Alb. & Fulg. in d. l. clarum, tenent, q̃ confessio minoris in tormentis nõ valet, & dicit ibi Fulg. q̃ hoc obtinuit de facto, subdens q̃ hæc pars est verior
7 in tantum q̃ dicit Bal. in l. 1. versi. sed pone. C. de conf. q̃ si minor † dicit iudici non torqueas me, quia omnia confitebor, & iuro non venire contra, q̃ talis confessio etiam cum iuramento minori nõ præiudicat, ne inducatur per indirectum renunciatio iuris & defensionis contra gl. in l. pactum. ff. de pac. & idem sensit Iac. Butr. vt refert ibi Bal. & facit d. §. in pupillo, Bal. opinionem tenet Paris de Put. de synd. verb. officialis, & illam dicit fecisse seruare in quodam minore. Circa quæ vide Boss. in tit. si adu. rem iud. num. 22. Rol. consi. 31. nu. 1. lib. 1. Petr. à Plac. lib. 1. delict. c. 32. num. 12. vbi dicit, q̃ ita in Regnis Hispanorum vsu receptum est, & ita praxis obseruat. Gram. consi. 16. qui ita in contingentia facti consuluit. Dicunt tamen Boss. in tit. de conf. nu. 69. & Iul. Clar. in §. fin. q. 50. in prin. q̃ in Ducatu Mediol. non seruatur hoc, dummodo minor excesserit 14. annos, quia tunc omnia valent ab ipso facta, & ad talem ætatem restrinxit iuris cõmunis dispositionem Pius IIII. vt leges in bullario.

DE PECVLIO, SEV LEGITIMA soluenda de delictis filiorum. Cap. XVIII.

EGIDIVS Sabinensis Episcopus, Apostol. Sedis Legatus, & Papę vicarius quãdam cõstitutionem edidit in hac forma, videlicet, q̃ si quis filiusfamilias maleficium commiserit, & per rectorem prouinciæ, vel suos iudices extiterit condemnatus (non tamen in contumacia quoad legitimam patri auferendam) si de maleficio constiterit, & ille habuerit peculium, integrè banni vel pœnæ exactio fieri possit
a de peculio[a] sibi debito. Si uero peculium nullum habuerit, vel minus sufficiens ad exactionem condemnationis factæ de ipso, pater pro filio vsque ad debitum bono
b rum subsidium[b] teneatur, discretione seruata circa facultates, & numerum filiorum cum misericordia semper, & secundum iuris dispositionem, & pro filio, pro quo sit semel soluta legitima, vlterius peti non possit: nec ipse filius post mortem patris eam petere possit.

GLO. CAP. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *De peculij confiscatione filijfam. remissiuè.*

a 1 PECVLIO] de cõfiscatione † peculiorum filijf. pp aliq̃d delictum vide not. qõnes examinatas p Rom. & Alex. in l. non solum. §. si de vectigalibus. ff. de no. oper. nunc. Ias. & Gomes. in §. actiones, inst. de act. Illud certum est, q̃ in confiscatione non venit peculium profectitium, Ruy. consi. 24. nu. 5. lib. 5. Curt. Sen. cõs. 59. nu. 12. Soc. Iun. consi. 77. nu. 6. lib. 2. qui idem dicunt in peculio aduentitio Paris. consi. 157. nu. 4. lib. 4. Dida. lib. 2. resol. c. 8. post. nu. 7. Capel. Tholos. decis. 120. Idem concludunt Scrib. in peculio castrensi vel quasi, Alex. in l. 3. §. si filius, nu. 3. & Dec. nu. 4. ff. quod quisque iu. Paris. in allegato consi. 157. nu. 36. Dida. vbi supra Boss. tit. de bon. pub. nu. 71.

SVMM

SVMMARIVM.

1 *De legitima filij confiscanda remissiuè.*
2 *Legitima integra filijs filii reseruanda est.*

b SVBSIDIVM] Hæc constitutio velut rigorosa benignè est interpretãda. Circa cuius † intelligentiã vide Bar. & cæteros Scrib. in l. cum filiusfam. ff. de verb. oblig. Et est cõis opi. q̃ valeat statutum sic disponens, Alex. in l. lex Cornelia, nu. 8. ff. de vulg. Ias. in auth. nouissima, nu. 8. C. de inoff. test. Gomes. in d. §. actiones, num. 24. Dida. in d. c. 8. nu. 7. Marsi. sing. 362. & 481. Vtius lib. cõium opin. verb. statutũ disponẽs. Sed quid si filius habeat filios, q̃d tunc agẽdum? vidi multoties hanc q. in facto. Respõdit Ruy. consi. 8. nu. 6. lib. 5. post Bal. in l. si qua pœna. q. pen. ff. de
2 his qui sunt sui vel al. iu. q̃ legitima † integra filijs filij reseruanda est, que decisio habet in se æq tatem, quæ non procedit in crimine læsæ maiestatis Bal. consi. 14. lib. 4. Gigas de crim. læsæ maie. lib. 2. rub. vlt. q. 15.

QVOD CONSANGVINEI, ET affines vsque ad quartum gradum possint compelli ad emendum bona condemnatorum: & q̃ parentes teneantur ad integram legitimam filiorum condemnatorum. Cap. XIX.

IXTVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cura pastoralis officij nobis (licet immeritis) superna dispositione commissa, studia nostræ mentis solicitare non desinit rebus singulis executionem adhibere iustitiæ: & vt latæ in criminosos pro tempore condemnationes debitum sortiantur effectum, opem, & operam impendere efficaces. Fide digna relatione accepimus, q̃ nonnulli suis exigentibus demeritis, criminaliter in alma Vrbe, alijsq; ciuitatibus, terris, & locis nostro, ac Romanæ Ecclesiæ temporali dominio subiectis pro tempore condemnati in varijs pecuniarum summis, seu aliàs cum eorundem condemnatorum confiscatione bonorum à locis, in quibus sunt condemnati, se absentant: & ne quispiam eorum bona immobilia emat, aut conducat à fisco, minis, & alijs exquisitis remedijs procurant vsque quo tractu temporis, abolitis ex gratia condemnationibus huiusmodi, bona ipsa recuperent, fructum interim persæpe percipientes ex eis: sicq; quandam sibi vendicant suorum impunitatem delictorum, quæ res alijs incentiuũ tribuit delinquendi. Quidam vero eo prætextu q̃ filij, vel nepotes in patris, vel aui potestate existant, nec bona aliqua habeant, quæ patratis per eos excessibus (si illorum grauitas exigat) confiscari, aut aliàs pro cõdemnationum ferendarum pro tempore cõtra eos executionem capi possint, ad delinquendum præ cæteris sunt promptiores. Nos igitur attendentes parum esse sententias ferri, nisi debitæ executioni demandentur, ac ratione casuum emergentium licitum esse leges trangredi: ac volentes super his oportunum adhibere remedium, auctoritate apostolica hac in perpetuum valitura constitutione sancimus licere exactoribus condemnationum huiusmodi tam hactenus latarum, quàm aliarum, quas ferri contigerit in futurum in Vrbe, ciuitatibus, terris, & locis prædictis, siue condemnationum earundem commodum ad Cameram Ap. siue ad communitates ciuitatum, terrarum, & locorum eorundem, vel personas offensas in totum, vel in partem sit peruenturum, dum principales condemnatos habere non poterunt, com-
a pellere eorum consanguineos, & affines[a] vsq; in quartum gradum iuxta canonicas sanctiones computandum, ad emendum bona, quæ confiscata fuerint, & confiscata non fuerint, pro currenti valore quantitatum declaratarum contra illorum dominos condemnationum earundem: & si cõ sanguineos non haberent, vel haberent impotentes (super quorum impotentia executorum eorundem declarationi stetur) si cõfiscationes, & cõdemnationes ipsæ ad Cameræ præfatæ cõmodum sint cessuræ: etiã communitates, vniuersitates locorum, in quorum territorijs bona consistunt, ad huiusmodi emptionem faciendam teneãtur: Et parentes habentes taliter condemnatos in potestate sua, ad soluendum pro illis, quos habent in potestate, si ipsorum bona sint cõfiscata, integram legitimam, quã haberent de bonis eorundem parentum, si tunc decederent: si verò in pecuniarijs pœnis damnati sint, ad pœnas ipsas soluendum pro concurrenti quantitate, ad quam tunc ascendere contigerit valor legitiem

memoratæ, seruata semper discretione, & alijs in proxima præcedenti constitutione expressa, ita q̃ soluta semel legitima modo prædicto, amplius de bonis huiusmodi non soluatur: non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon indultis, priuilegijs, gratijs, & constitutionibus ciuitatibus, terris, & locis prædictis concessis, seu factis: & cum illis initis capitulis, & conuentionibus, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Nulli ergo &c. Datum Romę apud sanctum Petrũ anno incarnationis Domini M CCCC LXXVIII. tertio cal. Iunij. Dominus Galletus.

Vide supra lib. 1. c. 11. add. Carpen. in fin. c.

GLO. CAP. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Hæc decisio addenda est ad fallentias Ias.*
2 *Tex. cum copulatiuè loquatur q̃o intelligendus.*
3 *Ab antiqua pratica non est recedendum.*

a 1 ONSANGVINEOS ET AFFINES] Rigorosa est hæc legum trãsgressio, contra l. nec emere. C. de iudelib. & ibi potest hæc † decisio addi ad fallẽtias collectas ibi per Ias. & per Dida. lib. 3. resol. super interpret. l. inuitum. C. de contrahi empt. Cum tex. † noster copulatiuè dicat, 2 grauandos esse consanguineos & affines, videretur dicendum, q̃ omnes pro sua virili vsque ad gradum nominatũ essent grauandi. l. reos. §. cum in tabulis. ff. de duob. reis, nec enim dici potest, seruandam esse gradus prærogatiuam, iux. auth. defuncto. C. ad Tert. iun. auth. sicut. C. de legit. tut. quoniam de aliqua successione nõ tractatur, sed de mero onere odioso, minusque exponere possumus, vt primo cõsanguinei, deinde affines grauentur, cum nullus sit charitatis ordo qui ad ita interpretandum nos impellat, ad not. in l. gallus. §. quidam. ff. de lib. & posth. Verum non iudico recedendum ab antiqua † cuiuslibet tribunalis pratica, l. cum de interpretatione. ff. de legib. 3

DE COMMISSIONE TEstium in causis spiritualibus, ciuilibus, & criminalibus in certis casibus, Cap. XX.

AD RELEVANDVM prouinciales ab incommodis omnibus, & inutilibus expensis, & oneribus, statuimus q̃ quotiescunque iudici maleficiorum, seu alteri de causa cognoscenti videbitur, possit in causa turbatæ possessionis, seu inuasionis, & in similibus, & in causa mera ciuili, & spirituali committere examinationem, & iuramenta testium pro vtraque parte, vel altera, prout sibi videbitur, non tamen in prouincia quoad causas criminales, sed extra: & tunc iurando de calumnia per instantem. Et si commiserit alicui notario, ille notarius possit per se ipsum scribere depositiones, & iuramenta, & fungi vice, & officio iudicis, & notarij in omnibus sibi commissis, & scriptura illorum, & facientibus ad prædicta.

GLO. CAP. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Cause criminales non sunt delegabiles de iure.*
2 *Iudex in propria persona audire debet testes.*
3 *Notario testium examinatio committi non potest.*
4 *Non procedit quando ex iusta causa committeretur.*
5 *Examinator electus, non potest alteri committere examen.*
6 *Restringitur, nisi electus sit absens.*
7 *Substitutus debet esse æquè idoneus.*
8 *Fallit in crimine intentato per viam exceptionis, in causa hæresis, & vbi persona non posset ad iudicem venire.*
9 *Et hoc ne pereat probandi facultas.*
10 *Cum scribitur iudici alicuius territorij officium exigitur.*

a 1 CRIMINALIBVS] De iure cõmuni causæ † criminales non sunt delegabiles vt in auth. apud, & ibi not. C. de fid. instr. clem. iudices, de off. del. c. 2. cum glo. de iud. applica tamen in hoc distinctionem Iul. Clar. in §. fin. q. 41. l. 3. §. eiusdem. ff. de testi. ibi nam ipsos interogare soleo, quem tex.

tex. ad hoc ponderat Bal. in c. si qui testium, de testi. glo. in c. at si clerici, de iud. glo. in c. constitutus, de fideiuss. gl. in c. porro, de testi. cog. nedum in toto quoad totum, sed nec in parte quoad partem. l. quæ de tota. ff. de rei vend. maximè notarijs, vel alijs simplicibus, vt faciunt sępe iudices, quos arguit Hosti in c. cum causam, de testi. cum 2 in propria † persona ipsos audire debeant. Et ita seruari solet Carauita super ritu 87. vica. nu. 5. aut saltem committi deberet examen personis discretis idoneis & honestis vt d. c. si qui testium. c. 1. de testi. cog. Cum enim in probationibus sit tota vis causę, potius debẽt cõmitere alia quam testium examen. c. quiescamus. 42. dist. quod dicit esse not. Ang. de malef. ver. qui iudex statuit, quia sępenumero ignari iudices maleficiorum 3 committunt notario, † quod non valet, etiam si sit consuetudo in contrarium, vt sentit glo. in c. testes. 3. q. 9. Inno. in d. c. si qui testium, not. specul. tit. de teste. §. nunc tractandum, vers. non tamen, Bal. in add. specul. tit. de conf. verb. confessio. Et sic ex prædictis colligitur, q̃ communis opinio est de iure, q̃ non potest committi examen testium in causa criminali secundum Lanf. in c. quaoniã contra, verb. depositiones, & confirmatur quia causæ meri & mixti imperij non possunt delegari. l. 1. ff. de off. eius cum ibi not. quod 4 est verum, nisi † ex iusta causa secundũ Cy. & Bal. in d. auth. apud, vt puta si testes sint alterius territorij, & scribit Iudex loci iusdicẽti vt examinet tales testes. Et ita de consuetudine seruatur, Carauita super ritu. 157. vica. nu. 7. Soz. Iun. consi. 60. nu. 7. in fi. lib. 2. Grama. conf. 41. nu. 16. Bosst. tit. de opp. contra testes, nu. 26. tamen melius foret, q̃ iudex requirat illum, vt mittat tales testes ad ipsum, quoniam iudex videre debet quo colore testes deponant. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. & ibi Bar. & idem tenet Inn. vbi supra. Cõfert ad hoc quæ ponit Alcia. consi. 462. nu. 1. Viuius lib. communium opin. verb. testium examinationem, fallit in multis casibus, inter quos primus multum seruiet ad intelligẽtiã nostre constit. Vnde examinator † electus ad examinãdum 5 testes non poterit alteri delegare, quia electa est industria personæ à qua non est recedendum. l. nemo. ff. de duo. reis. l. inter artifices. ff. de solu. l. cui bonis. ff. de cur. fur. l. vn. §. ne autem, vbi plene Bald. C. de ead. toll. Nam ille cuius industriæ electa est, non potest alium substituere. c. fi. de 6 off. del. Boer. decisi. 6. in fi. Restringitur † hoc, ni si electus sit absens ex causa vtili & necessaria, & quæ dicantur not. Ias. & Gomes. in §. rursus, inst. de act. quoniam tunc potest deseruire per substitutum. l. de pollicitationibus. ff. de pollic. Rom. 7 sing. 664. Et substitutus † debet esse æque idoneus. l. 1. vbi Bar. C. de prin. agen. in reb. lib. 12. 8 Corset. verb. substitutus, fallit † etiam vbi ageretur de crimine per viam exceptionis, Anch. c. 2.

de testi. lib. 6. item in causa hæresis, per tex. in c. vt officium. §. verum, de hæret. lib. 6. Item etiam vbi persona examinanda non posset venire ad iudicem, & iudex sit persona multum honorata, vt probat tex. sing. in c. 2. versi. aut si talis, & ibi glo. & Anch. de iud. lib. 6. & ibi Gem. in §. 1. Et aduerte, q̃ in criminalibus dispositio. l. ad egregias. ff. de iureiu. non habet locum, sed debent testes venire ad deponendum coram iudice, si ita videatur, & ita seruatur, vt dicit Carauita super ritu. 142. vic. nu. 1. nisi essent aliquo iusto impedimẽto detentæ, puta honestæ mulieres, infirmi, aut debilitati, eo casu non coguntur ad iudicem venire, sed ad eos accedit ipse iudex, vel mittit notarium, & ita obseruatur vt dicit Carauita super ritu. 155. vic. nu. 2. & seq. Iul. Clar. in §. fi. q. 26. Item quando testes sunt alterius territorij vt dictum est, & voluerunt Io. And. in c. in tantum, de coll. deteg. Io. And. post Io. Mon. in c. romana. §. contrahentes, de for. comp. lib. 6. Alb. in d. auth. apud. & Bal. in d. c. si qui testium, ne pereat 9 † probandi facultas, etiam vt parcatur expensis, iux. l. sed etsi quis ex signatoribus. ff. quemad. testi. aper. quicquid. in contrarium dixerint Sal. in d. l. apud. & Abb. in c. constitutus, de fideiuss. & in c. cum causam, de testi. Tunc enim cum scribitur 10 † iudici alterius territorij non dicitur officium committi, sed exigi, iux. l. cum vnus. §. is qui. ff. de bon. aut. iud. poss. & ita de consuetudine seruari dixerunt præfati doct. & Ang. de malef. verb. qui iudex statuit. Limita etiam vt hoc non procedat in repetitione testium, quoniam q̃is receptio illorum non possit delegari, tamẽ repetitio testium, qui examinati sunt in processu informatiuo potest delegari, & ita seruatur de consuetudine, vt testatur Carauita super ritu 157. vica. nu. 11. Iul. Clar. in §. fin. q. 45. versi. cæterum. Limita etiam in Principe, qui examen testium in criminalibus potest alijs committere, Nunius dello Corregidores fol. 211. versi. 10. fallit.

DE PROBATIONE FAMAE, & sociorum, q̃ sufficiat in robarijs, & certis alijs casibus. Cap. XXII.

a PERVNQVE contingit, q̃ robariæ, a incendia, & alia grauia maleficia, vel damna in terra, vel in mari committuntur de nocte, quæ per manifestas probationes de visu quandoque probari non possunt: nec est conueniens, quòd talia perpetrata impunita remaneant, nec q̃ passi talia damna remaneant debito remedio destitu

ti, ideo statuimus, ꝙ talia probari valeant per publicam famam probandam per homines terrarum vicinarum loci, vbi malefi
b cium est commissum: & dicta fama [b] habeatur pro plena probatione: & ille, vel illi, siue vniuersitas, siue specialis persona, (etiam aliàs aliqualiter suspecta in genere, contra quam sic probatur maleficium commissum) compellatur ad emendationem damnorum iudicis arbitrio persoluendam præuia taxatione iudicis primo, deinde iuramento in litẽ damnum passi, deinde declaratoria iudicis, & pœna debita puniatur. Insuper statuimus, ꝙ quicunq; de die, vel de nocte vbicunque, vel quandocunq; in prouincia per quẽcunq;, siue quoscunq; spoliatus, derobatus, siue depredatus fuerit, & aliquas percussiones, seu vulnera, vel violentiam receperit, suamque derobationem, spoliationem, percussionem, vulnera, vel violentiam per alios testes, quàm per socios suos, & illos, qui præsentes fuerint, probare nequiuerit, veritas q; aliàs sciri nequeat, nisi per illos, qui audiuerunt & viderunt, ꝙ non solum in subsidium iuris, verum etiam in odium depredantium, derobantium, & violentorum huiusmodi, &, vt vndecunque crimina claruerint, puniri debeant, suam intentionem per consortes, & suos socios, & illos qui, præsentes fuerint, audiuerint, & viderint (dummodo aliàs idonei existant) liberè possit, & valeat comprobare: non obstante ꝙ per aduersam partem posset obijci, ꝙ tales capitales essent inimici. Quam exceptionem decernimus in hoc casu nullatenus admittendam, nisi forte essent præteritæ inimicitiæ, quæ ante huiusmodi iniuriam, & violentiam essent exortæ. Et hoc ideo decernimus, quia huiusmodi exceptiones causam dederunt, vt tales denuo sui efficerentur inimici.

GLO. CAP. XXII.

SVMMARIVM.

1 *De latronibus insignibus.*

a 1 [R]ORARIAE] Lex communis maximo odio prosequitur hos insignes † latrones, qui & statutorũ grassatores nuncupantur. Hinc dixit Calist. in l. capitaliũ. §. fi. ff. de pœn. famosos latrones, in ijs locis vbi grassati sunt furca figendos compluribus placuit, vt ex conspectu deterreantur alij ab ijsdem facinoribus, constitueruntq; Imperatores Hono. & Teod. ꝙ insignis latro quolibet die etiam solenni ad furcas mitti possit. l. prouincia rum. C. de fer. & ibi Bal. not. Et ego aliàs anno 1555. vidi Bononiæ, dum ibi studerem insigne spectaculum cuiusdam Francischini nuncupati, qui hæc & similia facinora domi perpetrabatur, & Romæ anno. 1568. plures in frusta secti fuere qui derobauerant & occiderant Reip. Venetæ virum emissarium, & fuere appensi in loco commissi delicti.

SVMMARIVM.

1 *Quid est fama.*
2 *An differant fama & rumor.*
3 *Fama non facit plenam probationem.*

b 1 [F]AMA] est † communis opinio voce manifestata, ex suspitione proueniens. Rumorem vero communem non esse opinionem, sed vanam quandam susurrationem minus ipsa fama efficacem, ferè apud nostrates receptius est. Sed
2 veteres non adeo multum differre famam † à rumore existimauerunt Arch. c. si duo. 35. q. 6. sunt autem idem, præterquá ꝙ alterum est latinum, alterum è greco teste Valla. Calistr. in l. 3. ff. de testi. aliàs (inquit) numerus testium, aliàs dignitas & autoritas, aliàs velluti cõsentiens fama, improbisq; vel etiam ignotis autoribus exorta nullam adijcit fidem quantumuis inuulgata, quamuis coniecturam faciat, quia fallax est rumor l. fi. ff. de hær. inst. quia falsus rumor non solet obesse.
3 Nostri famã † inter species non plenæ probationis retulerunt, plura de ea commentatus est Bar. in l. de minore. §. plurium. ff. de quæst. & hic constit. in priuilegium odio delinquentium dat illi plenam probationem Iul. Clar. §. fi. q. 6. q. 21.

DE POENA INCIDENTIVM arbores fructiferas, vites, & damnum dantium. Cap. XXIII.

a [I]NCISORES fructiferarum arborum, & vitium, & alia damna dantes, [a] iudicis arbitrio puniantur: & possit, & debeat procedi contra eos ad condemnationem per probationem publicæ famę, & alijs modis legitimis, & præsumptionibus, etiam si plenè non constet propter frequentiam circa similia delinquendi, & criminis atrocitatem.

GLO.

GLO. CAP. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Damnum diuiditur in iniuriam, & pauperiem.*
2 *Iudex in causa damni dati de plano procedit.*
3 *Statutum, ꝙ credatur damnum passo, intelligitur nisi pars probet contrarium.*
4 *Interpretatio huiusmodi Statuti.*
5 *Aliquando damnum passus debet plenè probare damnum.*
6 *Stante Statuto, ꝙ credatur damnum passo, non admittitur in incidentibus.*
7 *An tale Statutum procedat in solo possessore.*
8 *In damnis datis appellatione filij non venit spurius.*
9 *De quadam gentilitate Fabriani.*

a 2 [D]AMNA DANTES] Damnum † diuiditur in iniuriam, & pauperiem l. 1. ff. si quad. Paup. fecis. dica. vbi damnum sine iniuria facientis vocatur
2 pauperies. Et Iudex † in causa damni dati potest de plano cognoscere & procedere, quia læsus est causa, Sal. in l non ideo. C. de accus. Card. in clem. sæpe, verb. de plano, de verb. sign. & ad materiam vide Ias. & ibi plenissime Plot. in l. si quando. C. vnd. vi. & quodlibet etiam castrum habet statuta circa damna data, quæ diligenter solent obseruari. Ang. in l. qui restituere. ff. de
3 rei vend. dicit, ꝙ si statuto † cauetur, ꝙ in causa damni dati stetur iuramento alicuius debet intelligi, nisi per partem aduersam contrarium probetur, idẽ voluit Bar. in l. 2. §. si à pupillo, cir. fin. ff. de vsuc. pro emp. & in l. si potest. ff. de acq. hæred. Bal. in l. cõtra negètem. C. ad l. Aquil. Quamuis enim tale statutum valeat, tamen nisi hoc diceret statutum nõ posset de iure per iuramentum probari, & est communis opinio secũdum Dec. consi. 410. nu. 13. Ias. in d. l. si quando, nu. 37. & seq. Bertran. consi. 298. lib. 8. Et stante tali statuto, ꝙ damnum datũ possit probari per iuramentum, poterit tamen contra tale iuramentũ probari contrarium, Inno. in c. si. nu. 4. & 3. quod met. caus. Aug. ad Ang. de malef. nec non & ad denunciationem, nu. 16. vbi asserit hanc esse cõmunem
4 opinionem Not. etiam ꝙ stante † tali statuto, intelligitur, ꝙ stetur sacramento damnum passi, quoad æstimationem damni non autem quoad damnum, & ideo passus damnum debet primo probare damnum esse datum, alias non poterit consequi damni æstimationem ex iuramento ita not. dicit. Bar. in l. diuus Troianus. ff. de testa milit. quem ibi sequuntur doct. Et scias etiá, ꝙ stante prædicto statuto, si alius quàm is † qui dedit
5 damnum tenetur emẽdare damnum datum, hoc casu licet extet statutum', tamen passus damnum debebit plene probare de suo dãno aliter quàm per suum iuramentum ita not. dicit Cy. & Bal. post eum in d. l. si quando. C. vnd. vi. & Bar. in l. nequid. ff. de incend. rui. & nauf. De simili statuto meminere Calca. consi. 63. nu. 4. Rol. de Curte in eo. vol. (subscribens illi consilio) consi. 64. declarantes doctrinam Ang. in §. quando vero, nu. 3. in auth. vt nulli iud. Et vigore prædicti statuti absentes tempore maleficij etiam grauantur, vt asserit Alb. in 2. par. stat. q. 83. & vide in materia Rot. Pedem. decis. 88. Et aduerte quod tale iuramentum † non admittitur in incidentibus
6 velluti super dominio & possessione, ad quod vide Bar. considerantem verba statuti in l. solent ff. de alim. & ciba. leg. Petras. fig. 23. Adde præterea, ꝙ stante eodem statuto, ꝙ credatur † domi-
7 no possessionis in damno dato, admittitur qui solam habet possessionem, licet non sit dominus rei, vt no. specul. tit. de prob. §. 1. versi. sed pone, licet videatur contra, quia illud statutum est contra ius commune, ideo strictè pro vero domino verba sunt accipienda. l. 1. §. 1. ff. de relig. & sump. fun. Immo nec emphyteuta cõprehenditur quia propriè non est dominus, vt l. cum notissimi. §. 1. ff. de prescrip. 30. an. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ag. vect. Bal. in l. & habet. §. 1. ff. de procur. soluit, & dicit, ꝙ quando fit mentio dominij absolutè, intelligitur de proprietate, sed quando per relationem ad aliud, ideſt, ad alium effectũ, tunc aut ille effectus dependet à proprietate, & tunc significat proprietatem, vt quando concernit totum ius rei, si autem est tale, quod concernat fructus, tunc sufficit iusta possessio. l. item mela. §.
8 pen. ff. ad l. Aquil. l. qui scit. §. fi. de vsuf. Not. præterea ꝙ statutum disponens, ꝙ pater † teneatur emendare damnum datum per filium, non comprehendit damnum datum per filium spurium, ita dicit Io. And. in add. specul. tit. qui filij sint le
9 git. in rub. Subticendum non duxi quandã † gentilitatem, quæ passim seruatur Fabriani in festo natalis sancti Ioannis Baptistę. Nam bubulci conducunt in ecclesiam maiorem sancti Venantij vsque ad altare maius solenniter cum symphonia, timpanis, & sambucis comitantibus Magistratu & hominum caterua bouem, qui illo anno exemptus est à pœna damni dati, cuius abusus abrogatio ad loci Episcopum spectat, & valde admiratus sum, quòd sic conniuentibus oculis per trãseat, alioqui Antistes religiosissimus & exemplaris vitæ.

DE POENA INCIDENTIVM arbores, & syluas: & de prouisione lignorum ad comburendum in curia. Cap. XXIIII.

[I]GISMVNDVS Gonzaga Princeps, & Marchio, diaconus Cardinalis Mantuanus, necnon in prouincia Marchiæ Anconitanæ Legatus.

Ad officium Præsidis prouinciæ pertinet prouidere, ne potentiores viri humiliores iniurijs afficiant, neve eorum res, & bona auferant. Statuimus propterea nemini in prouincia, etiam si curialis, vel aliàs priuilegiatus fuerit, licere mittere famulos, & muliones suos cum equis, asinis, vel mulis ad siluas, seu possessiones alicuius communitatis, vel particularis personæ ad incidēdum arbores, vel faciendum ligna vel incisa, seu facta inde asportandum, sub pœna emendæ damni passis, & vnius ducati pro qualibet vice, qua contrafecerint: cuius quartam partem domino, & quartam executori, residuum vero Cameræ Apostolicæ ipsofacto applicamus: contra quos per thesaurarium sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, irremissibiliter exactionem sine aliqua gratia, vel cōpositione fieri volumus. Sed quia in ciuitate Maceratensi maxima est lignorum ad comburendū penuria, & pro necessario vsu in eadem commorantium, qui in territorio ciuitatis prædictæ nec siluas, nec possessiones habent, æquum est ipsis de lignis ad comburendum prouidere, cum sine illis commodè viuere nemo possit: ordinamus habitatores, & incolas terrarum, castrorum, & locorum vicinorū, quoties requisiti fuerint, aut ligna ad ciuitatem Maceratensem deferre, aut arbores ad vsum ignis emere volētibus, honesto precio vendere [a] (sub eisdem pœnis, & maioribus arbitrio rectoris declarandis) teneri.

a

GLO. CAP. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Nemo cogitur vendere, fallit hic.*
2 *Neminem excusari tempore caritatis.*

a 1 2

VENDERE] potest hoc addi pro fallentia ad limitationes, quas ponit Ias. in l. nec emere. C. de iu. del. vbi constituta regula q̄ nemo † cogitur vendere. l. inuitum. C. de cōtrahi emp. refert plures casus, in quibus non procedit talis regula, præstat arg. tex. huic constit, in l. vn. C. vt nem. lic. in emp. spec. se excusa. lib. 10. vbi Imperator Anastasius sanxit neminem † excusari tempore caritatis à frumenti collatione propter necessitatem subleuandam.

DE MALEFACTORE, contra quem apparent indicia, quomodo citetur. Cap. XXV.

PVBLICE interest, ne maleficia remaneant impunita: quod plærunque cōtingit propter malitiā, & contumacias malefactorum, contra quos per officium curiæ ex delictis per ipsos commissis proceditur per viam accusationis, denunciationis, vel inquisitionis & cum post excusationem ipsorum malefactorum habitis per ipsos iudices, & officiales contra ipsos a legitimis indicijs [a] ad inueniendum veritatem coram iudicibus requirantur, ipsi autem malefactores contumaciter absentantes propter defectum probationis, processus remaneant impediti. Ideo volentes ipsorum malefactorum fraudibus obuiare, & ne de eorum dolositate valeant gloriari, statuimus q̄ quotiescunq; per aliquem ex curię generalis iudicibus cōtra aliquos malefactores per viam inquisitionis, denunciationis, vel accusationis procedi cōtigerit, & super processibus ipsis dicti malefactores se excusauerint, & post eorum excusationem legitima indicia per ipsos iudices habita fuerint, de quibus facta fuerit copia ipsi (petenti tamen) contra quem habita sunt, & dato ei termino ad recipiendum indicia, & termino elapso, & reprobatione non facta, dicti malefactores per literas curiæ generalis, vel per edictum affigendum ad valuas curiæ generalis, vel proclamandum per præconem per ciuitatem (decreto prius processu per edictum attenta contumacia, & absentatione dolosa, & suspecta) ad rectoris arbitrium citentur, q̄ veniant personaliter coram iudice in termino iudicis arbitrio statuendo pro eo, q̄ legitima indicia contra ipsos sunt habita, in quo quidem termino si non comparuerint, dictus iudex habita contumacia ipsorum delinquentium, pro plena probatione possit procedere ad cōdemnationem contra ipsos delinquentes tanquam cōtra confessos, & conuictos, non obstante, q̄ se à dicto maleficio coram dicto iudice excusauerint: & q̄ fideiussores dicto tempore excusationis ipsorum teneantur ad solutionem

nem condemnationis prædictæ, & ad executionem dictæ condemnationis procedi valeat contra ipsos.

GLO. CAP. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit tortura.*
2 *Tortura est remedium subsidiarium.*
3 *Iudex iuris & humanitatis considerationem habere debet.*
4 *Quæstio non est habenda ex quolibet maleficio causa vel persona.*
5 *Indicia debent esse verisimilia.*
6 *In quæstione non est aliquis repetendus nisi duo concurrant.*
7 *Torquendi fortitudo consideranda.*
8 *Torturam cum moderamine dandam.*
9 *Torqueri possunt omnes vtriusque sexus, nisi prægnantes.*
10 *Minores torqueri non possunt sed terreri.*
11 *Nec maiores septuaginta annis.*
12 *Nec in dignitate positi.*
13 *Clericus in sacris constitutus non torquetur, nisi sit infamis.*
14 *In quibusdam criminibus supradicti non excusantur.*
15 *Si iudex torquet non torquendum tenetur. l. Iulia de vi publica.*
16 *Qualiter quæstio sit habenda.*
17 *Moderamen circa tria attendi debet.*
18 *Quo ordine sit habenda quæstio.*
19 *A filio incipiendum est in conspectu patris.*
20 *Fœmina priusquam masculus.*
21 *Est incipienda ab eo qui habet malum nomen.*
22 *Fisonomia prodest & nocet.*
23 *Et ab illo etiam incipienda est, qui alias simile delictum commisit.*
24 *Ex quibus causis homines torquentur.*
25 *Tortura infertur in ciuilibus si habet delictum annexum, in criminibus atrocibus.*
26 *A tormentis incipiendum non est, nec sine indicijs.*
27 *Committuntur iudicis arbitrio, quæ indicia sint sufficientia.*
28 *Indicia dicuntur ab indicando, quia veritatis indicatiua.*
29 *Fama publica an sit indicium sufficiens ad torturā.*
30 *Indicia, quæ fama coadiuuantur per ordinem referuntur.*
31 *Si de crimine inculpatus erat inimicus offensi.*
32 *Si cum inimicis offensi contraxit amicitiam.*
33 *Si scienter malefactorem recepit:*
34 *Si delinquentem captum exemit, ne duceretur ad iudicem.*
35 *Si cum malefactore vel sine aufugit.*
36 *Si fuit visus in itinere cum gladio euaginato.*
37 *Si confessus fuerit extra iudicium illud crimen cōmisisse.*
38 *Dummodo illa confessio sit ex verisimili causa.*
39 *Confessio facta coram iudice solum, vel notario facit indicium ad torturam.*
40 *Nisi talis confessio fuerit reuocata.*
41 *Minor restituitur aduersus confessionem, nisi aliud de sit probatum delictum.*
42 *Si inter occisum & inculpatum alias extiterunt verba iniuriosa.*
43 *Non dicitur verbis expressum nisi quod mente cogitauit.*
44 *In maleficijs cuiusq; propositum, & voluntas spectatur.*
45 *Si potuit delinquentem prohibere, & non prohibuit.*
46 *Hic non caret scrupulo societatis occultæ.*
47 *Si probetur inculpatum sciuisse malefactorem, & solicitasse vt illac homines transirent.*
48 *Si probetur, q̄ inculpatus est homo malæ conditionis, & famæ.*
49 *Si alias commisit simile maleficium.*
50 *Si conuersatur cum malis hominibus.*
51 *Si reperitur occisus in domo, & socius eius tacuit.*
52 *Si reperiatur occisus ante domum alicuius præsumitur contra illum.*
53 *Si res furata reperta est apud aliquem malæ conditionis.*
54 *In delictis secretis ex solis indicijs venitur ad torturam.*
55 *Diuinatio non facit indicium.*
56 *Quot sunt tormentorum species.*
57 *Quis sit effectus quæstionis.*
58 *Quæstio res fragilis est.*
59 *An crimine plene probato sit veniendum ad torturam.*
60 *An tortus possit iterum torqueri.*
61 *Repetitus in tormentis absque nouis indicijs, si confiteatur non valet eius confessio.*
62 *Confessio facta in tortura sine indiciis non valet.*
63 *Si reus in tormentis fatetur, & ad bancum iuris neget.*
64 *Vltra tres vices diuersis temporibus est immoderata.*
65 *Qualiter probetur indicium.*
66 *Testis integer de visu probat indicium ad torturā.*
67 *Duo testes cuiuscunque conditionis probant indicium remotum.*
68 *Testes singulares an probent indicium.*
69 *Intell. ad l. milites. ff. de quæst.*
70 *Pluralitas de iure resoluitur in singularitates.*
71 *Quando plura concurrunt sufficit vnū verificari.*
72 *Fuga an sit iudicium sufficiens ad torturam.*
73 *Si tortus moriatur in tormentis.*
74 *Iudex potest probare per suos, q̄ non excessit modum in torquendo.*
75 *An iudex teneatur de culpa si reus malè ligatus, cecidit, & fregit aliquod os.*
76 *Si tortus occidit iudicem solutus.*

77 *Si*

77 *Si confessus in tortura & perseuerans, postea dicat se errasse.*
78 *Minæ an faciant indicium ad torturam.*
79 *Si occisus habebat inimicum capitalem an præsumptio sit contra eum.*
80 *Si inculpatus non vult respondere quid agendum.*
81 *Liber homo an possit se dare alteri ad torquēdum.*
82 *Si reus noluit iurare habetur pro confesso.*

2 INDICIIS] Hic breui compendio torturæ materiam tractare intendo, de qua doct. in plerisq; locis scripserunt, Gand. de malef. tit. de quæst. Bonif. eod. tit. Bar. in l. 1. §. diuus, & §. fi. ff. de quæst. & in suo tract. de quæst. Abb. in c. cum in contemplatione, de reg. iu. idem Bart. in l. 2. vbi egregiè Carrer. C. quorum app. non recip. in l. milites, & in l. fi. C. de quæst. vbi Sal. Azo in sum. C. eo. Bal. in sua prat. tit. de quæst. Ang. de malef. verb. q fama publica, versi. nunc videamus de tortura, Paris de Put. de synd. verb. tortura, Marsi. in sua pra. & in rep. l. 1. ff. de q̃st. vbi latè & plures alij, quos consulto omitto, de quibus omnibus pauca hic referam, reliqua poterit per se videre studiosus
1 lector. Et vt à diffinitione incipiam. Tortura † seu quæstio est (secundū Gand.) inquisitio, quæ fit ad eruēdam veritatem per tormenta & corporis dolorem, per tex. in l. item apud labeonem. §. q̃nem. ff. de iniur. l. 1. §. q̃nem. ff. ad Syl. Azo in sum. de quæst. in prin. dicit, q̃ est inquisitio veritatis per tormenta, Sal. autem in rub. C. eod. dat duas descriptiones ad istud verbum q̃, quæ omnes tendunt in vnum, q̃ q̃ sit illa indagatio, quā facit iudex ad inuenieēdam veritatem, contra reū in tormentis existentem dum patitur cruciatum in corpore, & dicta est quasi torquens mentem, sed m Abb. in d. c. cum in contemplatione, c. illi
2 quidem. 5. q. 5. Et no. q̃ tortura † est remediū subsidiariū, vt docet Bald. in l. siqs alicui. C. ad l. Iul. ma. ordinaria via est illa, quæ sit per testes. l. sciāt cuncti. C. de prob. Not. sunt quinque magistralia in materia torturæ. Primum, q̃ ante omnia om
3 nis † iudex, qui de aliquo q̃nem habere intēdit, debet iuris & humanitatis considerationem habere, vt non facilè nec repente ad q̃nem prosiliat, si alia via veriori & læuiori potest obiecti criminis veritas haberi, quantumcunque adsint indicia, vel verisimilia argumenta. l. edictum, & l. diuus. ff. de quæst. l. quoties. C. eo. Secūdum est,
4 q̃ nō ex quolibet † maleficio nec ex qualibet causa nec indifferenter de qualibet persona habenda est q̃, d. l. edictum. Tertium est, q̃ non quælibet indicia sufficiunt, ad torturam habendam, tunc
5 enim reus torquendus est, & † indicia præcesserunt verisimilia talia, q̃ solà torquendi cōfessio habeatur. l. 1. 2. resp. ff. de quæst. Quartum est, q̃
6 in q̃ne † non est aliquis repetendus. ſ. de iure nisi duo concurrant. Quòd noua indicia superuenerint, & q̃ tortus in fortitudine corporis animiq; durauerit. l. vnius. §. 1. ff. eo. licet de consuetudine multi iudices honoris auidi hoc non seruent, immo quotidie q̃nes repetunt sine nouis indicijs quousque de petitis criminibus eruerint veritatem, quia possunt defendi per tex. in §. oportet, in auth. vt iud. sin. quo. suffr. ibi, iudices torquebunt & nō prius quiescant, Bar. in d. l. vnius. §. 1. distinguit, secūdum indiciorum qualitatem vbi noua non superueniant, quia aut erant non multum vrgentia & nō repetitur, aut erant vrgentia & repetitur, & ita seruatur in pratica vt dicit Sal. in l. 2. C. de cust. reor. Tortura est arbitraria iudici, Bar. in l. vnius. §. reus, nu. 1. ff. d q̃st. Boer. decis. 163. nu. 10. Grama. consi. 21. nu. 25. Marsi. in l. repeti. nu. 6. ff. de quæst. Alex. consi. 5. nu. 4. lib. 1. Io. de Anic. consi. 37. nu. 4. Mantua consi. 208. nu. 2. Curt. Sen. consi. 59. nu. 9. Aym. consi. 288. nu. 7. Petr. Calef. inter consi. crim. consi. 63. nu. 18. lib. 2. Boss. tit. de tortu. nu. 42. Soc. consi. 54. nu. 14. lib. 3. Consideret autem iudex in q̃ne repetenda quomodo tortus in animi & corporis
7 fortitudine † perseuerauerit d. l. vnius. §. reus. Quintum, quòd iudices hoc temperamentum teneant, vt tormenta non summant de aliquo immensa nec q̃ta postulauerit accusator, sed prout moderatè rationis tēperamenta desiderant, adeo q̃ tortus sanus innocentiæ, vel supplicio conseruetur. l. de minore. §. tormenta. ff. eo. quare bona cautela est, ne tu iudex in syndicatu tenearis, q̃ fa
8 cias in actis apparere torturam † cum moderamine datam secundum q̃ indicia demōstrabant Bar. in l. fi. ff. e. quod perpetuò mente tenendum dicit Ang. de malef. verb. q̃ fama publica, versi. sed aduerte, & hoc se pluries praticasse dicit. l. itē apud labeonem. §. q̃nis. ff. de iniu. Item periculosum est iudicibus iuuenibus inanis gloriæ cupidis, aut crudelitatem corū precio distrahentibus potestatis arbitrariæ frena laxare, cū grauem stateram oporteat in his ante Dei conspectum gestare torquendis personis diligenter attētis. l. 1. §. q̃ni. ff. eo. vnde Marcus Tull. lib. par. (inquit) q̃nibus resistendum est, quia & dolores fugientes, multi in tormentis ementiti sunt mori, qui maluerunt falsum fatendo, quàm in patiendo dolorem, multi suam vitam neglexerūt, alij autem robore corporis, aut consuetudine dolendi, aut metu supplicij, aut mortis vim tormentorū pertulerunt, alij ementiti sunt in eos, quos oderunt, ita dicit Paris de Put. de synd. verb. tortura, quæ omnia diligenter animaduertenda sunt. Nunc videndum est de multis q̃nibus. Primò, quæ personæ possunt torqueri. Secundò, qualiter q̃ sit habenda. Tertiò, quo ordine homines sunt torquendi. Quartò, ex quibus causis. Quintò, quæ oportet præcedere q̃nem. Sextò, quot sunt tormentorum species. Septimò, quis sit effectus q̃nis. Octauò & vltimo, formabo circa hanc materiam

teriam aliquot vtiles quæstiones. Circa primam
9 dico, q̃ torqueri possunt tam † liberi quàm serui, libertini & statuliberi. l. edictum. l. statuliberi l. diuus. ff. de quæst. tam masculi quàm fœminæ, nisi sint prægnantes, ad not. in l. prægnantis. ff. de pœn. Cōsuetudo obseruat vt etiam post partum editum non torqueantur, nisi elapsis 40. diebus purgationis, & testatur Iul. Clar. in §. fin. q. 64. versi. quæro modo, q̃ Senatus Mediol. idem seruat in mulieribus lactantibus. Et q̃q̃ contrarium quidam dixerunt, dic indubitanter liberos homines tam in seipsos quàm in alios posse torqueri. l. ex libero, in prin. l. vnius. §. testes. ff. eo. l. pen. C. de fals. l. proditores. ff. de re mil. & l. milites. C. de quæst. vbi indistinctè loquūtur, facit. l. multum. C. ex quib. cau. infa. irrog. & l. nullus, in fin. C. de assess. quæ omnia iura loquuntur de q̃nibus habendis de liberis hominibus. Et ista est communis opinio vt testatur Ant. Gomes. c. 13. delic. nu. 3. Conrad. in suo Breuia. fol. 299. nu. 32. Excipiuntur quidam quos ius torqueri non sinit. Qui
10 dam videlicet propter ætatem, quia minores † 14. annis, qui licet torqueri non possint, terreri tamen possunt ferula ad eruēdam veritatem. l. 1. §. impuberes. l. excipiuntur. ff. ad Syl. l. de minore, primo respon. & l. ex libero. §. de minore. ff. de quæst. Ana. in c. 1. nu. 10. de deli. puer. Ign. in l.
11 excipiuntur, nu. 49. ff. ad Syll. Item qui † ætatis decrepitę sunt torqueri nō possunt. l. 3. §. ignoscitur. ff. ad Syl. Bal. in sua prat. tit. de quæst. q. 26. & dicuntur decrepitæ ætatis à 70. annis supra l. maiores. ff. de iur. imm. Viuius lib. cōmunium opi. verb. senex ætatis, Gram. decis. 34. Item in digni
12 tate † positi, non torquētur, vt eminentissimi milites, decuriones, & doctores, secundum Ias. in l. de quibus. ff. de legib. filij ac nepotes eorum, vt nec in eis aliqua corporalis macula aspergatur. l. milites. l. diuo Marco & l. decuriones. C. de q̃st. l. fi. ff. de decur. Duenas reg. 190. ampl. 4. Boss. tit. de tort. test. num. 7. Ghirl. de quæst. q. 6. prin. nu. 3. Boss. rit. de ind. nu. 104. Tiraquel. de nobil. c. 20. nu. 134. Did. lib. resol. 2. c. 9. nu. 4. Cæpol. consi. 40. in primo dub. Adde vnum sing. paucis
13 cognitum, q̃ nec etiam clericus † in sacris constitutus torquetur, nisi sit difamatus, ita not. dicit Abb. antiquus in c. grauis, depos. & ibi eum sequtur Paul. de Leaz. & eum refert & sequitur Ana. in c. circa, col. 5. de cler. percuss. & Abb. in d. c. cum in contemplatione, Alex. in Appo. ad Bar. in l. fi. ff. de quæst. versi. veniamus ad indicia, & in d. l. milites, & ita se praticasse dicit Marsi. sing. 15. & liberasse vnum clericum à tortura, fallit in certis criminibus de quibus in l. presbyteri, per glo. & Bal. C. de epis. & cler. & in l. fallaciter. C. de aboli. Boss. tit. de tort. test. num. 6. Fel. in c. vniuersitati, nu. 2. de sent. excom. Foller. in prat. crim. Cano. c. 31. nu. 6. Dec. in c. atsi clerici, in prin. nu. 19. de iud. Viuius lib. communium opin. verb. clerici non possunt. Duenas d. reg. 190. limit. 3. Boss. tit. de indi. nu. 35. & 103. Diaz in prat. Cano. c. 117.
14 Solet tamen † in quibusdam criminibus nō præbere dignitas excusationem nec minoritas quin torqueatur, vt in crimine læsæ maiestatis, in proditoribus, & quibusdam alijs. l. de minore, primo resp. & l. ex libero. §. 1. ff. de quæst. l. desertorem. §. is qui. ff. de re mil. & l. proditores. Est verum, q̃ de consuetudine contrarium seruatur secundum Gand. vbi supra versi. item quid de aduocato, & ita dicit vidisse Bononiæ consuli per sapientes autoritate cōsuetudinis, ita tenēt Alb. in d. l. diuo Marco, & ibi Sal. qui dicit, q̃ non seruatur priuilegium quoad torturam, q̃ cōsiliarij non torqueantur, & dicit, q̃ ita est generalis consuetudo, & ita seruanda, nisi esset specialis contraria in loco, vt est Florentiæ, vt dicit Bal. in l. nihil C. de quæst. licet Rom. sing. 488. milites, dicat, q̃ non valet consuetudo in contrarium, vt præfatæ personæ torqueantur, & ita dicit Bar. in l. omnes.
15 C. de decur. lib. 10. Et hoc casu si Iudex † torqueret non torquendum teneretur. l. Iulia de vi publica. l. Iulia. ff. ad l. Iul. de vi pub. Paris de Put. de synd. verb. officialis, & diuersimodè puniri pōt, prout ipse excesit, Marsi. in l. quæstionis, nu. 73. ff. de quæst. & in l. 1. §. præterea, num. 7. in fi. ad l. Corn. de sica. & in prat. crim. §. expedita, nu. 87. Boss. tit. de tort. nu. 31. Petr. Calef. inter cōsi. crimi. consi. 93. in fi. & consi. 94. nu. 4. lib. 2. Barb. consi. 47. lib. 1. Gram. consi. 15. in fi. Circa secundum
16 autem, qualiter † q̃ sit habenda, & cū quo moderamine. Dic, q̃ non est in immēsum habēda, nec in quantum postulauerit accusator, sed vt moderatæ rationis temperamenta desiderat, l. de minore. §. tormenta. ff. eo. & super hoc non potest certa doctrina dari, sed iudex debet considerare cuius fortitudinis & debilitatis, cuius valetudinis & ætatis sit, qui torquendus est, vt secundum varietatem personarum criminisve, seu alterius negocij qualitatem vtatur tormentis. l. 2. §. fi. ff. de re mil. l. siquis in graui, in prin. & §. subuenitur. ff. ad Syl. Dic ergo, sic iudex torqueat reum vt innocentiæ vel supplicio eum seruet indemnem. l. q̃nis modum. ff. de quæst. Et aduerte, quòd istud
17 moderamen † debet attendi circa tria. Primo respectu causæ arduæ, quia aliter adhibetur in causa criminali ardua, aliter in leui. l. vbi. ff. de fals. & aliter in homicidio q̃ in furto, & acrius in crimine læsæ maiestatis, quam in crimine falsi & de similibus. Secundo respectu personæ, quia aliter sunt torquendi serui & duri, aliter ingenui & delicati. l. milites. C. eo aliter viles aliter honesti, quare dicit Bal. in auth. si dicatur. C. de testi. in fi. q̃ vilis persona iudicatur, quæ commisit aliquod graue delictum, per tex. in l. 1. C. vbi senat vel claris. Tertio respectu qualitatis tormentorum quia si sufficiunt tormenta læuia non sunt inferēda grauia. l. nemo carcerem. C. de exact. trib.

lib.

lib.10.multa etiam tunc considerandа, quæ iudicis arbitrio relinquuntur.l.quæstionis.ff.eo. vbi Bar.nu.1.Marsi.in prat.crim.§.expedita, nu.89. Bello. consi.84. nu.12. Bosi.tit. de tortu.nu.30. vbi omnes concludunt, q̃ iudex excedens acriter
18 puniri debet. Circa tertium quo † ordine sint habenda tormenta. Dicendum est, q̃ si de pluribus sit habenda, sagax iudex considerabit, à quo facilius veritas erui possit, & ab illo q̃nem incipiat tanquam à timidiori, & magis suspecto à minori & magis debiliori.l.1.§.1.& ibi Bar.& l.vnius primo resp.ff.eo. Item si sunt torquendi pater &
19 filius à filio † incipiendum in conspectu patris, quia propter hoc citius fatebitur pater, quoniã pater magis veretur de filio q̃ de seipso.l.isti quidem.ff.quod met.caus.§.veniens, inst. de noxal.
20 Item fœmina † torquenda citius quàm masculus, quia homo tanquam maioris constantiæ tardius confitetur,& mulier citius, quia momentaneum & instabile cor habet, l.filia in orbitate.ff. de inof.test.l.deferre,in prin.ff.de iu.fisc.Maran. in specul. suo par.6. c.de tortura, vbi attestatur hunc ordinem obseruari. Et quando sunt plures
21 indicijs paribus, tortura est incipienda † ab eo, qui malum nomen habet Petras.sing.75. Intellige secundum Marsi.in prat.crim.§.diligẽter, nu. 99.modo indicia ex alio sint sufficientia ad tortu ram, quàm ex eo q̃ ille sit malę vocis. Adde quod voluit Bal.in l.2.C.quor.app.nõ recip.col.2.vbi
22 dicit, q̃ bona fisonomia † prodest reo mala nocet, quia facit illa quem procliuũ ad scelera, Sal. tamen in l.fi.col.vlt.versi.quæro.C.de quæst. dicit q̃ si sunt plures rei torquendi pro aliquo delicto, vt veritas ipsius delicti inueniatur, non debent attendi prædicta, sed si vnus ipsorũ reorum, alias commisit simile delictum, pro quo sunt tor
23 quendi tunc † ab illo incipienda est tortura, per regulam semel malus, quod not. Circa quartum,
24 ex quibus † causis homines torquentur, Respon. q̃ ex causa ciuili & criminali & tunc cum veritas aliter reperiri non potest.l.ex libero.ff.de quæst. & l.quoties.C.eo.Azo in sum.§.torquendi. Non tamen ex omni causa, quilibet torquẽdus est, nec quælibet persona.l.edictum vbi Bar.ff.eo. Vnde videtur, q̃ de libero homine non possit quæstio
25 haberi in causis † ciuilibus nisi delictũ annexum habeat c.1.depos.vbi Cano.nec in criminalibus, nisi in atrocioribus & grauioribus delictis & nõ pro læuibus.d.l.edictum & l.diuus.ff.eo.& dicũtur grauia delicta, pro quibus debet quis personaliter puniri,Gand.de malef.tit.de quæst.Circa quintum, quæ debeant præcedere quæstionem. Dic indicia sufficientia & verisimilia. Nam à tor
26 mentis † incipiendum non est .l.1. in prin.ff. de quæst.teste Zas. consi.19.nu.31.in fi.lib.1.etiam si iudex haberet liberum arbitrium procedendi, Catald.de synd.q.109.& Amad.eo.trac.nu.145. Iul.Clar.in §.fi.q.31.versi.arbitrio atque alia, Gram.vot.32.nu.9. Rot.Pedem.decis.79.n.14. & sine indicijs quis torquendus non est.l. de minore.§.tormenta.l.maritus, & l.fi.ff.e.l.pridem, & l.mulieres.C.eo.l.sicut ad fin.C.de fals.Et certe est valde attendendum considerandum & ponderandum tunc, nunquid præcedant indicia sufficientia & verisimilia vt habeatur quæstio de aliquo,cum appellatio vel restitutio subsequẽs prodesse non possit, nam plerique cum torquentur perire solent.l.aut damna.§.1.ff.de pœn.l. cum cognitionaliter.C.de quæst. Quæ indicia præcedere debeant, non possunt certo modo dici aut ostendi, nec de his põt dari certa regula, sed hoc
27 committitur † arbitrio iudicantis.l.3.in prin.ff. de testi.ibi tu magis scire potes, sicut dicimus de accessione & mora.l. de accessionibus.ff. de diuer.& temp.præscrip.l.mora.ff.de vsur.Et generaliter omne quod non determinatur à iure relinquitur arbitrio iudicis.l.1.ff.de iur.dele.Ang.de malef. verb. q̃ fama publica, versi.quæro quid & quotuplex sit iudicium,& ibi Apposf.Bar.in l.fi. nu.5.ff.de quæst.& in hoc omnes concordant, vt dicit Corn.consi.101.& consi.198.lib.2.Sal.in l. fi.nu.7.C.de q̃n. Io. de Amic. consi.134.nu.1. Bal.consi.95.nu.6.lib.1.Iodoc.in sua pra. crim. c.36. nu.2.possumus tamẽ in genere talem ponere doctrinam,q̃ bonus iudex debet solicite instare ad indaganda iudicia contra delatum de crimine, nam indicia sunt alijs probationibus proxima, & dicuntur indicia signa alicuius maleficij cõmissi,vel alterius rei de qua agitur. Et dicun-
28 tur † indicia ab indicando quasi indicatiua,& de monstratiua veritatis, & probationis adminicula.l.instrumenta domestica.C.de probat.& l.fin. eo.l.solent.ff. de præscrip. verb. sunt enim indicia pars claræ probationis.l. hac consultissima. §.deinde.C.qui testa.fac.poss.Io.And.Specu.tit. de prob.§.videndum est,versi.13. & ibidem Bal.
29 in rub.verb.probatio. Solet quæri an fama † publica sit sufficiens indicium ad torturam. Gand. de malef.tit.de præsump. & ind. format hanc q. arguens pro & contra,& tandem dicit, q̃ de iure fama non est sufficiens inditium ad torturam per iura & rationes per eum adductas, subdit tamen se vidisse seruari pro & contra per iudices & assessores secundum varias doct.opiniones.Si tamen cum fama esset aliquod indicium.q.nõ reciperet dubitationem,quia posset ad tormenta procedi, idem tenet Bar. in l.1.§.idem Cornelio.l. de minore.§. tormenta, & l.fi.ff.cod.& in l.ea quidem. C.de accus.vbi etiam Sal.Idem tamen Bar.cons. 191.dicit,q̃ hoc non habet locum in fama vehementi, quia talis est sufficiens iudicium ad torturam idem tenet Bal. in c.1.§.furtũ,de pac.iur. firm.Marsi.sing.97. Item vehemens infamia etiã sine aliquo alio indicio sufficiet ad torturam, vt habetur in c.siquis,per Inno.de purg.cano. Et q̃ fama ex se non sit sufficiens indiciũ ad torturam

tenet

tenet Marsi.consi.3.nu.4.in fi. Ias. in repet.l.admonendi,nu.207.ff.de iureiu. Aym.consi.41.nu. 6.Blan.in d.l.fi.ff.de quæst.nu.313. Duenas reg. 300.in prin. Diaz regul.333. Plotus in l.si quando,nu.89.C.vn.vi.De consuetudine plerique tenentur q̃ seruatur contrarium q̃ immo sola fama sufficit Marsi. in l.de minore.§. plurium, nu. 30.consi.72.nu.16. Carauita super ritu 41.vica. nu.8. ipsi tamen non recedunt à communi opinione supra relata, quòd fama per se sola non facit iudicium ad torturam,fama enim nõ facit semiplenam probationem, glo. in c. veniens, il primo,verb.illorum,de testi.vbi Dec.nu.25.Berous in c.qualiter & quando, num.78. de accus. Bertrand. consi. 126. num. 11. lib. 7. fama cum alijs adminiculis (vt infra referam) faceret indicium ad torturam, Grat. consi. 57. num. 8. lib. 2. Sed quæ & qualia poterunt esse ista indicia,
30 quibus fama † coadiuuetur, vt possit quæstionibus reus subijci,possunt colligi infrascripta.Primum indicium est, si probetur, q̃ iste Titius de
31 crimine inculpatus † extitit inimicus offensi aut suorum, & sui intelliguntur omnes, qui admissi fuissent ad huiusmodi iniuriam prosequendam. l.1.& 2.ff.de accus.nam tunc & eo casu erit suspectus de crimine præsumendus,quia talis inimicitię qualitas casum suspitionis adducit.c.cũ oporteat, de accus.l.siquis.C.de testi. Nam lex præsumit de inimicis omne malum.l.2.§. præterea. ff. de quæst. idem tenet Specul.tit. de præsumpt. versi. idem est,cuius Specul. dictum intellige de inimicitia capitali & non de læui. Nouel. in sua prat.fol.60.num.3. vbi asserit omnes Feud.cum ista opinione transire, Plotus in d.l. si quando, nu.880. Grama.consi.3. nu.16. Blan.in l.fi. nu. 175.de quæst.Boss.tit.de indicijs,nu.47. Secundum erit indicium,si probetur q̃ iste de crimine
32 inculpatus † contraxit conuersationem cum inimicis occisi vel vulnerati aut amicitiam, vel qa contra eundem occisum vel vulneratum fuerit taliter versatus in alijs, q̃ credebatur potius esse inimicus quàm amicus, quod quidem potest varijs ex causis procedere.l.fin.C.de dona.cum ibi no.& l.his solis,eo.arg.l.2.ff.de libert. & eorum lib. ex talibus enim intercedentibus crimen põt præsumi,& coniectura capitur, q̃ in delinquendo fraudis inesset consilium, vnde non præmio sed pœna afficiendus est.l.1.§.cum patronus.ff. de off.præf.vrb.l.liberi.§.fin.C.de inof.test.Ter-
33 tium indicium, si scienter † malefactorem recepit in domo sua post maleficium perpetratum, nulla etiam cum eo affinitate cõiunctus, cum in isto non videatur minus delinquere, quàm ille q̃ tale crimen commisit, arg.l.1.C. de his qui latr. occul.l.2.§.non tantum.ff.de incend. Quartum indicium, si is de crimine inculpatus tale quid fe-
34 cit,quominus delinquens deprehẽsus † & captus ad iudicem duceretur, nam eo casu videretur socius criminis,& q̃ in delicto illo dolum commiserit.l.fi.§.1.ff.de cust.reo.l.1.in prin.ff. de eo per quem fact. erit. l.eos. C. de furt. immo talis etiam puniendus erit lege Iulia de vi publica & priuata,arg.l.lege Iulia,vtroque tit.ff. Quintum indicium,si constet,q̃ iste Titius de crimine inculpatus,commisso crimine vna cum malefacto
35 re † vel sine eo aufugit de loco criminis, qui casus criminis commisi suspitione nõ caret,immo propter fugam seipsum accusare videtur, arg.l. 1.§.siquis & l.siquis in graui.§.de his autem.ff.ad Syl. l. impuberibus. §. 1.ff.de susp. tut. §. si vero in auth.de exhib.reis.l.consiliarios.C.de assess.& l.locorum.C.de omniagr.des.lib.10.Sextum indiciũ, si probetur, q̃ de crimine inculpatus fuit
36 visus † in domo itinere vel agro gladio euaginato cum occiso vel vulnerato. Nam ex hac coniectura capi potest & colligi præsumptio,q̃ fuerit dicti criminis conscius, arg.ad hoc.c.3. de præsump.& §.his quoq;, in auth.vt lic.matr.& auiæ. Nam lex præsumit omne malũ contra arma deferentem.l.vna.C. vt arm.vsus,lib.11. ita q̃ delatio illa gladij põt esse indicium, vt not.Io. And. in add. Spec. tit.de probat.§.videndum est,versi. 13. Septimum indicium, si probetur, q̃ quis de crimine inculpatus fuerit inuentus deprehensus & captus ab aliquo ob crimen prædictum, q̃ sic
37 captus cõfessus † fuerit, licet extra iudiciũ, se ex illo crimine fore culpabilem,tale indicium operatur, vt sit subijciendus quæstionibus.l. capite quinto, & ibi Bar.ff.de adult. Nam licet in causa ciuili confessio facta extra iudiciũ non faciat plenam probationem,vt quis condemnetur,in causa criminali facit semiplenam probationem ad hoc vt quis ponatur ad torturam,secundum Bal. in l.vna.C.de conf.& virtute talis confessionis,si quis positus fuerit ad torturam, si confessus fuerit in tormentis,erit plena probatio, ista est glo. sing. in d.l.capite, quã ibi sequitur Bar.& Lanfr. in d.c.quoniam contra verb.cõfessiones,nu.19. quam glo. communiter à doct. approbari dicit Marsi.sing.310.Fel.in c.cum olim, nu.5.de rescr. Dec.in c.at si clerici, nu.17. de iud.Ferrat.caut. 27.Alci.in c.cum non ab homine,nu.98. de iud. Carauita super ritu 235.nu.17.vica. Bal. tamen in l.admonendi.ff.de iureiu. intellexit illam glo.
38 quando illa confessio † extraiudicialis est facta cum verisimili causa, ratione loci, & temporis. Ideo quãdo illa confessio esset informis,nec certa,& qualificata, non potest ex ea veniri ad torturam,idem Bal.in l.quoniam.C.ex quib.caus.inf. irrog.dicit,q̃ confessio informis,qua quis confitetur homicidium cõmisisse,nihil operatur,not. Paris de Put.de synd.verb.quia cõmuniter,idem voluit Arc.consi.23.visa inquisitione, vbi dicit, q̃ confessio sine causa sicut non præiudicat in ciuilibus ita nec in criminalibus. Adde q̃ confes-
39 sio † in criminalibus facta coram solo maleficio

rum

rum notario absente iudice, vel coram solo iudice non in forma iudicij, quamuis non plenè probet, tamen est sufficiens indicium ad torturam, secundum Bald. in l. iubemus. C. de lib. cau. in l. pen. C. de fid. & in add. Specul. tit. de conf. verb. confessio, limitat tamen sing. Bal. in l. 1. col. pen.
40 C. de conf. nisi talis † confessio fuerit reuocata, vnde secundum eum cautus sit aduocatus, ꝙ faciat illam confessionem reuocare, quam potest reuocare, etiam si aliter de errore non doceat, cũ sit cõfessio nudi facti, iux. l. error. C. de iu. & fac. ignor. Quod perpetuò not. & vide not. per doct. in l. magistratibus. ff. de iurisd. om. iud. Alex. nu. 6. Dec. nu. 8. Blan. in d. l. fi. nu. 218. Fel. in d. c. atsi clerici, nu. 15. & Dec. nu. 17. Boer. decis. 90. nu. 8. Iaffred. decis. 104. Viuius lib. cõmunium opi. verb. confessio facta coram. Rui. consi. 80. nu. 2. lib. 4. Rom. in l. siquis in graui. §. 1. ff. ad Syll. &
41 consi. 8. nu. 2. Adde etiam, ꝙ si minor † confessus est in iudicio delictum, de quo aliter nõ erat probatum, debet in integrũ restitui aduersus talẽ cõfessionem absque aliqua probatione alicuius erroris, quia ex hoc apparet cum fore læsum, ita sing. dicit Ang. in l. certũ. §. in pupillo. ff. de cõf. allegat tex. cum gl. in c. 2. de in integ. resti. lib. 6. sequitur Alex. in l. nam & postea. §. si minor, col. pen. ff. de iureiu. & consi. 116. lib. 2. Octauum in-
42 dicium, si probetur, ꝙ inter occisum † vel vulneratum ex vna parte, & crimine inculpatum ex altera extiterũt verba iniuriosa, quæ fuerunt ad animum reuocata, aut ꝙ hic de crimine inculpatus occiso vel vulnerato fuerit minatus paulo ante maleficium cõmissum, nam ex talibus verbis & similibus antecedentibus ipsum crimen cõiectu rari potest, & præsumptio denotari, ꝙ fraudem & dolum in delicto illo commiserit, & ꝙ illa verba dixerit sua malignitate, & animi prauitate, arg. ad hoc in l. cum ratio. §. ex bonis, & §. fraudis autem. ff. de bon. dam. l. ex quadam. §. pen. & fi. ff. de ser. fug. l. si non conuitij. C. de iniu. Hæc enim verba, sic in iudicio ab asseuerante prolata, licet præiudicium plenum inferre non possint, tamen contra proferẽtem indicium & præsumptionem inducunt. l. quidam, & l. fi. ff. de prob. no. in l. professio. C. de testi. Nam his modis animus & voluntas cuiusque declaratur, & ideo dictum est, ꝙ non solum ipsis rebus & factis quis propriam voluntatẽ declarat. l. si tri. §. ei qui. ff. de edil. edic. & no. in l. de qb. ff. de. ll. immo ẽt ex verbis prolatis intelligitur quis voluntatem propriam declarare & intrinseca sui cordis, quia non intelligitur
43 † verbis exprimere quod mente non cogitauit. l. labeo, ad fi. ff. de supel. leg. & quia per acta & gesta extrinseca cuiusq; animus declaratur. l. seruus plurium. §. fi. ff. de leg. 1. l. hæredes palam. §.
44 sed etsi. ff. de testa. Et in maleficijs † spectatur cuiusque propositum & voluntas. l. diuus. ff. de sicar. ex dictis facta pẽsamus. l. vna. C. siquis imp. maled. Ang. de malef. verb. ꝙ fama publica, versi. quæro quid si aliquis, & ibi Apposf. Minæ aliquã do faciunt indicium ad torturam de perse si sunt prolatæ ab aliquo potẽte qui facile potuisset exequi vel erat solitus exequi, Plotus in d. l. si quando, nu. 885. Blan. in d. l. fi. nu. 183. Duenas reg. 192. ampl. 4. Petr. Plac. lib. 1. delict. c. 28. nu. 18. Nonum indicium, si probetur te sciuisse quem,
45 aduersus aliquem delinquere † volentem, quem potuisti (quominus delinqueret) prohibere, & non prohibuisti, nam tunc carere culpa eius criminis nõ videris. l. culpa. ff. de reg. iu. c. 1. de off. del. sed si prohibere non potuisti venia dignus es. Etenim si à morte potuisti hominem liberare, & non liberasti, occidisse uideris. l. scientiam in prin. ff. ad l. Aquil. arg. l. in omnibus, & l. in delictis, in prin. ff. de nox. l. 3. §. is cui. ff. de sica. Et licet forsan talis non deberet eadem pœna, qua delinquens puniri, tamen est paulo minori pœna mulctandus, quia carere non dicitur scrupulo
46 † societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. c. sicut dignũ. §. illi eriam, de hom. c. quantæ, de sent. excõ. l. 2. C. de com. & merca.
47 Decimum indicium, si probetur † aliquem scire in certo loco malefactores, vt furarentur, vel occiderẽt transeuntes, vel narrauit mercatoribus, vt secum irent, vel transirent illac, qui fuerunt derobati occisi vel vulnerati. Nam tale indicium operatur vt possit quæstionibus subijci, quia nõ solum causam criminis videtur præbuisse, sed etiam particeps est, & noxius præsumendus cum teneatur pœna. l. Cornel. de sicarijs. l. 3. §. alio. ff. de sica. ibi item, qui autor seditionis fuerit. l. qui occidit. §. pen. ff. ad l. Aquil. l. pen. §. si cum eo, & l. sed et si quis. ff. vi bo. rapt. & ideo in qõnibus est ponendus, quia de his qõ est habenda qui suspitione cædis conscientes videbantur. l. 1. §. occisorum, versi. tamen si quis & §. siquis in villa. ff. ad
48 Syl. Vndecimum indicium, quoties probatur † per testes idoneos, ꝙ is contra quem inquiritur est homo malæ conditionis & famæ, quæ fama sumpsit originem nõ à maleuolis sed à prouidis & discretis viris omni exceptione maioribus ad not. in c. qualiter & quando, de accus. Duodeci-
49 mum indicium, si iste de crimine inculpatus † alias commisit aliud maleficium in persona dicti offensi, vel etiam aliorum. Nam qui semel fuit malus, semper præsumitur malus. l. si cui. §. ijsdem. ff. de accus. l. nemo. C. de off. assess. l. seruos C. de vi pub. Ex præterito enim vnoquoq; facto futura metimur. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re milit. Decimumtertium indiciũ, quando quis
50 conuersatur † cum malis & iniquis hominibus, ex tali conuersatione habetur contra eum iniquitatis & delicti commisi indicium. Et ideo si commissum sit homicidiũ, & Titius erat solitus conuersari cum homicidiarijs, ex tali conuersatione habebitur contra eum indicium dicti homicidij,

dij, Ang. de malef. verb. ꝙ fama publica, versi. quæro an vnum indicium, cuius dictum refert & sequitur pro sing. Marsi. in prat. cri. §. expedita, nu. 91. Decimumquartum indicium, si reperitur
51 † aliquis occisus in vna domo, & socius suus tacet, & nihil dicit, tunc talis taciturnitas facit indicium contra eum, ex quo poterit poni ad torturam, ita not. dicit Rom. in l. excipiuntur, in fi. ff. ad Syl. refert & sequitur Aug. de Arim. in add. in loco iam citato Ang. de mal. & dicit Bal. in d. l. excipiuntur, secundum Dy. esse argumentũ contra vxorem quæ tacet mortẽ viri in domo interfecti, quia præsumitur culpabilis & conscia de morte eius, quare dicit Paris de Put. de synd. ver. tortura. 1. ꝙ per hoc dictum fuit torta quædam mulier, quæ diu tacuerat de morte viri, qui non reperiebatur, quæ quadam die clamauit pluries, ꝙ in stabulo erat fetor maximus, & vicinæ occurrerunt, & repertus fuit ibi vir sepultus, & torta confessa fuit, ꝙ occidi fecerat virum, à quodam adultero, & inde suspensa. Decimumquartum
52 indicium, si reperiatur † homo mortuus occisus ante domum alicuius, præsumitur ab eo occisus Bar. in l. 1. & in l. ediles. ff. de vi pub. Paris de Put. de synd. verb. an stetur, & an præsumatur occisus ab inimico, vide specul. tit. de præsum. §. 1. & Rom. in l. 1. §. 1. ff. ad Syl. Decimumsextum indi-
53 cium, si res † furata inuenta est apud aliquem malæ conditionis & famæ, & aliud indicium non habetur contra eũ, ita dicit Bar. in l. fi. ff. de quæst. Bal. & Imo. in l. fi. ff. de hær. inst. Ang. in l. fi. C. de quæst. per ea quæ habentur in l. ancillę. C. de fur. Marsi. consi. 130. nu. 42. Grama. consi. 14. Rolan. consi. 45. nu. 41. lib. 1. Bertrand. consi. 107. lib. 1. par. 1. Et idem siquis inuentus fuerit in domo pulcræ puellæ, vel veniſſe de illius domo præsumetur supposuisse, ita dicit Bar. post Iac. But. in d. l. fi. ff. de hær. inst. & dicit Bal. in l. neq; natales. C. de prob. ꝙ si scolaris repertus fuerit cum muliere non præsumitur dicere pater noster, non tamen propter hoc probatur adulterium. Sunt etiã alia multa indicia contra delinquẽtes, quæ quilibet curiosus lector & bonus iudex potest perpendere secundum varietatem personarum & qualitatem temporum factorum contingentia, & locorum diuersitatem, secundum Gand. de malef. tit. de præsump. & ind. Animaduerte tamen, ꝙ in
54 delictis † secretis tractatibus consilijs pp difficultatem probationum deuenitur ad tormenta, & quandoque ad condemnationem ex solis indicijs, si sint ita certa, quòd vix negari possint. l. milites. C. de quæst. l. 2. §. oportet. ff. de excus. tut. Ang. in l. fin. C. de prob. & dicit Bal. in l. neminem. C. de epis. aud. ꝙ in delictis enormibus & ad eorum inuestigationem, specialiter in illis, quæ clam committuntur, sicut est venenatio, incantationes facere, adulterium committere, monetam falsare, & in similibus debet iudex esse promptior & facilior ad torturam, & regulariter illa indicia sunt sufficientia ad torturã, quæ non possunt ad aliud haberi, quam ad illud delictum vt not. in l. fi. C. de quæst. & facit, quod habetur in c. fraternitatis, de hæret. lib. 6. ꝙ in actu occulto, de quo non potest haberi plena probatio, indicia quandoque habent vim plenæ probationis. Et ista est cõmunis regula vt ait Igneus, in l. 1. §. Serui, nu. 75. ff. ad Syl. Vidi aliquando in
55 facto dubitari, an diuinatio † seu incantationes faciãt indicium ad torturã. Hãc. q. format Brun. in tract. de ind. & tort. quem refert Marsi. in sua prat. §. diligenter, nu. 181. vbi dicit, ꝙ quando aliquis incantator consultus dicit, ꝙ Titius commisit tale furtum, vel aliud delictum, non potest ex hoc ad torturã poni, quia talibus non est adhibenda fides. l. item apud labeonem. §. siquis astrologus. ff. de iniu. vbi hoc tenet Ang. & facit. l. ve-
56 rum. C. de infa. Circa sextum, quot sunt species † tormentorum Bonif. de malef. tit. quæ ind. præced. deb. tor. in fi. dicit, ꝙ est vna tãtum species cum fune, nec reperitur lege cautum, ꝙ tormenta aliter fieri possint. l. nullus. C. ad. l. iul. ma. vnde dicit, ꝙ si iudex aliter facit forte peccat, licet secundum Tull. in topic. possint fieri alio modo, & not. in l. ædictum. ff. de quæst. Marsi. in sua eleganti rep. l. 1. ff. eo. ponit quatuordecim species, quorum plures ab antiquis fuerunt inuentæ, quasdam vero ipse inuenisse asserit, prout est subtractio somni, per quem subtili ingenio adinuenta est, frequentiores sunt luxare brachia fune, & ignis, de quibus in iure mentio habetur vt not. in d. l. ædictum, quibus semper vsus sum, & illis delicti veritatẽ expiscatus sum. Quot sunt gradus torturæ late ponit post alios Paul. Ghirl. tit. de quæst. & torm. & refert illos fore quinque, quos per te videre poteris. Sequitur Marsi. in d. l. 1. nu. 15. & in prat. §. expedita, nu. 2. in veritate tamen sunt solum tres, comminatio ad torquendum, eleuatio, & squassus. Iul. Clar. in §. fi. q. 64.
57 versi. nunc de gradibus. Circa septimum, quis † sit effectus quæstionis. Et quidem siquis confessus sit crimen, de quo inculpatur vltro (ideſt) absque formidine tormentorum statim carcerandus est, & ilico absque aliqua alia perseueratione confessionis dãnandus est. l. fi. primo resp. ff. de cust. reor. l. cum reis. C. de pœn. & ita debet intelligi. l. si confessus. ff. de cust. reo. Non obstat. l. 1. §. diuus, & §. siquis vltro. ff. de quæst. quia intelliguntur de confessione habita in tormentis, & idem est in l. 2. C. de cust. reor. Si autẽ quis confiteatur in tormentis vel formidine tormentorum, tunc confessioni non statur, nec pro confesso habetur vt d. §. diuus. & l. 2. C. quor. app. nõ
58 recip. Et est ratio, quia qõ † fragilis res est. l. 1. §. qõni. ff. eod. & habet locum tunc d. l. 2. C de cust. reor. tunc iudex faciet coram se criminosum venire, & quærat ab eo, vtrum velit in confessione sua

sua perseuerare an retractare vel aliter dicere, & si perseuerauerit tenet cõfessio, arg.d.§.siquis vltro, & d.l.2.C.quo.app.non recip. Lanfr.in d.c. quoniam contra verb.confessiones,nu.9.vbi dicit,q̃ cõfessio facta in tormentis præcedentibus legitimis indicijs non valet, nisi reus perseueret in ea, dato q̃ fuerit facta in tormẽtis benè valet, ita tenet gl.in l.2.C.de cust.reor.& ibi Ang.Specul. tit. de conf.§. effectus versi. & hoc in ciuili causa,& dicitur quis perseuerare in confessione, nisi q̃s eam reuocet vel appellet, Bal.in l.vna.C. de conf.Boer.decis.163.nu.18.Abb.in c.cum in contemplatione,nu.7.de reg.iu.& ita seruat consuetudo,vt attestatur Bar.in l.1.in fin.ff.de cust. reo. Circa vltimum videre restat aliquot vtiles
59 q. Primo igitur quæro. An crimine † plenè probato sit deueniendum ad torturã? Bal.in sua prat. de quæst. cir.tort. q.25. post multa concludit q̃ non,quia ad torturam recurritur,vbi aliter veritas haberi non potest.l.edictum.l.diuus & l.quoties.ff.de quæst. Cum ergo veritas ex probationibus habeatur, non debet ad q.procedi, & hæc est veritas. Et ideo dicit Ang. in l.& si certus.ff.ad Syl. q̃ si maleficium est liquidatum per probationes veras, male facit Iudex ponẽdo malefactorẽ ad torturam,& tenetur in syndicatu,Bal.in l.milites & l.fi.C.de quæst. Adeo q̃ iudex volens vltra probationes dicti maleficij habere cõfessionem rei ad hoc vt post confessionem suam tanquam conuictus & confessus non possit appellare iux. l.2.C.quor.app. non recip.ponit reum ad torturam,vt confiteatur dictum crimen,hoc casu si ipse reus tortus sufficienter perstitit in negatione, tunc iudex non poterit etiam vlterius condemnare de dicto delicto vt antea poterat, quia per talem negationem ac in tortura perseuerantiam ipse reus,qui melius scit, an deliquerit q̃ alius, dicitur q̃ falsò depositerunt testes contra reũ,ita multum egregie dicit Alb. in d.l.edictum per gl. ibi quod dictum valde not. Cæpol.cons.32.quidam rustici, & dicit, q̃ istud videtur fuisse de mente Bar.in l.vnius.§.fi.ff.eod. latè hunc articulum & subtiliter expendit Did.lib.prat.quæst.c.23.nu. 5.& vide Marsi.in d.l.1.nu.11.in prat.§.nunc videndum, nu.25. & consi.51.nu.51. Carrer.in d. prat.crim.in prin.nu.188. Iodoc.ead.prat.c.35. nu.3.Gram.consi.1.nu.3.& voto 1.nu.3.Foll.in prat.crim.Cano.c.31.nu.5. Secundo quæro an
60 tortus † possit iterum torqueri,& q̃ repeti? Dixi supra q̃ non, & idem dicit Bart.in l.vnius.§.1. ff.eo.nisi superueniãt indicia de nouo vt ibi probatur,aliàs faciens tenetur in syndicatu secũdum Ang.de malef.verb.q̃ fama publica,q.3.& idem tenet Sal.in l.2.C.de cust.reor.in tantum,q̃ dicit Bald.in l.decuriones.C. de quæst.q̃ illa lex est in argumẽtum,q̃ de quacunq; tortura, quam infert iudex dolo malo & sine causa est pœna capitis,vt ipse etiam not.in l.1.C.de priua.del.dicit tamen Barto.in d.§.1.per illum tex. q̃ q̃ potest repeti, quãdo sunt indicia euidentiora primis. Et dicuntur noua indicia,ea quæ differunt à p̃cedentibus specie vel substantia. V.g.prima indicia erant de mala fama rei,vel q̃ erat inimicus, supuenit postea vnus testis,qui dicit, se vidisse reũ percutere, vel q̃ vidit eum cũ gladio euaginato, talia enim indicia dñr noua, quæ à prioribus specie differunt,sicut dicimus in capitulis nouis.l. per hanc. C.de temp.app.& c.fraternitatis,de testi. Et propterea dicit Prat. Papiens. in for. inquis.versi.& quia, q̃ ex hoc reprobata fuit fatuitas cuiusdam iudicis, qui post primam torturam adhibitam propter indicium infamiæ, dum superuenissent noui testes, qui deposuerunt famam esse contra reum, adhuc repetijt cõtra eum torturam.Curt. sen.consi.69.nu.9.Marsi.in l.repeti,nu.8.& seq. ff.de quæst.Aym.consi.288.nu.7.Boss.tit. de tor
61 tura,nu.42. Et reus repetitus † in tormentis sine nouis indicijs si confessus fuerit,non potest propterea condemnari per.l. quæstionis. ff. de quæstio. Et cautela est secundum Par.de Put.de synd. verb. de repetitione, vt tortura possit repeti, q̃ iudex torquens protestetur & dicat, q̃ intendit supersedere à tortura iam incepta, & non perfectè data,& scribi faciat apud acta,& poterit repetere ipsam torturam quoties opus fuerit ad indagandam veritatem, quæ praxis sumpta est ex.l.
62 vnius. ff. eo. de qua repetitione vide ibi latè per eum. Et not. q̃ confessio † emanata in tormentis nullis præcedentibus indicijs, etiam si postea interuenerit confessio spontanea,non valet secundum Bar.in l.maritus.ff.eo.& ibi dicit,q̃ indicia superuenientia non iustificant torturam, quia ordo iuris est peruersus,& sic ibi Bar.tenet,q̃ est de ordine essentiali idem tenet Bar. in l. pen. ff. eo. refert & sequitur Paris de Put. de synd. verb. an ex sola.Marsi.consi.95.nu.10.Alex.in l.qui in aliena.§. Celsus, nu.38.ff.de acqui. hæred. idem Iaf.consi. 188. nu.2.lib.2. Bertrand. consi.226. nu.5.lib.2.par.2.Hippol.Raim.inter cõsi.crim. diuers.cõsi.105.nu.16.lib.1.Tertio quæro,quid
63 autem si reus sæpius † aut pluries,confessus fuerit in tormentis, deinde tempore suo adductus ad bãcum iuris, loco ratificationis negauerit,& confessionem suam reuocauerit, quid tunc aget Iudex? Dic q̃ reponet illum ad torturam,in qua tamdiu morabitur suspensus,quantum iudici videbitur esse sufficiens,& si reuocationem ipsam reuocauerit reuertendo ad primã confessionem illi standum erit,& iterũ ratificanda, si vero passis tormentis semper in eadem reuocatione insterit,debet absolui, Bar. in l.1.§. siquis vltro. ff. de quæst. ita communiter tenent doct. vt dicit Blan.in d.l.fi.nu.219. Boss.ti.de tort.nu.34.Iul. Clar.in §.fi. q.21.versi.vlterius quæro.& Marsi. in sua rep.d.l.1.col.3. Paris de Pu.de synd. verb. viso,qui ambò referũt,q̃ de facto illis occursam

vt videre

vt videre poteris,addens Paris,q̃ confessio erronea etiam sæpius repetita põt reuocari.l.1.C. de erro.aduo. Et nõ debet reus vltra tertiam vicem torqueri Ang.in l.fi.C.de q̃st.allegans glo.fi.d.l. versi.alij dicũt,adducit etiam Pau.de Cast.consi. 195.lib.1.vbi dicit,q̃ iudex torquens † vltra tres vices diuersis t̃pibus dicitur immoderatè procedere,arg.l.fideicõmissa.§.siq.s.ff.de leg.3. Marsi. in pra.§.expedita vbi multa allegat. Quarto quæ
65 ro,qualiter probetur † indiciũ. Dic q̃ ad minus per duos testes, qui tñ directè non probent maleficium, sed qui viderunt reũ propè domũ nocte stantem,in qua furtũ cõmissum est,vt est gl.sing. & ibi doct.in l.fi.C.fam.ercis.facit, q̃d not. in l. cum Syllanianũ.C.de his quib.vt ind.scẽdm Bart.
66 in l.fi.ff.de quæst. Nam vnus † testis de visu facit indicium sufficiens ad torturã,vt not.gl.& doct. in l.fiquis.C. ad l.Jul.ma. Sal.in l.fi.C.de quæst. ita tenet Gand.tit. de quæst.versi.item quid, no. Azo in sum.§.indicium.C.eo. & Bal. in sua prat. tit. de q̃st.cir.prob.q.17. quod intellige, quando talis testis est omni exceptione maior aliàs non, aurea est doctrina Bar.in l.1.§.idẽ Cornelio, & in l.maritus,col.1.ff.eo.de qua facit festum Ang. in d.l.siquis,& in l.fi.in fin.C.de quæst.hoc idem tenet Abb.in c.1.de confes.Io.de Amic.consi.37. nu.6.Marsi.consi.101.nu.37.Rui.consi.147.nu. 1.lib.5.Rom.consi.451.nu.4.Vinius lib.cõium opi.verb.testis vnicus Plotus in d.l.si quãdo,nu. 879.Si testis assereret se vidisse, cũ esset de nocte nec diceret, q̃ Luna lucebat, vel q̃ lumen erat accensum à seipso naturaliter reprobatur,& nullam fidem facit Boss.tit.de iud.nu.172.Io.Arno. dialog.70.Viuius vbi supra verb.testis deponẽs, q̃uis assereret se illum cognouisse ad vocem, q̃a multoties voces imitantur Iul.Clar.in §.fi.q.21. vers.sed quid. Adde in hac materia singulare verbõ Soc.consi.54.col.4.lib.3. vbi dicit,q̃ licet q̃n testis deponit de veritate facti,d̃bet esse omni ex
67 ceptione maior,tñ q̃n requirũtur duo testes † ad probandũ indiciũ remotũ à maleficio non requritur q̃ sint oĩ exceptione maiores, & tali casu admittuntur ẽt infames,ad q̃d allego Bal.in l.1.C. de sum.Trin.& in l.1.§.q̃ni.ff.de q̃st.& in l.fi.ff. de excus.tut.refert & sequitur Marsi. in sua pra.§. diligenter,nu.8.Vbi ẽt ponit,q̃ si plures testes deponerent singulariter super diuersis non iungerẽtur simul ad faciendũ indiciũ perfectũ, &rõ est, q̃a nunq̃ iungerẽtur simul plures probationũ species ad probandũ, nisi q̃n vnaquaq; species de p̃ se in suo esse est perfecta,scẽdm Bal.in l.siqs, post prin.ff.de eden.& sequitur Alex.consi.211.sentio in dubium reuocari, col.2.lib.2.Sed idem Alex. consi.77.hoc declarat ad fi.lib.1.q̃ illud,q̃d dici
68 tur, q̃ testes singulares † nõ probant,intelligitur quoad plenã probationẽ, sed quoad indiciũ vna præsumptio aliam adiuuat vt pater scẽdm eum ex no.per Bar.in l.fi.de quæst.& per Io.And.in add. spec.tit.de præsump.§.species, versi.violenta,cuius doctrinã aliàs seruaui Plũbini in quodã Sutore imputato de furto. Licet dictũ sit q̃ duo testes faciant indiciũ ad torturam,q̃n non deponunt de veritate facti,sed super actu remoto, requritur tñ q̃ deponant verisimilia, vt docet Ang.in l.milites,per illũ tex.C.de q̃st. Sed immo videtur,q̃ indicium de veritate facti debeat probari per duos testes saltẽ, tex. videtur in terminis in l.maritus. ff.eo. vbi dictũ vnius testis de visu non facit indiciũ ad torturã. Secundo quia omnia iura,quæ tractant de indicijs,oĩa loquuntur in plurali, numero.s.indicia debere præcedere non indiciũ.l.1.2. resp. ibi & alijs argumentis, & l.vnius.§.in ea.ff. eo.l.cum cognitionaliter & l.milites.C.eod & sicut pluralis locutio non acquiescit singulari.l. libertas.§.fin.ff.de mand.testa.item quia quoties plura requiruntur ad agendum, non sufficit alterum fieri.l.1.§. hoc autem interdictũ.ff.de itin. actuq; pri.l.fi.ff.de diuor.l.cũ hi.§.si prætor.ff.de transf. Verum his non obstantibus dico sufficere vnum testem de visu ad habendam torturam.
69 Non obstat.d.l.maritus † quia ideo ibi ille non fuit tortus propter dictum vnius testis, quia ille testis erat familiaris producẽtis, & ideo dictum suum tantæ non erat efficaciæ,quòd faceret indicium. Et sic testis de veritate maleficij deponens facit indicium ad torturam vt dictum est, Cy. & alij in l.fi.C.de quæst. Cano.in c.cum in contemplatione,maximè Rosel.de reg.iur.Bart.in l.1.§. idẽ Cornelio.ff.eo.dũmodo sit omni exceptione maior aliàs secus d.§.idem Cornelio,vbi Bart.& d.l.maritus, à contrario sensu, & dũmodo fuerit rite examinatus, scẽdm Bal.in c.1.§.sacrũ,d̃ cõc. rect.feud.licet Dy.teneat contrarium in l.2.ff.de excus.tut. nisi eius dictũ adiuuetur alijs adminiculis,vel fama.l.3.§.eiusdẽ.ff.de testi.& idẽ tenet Cy.in l.fi.C.de quæst. Non obstant in cõtrarium
70 allegata,q̃a illa talis pluralitas † inspecto cõi vsu loquendi in singularitatem resoluitur.l.nõ est sine liberis.ff.de ver.sig.l.ait prætor.§.1.ff.de neg.
71 gest.Non obstat vltimum quia q̃n plura † requiruntur, quorũ vnũ p̃ se nõ sufficit omnia debent interuenire aliàs secus,arg.gl.no.in c.exhibita,d̃ re iud.vbi dicit, q̃ q̃n assignantur plura grauamina in appellatione sufficit vnũ probare, q̃n q̃libet p̃ se est sufficiens. Cõiter recipitur illa distinctio, q̃ ad probandũ indiciũ remotũ requirũtur duo testes proximũ sufficit vnus integrè opinionis qui asserat de visu maleficij Io.de Amic.cõsi. 127.Boer.decis.163.n.3. Petr.Plac.lib.1. delic. c.47.nu.18.Rol.consi.7.nu.3.lib.1.Cæpol.cõsi. 40.dub.4.Marsi.consi.59.nu.6.& hanc distinctionem communi omnium voto firmatam asserit
72 Alcia.consi.455.nu.1. Quinto quæro, an fuga † sit sufficiens indicium ad torturam. Dic q̃ aut fugit reus ante quam contra eum ad aliquid procedatur, quia nondum est accusatus, nec iudex

aliquid præparauit,& tunc facit indiciũ & ſuſpicionem contra eum l.lege Cornelia ff.ad Syl. ſed ſi poſtq̃ eſt accuſatus, ſtat cautus non eundo per ciuitatem pp crimen capitale ſibi aſcriptum,tũc non eſt præſumptio pp hoc contra eum, quia potuit & debuit timere,ita ſing.dicit Bar.in l.1.ff.d̃ his qui ſibi mort. Aliàs autem an fuga faciat plenam probationẽ vel indicium plenè ponit Bart. in l. lege Cornelia, Ang. de malef.verb. q̃ fama publica,verſi.an fuga, & ibi Appoſt. & Io. And. in add. ſpec.tit.de præſump.§.ſpecies,verſi.ſi. limita ſing.qd̃ dictũ eſt de fuga,qñ inducit contra aliquẽ ſuſpitionem,q̃ tunc talis præſumptio taliter inducta tollitur per iurm̃ ipſius fugiẽtis Cy. in l.ſi,C.de req.reis refert Marſi.in ſua pra.§.diligenter,nu.43.Circa quã materiã fugæ vide Rip. poſt alios in l.admonendi, nu.168.ff. de iureiur. vbi Iaſ.in repet.n.158.Duenas reg.390. in prin. Blan.in d.l.ſi,nu.27.Boſſ.tit. de indic.nu.49. Io. de Ami.conſi.7.nu.19.conſi.85.nu.8. conſi.37. nu.5.conſ.131.nu.3.Sexto quæro,quid ſi tortus
73 † moriatur iu tormẽtis, vel fuerit debilitatus aliquo membro, ſeu mutilatus, an iudex teneatur? Bart.videtur dicere, q̃ teneatur lege Cornelia de ſica. vt hoc annot. in l.lege Cornelia.ff. de ſic.ad idem facit.l.aut damnũ.§.1.ff.de pœn. Sed idem Bar.in l.qõnis modum.ff.de quæſt.Cy.Bal.& Sal. in l.Graccus.C.de adult.tenent cõtrariũ,& idem tenet Ang.in l.3.C.e. intelligunt tñ præfati dummodo indicia præcedãt, & in actis de indicijs appareat, tunc.n.iudex ex permiſſu legis,cũ ad torturã licite peruenerit,licet ille moriatur,non debet teneri.l.ſed an vltro.§.1.ff.de neg.geſt.& hoc etiam intelligunt dũmodo iudex nõ fuerit egreſſus terminos torturæ,Cyn.in d.l.3.& Bald.in d.l. Graccus.In dubio nõ præſumitur,q̃ fuerit egreſſus,immo q̃ ſuũ officiũ tẽperatè geſſerit.l. Herẽnius.§.Caia.ff.de euict. Vnde alleganti, q̃ iniuſtè torſit incũbit onus probandi, ſed̃m Ang. qd̃ eſt notatu dignũ. Non obſtat dictũ Bar.in d.l.lege Cornelia, quia immo facit pro iſta parte ſi bene conſideretur, quia dicit reũ torſit contra iuſtitiam,& ſine indicijs, & ſic exceſſit formã & modum torquendi,aliàs ſentit,q̃ ſi feciſſet ſed̃.n iuſtitiã,q̃ non teneretur,& ita tenet Guil. de Suzz. quẽ refert Gand.de malef. tit. de quæſt.verſi. ſed quid ſi iudex,vbi latè Marſi. in pra.crim.§.expedita,nu.89. Bello.conſi.84.nu.12. Boſſ.in tit.de
74 tortu.nu.30. Not.præterea,q̃ iudex † poteſt probare p̃ illos de domo & familiares ſuos,q̃ in tortura, in qua tortus defecit, nõ exceſſit modũ,qa ex quo tortura adhibetur in ſecreto coram familiaribus tm̃, q̃ admittentur pro ipſo ad teſtimonium, arg.l. conſenſu.§.verũ.C.de repud.& hoc probato ſecurus erit,ita dicit Ang.in l.lege Iulia ff.de vi pub.qd̃ refert, & ſequitur Paris de Put.de ſyd.verb.teſtis,in ſi.Sed quid erit in illo iudice,q̃ fecit ligare reum,vt eum torqueret,qui fuit malè ligatus ex quo cecidit,& fractum ſibi brachium,
75 vel quid aliud ſibi accidit. An talis iudex † teneatur de culpa? Paul.de Caſtr.in l.ſi vt certo.§.nunc videndũ.ff.cõmo.tenet,q̃ ſic,quem refert Marſi. in ſua pra.§.expedita,nu.90. Sed contrariũ mihi videtur verum,ſi iudex adhibuerit oẽm diligentiam & conſuetis miniſtris vſus eſt arg. l.quẽadmodũ.§.ſi ex plagis.l.ſi.cũ l.itẽ mela.ff.ad l.Aql. l.iniuriarũ.§.1.& 2.ff.de iniu. Immo fortius tenetur is qui eum ligauit,ad cuius officiũ ptinet, vt dicitur de cuſtode carceris ita tenet Par. d̃ Pu.
76 de ſynd.verb.an ſi officialis.Sed q̃d ſi iudex † ſine indicijs ponit aliquem ad torturã,& cum eſſet ſolutus vinculis occidit iudicem,an debeat puniri pœna mortis? Par.de Pu.de ſynd.verb.quidã iudex,dicit q̃ nõ,& idem in iudice dicit,qui exceſſit modũ puniendo innocentẽ calore iracundiæ, vel nimio feruore,mitius tũ punietur,qa relegabitur, per tex.in l.lege Iulia.§.ſi.ff.ad l.Iul.repet.
77 Septimo quæro,ſi confeſſus † in tormentis & pſeuerans,poſtea dicat ſe erraſſe,nunq̃d ante cõdemnationem audietur, ſi dicat velle corrigere errorem ſuum? Rñ.ſed̃m Gand. de malef.tit.de quæſt. verſi.ſed q̃d. Aut allegat ſe erraſſe in facto, aut in iure.Primo caſu auditur,qa nõ videtur confiteri q̃ errauit.l.non fatetur.ff. de cõf. & talis error nõ conſueuit obeſſe vſq; ad ſentẽtiam.l.error.C.de iur.& fac.ign.& l.2.C.quor.app.nõ recip. Nãcõ demnatis ex cõfeſsione perſeuerata ẽt poſt ſentẽtiam probãdo de ſua innocẽtia (& ſi errauit) abſoluetur.l.1.§.ſiqs vltro.ff.de q̃ſt. multo fortius debet iſte audiri volens ante ſententiã probare d̃ ſuo errore.Si aũt errauit in iure nõ poterit cõtra ſuã confeſsionẽ venire.d.l.error,& ſi nõ admitteretur ad probandũ errorẽ allegatũ appellare poterit.l.cũ fideicõmiſſum.ff.de cõf.in quo iudicio poterit ſuũ corrigere errorẽ ſpec.tit.d̃ cõf.§.ſed nunq̃d,ad qd̃ vide Bar.& Bal.in d.l.error, Bal.& Sal.in l.ſi.C.de prob.Inno.in c.p inq̃ſitionem,de elec.& in c.mulieri,d̃ iureiu.Bal. in l.ſiqs in hoc genus.C.de epiſc.& cler. Are.in c.cũ dilecti,in vlt. verbis,de accuſ. Boſſ.tit.de conf.nu.60. & in tit. de defen.reorum,nu.4. Octauo quæro,ſi aliquis
78 † minatus fuerit alicui mortẽ,poſtea vero ſequẽti die ille,cui facte ſunt minę reperitur mortuus, an p̃ſumatur occiſus ab eo, q̃ intulit minas? Iſtã q.format Cy.& alij in l.metũ.C.qd̃ met.ca. ſpec. tit.de p̃ſump.verſ.ſed pone,Cy.in l.2.C.ſiqs imp. mal.Bal.& Imo.in l.ſi.ff.de hæred.inſt.Bart.in l. famoſi.§.1.ff.ad l.Iul.ma.vbi in effectu cõcludũt. An minans fuerit homo malæ famæ, & cõſuetus ſic minas exequi, & tunc præſumitur cõtra eum, & eſt ſufficiens indicium ad torturam, non tamen diffinitiuè damni poterit, ſecus ſi erit talis, qui non conſueuit ſuas minas exequi, nec erat homo malus,ita tenet ſpecul. tit. de præſump. §. 1.verſi.ſed pone,quã ſequitur ibi Io.And.Gand. de malef. tit. de alijs quæſt. verſi. quæſtionem,

Par. de Put. de ſynd. verb. & ſiquis dixerit, licet Bal. contrariũ ſenſerit conſi. 286.ad euidentiam l.b.1.quem refert & ſequitur Alex.conſi.179. in cauſa Angelorum,col.2.cir.med.lib.2.Marſi.in ſua pra.§.diligenter,nu.85.& ſeq. refert vtrunq; & vide ſupra, nu.44. Nono quæro, ſi reperiatur quidam occiſus,& ignoratur à quo,habet tamen inimicum capitalem præſentem in ciuitate, an ſit indicium adeo q̃ ob hoc torqueri poſsit? Dicit Spec. tit. de præſump.§.2. verſi. ſed pone, q̃ ſic,quod Rom.in l.1.§. reſcriptum,intelligit fore verum de inimico capitali vel ſi de maiori parte bonorum erat litigium inter eos,arg.glo.in l. licet.ff.de arb. nam damnum præſumitur datum ab inimico Rom.conſi.8.& not.Bar.in l.3.§.fin. ff.de adim.leg.in l.ſi.de quæſt.idem tenet Ang.in l.ſi.C.eo.Sed videtur iſta doctrina falſa. Et ideo Imo.in l.ſi.ff.de hær.inſt.col.antep. tetigit hanc q.in proprijs terminis & allegat Iac. de Belloui. tenere contrarium, quia vnum indicium non ſufficit ad torturam. Nam doct.& omnes fatẽtur in d.l.ſi.ff.de quæſt.& dixi ſupra, q̃ vbi vnum indicium eſt probatum, & eſt remotum à facto,hoc eſt à maleficio tunc vnum indicium non ſufficit ad torturam, ſed hoc eſt remotũ à facto ideo propter hoc nunquam ponerẽ illum ad torturam, niſi alia indicia concurrerent,ſecundum q̃ videtur velle Gand.de malef.tit. de quæſt.verſi. ſed quæro finaliter,& ita tenet Appoſt.ad Ang.de malef. verb. q̃ fama publica verſi.quæro quid ſi reperitur,Paris d̃ Put.de ſynd.an ſtetur,vide ſupr.n.31.
80 Decimo quæro,inq̃ſitus † vel accuſatus non vult rndere, quid tunc debet facere iudex? Dic q̃ põt eum torquere ẽt ſine indicijs, quia nõ torquetur ad punitionẽ, ſed vt rñdeat Bal.in l.accuſatione. C.q̃ accuſ.non poſ. per l.negãda,& l.his.C.e.tit. Par.de Pu.de ſynd.verb.ſequitur cir.ſi. & hanc Bal. opinionẽ in contingentia facti approbauit conſilium Neapol. teſte Capicio deciſ.145. Iul.Clar. in §.fin.q.45.verſi.ſed pone.Et aliàs anno 1563. apud Concordiã in patria Foriiulij exiſtente me aduocator cuiuſdam cõſtituti pro homicidio,vt gubernator loci haberet rñſionem p̃ciſam (quia ſe referebat ad primũ conſtitutũ) ſecundo examinati,ſapientis relatione illũ torſit,& ipſe,rñſo dato,vt petebatur, perſtitit in ſua opinione,& fuit
81 liberatus. Vltimo quæro,an liber † homo poſsit ſe dare alteri, vt eum torqueat, gl.in l.interdũ.§. qui furem.ff.de furt.tenet q̃ ſic,Bart.tñ ibi tenet contrariũ, quia liber homo nõ eſt dñus membrorũ ſuorũ.l.liber homo.ff.ad l.Aqui. quia p̃tas torquendi eſt meri Imperij.l.defenſionis.C. de defenſ.ciui.§.minus, in auth.de teſtib. dicẽs q̃ hoc tenet Guil.de Cun.in l.Imperiũ.ff. de iuriſd.omn. iud.& ea quæ ſunt meri Imperij non p̃nt priuatorum pacto cõcẽdi.l.priuatorum.C.eo.tit.dicens etiam, q̃ quis, nõ poteſt ſe cõmittere priuato,vt ſibi faciat iniuriam.l.1.§.vſque adeo.ff.de iniu.
not.Par.de Put.de ſynd.verb.quæro. Sed quid ſi
82 reus † nolit iurare? Specul.tit.de iur.cal.§.ſupereſt,verſi.quoniam, dicit, q̃ habetur pro cõfeſſo allegat.l.ſi confeſſus.ff.de cuſt.reorum.

DE CONDEMNATIONIBVS in cauſis ctiminalibus. Cap. XXVI.

a Enitentiae in criminali b° cõtra cõtumaces,[a] & bãnitos poſt decurſum termiñ banni ferri poſſint abſq; aliqua citatione ad ſententiam audiẽdam, aut alium actum: in non contumacibus vero ſufficiat partes citari ad audiendam ſententiam, etiam ſi citatio non contineat q̃ ſit peremptoria: & ſemper terminus talis citationis pro peremptorio habeatur. Inſuper cum cõtingat (vt experientia manifeſtat) q̃ propter mutationem notariorum, & officialium, & eorum negligentiam in non cuſtodiendo acta: & propter mutationem curiæ per diuerſa loca,& etiam propter malitiam cõdemnatorum,& propter alias varias cauſas,proceſſus perduntur,dilacerantur, vel aliter deſtruuntur,ita q̃ haberi,reperiri,vel legi non poſſunt:& inde Camera Romanæ Eccleſiæ damna immenſa patitur, & inde multi delinquentes efficiuntur immunes: ſtatuimus, & ordinamus, q̃ quotieſcunq; ſententia criminalis reperiatur in Camera Romanæ Eccleſię,ſeu theſaurarij eiuſdem inter alias ſententias ſiue ſit condemnatoria, ſiue abſolutoria faciens mẽtionem de proceſſu qui præceſſerit eam: & à tali ſententia non eſſet appellatum reclamatum, vel contra eam de nullitate actum intra annum à dicto tempore, quo fuerit lata, q̃ ab inde impoſterum elapſo anno pæſumatur pro tali ſententia,& fingatur eam præceſſiſſe totum proceſſum, de quo in ea fit mentio,legitimum extitiſſe,ſicut etiam ipſa ſententia recitatur. Et eo prætextu, q̃ proceſſus non reperitur, vel legi, aut haberi non poteſt,non valeat talis ſententia annullari, vel nulla declarari,vel prætextu prætermiſſæ appellationis,aut q̃relę retractari,vel aliqualiter impugnari, vel infringi: nec poſsit eius executio aliquo modo impediri, in præteritis autem ſententijs etiam prædicta omnia ſibi locum volumus vendicare. Volumus & ordinamus, q̃ in omnibus

casibus supradictis, si condemnatus velit appellare, vel de nullitate agere, post lapsum dictum annum, in casibus, in quibus aliàs, sibi liceret de iure, per prædictum nõ tollatur sibi ius appellationis, & nullitatis, & ostendendi alijs modis (quàm per prædictos defectus processuum) innocẽtiam. Si supplicauerit, & se constituerit in carcere in delictis exigentibus pœnam supra relegationem: in delictis exigentibus pœnam supra relegationem: in delictis vero exigentibus pœnam infra relegationem si fideiussores de iudicio sisti dederit in quauis instantia, & iudicatum, & quamuis pœnam arbitrandam soluendo.

GLO. CAP. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Procedi potest contra absentem citatum.*
2 *Iudex poterit pro assentis innocentia supplere.*
3 *Quilibet admittitur ad excusandum innocentem.*
4 *Non potest quis vti beneficio processus, in quo fuit contumax.*
5 *Potest reus allegare litis pendentiam in alio tribunali.*
6 *Contumax antequam audiatur soluit expensas.*
7 *Bannitus an post bannum audiatur.*
8 *Defensio non est deneganda.*

a CONTVMACES] Nil tibi fiat mirum si testibus examinatis reo absente & contumace ipso tamen citato. l. si quando. C. de testi. fides adhibetur, qm̃ ex forma harum constit. (vt patet supra. c. 1. & 10.) procedi † potest cõtra absentẽ. l. absentem ff. de pœn. & passim ex vetustissimo stilo, iudiciorumq; more contra delinquentes absentes citatos & cõtumaces proceditur ad condemnationem delicti de quo imputatur, etiam, q̃ pœnam contineat capitalem, Boer. decis. 63. Marsi. in prat. crim. §. posteaquam, Iul. Clar. in sua prat. crim. §. fi. q. 44. Capi decis. 131. Rot. Pedem. decis. 105. Hoc nihilominus stante iudex poterit † pro absente, qui non comparet vel aliquis pro eo in causa criminali causas absentiæ allegare & innocentiæ & de eius innocentia perquirere. l. 1. in fi. ff. de quæst. & l. si nõ defendantur. ff. de pœn. inde dicit Bar. in l. accusatore. §. ad crimen. ff. de pub. iud. q̃ vbicunque potest ferri diffinitiua in absentem, tunc iudex potest de facto supplere & quærere eius defensionem auth. qui semel. C. quo. & quando iud. & l. ampliorem. C. de app. licet glo. ibi dicat, q̃ est speciale in causa appellationis, & malè, quia est ius commune, & hoc sentit Inno. in c. veniens, de accus. & habetur in l. 4. §. hoc autem. ff. de dam. inf. Tamen iste † talis qui veniret ad allegandum innocentiam non posset vt procurator, posset vt extraneus & quilibet alius, secundũ Bar. in d. §. ad crimen & vide Ant. de Canna. in suo tract. de accus. Ang. consi. 146. nu. 6. Marsi. cons. 39. nu. 30. consi. 73. nu. 39. cõsi. 81. nu. 57. consi. 90. nu. 3. & in prat. crim. §. sequitur, nu. 46. Cæpol. consi. 51. Iaf. in l. hi qui, nu. 7. C. qui testa. facer. possi. Rub. in d. §. ad crimẽ, nu. 172. Alex. consi. 4. nu. 1. lib. 6. Idem Marsi. consi. 60. nu. 23. Cæpol. consi. 47. cir. fi. Gram. consi. 38. no. 10. Viuius lib. communium opin. verb. procurator in capitalibus. Grat. consi. 98. nu. 8. lib. 1. Cæpol. caut. 68. Quærit Bar. in l. sepulcri. ff. de sepul. viol. Aretinus commisit delictum in Marchia, & ibi de delicto conuenitur, & est contumax, An Aretij poterit de dicto maleficio cõueniri? concludit ibi Bar. q̃ si conueniatur in Marchia, & est contumax, & velit opponere Aretij de litis pendentia non potest, quia non potest vti † beneficio dicti processus, in quo est contumax, nisi cõpareret & reficiat expensas. l. sancimus. C. de iud. & sic non potest vti beneficio. l. vbi ceptum, ff. de iud. & idem no. Bar. in l. quamuis. ff. de dan. inf. Et idem si in Marchia fuit condemnatus, tamen illi sententiæ non paruit, tunc non potest vti dicta sententia in sui fauorem. l. euidenter. ff. de excep. rei iud. Et ideo potest in loco suę originis cõueniri, ex quo Bar. ibi infert vnum mirabile, q̃ si in Marchia est cõdemnatus & Aretij, & sic in loco originis, q̃ valet vtraque condemnatio, & sic imputet sibi si non comparuit in vno loco, & dictæ sententiæ paruerit † & opposuerit litis pendentium in alio loco. Sicut in simili dicimus in eo, qui condemnatus est domino & procuratori. l. si seruum. §. cum autem. ff. rem rat. hab. Ang. de malef. verb. hæc est quædam inqui. versi. quæro Aretinus, idẽ voluit Bal. in l. senatus. C. qui accus. non poss. Abb. in c. postulasti, col. fi. in prin. de for. comp. qui multum magnifacit doctrinam Bar. hoc fuit dictum originale Iac. de Belloui. in sua disput. quam posuit in l. 1. vbi de crim. agi opor. quem refert & sequitur Bal. in l. si pluribus. ff. de leg. 1. Alex. cons. 11. dub. 5. lib. 1. & consi. 23. lib. 3. Marsi. sing. 239. Paul. de Castr. in l. hoc amplius. §. Celsus. nu. 8. & ibid. Alex. n. 8. ff. d dã. inf. Carauita sup ritu 205. vic. nu. 1. & 2. vbi subdit, q̃ est in viridi obseruãtia. Non est ambigendũ q̃ iudex originis vel domicilij delinquentis posset percedere cõtra eum quamuis in alieno territorio deliquerit, Alcia. in c. 1. nu. 67. de off. ord. Dida. lib. prat. quæst. c. 11. nu. 6. vers. sexto in hoc Boss. tit. de for. comp. nu. 182. subdens q̃ vsus hanc opinionem approbauit, Cagnol in l. fi. nu. 153. ff. de iurisd. om. iud. Sylua. consi. 10. quicquid in cõtrarium senserint Io. de Ami. consi. 60. nu. 10. Paris. consi. 159. nu. nu. 7. lib. 4. Rol. consi. 19. nu. 20. lib. 2. Bald. in l. fin. C. si à non comp. iud. nu. 18. Rim. consi. 32. nu. 20. consi. 471. nu. 10. & consi. 484. nu. 1.

Et

Et ita aliàs mihi bis cõtigit Plumbini in duobus Florentinis ibi delinquentibus, & in Marchia nostra in duobus Pergulensibus, qui fide publica accepta de condemnatione & solutione pœnæ, in
6 patria non fuerunt amplius molestati. Et not. † q̃ sicut ille, contra quem est facta missio ex primo decreto soluit expensas reo antequam recuperet possessionem in lite factas etiam si non sint vtiles, vt est tex. in l. prætor ait. §. q̃ ait prætor. ff. de bon. aut. iud. poss. licet aliter sit de iure canonico. c. cum neuissent, de eo qui mit. in poss. causa rei seru. not. Rom. sing. 408. ita iste contumax antequam audiatur, debet omnes soluere expensas. l. sancimus. C. de iud. cum ibi not. Nunc quæro si aliquis in causa criminali ex cõtumacia fuerit bannitus & condemnatus ex forma iuris communis cõsuetudinis vel statuti seu nostræ cõstit.
7 Nunquid post bannum † vel sententiam audietur? Bal. in sua prat. tit. de quæst. cir. sent. q. 4. for mat hanc. q. & cõcludit q̃ cũtumax veniens post bannum & banni terminum decursum audiatur, & ita videtur apertè decidi in l. fin. ff. de req. reis. nisi per statutum expressè prohibeatur. Sed hic Põtifex Pius V. certum terminum statuit in eius constitutione, in quo quis se præsentare possit, vt patet in bullario. Idem & post diffinitiuã etiã post decem dies est audiendus, quia plus non debet operari ficta confessio quàm vera. l. 2. §. sed & si ignoramus. C. de rei vxor. act. arg. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. siquis caut. nam & idem operatur tacitum, quod expressum. l. 2. §. si voluntate. ff. sol. matr. sed constat, q̃ post suam confessionem non punitur, si post confessionem innocens appareat. l. 2. §. si voluntate, in fin. ff. de appel. ergo idem cum constet de innocentia fictè confitentis, & hæc veritas. l. inde Neratius. ff. ad l. Aquil. l. si is in fin. ff. de interog. act. l. diuus. ff. de cust.
8 reorum defensio † enim quocunque tempore postulanti denegari non debet. l. diuus. ff. de appel. Igitur si ex contumacia damnatus compareat, & aliter verum esse appareat, & probet, pro eius innocentiæ purgatione audiendus est. l. fi. C. de accus. Et ne opinio præiudicet veritati. c. cum Bertoldus, de re iud. & ne veritas rei erroribus gestorum vitietur. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præsid. & ne fides veritatis, quæ verborum adminicula nõ desiderat cõfundatur. l. 1. C. si min. se ab hære. abst. & debet iudex laborare ad veritatem inueniendam. l. 2. C. de eden. §. curare inst. de act. & ad ipsam veritatem insequẽdam. l. nemo. C. de sent. & interl. om. iud. Et ideo ex integro omnia videntur debere examinari per iura prædicta, q̃ quandoque plus operatur tacitum quàm expressum. l. siquis stipulatus. ff. de solut. sed glo. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæst. dicit, q̃ prædicta vera sunt vsque ad sententiam non post, sed non obstat quia loquitur, vt tunc reus quocunque tempore audiatur, quoniam non poterit condemnari in absentia, quod est in omni relegationis crimine & vltra per l. absentem. ff. de pœn. sed si potuit condemnari, quia est crimen intra relegationem, vel permittitur per statutum tunc non auditur, nisi vsque ad sententiam, vt dicit glo. prædicta, nisi per viam restitutionis admittatur à Principe obtentam ex stilo & consuetudine Iodo. in sua prat. crim. fol. 83. nu. 3. & dicit Iul. Cla. in §. fi. q. 84. versi. est etiam, q̃ Senatus Medio. talem etiam restitutionem, facit cui Princeps commisit omnia ad iustitiam pertinentia, est verum, q̃ Gram. super const. regn. fol. 178. nu. 18. dicit talem admissionẽ fieri debere de iure, & ita fuisse in cons. Neap. decisum, & alias in contingentia facti sic consuluit Natta consi. 444.

DE MITIGATIONE POENArum propter confessionem, pacem solutionem infra certum tempus, & nimiam paupertatem. Cap. XXVII.

2 QVVM legislatore, ac etiam iudicantes potius ad demoliendam pœnã,[a] quàm ad exasperandam (præsertim vbi pietas, humilitas, vel necessitas illud suadet, & deceat inclinari) præsenti constitutione statuimus, q̃ quoties pro maleficio contrà aliquem proceditur in curia generali alicuius prouinciæ, vel præsidali super aliquo crimine criminaliter, ex quo pœna esset pecuniaria imponẽda, siue pœna sit per
b constitutiones limitata, siue arbitrio[b] rectoris, vel iudicis statuenda, & reus, contra quem proceditur, compareat in prima excusatione, siue responsione ad accusationem, denuntiationem, vel inquisitionẽ & spontè confiteatur delictum: & cum aduersario, cui iniuriam in persona, vel rebus intulit, pacem habuerit, & eam ostenderit in iudicio per publicum instrumentum ante sententiam, & pœnam soluerit Cameræ intra quindecim dies post cõdemnationem: & in nimia paupertate euidenter laborare appareat, tunc his quatuor concurrentibus soluta quarta parte pœnę, quæ pro illo delicto imponi deberet, à cæteris pœnæ reliqs partibus liberetur, & processus, & sententia cancellentur. Si vero (vt p̃dicitur) cõfessio fuerit, & cętera p̃dicta nõ cõcurrerint, tunc quarta pars pœnæ p̃dictæ sibi effectualiter minuatur. Et si cũ cõfessione habuerit solã

pacem, vel solam solutionem infra terminum, vel nimia paupertate pœnę prædictæ medietas minuatur. Si vero non fuerit confessus (vt prædicitur) nec in quindecim dies pœnam soluerit ex pace tantum, vel nimia remissa paupertate, tantum sextæ partis pœnæ fiat remissio. Et pro ambabus simul, videlicet pace, & graui paupertate, quartæ partis pœnæ fiat remissio. Si vero cum solutione infra dictū terminum pacem, vel grauem paupertatem habuerit, tertia pars pœnæ minuatur eidem. Et si cum solutione infra dictum terminum habuerit pacem, & paupertatem prædictam, medietatis pœnæ indulgentiam consequatur. Et quia à nolente benedictionem, ipsa merito ꝓlongatur, statuimus ꝙ qui (vt prædicitur) con
c fessus[c] non fuerit, sed negauerit: & postea cōuictus fuerit, in quarto pluri pœnæ condemnetur, & qui condemnatus non soluerit intra mēsem, quartum plus pœnæ in cōdemnatione contentę, soluere teneatur. Et ab eo condēnatio in quartū plus exigatur.

GLO. CAP. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *De mitigatione pœnarum remissiuè.*

a 1 MOLIENDAM POENAM] Nolo † te hic etiam in minimo remorari de hac materia mitigationis pœnarum, scripsit egregium tractatum And. Tiraquel. de pœn. moder. propterea ad illum te reijcio, Iul. Clar. in §. fi. quæst. 60. plures & ipse considerat. & q. 85. versi. vlterius quæro, Grama. decis. 8. in fi. & decis. 23.

SVMMARIVM.

1 *De pœnis arbitrarijs remissiuè.*

b 1 ARBITRIO] quoniam de pœnis arbitrarijs nouissimè scripsit (doctè quidem) Iacob. Menoch. ad illum te remitto. Iul. Clar. in §. fi. q. 83. versi. sed quæro. Rot. Pedem. decis. 104. nu. 9. Et in Principe omnes pœnæ sunt arbitrariæ tex. est in l. 1. in fi. C. de sum. Trin. quē refert. Rot. Pedem. decis. 80. nu. 18. & vide supra lib. 1. c. 19. glo. E.

c CONFESSVS] siquis postquam negauit delictum (pœnitentia forsan ductus) confessus fuerit. An tunc gaudebit beneficio constitutionis, vt sibi pœna minuatur? Bar. in l. eum qui, nu. 4. ff. de iureiu. fuit in ea opinione, vt non admittatur ad beneficium confessionis, quam opinionem communiter approbatam dicit Soc. in l. non fatetur, nn. 7. ff. de except. Verum Iaſ. in d. l. eum qui, nu. 8. sentit contrarium, & ex allegatis per ipsum videtur hæc communior sententia, quam velut mitiorem dicit amplectendam, Iul. Clar. in §. q. 82. statuto. 9. versi. stante statuto. Mihi placet opinio Bar. & illam iustiorem credo, tum quia dolus proprius nemini debet patrocinari, l. in fundo, ff. de rei vend. Tum quia ex malitia quis præmium reportaret cōtra. l. conuenire, ff. de pac. dot. Et ex eo conuincitur malitia, quia cum aliàs reo non soleāt concedi inducię deliberatoriæ ad respondendum propter facinoris certitudinem, Bal. in auth. offeratur. C. de lit. contest. si, quod prius negauit, postea fateatur, videtur in manifesta malitia & propterea nō admittendus ad beneficium.

a DE AVGVMENTATIONE[a] pœnarum ex certis causis. Cap. XXVIII.

DILIGENTIBVS oculis cautæ circunspectionis prouida iura pensarunt psonas, loca, & tpa, & circunstantias alias delicta reddētes grauiora: vt, sicut nec durius, q̄ oportet in leuioribꝰ delictis, ita nec remissius, vbi grauiter delinquitur, statuatur. Si quis igitur iudicem, vel notariū alicuius curiæ rectoris generalis alicuius prouinciæ offenderit in personā, vel ad id fuerit auxiliator, ipsis sedētibus in loco tribunalis, ꝙ iure reddendo, vel alibi in oportuno exercitio sui officij, dum aliq̄d actum iudiciale pro officio exercerēt, in quadruplum condemnetur eius, ꝙ si priuatam personam offenderet, puniretur: si autem cōmissa fuerint contra eos tpe officij, vel syndicatus, vel recessus: & excedentes taliter in triplum, non in quadruplum puniantur. Et eadem pœna triplicata puniatur offendēs aduocatum, & procuratorem fisci, vel aliquem de collegio aduocatorum, & procuratorem curiæ gnalis. Si qs autem offenderit ambasciatores accedētes ad Legatū vel rectorem prouincię in accessu, mora, & reditu pœna triplicata similiter puniatur, nisi offensio facta fuerit in pntia dñi Legati vel rectoris: quo casu tam præsumptuosa, & pernicioſa exempli audacia dicti rectoris, seu dicti iudicis maleficiorū arbitrio, considerata qualitate personarū offendentium, & offensarum, & qualitate, quantitate, atque causa offensæ, alijsq; circunstantijs acrius puniatur etiam in personam.

Si qs

Si quis offenderit stantes, & venientes in exercitum, vel parlamentum mandato legati, vel rectoris, vel in eorum recessu, puniatur similiter in triplum pœnæ pecuniariæ, quæ pro tali offensa, si facta esset in alium, deberetur. Volumus etiam, ꝙ pœnæ omnes pecuniariæ per constitutiones ordinatæ pro quibuscunque excessibus, si contingat ipsos excessus committi coram quocunq; officiali iurisdictionem contentiosam habente, dum iura reddit, aut in palatio habitationis ipsius, aut in parlamento, vel generali consilio, vel contra existentem ad funus alicuius mortui: vel si com-
b mittetur noctis[b] tempore, vel tempore incendij extorti in terra, vbi illud fieret, vel naufragio, vel foro publico, vel platea, seu nundinis: vel in ecclesia & in cœmiterio contiguo, vel in prædicatione, vel fieret ꝙ vindicta in aliquem de consanguinitate, à quo ipse offendens prius fuisset offensus: & talis vindicta fieret primo offensore vivente, aut si die Natiuitatis Domini, festo Annunciationis sanctæ Mariæ, in Dominica palmarum, ebdomada sancta, in festo Resurrectionis, dominica Pentecostes, & festo Assumptionis beatæ Mariæ, pœnæ in quolibet dictorum casuum duplicentur: & nihilominus personaliter puniatur arbitrio rectoris. Et si per maleficia, siue iniurias rumpatur pax singulariū personarum, in quadruplum puniatur. Et qui cum balistis, lanceis, mānarijs, spedis, vel cum pauesibus, & similibus armis deliquerit in terris maioribus, triplicentur pœnæ, in alijs terris duplicentur.

GLO. CAP. XXVIII.

a AVGVMENTATIONE] Vide Tiraquel. in tract. iam citato, Iul. Clar. in sua prat. §. 1. versi. sunt etiā, qui alios allegat. Gram. vot. 17. nu. 7. & seq.

b NOCTIS] quomodo intelligatur nox in terminis constitutionis, Alex. in l. more. ff. de fær. nu. 5. dicit, ꝙ delictum commissum de nocte illud est, quod ante ortum solis committitur. Alij (& melius) cum hoc non sit determinatum à constitutione, ꝙ relinquitur arbitrio iudicis, qui in dubio mitiorem partem eligat, Io. And. in §. si perfodiens, de homid. Aug. in add. ad Ang. de malef. ver. de nocte, Natta consi. 469. Iul. Clar. in §. fi. q. 82. stat. 9. versi. quæro qūo &c.

DE BANNITIS, ET CONdemnatis pro maleficio. Cap. XXIX.

BONAE memoriæ dominus Bertrandus Episcopus Sabinensis, dum esset Archiepiscopus Ebredinen. & reformator, constitutionem edidit in hac forma.

ITEM, cum à fidelitate, & debita obedientia exorbitare non modicum videatur, quòd in terris Ecclesiæ, apud ipsius subditos illi receptentur, & residere priuatè, vel publicè permittantur: qui (exigētibus eorum demeritis) sunt per Ecclesiam Romanam, & eius officiales iuxta iura, seu cō
a stitutiones prouinciæ exbanniti.[a] Nos à subditis Romanæ Ecclesiæ omnem inobedientiæ, & erroris suspitionem remouere volentes, & malefactores, qui diu sine receptatoribus grassari non possunt, in iudicio, & iustitia prosequi debitè cupientes, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, ꝙ nulla vniuersitas, seu communitas ciuitatis, castri, vel cuiusuis alterius terræ, seu aliqua alia singularis persona cuiuscunque dignitatis existat, aliquam personam per rectorem Marchiæ, seu alios officiales Romanæ Ecclesiæ exbannitam recipiat, defendat, teneat, seu receptet: alioquin tenentes, & defendentes, seu receptantes post requisitionem, vel inhibitionem maioris curiæ super hoc factam, vel aliàs scientes huiusmodi exbānitos, etiam si essent agnati receptatoris (dūmodo per statutum, aut constitutionem, vel bannum posset aliàs licitè, & impunè offendi) & singulares personæ vltra excōicationis sentētiam, quam ipsofacto incurrant, pœnam mille flor. auri: vniuersitas vero vltra inter dictum, cui ipsofacto subiaceat, pœnam quinque millium florenorum auri se nouerit incurrisse: pœnis nihilominus alijs in constitutionibus prouinciæ super hoc inflictis in suo robore permansuris. Item in pœnam, & confusionem bannitorum, & condemnatorū pro maleficijs Rom. Ecclesiæ, & suorū officialium à diuersis retro Ecclesiæ officialibꝰ diuisim editas inuenimus varias, & diuersas constitutiones: quas ꝙ in aliquibus cōtrarias in suis dispositionibus

& prolixas, cũ inutilibus, & superfluis verbis minus ordinatis inuenimus, resecatis superfluis, inutilibus, & contrarijs in vnam præsentem constitutionem duximus reducendam: statuentes ꝙ thesaurarius prouinciæ teneatur expẽsis Cameræ omnibus, & singulis ciuitatibus, & terris prouinciæ, in quibus est thesaurarius mittere, & assignari facere singulis tribus mensibus nomina, & prænomina, & cognomina bannitorum, & cõdemnatorum pro maleficijs curiæ generalis rectoris illius prouinciæ, vnde sunt, cum substantia delictorum pro quibus exbanniti, & condemnati sunt, & pœnis. Ipsæ quoque communitates teneantur singulis tribus mensibus in eorum parlamentis, vel generalibus consilijs prædicta nomina, prænomina, & delicta publicè legi facere, & diuulgare per præconem in locis publicis, & consuetis pœna cuilibet communitati trecentorum flor. auri pro qualibet, & qualibet vice qua contrafecerit, vel præ dicta obseruare neglexerit imminente, & incurrenda. Et nihilominus omnes, & singuli de communitate illa, & degentes in loco dictæ communitatis, elapso dicto termino trium mensium à die dictæ diuulgationis, requisitionis, inhibitionis, & assignationis (vt prædicitur) factæ, scire fingatur dicta nomina, prænomina, & delicta, condemnationes, & bona condemnatorum, & exbannitorum de terra sua, & districtu ipsius missa, & assignata (vt prædicitur) exinde nulla possit ignorantia excusari, & exinde imposterum nullus publicè, uel occultè audeat talem exbannitum, & condemnatum receptare, nec eidem præstare auxilium, consilium, vel fauorem, & qui contrafecerit, si fuerit vniuersitas, siue communitas, potestas, aut officialis, & talis exbannitns condemnatus sit ad mortem, in tricenis flor. auri, si ad perditionem alicuius membri, in ducentis florenis auri: si in pecunia simili quantitate, ad quã talis exbannitus condemnatus extiterit, pœnis omnimodè puniantur. Si vero contrafaciẽs fuerit alia singularis persona pro exbannito in persona, vel membro, in vigintiquinque florenis auri: si in pecunia in decem florenis auri puniatur, dummodo receptatio non fuerit momẽtanea, & dummodo non fuerit agnatus, qui non potuit per statutum, vel bannum impunè offendi, cuius momentanea receptatio etiam cum datione cibi, & potus momentanei non sit pœnalis. Statuimus etiam, ꝙ dicti officiales, & communitates terrarum studeant dictos exbannitos, & cõdemnatos in eorum terris, ciuitatibus, siue castris publicè conuersantes, ad requisitionem rectoris, vel iudicis capere, & curiæ dicti rectoris præsentare. Alioquin contrafacientes teneantur in prædictis pœnis pro exbannitis in persona, vel membro. Et si in pecunia, vsque ad eandem pœnam, qua exbannitus tenebatur. Et nullus in suis fortilitijs, siue domibus suis tales exbannitos, & condemnatos audeat contra officiales Ecclesiæ, seu, ne capiantur ab eis, defensare, vel occultare: sed ipsam domum, & fortilitium cuiꝙ officiali Ecclesiæ volenti talem capere, ad eius requisitionem aperire, & patefacere: & inspiciendi, & perquirendi facultatem facere: & ad ipsos exbannitos, & condemnatos capiendos præbere auxilium, consilium, & fauorem iuxta ipsius posse, prout ab ipso officiali fuerit requisitus, & qui cõtrafecerit, eandem pœnam incurrat: & omnia sua bona Cameræ Romanæ Ecclesiæ confiscẽtur. Et vt quilibet cõtra bannitos, & condemnatos materiam habeat iustitiã, & executionem ipsius in hac parte ministrãtem iuuare, statuimus ꝙ cuilibet, etiam si aliàs bannitus, & condẽnatus extiterit, liceat dictos exbannitos, & condemnatos ad mortem, vel membri perditionem, vel in pœnam pecuniariam, vel in quingentos florenos auri ipsos offendere in persona, & rebus quacunque offensione citra mortem, & membri amputationem, destructionem, siue debilitationem, & de tali offensa facta ex permissione huius constitutionis procedi non possit per accusationem denunciationem, vel inquisitionem. Et vt crescente perfidia talium bannitorum, & condemnatorum, crescat modus, & cura exterminationis eorum magis solicitè procurata, statuimus ꝙ si ipsi post eorum condemnationem contumaces, & indurati per sex menses perstiterint, extunc cum spe manifesti præmij liceat cuilibet ipsos, & quemlibet ipsorum capere, & rectori, seu eius maleficiorum iudici præsentare. Qua captione, & præsentatione facta, si capiens, &

& præsentans bannitus, & condemnatus non fuerit, & præsentatus pecunialiter condemnatus sit, tertiam partem eius, quod inde à Camera cõsequeretur, dictus capiẽs, & præsentans à thesaurario habeat cũ effectu, dum tamen nulla fraus interueniat capientis. Et si capiens, & præsentans fuerit bannitus, & cõdemnatus pro simili, vel minori crimine, quàm captus, & præsentatus huiusmodi, ipse capiẽs, & præsentãs sit eo ipso à suo banno, & condemnatione absolutus, & liberatus: & gratis debeat cã cellari, dummodo captus non sit minoris status, & conditionis, quàm capiens. Si vero capiens, & præsentans esset maioris status, & dignitatis, quàm captus, vel esset ꝑ maiori crimine bannitus, & cõdemnatus, quàm captus, tunc suum bannum, & condemnatio nõ cassetur, nec liberetur ab eis, sed consequatur alia pecuniaria præmia secundum qualitatem banni, & condemnationis capti, & præsentati. Et vt bannitis, & condemnatis pro maleficio omnis conuersatio & securè persistẽdi in sua perfidia auferatur, cassamus, tollimus, & reuocamus omnes, & singulas securitates, fidantias, & licentias eis per officiales concessas quoscunq;. Et districtius inhibemus, ne decætero aliqua fidantia, licentia, vel securitas eis, vel alicui ipsorum concedatur, saluo ꝙ si aliquis exbannitus, vel cõdemnatus fuerit, de nouo maleficio accusatus, denunciatus, vel inquisitus de crimine, pro quo pœna corporalis deberet imponi, ꝙ eo casu detur licentia sibi, & securitas de tali priori condemnatione, vel banno vno, vel pluribus quotcunque. Et eo comparente, detineatur pro eo, ꝙ comparuerit, & si cõtingat eum absolui, liberè facultatem habeat recedendi: nec pro antecedentibus bannis, seu condemnationibus, aut maleficijs possit molestari, vel procedi. Si vero denunciaretur, accusaretur, vel inquireretur de alio maleficio, de quo non esset corporalis, vel membri pœna imponenda, tunc ad se defendendum, & excusandum per ꝑ curatorem admittatur, eius exbannitione, vel condemnatioae non obstante. Et cuilibet procuratori, vel aduocato dictis casibus sit licitum procurare, & aduocare: & cuilibet fideiubere pro eo. Insuper teno re præsentis constitutionis prohibemus ex

presè, ne aliquis cuiuscunq; status existat, audeat, vel præsumat occupare, accipere, defendere, vel celare aliquid de bonis dictorum bannitorum, & condemnatorum, & qui contrafecerit, quadruplũ eius, quod celauerit, Cameræ soluere teneatur.

GLO. CAP. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Pratica sententiandi contra absentem contumacem pro homicidio.*
2 *Bannitus captus debet recognoscere bannum.*
3 *Cautela pro bannitis in recognitione banni.*
4 *Bannitus potest probare emanasse bannum per falsas allegationes.*
5 *Potest opponere etiam exceptionem, quæ annullat bannum.*
6 *Contumacia facit indicium ad torturam.*

a 1 EXBANNITI] Aduertendum est, ꝙ quando iudex † procedit contra absentem, qui per sententiam condemnatur ad mortem, tunc etiam debet bannire de ciuitate & alijs locis secundum ius constit. & condemnare ad mortem, & si quo tempore apprehendi poterit, ꝙ ducatur ad locum iustitiæ, & ibi mors inferatur, ita dicit Ang. de malef. verb. caput, versi. & ꝙ hoc dicitur, Boer. decis. 268. nu. 12. vbi asserit de stilo curiarum Franciæ hanc formam seruari, & si postea veniat vel aprehendatur, tunc iudex antequam faciat executionem faciat ipsum confiteri, ꝙ ipse est idem homo & idẽ corpus, qui sic vocabatur, qui fuit
2 bannitus † & condemnatus pro tali crimine & tali tempore, qua recognitione facta executio capitalis de eo fieri potest absque nouo processu secundum Bar. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de ver. oblig. idem Bar. in l. Diuus, nu. 5. ff. de cust. reo. subdens, se ita sepius praticasse, Sal. in l. quicũq;, num. 2. C. de requir. reis, Igneus in l. lege Cornelia, nu. 61. ff. ad Syl. & secundum Marsi. sing. 72. poterit iste talis torqueri si neget se esse illum, de quo in banno, Rolan. cõsi. 60. nu. 27. lib. 2. vt confiteatur se esse personam nominatam in banno, non tamen, vt confiteatur si illud delictum commisisse, Boss. in tit. banni quid amitt. nu. 18. Et ꝙ dictum est sine nouo processu intelligas super delicto, sed fiet nouus processus in quo declaretur talem personam captam esse, quæ reperitur in banno, & bannum contra ipsum exequendum esse, ita dicit Bal. in c. 1. de feud. sin. culp. nõ amit. Alb. 4. par. stat. q. 54. Nullũ in tract. bann. 2. par. 2. temp. q. 33. ad quem semper in materia bannitorum recurras. Bene & dili enter aduertant capti banniti † dum recognoscunt bannum suum, vt illud simpliciter recognoscant, & caueant ne confi-

confiteantur contenta in dicto banno esse vera, quia possent puniri, & etiam si tale bannum esset nullum, eo ꝙ talis spontanea cõfessio facta cum banni recognitione validat sententiã, cum spontanea confessio validet processum inualidum, vt dicit Inno. in c. qualiter & quando. 2. de accus. Bal. in l. properandum, in prin. C. de iud. Et talis bannitus captus in isto secundo processu contra eum formando, probabit primam sententiam
4 seu bannum † sic latum emanasse per falsas allegationes vel probationes falsõ factas quæ impediunt executionẽ dictæ sententiæ, ita dicit Ang. in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obl. facit. l. prætor. §. marcellus. ff. de iud. & dicit Bar. in l. non videtur. ff. cod. tit. in fi. ꝙ si in isto secundo
5 processu opponeret exceptionem, quæ † aliàs si fuisset opposita à principio ipse Bannitus iudicium susc̃ipere non compelleretur, ꝙ tunc iudex declarabit iudicium & bannũ fuisse nullum, quin imo consuluit Paul. de Castr. consi. 30. lib. 1. ꝙ si post terminum banni compareat bannitus, & neget se commisisse delictum quod videbatur tacite confessus ex contumacia ex forma constit. ꝙ iste est audiendus Ang. de malef. ver. Caiũ Semp. Marsi. sing. 72. Boss. in tit. de conf. per tortu. nu. 23. in tit. de requi. reis, nu. 1. & in tit. de lit. princ. in fi. Iul. Clar. in §. fi. q. 96. versi. sed nunquid. Est bene verum, ꝙ talis sic contumax quia non comparuit fuit positus in banno & condemnatus de delicto si postea compareat, & vult purgare con
6 tumaciam permittente statuto, poterit tunc † poni ad torturam absque alijs indicijs propter præsentem contumaciam secundum Nicol. de matta. & Bal. in l. 1. nu. 13. C. de hæred. inst. Marsi. sing. 117. Quod intellige secundum declarationem Iul. Clar. in §. fi. q. 64. versi. sed nũquid. Boer. decis. 163. nu. 5.

habentes, habitã tamen scientia illõs tales fuisse, & esse capitaliter condẽnatos, etiam si condemnati fuerint in contumaciam, attento maximè ꝙ cõtumaces habentur pro cõfessis in vim aliarum præcedentium constitutionum.

AMPLIATIO DE BANNITIS, & condemnatis pro maleficio. Cap. XXX.

IOANNES presbyter Cardinalis, & prouinciæ Marchiæ Anconitanę Legatus ampliando supradictã cõstitutionem, quandam cõstitutionem edidit in hac forma, videlicet. Statuimus, & ordinamus præsentem constitutionem, quoad ipsius prohibitionem, & pœnam, locum sibi vendicare in quibuscunque condemnatis pro maleficijs, cuius pœna esset capitalis per quoscunque rectores, potestates, capitaneos, & officiales alios ciuitatum, & locorum prouinciæ Marchiæ auctoritatem

DE BANNITIS AD MORTEM non receptandis. Cap. XXXI.

ABRIEL p̃sbyter Card. Senen. in prouincia Marchiæ Ancon. Legatus quãdam constitutionem edidit in hac forma: videlicet. Cum ad nostrum auditum grauis querela peruenerit, ꝙ homicidæ, & cæteri facinorosi, fures, & latrones post commissa maleficia in aliquibus terris, ciuitatibus, & locis infra, & extra prouinciam ad alia loca eiusdem prouinciæ se transferunt: & ibidem sub securitate præsidentium, tutela, & impunitate locantur. Ne autem homicidarum detestanda sæuitia, & cęterorum nefandorum virorum prauitas transeat impunita, præsenti constitutione sancimus, vt quicunq; de cætero homicidam aliquem scienter receptauerit,[a] aut furem, vel latronem, si fuerit ciuitas, in mille: si terra, in 50. flor. auri: si vero dominus, aut vicarius Ecclesiæ, in mille quingẽtis puniatur, alia vero singularis persona scienter receptans, & occultans, pari cum ipsis facinorosis pœna puniatur: statutis, constitutionibus, & priuilegijs non obstantibus quibuscunque.

GLO. CAP. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Nemo ignorans peccat.*
2 *Receptans scienter bannitum punitur, nisi sit sanguine conunctus.*

a RECEPTAVERIT] concordat tex. in l. 1. ff. de recept. in l. 1. & 2. C. de his qui latro. occul. vbi Cy. Bal. & Sal. ad varias. q. inferunt, & cautè constitutio loquitur de scienter receptante, quoniam nemo † ignorans peccat. l. qui iniuriæ. ff. de furt. & in dubio ignorantia præsumitur, quia cum illa qualitas non insit à natura non præsumitur, nisi probetur scientia. l. in bello. §. facte. ff. de capt. & postl. reuers. Ias. in l. fi. §. sed quia. not. 4. C. cõmunia

munia de leg. Rot. Pedem. decis. 73. nu. 5. latius hoc declara & intellige vt per eandem decis. 71.
2 fallit † in scienter receptante bannitum sanguine coniunctum quia non punitur pœna indicta. l. fi. ff. de recept. quia sanguinem suum nemo vnquam odio habuit, nisi constitutio vltro progrediatur, & ita in facto consultus egregiè consuluit Aym. consi. 309. Et quando constitutio vult, ꝙ singularis persona scienter bannitum receptans pari pœna puniatur, illud ideo est, quia ex hoc criminis particeps videtur, arg. c. qui cum fure de furt. Et propterea furta receptans eadem pœna punitur, qua ipsi fures. l. eos, vbi Bal. C. ꝺ furt. Pro defensione tamen eius, vide Bal. consi. 410. lib. 2. consi. 48. lib. 3. & consi. 382. nu. 8. lib. 5. Riminal. consi. 80. Rolan. consi. 45. dub. 1. lib. 1.

CONTRA HOMICIDAS BANnitos, & condemnatos. Cap. XXXII.

IOANNES Cardinalis Papiensis, &c. Vniuersis, & singulis præsentes literas inspecturis salutem, & nostrorum obediẽtiam mandatorum. Curam iniunctæ nobis solicitudinis alto nostræ mentis affectu iugiter reuoluentes, nihil pectori nostro tam fixum, firmumq; insidere conspicimus, quàm iustitiæ verum cultum, & inuiolabilem obseruantiam: ea enim est, quę primum in subditos nostros honorem faciet, ac subditorum nostrorum tranquillitati, & commodis omnibus amplissime consulet: quæ cum ita se habeant, semper illa meditamur, ac volumus. Et quoniam à Deo iustissimo, liberalissimo, & donorum omnium concessore nobis promittitur, opportune disponimus per quæ ipsius iustitiæ partes aut declinatas, aut neglectas reuocari, & excitari putamus: at tunc maiori studio id prosequimur ac facimus, cum intelligimus in primis sanctissimi domini nostri Papæ commendatissimo desiderio, & sanctis iussionibus decenter obtemperare, & contra damnatos, & criminum reos per dispositionem nostram huiusmodi cõuenienter animaduerti. Sanè igitur cum inter alia (statũ totius prouinciæ accuratius reqeirentes) intellexerimus esse nonnullos iniquitatis filios homicidas, & diuersorum maleficiorum reos cõuictos nefarios, atque impuros homines in nostra generali, & alijs prouinciæ Marchiæ Anconitanæ nostræ legationis curijs, tum varijs causis, & tempore, tum rite, & legitimè condemnatos: sicque in banno positos, qui in præfata prouincia impunè conuersantes in illias ciuitatibus, terris, & locis, tanquam in receptaculis prauitatis eorum, ac peruersitatis resident, partim literis, & saluis cõductibus nostrorũ in officio prædecessorum, partim priuilegijs, & immunitatibus propriorum locorum fidentes: quorum omnium oportunitati, veluti quodam asylo tutati, & procliuiores ad perpetranda facinora redditi, in tantam impurissimæ, ac scelerantissimæ vitæ licentiam deuenerunt, vt reperiamus prouinciam ipsam latrocinijs, interceptionibus negociantium, & huiusmodi malis penè infectam. Volentes propterea tam perditæ abusioni occurrere, & hac veluti contagione quadam prouinciam (q̃tum in nobis est) expurgare, vt coertione, punitione, & extirpatione malorum, boni honestis artibus, & modestæ vitæ dediti, quotidie confirmentur in melius, tranq̃llè, pacificeq; viuentes. Ideo tenore præsentium ex auctoritate nostræ legationis omnes, & quascunq; securitatis, tutelæ, & salui conductus literas snb quibuscunque forma, modo, tempore, ratione, & causa subquouis etiam tenoris cõtextu, & efficacia, etiam si de illis habenda esset mentio specialis quandocunque, & qualitercunque, tam à Legatis, aut Gubernatoribus prædecessoribus nostris, q̃ ab officialibus, communitatibus, & vniuersitatibus locorũ homicidis quibuscunque in dicta nostra curia, aut alibi condemnatis, & bannitis concessas reuocamus, irritamus, nullis quoq; viribꝰ subsistere, decernimus, & post quindecim dies, à publicatione præsentium cõputandos, eisdem minimè suffragari. Committentes contra eos, & quemlibet eorum omnẽ tam realem, quam personalem executionem: atque etiam iniungentes Marescallo, cæterisq; officialibꝰ præfatæ nostræ curiæ sub pœna priuationis officij, quatenus vbicunque præfatos homicidas reperiri contingat, detineãt, capiant, & iustitiam faciant, requisito (si opus fuerit & eis videbitur) fauore, & auxilio tã ordinariorum, & officialium locorum, quàm quorumcunque capitaneorum conductorum, comestabilium

bilium,armigerorum, aut aliorum ſtipendiariorum ad ſtipendia ſanctiſſimi domini noſtri, & ſanctæ Romanæ Eccleſiæ militantium,& in eadem prouincia pertinentium: quã prædictis Mareſcallo,& officialibus requirentibus parere,& obedire ſine exceptione volumus. Mandantes, ac diſtrictius inhibentes ſub pœna mille ducatorũ auri Apoſtolicæ Cameræ applicandorum de facto: atque etiam irritationis, & annullationis omnium indultorum, priuilegiorum, remiſſionum, & conceſſionum quouis tempore,& à quibuſuis ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & locorum præfatæ prouinciæ noſtræ legationis poteſtatibus, antianis,prioribus,regiminibus communitatibus, & vniuerſitatibus, ad quos, &ad quas quomodolibet ſpectat, aut ſpectare poſſit, & quibus hæ literæ præſentatæ fuerint,quatenus homicidas ipſos, & ſic condemnatos nullo pacto, nulla cauſa, nullo ¦etiam quoruncunque priuilegiorum, immunitatum vigore, ac prætextu, quibus omnibus ex facultate nobis attributa expreſsè derogamus in hac parte intra loca, & iuriſdictiones eorum, aut extra quomodolibet, etiam quouis quæſito colore directe, vel indirectè recipere,fouere, manutenere, ſuſtinere, aut aliquod eis, & eorum cuilibet auxilium, conſilium, &fauorem præſtare per ſe vel alios, aut alium præſumant. Contra venientes omnes huic noſtro edicto,mandato,& præcepto,tam publicas,quàm priuatas perſonas ſupra expreſſis pœnis (vltra pœnas in conſtitutione contentas) ipſo facto ſubiacere declarantes, de quarum contrauenientia, ſeu contrauentione ſtabimus relationi prefatorum officialium curiæ noſtræ. In quorum fidem præſentes fieri &c. munitas &c. & eas in audientia noſtra iudiciaria publicari. Datum Maceratæ in palatio noſtrę ſolitę reſidentiæ die xix. Octobris, Pontificatus ſanctiſſ. præfatis anno primo.

CONSTITVTIO PII. SECVNdi Pontificis Maximi contra homicidas, & bannitos,& condemnatos pro homicidijs. Cap. XXXIII.

PIvs Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Adretinendas inſolentias tranſgreſſorum,& tranſgreſſiones inſolentium refrenandas,ſi neruus publicæ diſciplinæ lenteſcit, eorum ad peccandum voluntas fit laxior: & exemplum impunitatis periculoſius in alios deriuatur. Propter quod ad Præſidentis officium pertinet talem adhibere iuſtitiæ ſæueritatem, & debitam executionem, & commiſſa crimina puniat, & committendorum imposterũ interdicat audaciã malefactorum. Cum autem ad audientiam noſtram peruenerit,quod à certis annis citra in noſtris Eccleſiæ Romanæ terris, locis, & tenimentis nobis, & Eccleſiæ prædictæ mediatè & immediatè ſubiectis, quàmplura quandoque ex leuibus cauſis commiſſa eſſe reperiantur homicidia: ſitq; inter alia crimen homicidij perniciosum, & deteſtabile, debeatq; iuxta canonicas ſactiones graui animaduerſione puniri, tãtoq; ſæuerius puniendum, extirpandum, quantò manifeſtius cognoſcimus, & ex eo vt plurimum ſcandala,& mala plurima ſubſequuntur. Cupientes igitur ex debito paſtoralis officij,quod noſtri, & Eccleſiæ Romanæ prædictæ mediatè,& immediatè, ſubiecti iuxta piam diſpoſitionem Regis pacifici, qui regnat in cœlis, pacifici ſint, & modeſti, nõnullas ſub huiuſmodi crimine homicidij debitè puniendo edidimus conſtitutiones infraſcriptas: quas ad hoc, aut aliqs de eiſdem ignorãtiam prętendere nõ poſſit, volumus per omnes,& ſingulas ciuitates nobis,& Eccleſiæ Romanæ prædictæ mediatè, vel immediatè ſubiectas publico præconio publicari: mandantes,ac auctoritate Apoſtolica, & tenore pręſentium decernentes omnes & ſingulos iuxta conſtitutionem earundem, & determinationem obſtrictos eſſe ad obſeruationem ipſarum, ac ſi perſonaliter ſingulis intimatæ forent: vt non ſit veriſimile, & ad eorum notitiam non deuenerit, quod extitit tam publi-

publico præconio patefactũ. Tenor vero conſtitutionum, de quibus ſupra fit mentio,ſequitur, & eſt talis,videlicet.

SANCTISSIMVS dominus noſter intendens quieti patriæ conſulere, & ipſam ſicarijs, homicidis, & malefactoribus expurgare, ſtatuit & decreuit, & omnes illi, qui pro delicto homicidij fuerint condemnati,ſeu aliàs de ciuitate aliqua,& diſtrictu illius banniti, non poſſint ad ciuitatem,ſeu diſtrictum huiuſmodi quocunque tempore redire, ſeu in eis, vel eorum altero moram trahere,etiam habita pace ab hæredibus, vel conſanguineis, ſeu filijs ipſius occiſi: nec Legatus etiã de latere, aut Gubernator, qui pro tempore fuerit, vel quiuis alius poſſit auctoritate apoſtolica, ſeu officio ſuæ legationis aliquem homicidam ſic
a exbannitum rebannire,[a] reducere, ſeu reuocare ad ciuitatem,vel diſtrictum, aut eorum alterum: ſeu ei licentiam, vel ſaluum conductum concedere redeundi, ſeu morandi in eis, vel eorũ altero imperpetuum, vel ad tempus modicum, ſiue magnum: nec etiam per diem vnum, ſiue noctem, & ſi ſecus per quenquã exſupra dictis factum fuerit, incidat in pœnam excommunicationis ipſo facto ſine vlteriori ſententia declarationis: à qua per alium, quam per ſummum Pontificem(& tunc facta de hoc ſpeciali expreſſione) non poſſit abſolui: ac reductio,licentia, reuocatio, ſaluus conductus, & caſſatio proceſſus, & banni huiuſmodi ſint ipſo iure nulla,nulliusq; roboris, vel momenti: incidat etiam in pœnam ducatorum mille, Cameræ Apoſtolicæ applicandorum: quam theſaurarius,cui hoc ſecretè,vel publicè fuerit denunciatum, retineri faciat: & mãdet nullo ſuper hoc expectato, ſeu requiſito ſuperioris mandato, & ſi non fecerit theſaurarius ipſe,eandem ſententiam excõmunicationis ipſo facto cum eiſdem qualitatibus incurrat: ipſeq; ſic rebannitus,reductus,reuocatus, ſiue aliquo quocunque modo reuerſus, poſſit, & debeat capi, detineri, & de ipſo ſecundum ſententiam contra eum latam, iuſtitia fieri per gubernatorem,poteſtatem,& alios officiales, ad quos ſpectat, ſeu pertinet in continenti ſine vlteriori licentia, notificatione, & requiſitione ſuperioris, vel alterius ſub pœna ducentorum ducatorum auri Cameræ Apoſtolicæ applicandorum, vel retinendorum: quam theſaurarius præfatus ſimili modo,& forma, ac ſub ſimilibus cenſuris faciat retineri, prout ſuperius eſt expreſſum. Hoc autem extẽdi voluit ad eos, qui reuocati & rebanniti, vel aliàs quõcunque remiſſi fuerint quacunque auctoritate, ſeu licentia, præterquam ex ſpeciali commiſſione, ſeu mandato Romani Pontificis contento in literis auctenticis,& bulla plumbea munitis à duobus mẽſibus citra, cum termino dierum quindecim,quo poſſint de ciuitate liberè recedere,eis conceſſo: vel qui in futurum rebannientur,reuocabuntur, ſeu aliàs remittentur per quencunque quauis auctoritate prædirum, ſub pœnis pecuniarijs,& alijs eccleſiaſticis cenſuris,de quibus ſuperius eſt dictum. Item, & quæcunque appellationes interpoſitæ, vel interponendæ ab huiuſmodi, vel alijs ſententijs, ſiue grauaminibus contra homicidas latis, vel à proceſſu contra eos facto, (etiam ſi lis, vel inſtãtia ſuper eis pendeat, & inhibitionis vigore ipſarum emiſſæ per auditorem cameræ, vel alium quẽcunque ordinariũ,vel delegatum) ſint nullæ, & inualidæ,nec ad vlteriora ſuper eis, vel ipſarum vigore procedi poſſit, aut debeat: qui nimo appellationes, lites, & cauſæ huiuſmodi cenſeantut auocatæ,extinctæ,& inualidæ: nec poteſtates, vel alij officiales inhibiti huiuſmodi mandatis, inhibitionibus, litibus pendentibus, cenſuris, & pœnis in eis contentis aſtringantur: immo teneantur, & debeant ſub pœnis ſupra poſitis ad executionem ſententiarum latarum procedere: poſſit tamen in caſibus alijs à iure permiſſis, vel ſtatuto appellari ad Gubernatorem ciuitatis,ſeu prouinciæ, qui infra mensem cauſam diffinire teneatur: quo elapſo appellatio, inhibitio, & inſtantia ſuper eis ſint nullæ, & liberè ſine impedimento poſſit fieri executio ſententiæ, vel banni,ac ſi non fuiſſet inhibitum,& appellatum. Quodque banniti, & condemnati propter huiuſmodi crimen homicidij cenſeantur, & ſint banniti à locis circumuicinis vſque ad miliaria quinquaginta: intra quæ ſi reperti fuerint, poſſit, & debeat capi talis ſententiæ,ſiue condemnationis pecuniariæ executio fieri contra eos per poteſtates, & alios officiales ciuitati diſtrictui, & loco

loco præsidentes, sub pœnis pecuniarijs simili forma imponendis. Item, ꝙ omnes, & singuli homicidæ, quorum delictum notorium fuerit, vel de homicidio infamati, seu condemnati, etiam si de delicto huiusmodi ex forma statutorum non possit inquiri, vel aliqua pœna imponi: vel etiam si ipsius delicti, vel pœnæ pro eo interpositæ auctoritate apostolica, vel alterius ab ea, vel à Romano Pontifice potestatem habentes, sit facta remissio, cassatio processus, & sententia annullata, vel aliàs quomodolibet dispensitum per viam gratiæ, seu iustitiæ, remissionis in totum, vel in partem, non possint habere officia, vel dignitates in quibuscunq; locis, ciuitatibus, terris, à quibus banniti fuerint: in quibus domicilium, & eorum origines habuerint, seu aliam moram traxerint, vel residerint, etiam si fuerint absoluti, rebanniti, vel aliàs eorum sententia, seu condemnatio, siue processus cassati irritati, vel aliàs pro infectis habiti, sed perpetuò sint infames, & omni dignitate priuati: nec possint ferre testimonium, nec tabellionatus officium exercere: non admittantur ad iudicandum seu ad aliud officium exercendum: & ab omnibus actibus legitimis sint perpetuò suspensi: quinimo si huiusmodi officia acceptauerint, exercuerint, seu ad ea exercenda admissi fuerint, tam ipsi, quàm Gubernator, Legatus, aut superior, qui eum elegerit, vocauerit, aut ipsum officium exercere, seu ei præesse passus fuerit pœnam quingentorum ducatorum auri ipso facto iucurrat, & sua gubernatione priuetur: nec gesta in iudicio, vel extra iudicium tam per eum, qui admissus fuerit ad officium, quàm per eum, qui illud ab eo exercere passus fuerit, decætero valida sint, & robur obtineant: quinimo sint nullius roboris, vel momenti. Et si ecclesiasticæ personæ fuerint, excommunicationis sententiam ipso facto incurrant sine vlteriori declaratione, à qua non possint præterquam à Romano Pontifice cum speciali delicti, siue transgressionis huiusmodi expressione absolui. Et thesaurarius cameræ sine aliqua requisitione, seu notificatione, aut inhibitione, vel monitione salariũ eisdem, vel alteri debitũ retinere debeat, si ab eo debeatur, si verò nõ debeatur, mandet potestati, gubernatori, vel alteri, ad quem spectat, ab eis, vel eorum altero exigi, & satisfieri sub eisdem pœnis, & censuris, prout superius est expressum. Nulli ergo omnino hominum liceat hãc paginam nostræ voluntatis, mandati, & constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & torum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurũ. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ M CCCC LXI, quinto cal. Februarij, Pontificatus nostri, anno quarto.

GLO. CAP. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Rebannire est ad priorem statũ bannitũ restituere.*
2 *Banniti & rebanniti qui dicantur.*
3 *Dicitur bannum sententia interloquutoria.*
4 *Solus Princeps bannitum restituit fallit, nu. 5.*
6 *Banniti sunt laycaliter excommunicati.*
7 *De bannitis remissiue aliqua.*

a 1 REBANNIRE] Sicut bannire est in banno ponere, & pro crimine cõdemnare, ita rebannire † est ad priorẽ statum bannitos restituere, & banniti dicuntur pro crimine condemnati. An illud verbam rebannire habeat vim restitutionis vel indulgentiæ? Et videtur dicendum, ꝙ habeat vim simplicis indulgentiæ attento maximè communi vsu loquendi, quia isti condemnati pro crimine appellantur banniti † & è conuerso rebãniti, 2 qui sunt à prædicto banno restituti, & sic à prædicta pœna. l. 1. & l. relegatorũ. ff. de interd. & releg. & tales rebãniti poterunt recuperare bonam famam & omnia quę prius per sententiam perderant, & fuerunt priuati per bannum, per rebannitionem enim quis dicitur restitutus, ita dicit Bar. in l. fin. nu. 11. C. de sent. pass. & est cõmunis opinio, vt dicit Boss. in tit. de remed. ex sol. cle. prin. nu. 1. & seq. non extenditur tamen ad bona alienata, Fel. in c. inter, nu. 4. de ma. & obed. Ias. in l. gallus. §. & quid si tñ, nu. 70. ff. de lib. posth. Plotus in l. siquando, nu. 9. Natta consi. 471. nisi Princeps expresè dixerit, Rub. consi. 164. nu. 6. nam propriè istud verbum bannum vulgares accipiunt pro sentẽtia, & propterea dicunt, quem esse capite bannitum, vel habere bãnum capitis, & hanc q. disputauit Iac. de Aret. vt refert Bar. in d. l. fi. §. fi. C. de sent. pass. & determinauit vt supra concluſum est, alijs etiam rationibus de quibus ibi per eum, vide etiam Bart. & Ias. in l. gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. in l. 1. §. fin. ff. de quæst. in l. non solum. §. fi. ff. de procur. Et dicitur

3 citur bannum † sententia interlocutoria vt habetur in l. 1. ff. de requi. reis & in auth. itẽ nulla communitas. C. de epis. & cler. & not. Bal. in l. siquis filio. §. eius qui. ff. de inof. testa. glo. in l. 1. §. quid ergo, verb. vel multis. ff. de ventr. insp. Aduerte
4 tamen, ꝙ ad † solum Principem spectat dare ista rebannimenta Paris. consi. 1. lib. 4. per gl. in l. 2. verb. concedi. C. de in ius voc. Rot. Pedem. decis. 101. vel ad populũ, qui non recognoscit superiorem vt dicit Bar. per illum tex. in l. relegati. ff. de interd. & releg. idẽ Bar. in l. is qui reis. ff. de pub. iud. Et etiam Baroni si id illi specialiter fuerit concessum in inuestitura, Iul. Clar. in §. fi. q. 59. vers. & hæc. Non solet tamen nec debet Princeps gratiam facere nisi concordata parte, Rui. consi. 60. lib. 5. Boss. tit. de pace, in prin. Grama. vo. 35. nu. 8. & consi. 31. nisi hoc faceret pro bono pacis quia tunc posset absq; partis cõsensu, Dec. consi. 520. nu. 5. Aduertas, ꝙ in supplicatione narrentur omnia quæ Principẽ difficilem reddere possent ad gratiam concedendam (veluti) si alia delicta commisserit, de quibus fuerit gratiatus, Ias. l. nec damnosa. nu. 3. C. de prẽcib. imp. off. Iodo. in prat. c. 147. nu. 12. Dida. lib. resol. 1. c. vlt.
5 nu. 8. Quod limita nisi † aliquis sit bannitus, ꝙ plures capiens bannitos ciuitatis eos ad ciuitatem conduxerit, vnde ipse & alij erant exbanniti tunc enim solus iudex potest rebannire, tex. est sing. in l. non omnes. §. fi. ff. de re mil. quem not. Rom. sing. 538. Et sunt banniti laycaliter † excõmunicati, vt pulcrè per Sal. in d. auth. item nulla communitas, & in l. 1. C. de hęred. inst. An bannitus † sit hostis patriæ, & an perdat cognationem & de recipiente bannitum vide Bar. in l. 2. ff. de recept. Et an amittat patriam potestatem? Alex. in l. si cum dotẽ. §. si patri. nu. 4. ff. sol. matr. Corn. consi. 55. lib. 2. Boss. tit. de bon. pub. nu. 69. Iul. clar. in §. fi. q. 71. vers. succesiuè. Rip. in l. ex facto. §. ex facto ff. ad Treb. Et quid debeat facere iudex bannito producto coram eo vide eundem Bar. in l. diuus. ff. de cust. reor. Sed pone aliquis bannitus non audet cõparere in patria, mortuus an saltem possit sepeliri in patria in sepulcro maiorum suorum? determinat Bar. in l. 3. ff. de cada. pun. quòd non, quia qui viuus in ciuitate morari non poterat ad eam mortuus deduci non potest, & vnde dicatur bannum vide Sal. In l. 1. C. de hæred. inst. & an bannitus sit infamis vide Bar. in l. mulcta. C. de mod. mult. vide Bal. in l. Caius longinus. ff. de senat. Et dicas ꝙ bannitus in contumaciam non efficitur infamis, Bal. in l. 1. nu. 5. C. de calumnia. Iul. Clar. in d. q. 71. versi. quæro nunc. Et an possit contrahere vide Bar. in disput. quæ incipit Lucanæ ciuitatis, versi. ptæterea exbannitus, & vide Ias. in l. 1. versus fi. ff. siquis ius dic. nõ obtemp. & an possit testari Soc. consi. 96. Qualiter puniantur, qui ad locum vnde relegati sunt redeunt, vide in l. relegati. ff. de interd. & releg. & in l. capitaliũ. §. in exulibus. ff. de pœn. & hodie banniti de iure communi est pœna deportationis reperti in territorio, ex quo fuit exbannitus l. mathematicos. C. de epis. aud. quam not. Rom. sing. 568. Vide distinctionem Ant. Gomes. c. 8. delict. nu. 1. & Iul. Clar. in d. q. 71. versi. quæro qua pœna.

BVLLA SIXTI PAPAE IIII. Pontificis Maximi contra homicidas. Cap. XXXIII.

HANC constitutionem & præcedentem innouauit Pius II II. vt latè patet in bullario.

SIXTVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Deo, & hominibus abhominabiles esse viros sanguinũ Propheta testatur, nec immerito, cum horrenda sæuitia non solum corporum, sed etiam animarum eorum, quos interimunt, si non sint armis spiritualibus diuina præueniente gratia munitæ, perditionem procurare noscantur: pro quibus Dominus noster Iesus Christus mortem subijt temporalem. Ad reprimendum igitur talium conatus nefarios plurimum conferre arbitrantes, eos, qui, huiusmodi detestabile scelus patrare non expauescunt, iustitia seueriſſima puniri, & latas pro tempore contra eos condemnationes debitæ executioni demandari, ea, quæ pro talium condemnationum faciliori executione, & sic a riorum huiusmodi persecutione à prædecessoribus nostris proinde emanarunt, vt eo firmius obseruentur, quo fuerint sępius apostolica auctoritate munita, libenter approbantes munimine roboramus: ac alia desuper statuimus, prout in domino conspicimus salubriter expedire.

DVDVM siquidem per felicis recordationis Pium Papam II. prædecessorem nostrum accepto quòd à certis annis tunc elapsis citra in terris, locis, & tenimentis Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis, quàmplura (etiam ex leuibus causis) commissa esse reperiebantur homicidia, idem prædecessor attendens crimen huiusmodi inter alia esse pernicioſum, & detestabile, & iuxta canonicas sanctiones debere graui animaduersione puniri, & tãto sæuerius puniendum, & extirpandum fore,

re, quanto manifestius cognoscebatur, ꝙ ex eo plurimum scandali, & mala plurima subsequebãtur. Ac cupiens, ꝙ eiusdem Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecti pacifici forent, & modesti: & terras, & loca prædicta sicarijs expurgare, inter alia statuit, & decreuit, ꝙ omnes illi, qui pro delicto huiusmodi forent cõdemnati, seu alias de ciuitate aliqua, seu districtu ipsius banniti, non possint ad ciuitatẽ, seu districtum huiusmodi quocunq; tempore redire, seu in eis, vel eorum altero morã trahere etiã habita pace ab hæredibus, vel consanguineis, seu filijs ipsius occisi, nec Legatus etiam de latere, aut Gubernator, qui pro tempore foret, vel quiuis alius possit auctoritate apostolica, seu ex officio suæ legationis aliquem homicidam, seu exbannitum rebannire, & reducere, seu reuocare ad ciuitatem, vel districtum: aut eorum alterum, seu ei licentiam, vel saluum conductum concedere, seu morandi in eis, vel eorum altero imperpetuum, vel ad tempus modicum siue magnum: nec etiã ad diem vnũ, siue noctem, ꝙ si secus per quemcunq; ex ipsis prædictis factum foret ipso facto in pœnam excommunicationis sine vlteriori sentẽtia declarationis, à qua per aliũ, quàm per summum Pontificem (& tunc facta de hoc speciali expressione) non possit absolui: ac licentia, reductio, reuocatio, saluus cõductus, & cassatio processus, & banni huiusmodi essent ipso iure nulla, nulliusq; roboris, vel momenti: incideretq; etiam & in pœnam ducatorum mille Cameræ Apostolicæ applicandorum: quam thesaurarius, cui hoc secretè, vel publicè fuerit relatum, vel denunciatum, retineri faceret, & mandaret super hoc non expectato, seu requisito superioris mandato, ꝙ si non faceret ipse thesaurarius, eandã sententiam excõmunicationis ipso facto cum eisdem qualitatibus incurreret, ipseq; sic rebannitus, reductus, siue quocunque alio modo reuersus posset, & deberet capi, deteneri, & incarcerari: & de ipso secundum sententiam contra eum latam iustitiã fieri per gubernatorem, potestatem, & alios officiales, ad quos spectaret, & pertineret in continenti sine vlteriori licentia, notificatione, & requisitione superioris, vel alterius sub pœna ducentorum ducatorum auri Cameræ prædictæ applicãdorum: quam thesaurarius præfatus simili modo, & forma, ac sub similibus censuris faceret retineri, & ꝙ quæcunque appellationes interponendæ ab huiusmodi, vel alijs sententijs, siue grauaminibus contra homicidas latis, vel à processu contra eos facto: & si lis, vel instantia super eis pẽderet, & inhibitiones vigore ipsarum emissæ forent per auditorem cameræ, vel alium quemcunque ordinarium, vel delegatum essent nullæ, & inuralidæ: nec ad vlteriora super eis, & ipsarũ vigore procedi posset, & deberet: quinimo appellationes, lites, & causæ huiusmodi censerentur auocatæ, extinctæ, & inualidæ: nec potestates, vel alij officiales, quibus inhibitum foret mandatis & inhibitionibus, litis pendentijs, censuris, & pœnis in eis contentis astringerentur, immo tenerentur, & deberent ad executionem sententiarum latarum procedere: posset tamen in casibus à iure, vel statutis permissis appellari ad gubernatorem ciuitatis, seu prouinciæ, qui infra mensem causam diffinire teneretur: quo elapso appellatio, inhibitio, instantia super eis essent nulla, & extincta. Et liberè sine impedimẽto posset fieri executio sententiæ, vel banni, ac si non fuisset inhibitum, & appellatum, quodq; banniti & condemnati propter huiusmodi crimen homicidij censerẽtur banniti ab omnibus locis circumuicinis vsque ad miliaria quinquaginta: intra quæ si reperti forent posset & deberet capitalis sententiæ, siue cõdemnationis, siue pœnæ pecuniariæ executio fieri contra eos per potestates, & alios officiales ciuitatis districtui, & loco præsidentes, sub pœnis pecuniarijs simili forma imponendis. Item, ꝙ omnes, & singuli homicidæ, quorum delictum notoriũ foret, vel de homicidio infamati, seu condemnati, etiam si de delicto huiusmodi ex forma statuti non posset inquiri, vel aliqua pœna imponi: vel etiam si ipsius delicti, vel pœnæ pro eo interpositæ auctoritate apostolica, vel alterius ab ea, vel à Romano Pontifice potestatem habente, esset facta remissio, cassatio processus, & sententia annullata, vel aliàs quomodolibet dispensatum per viam gratiæ, vel iustitiæ remissionis in totum, vel in partem non possent habere officia, vel dignitates in quibuscunque locis, ciuitatibus, & terris, à quibus banniti forent, in quibus domicilium eorum, vel origines haberent, seu aliàs moram traherent vel residerent, etiam si forent absoluti rebanniti, vel aliàs eorum sententia, seu condemnatio, siue processus irritati, vel aliàs pro infectis habiti, sed perpetuò essent infames, & omni officio, & dignitate priuati: nec possent ferre testimoniũ, nec tabellionatus officium exercere: non admitterentur ad iudicandum, seu aliquod officiũ eser cendum: & ab omnibus actibus legitimis essent perpetuò inhabilitati: quinimo si huiusmodi officia acceptarent, exercerent, seu ad ea exercẽda admissi forent, tam ipsi, quàm Gubernator, Legatus, aut Superior, qui eum eligeret vocaret, aut ipsum officiũ exercere, seu ei præesse pateretur, pœnam quingentorum ducatorũ auri ipso facto incurreret, & sua gubernatione priuaretur: nec gesta in iudicio, vel extra iudiciũ tã per eum, qui admissus foret ad officium, quàm per illũ, qui illud exercere passus foret, de cætero valida essent, & robur obtinerent: quinimo essent nullius valoris, vel momenti, & si ecclesiasticæ personæ forent, sententiam excõicationis ipso facto incurrerent si ne vlteriori declaratione: à qua nõ possent, præterq; à Romano Pontifice cum speciali delicti, seu transgressionis hmõi expressione, absolui, & thesaurarius Cameræ, sine vlteriori requisitione, seu notificatione, aut inhibitione, vel monitione salariũ eisdem, vel alteri debitũ retinere deberet, si ab eo deberetur: si vero nõ deberetur potestati, gubernatori, vel alteri, ad quem spectaret, ab eis, vel eorum altero exigi, & satisfieri sub eisdẽ censuris vt in eisdem literis (quas idem Prædecessor per omnes ciuitates Ecclesiæ præfatæ publico præconio publicari mandauit) plenius cõtinetur. Cum autem, (sicut nuper accepimus) cõtenta in eisdem literis ab aliquibus tpibus citra nõ fuerunt obseruata: & ex illorũ inobseruantia sub diti præfatæ Ecclesię promptiores fuerint ad homicidia committẽda: iamq; fere passim quotidie homicidia perpetrentur, & homicidæ prędicti ideo ad illud cõmittẽdũ promptiores existant, quia sperãt habere, & suorum excessuum remissionẽ consequi facile posse. Nosq; detestabilẽ, & horrendã taliũ sicariorũ nequitiã ad illorũ cautelam oportunis iuris remedijs prosequi studio cupimus indefesso, habita super his cum fratribus nostris præfatæ Ecclesiæ Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio statuta, & decreta prædicta Pij prædecessoris præfati: &, prout illa concernunt omnia, & singula in dictis literis contenta, auctoritate apostolica præsentium tenore approbamus, & robur perpetuæ firmitatis obtinere debere decernimus, ac volumus, & præfata auctoritate de eorundem fratrum consilio statuimus, & ordinamus, ꝙ condemnati hactenus, & quos in posterum condemnari continget, seu contingeret vbiliter in ciuitatibus, terris, & locis prædictis pro homicidio, siue vt principales siue vt auxilium, consilium, & fauorem præstantes, suarum condemnationum remissionem, aut contra illos saluum conductum, licentiam, & securitatem in loco patrati criminis, vel ei infra quinquaginta miliaria (vt præfertur) propinquo nullatenus obtinere possint ab alio, quàm à nobis, & Romano Pontifice, qui pro tempore erit: & alicuius alterius etiam Legati de latere remissio nemini suffragetur, & si forte contingeret nos, & eundem Romanum Pontificem pro tempore existentem ad remissiones, siue saluum conductum huiusmodi procedere, talis remissio per præoccupationem processisse censeatur: & nemini prodesse possit, nisi in illa vere præsentium literarum tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas id importantes insertus foret, specificata, & determinata causa exprimeretur, quę nos, & successores nostros induceret ad derogandum præsentibus, quæ cum tam matura deliberatione à nobis emanarunt. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus, & illis, quæ idem Pius prædecessor in dictis suis literis voluit obstare, cæterisq; contrarijs quibuscunque. Et vt præmissa eo plenius notescãt, volumus per Legatos, rectores, gubernatores prouinciarum, ciuitatum, & locorum temporali dominio præfatæ Ecclesiæ subiectorum in singulis ciuitatibus, & locis Legatis, commissis, sono tubæ præmisso, publicari, & in registris, quibus talia decreta dictæ Sedis sunt solita, registrari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, constitutionis,

statuti, ordinationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Domini M cccc lxxx. quarto calendas Aprilis, Pontificatus nostri anno nono.

DE BANNITIS, ET CONdemnatis ad mortem naturalem impunè offendendis. Cap. XXXV.

SIGISMVNDVS Gonzaga Princeps, & Marchio, diaconus Cardinalis Mantuanus, in prouincia Marchiæ Anconitanæ Legatus quandam constitutionem edidit in hac forma, videlicet.

LICET tam per antiquas constitutiones, quàm per literas Romanorum Pontificum contra bannitos, & condemnatos ad mortem naturalem, præsertim homicidas, & ipsorum receptatores pro ipsis puniendis, & ad obuiandum, ne homicidium, & alia enormia, detestabiliaq; facinora, & delicta perpetrarentur, multa fuerint adhibita remedia, tamen cum indies ita hominum malitia excreuerit, vt plura homicidia, pluraq; scelera in dies, & passim perpetrarentur, & quotidie in prouincia receptatores habeãt, quod ex eo peruenire dignosci videtur, quia non ea vltione, & sæuerita te, quam criminum atrocitas exigit, puniri possunt. Cupientes huic morbo, qui curationem nostram expectat, congruam medelam adhibere, cum excessibus terminum imponere, & dñictis occurrere soleat rigor iustitiæ seuiẽtis, statuimus q̃ vltra pœnas in supra dictis constitutionibus, & literis contentas, vnicuique liceat bannitos, & ad mortem naturalem legitimè condemnatos in
a prouincia existentes, impunè [a] offendere: ac etiam non legitimè exbannitum, vel nulliter (si nullitas non erat patens: & si in terfector hoc ignorauit) si nullitas erat patens teneatur de homicidio culposo, & non dolosо occidens, qui non diligenter inspexit bannum, & offendẽs si fuerit bãnitus, & ad mortem naturalem cõdemnatus, rebannia tur, & pro rebannito, & absoluto habeatur.

GLO. CAP. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *De bannitis aliqua remissiuè.*

a MPVNE] Hæc constitutio valet, vt in simili de statuto dicit Dec. post alios in l. vt vim. ff. de iust. & iu. ex quo ad aliàs appẽdices q̃nes infert, & in c. quæ in ecclesiarum, de const. & multa egregia de bãnitis docet Rip. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & Scrib. in l. 1. C. de hær. in. Petr. Plac. lib. 1. deli. c. 36. nu. 1. Alex. consi. 2. circa fi. lib. 2. Dec. consi. 327. nu. 3. Alex. consi. 65. nu. 2. Alex. Ias. & alij, in l. si plagij. ff. de verb. obli. Vinius lib. coium opi. verb. statutum disponens q̃ bãnitus. Iul. Clar. in §. homicidium, versi. plerunq;. Occidens bannitum habentem saluum conductum, & cui fecerat pacem, an teneatur de occiso, vel pace rupta latè Soc. consi. 61.

QVOD HOMICIDA NOTOrius, licet non bannitus, possit impunè offendi. Cap. XXXVI.

RODVLPHVS Pius presbyter Cardinalis de Carpo in prouincia Marchiæ Anconitanæ Legatus. Statuimus, & ordinamus supra dictam constitutionem ampliando, & extendendo, locum habere in
a notorijs [a] homicidis per publicam vocem, & famam, si certum est homicidium esse commissum per talem, & publicè dicatur illum fuisse bannitum, licet forsan bannum, vel illius scriptura non reperiatur.

GLO. CAP. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Quotuplex sit notorium.*
2 *Quod est notorium præsumptionis.*
3 *Quod est notorium iuris.*
4 *Quod est notorium facti.*
5 *Hoc notorium deprehenditur tribus modis.*
6 *Notorium facti actu transeuntis.*
7 *Notorium facti interpolati.*
8 *Notorium facti permanentis.*
9 *Super hoc notorio proceditur duplici via.*

a NOTORIIS] Vt sciatur q̃ dicatur homicida notorius, vidẽdum necessariò est, qđ dicatur homicidiũ notorium.
1 Propterea sciendum † est, quod aliud est notorium præsumptionis, aliud iuris, & aliud facti qđ notoriũ facti subdiuiditur, quia aliud est notoriũ facti actu transeuntis, aliud interpolati, aliud permanentis. Itẽ notoriũ facti aliud notorium

rium iudici & non alijs, aliud est notorium iudici & alijs, de quibus per ordinem videamus Norium † præsumptionis, est euidentia iuris vehæmentis præsumpta, vt est paternitas, vel filiatio,
8 q̃ contingit quando maritus & vxor vocant aliquem in suũ filium, nam tunc est præsumptio iuris, q̃ sit filius eorũ. c. per tuas, de probat. c. transmisse, qui fil. sint legit. quia filius is est, quem nuptie demonstrant. l. quia sp. ff. de in ius voc. l. filiũ ff. de his qui sunt sui vel alie. iu. item consanguinitas est notoria iuris præsumptio. c. 1. de diuor. & ista probationem non exigunt. c. euidentia, de
9 accus. Notorium † iuris est illud crimen, de quo quis condẽnatus est, vel in iure confessus. d. c. euidentia. l. ingenuum. ff. de sta. hom. l. res iudicata ff. de reg. iu. dũmodo in iure confessus perseueret in sua cõfessione facta sine formidine tormentorum, alias autem non. Quidã tñ dixerunt, q̃ crimen, quod non probetur commissum, nunquam per cõfessionẽ vel sententiã põt fieri notorium, vt siquis confiteatur falsò se crimen, de quo agitur commisisse, vel si sit quis condemnatus de crimine, quod nunq̃ commisit. Sed dic q̃ licet falsò confiteatur, vel cõdẽnetur inique, tñ per illã confessionẽ vel sniam factã id habetur notoriũ iuris donec contrarium probetur, vel ostendatur. l. 1. C. de conf. c. fi. eo. & statur sententiæ, donec eius iniquitas detegatur. c. 1. de re iud. l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. c. in præsentia, de appel. & tale crimen habetur notorium iuris non facti, & contra ipsum probatur contrariũ, si in dubiũ reuocetur, & q̃s appellãs auditur. c. romana. §. si aũt, de appel. lib. 6. quidã ẽt dixerũt, q̃ notoriũ iuris illud erat crimen, qđ per testes erat probatũ, ita quod ex eo posset cõdẽnatio sequi. l. fi. C. de prob. l. gesta. C.
4 de re iud. Notoriũ † facti habetur id crimẽ in quo fama suũ præbet adminiculũ, & ita protestatur ipsa enidẽtia rei, q̃ se præbet & exhibet conspectui oũm hoũm, vel maioris partis alicuius loci, vt nulla posset tergiuersatione celeri. c. tua, & c. vestra, de cohab. cler. & mul. Et põt colligi & deprehendi tale notoriũ facti sup quocunq; crie trib.
5 modis. † Primo mõ ex multitudine gentiũ pñtiũ, tot. n. debẽt esse pñtes, q̃ eorũ pñtia crimẽ faciat esse notoriũ, nam paucorũ pñtia, puta duorũ vel trium vel quinq; crimen non facit esse notoriũ, licet duo si inducantur debent probare notoriũ. l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog. c. bonæ, de elec. tñ vt eorũ dictũ valeat, debẽt probare sm quosdam, q̃ viderũt crimen de quo testificantur cõmitti de die & in loco publicõ, & q̃ tot hoẽs erant pñtes, qui videre similiter potuerunt, q̃ crimen notoriũ factum fuit, aliàs non probarent crimen esse notoriũ, nec ob eorũ testiũ dicta reus esset dãnandus, quia si non probaretur vel non constaret crimen esse notoriũ, non valeret processus inordinatus. l. prolatã. C. de sent. & interl. om. iu. Alij vero dñt, q̃ testes debent sufficere, si probẽt

alterũ duorũ, vel crimen fore notorium, vel se vidisse illud cõmitti. Vtraq; tñ opinio saluari põt
7 scđm Gãd. de malef. tit. quo. de malef. q̃n crim. est no. Pri. opi. posset habere locũ, q̃n in probationibus notorijs procedit ad alicuius peritionẽ. Scđa vero q̃n iudex procedit ex mero officio quærẽdo an crimen sit notoriũ. Quidã tñ dixerunt, q̃ requiritur notitia totius viciniæ, & q̃ omnes crimẽ fore cõmissum proclamẽt. 2. q. 1. §. scelus. Alij dixerũt sufficere notitiã maioris partis viciniæ. c. cõstitutus, de purg. cano. alij ẽt dixerunt sufficere pntiã decẽ hoĩum, nã decẽ hoẽs faciunt collegiũ. l. Neratius. ff. de verb. sig. qđ nihil est dicere scđm eundẽ Gand. q̃a eadẽ rõne sufficerent tres. c. nostri, đ elec. Tu vero dicas, q̃ arbitrio iudicis committitur, quot hoẽs faciant notoriũ, cũ hoc non sit in iure expressum. l. 1. ff. de iu. del. c. de causis, de off. del. Scđo loco deprehẽditur notoriũ facti ex qualitate loci, vbi crimen sit cõmissum (vt puta) quia in loco publico, nã si in occulto nõ fieret notoriũ seu publicũ. §. atrox, inst. de iniu. l. aut facta. ff. de pœn. Tertio deprehenditur notoriũ ex tpis qualitate, vt si crimen fuerit die cõmissum, q̃a si fuerit cõmissum nocte nõ pñt hoẽs ita bene videre vbi lumen non est. c. consuluit, de off. del. d. l. aut facta
6 §. tps. Notoriũ † facti actu trãseuntis est, qđ semel ita notoriũ factum est, qđ nulla põt tergiuersatione celari, qđ tamẽ factũ ex quo ita semel publicè actũ fuit, reiterationẽ non habuit, & hoc mõ dicitur CHRISTVM passum fuisse in cruce, sed hoc verum est, si ijdẽ hoẽs viuerent, aliàs aũt non est no
7 toriũ, sed fama de facto ꝓteriro. Notoriũ facti † interpolati dicitur, qđ sic fit publicè, qđ tergiuersatione celari nõ põt, qđ quidẽ sæpius iteratur nõ tñ continuè, quale est crimen, qđ in loco publico & in die sub multorũ pñtia cõmittitur. Notoriũ actu permanentis est crimen, qđ habet continuationẽ facti, sicut cũ aliquis manifestè in carcere continetur, vel si quis tenet publicè concubinam in domo mẽsa & lecto, de quo notorio habemus in c. dilectus filius. c. licet autem iudex, de appel.
8 Tamẽ super hoc † notorio potest duplici via procedi. s. per inquisitionem ex officio suo, vt inquirat, an dictũ crimen sit notoriũ, vel etiam potest procedere alio hoc crimẽ denũtiante, & causam prosequente, & probare volente hoc crimen fore notoriũ, & quocunq; mõ procedet, non est ordo iuditiarius seruandus, q̃a in talibus ordinẽ seruare, est eius ordinẽ puertere spec. ti. de no. crim. & ibi Io. And. Gand. vbi supra de alijs iudicijs indubitatis vide apud eundẽ Gãd. q̃ optimè loquitur ti. de pñsump. & ind. indu. Bal. in sua pra. tit. đ pb. cir. qst. q. 17. old. cõs. 192. Paul. de Castr. cõs. 197. lib. 1. Alex. consi. 15. lib. 1. consi. 14. lib. 3. Capol. consi. 32. Aret. cõs. 163. Ferret. consi. 31. Bost. tit. de denunt. & tit. quo. proced. in crim. notor. Iul. Clar. in §. fi. q. 9. Carrer. in sua pra. in prin. vers. 2. casus vbi multa ad propositum notorij cõgerit.

DE POENA ELIGENTIVM, & assumentium aliquem imperatorem, vel principem, seu potestatem in terra Ecclesiæ. Cap. XXXVII.

a DE PROFVNDO diuinæ dispositionis consilio noscitur pro statu fidei, & fidelium ordinatum, q̃ sacrosancta [a] Romana Ecclesia in congregatione, ac præpositura ipsorum fidelium tẽporalibus nõ careret auxilijs, sed potius adiuuata fidelibus, semper proficeret incrementis: & ex inde non absque miraculis fulgentibus ex
b titit subsecutum, q̃ per monarchas [b] mundi temporalium principes, [c] illuminatos
c splendore fidei à superna clementia eo deuentum extitit, vt non solũ in vrbe vtriusq;
d potestatis [d] monarchiam esse apud Romanos Pontifices censeretur, sed etiam plurimarum aliarum prouinciarum, & terrarum Italię, & maxime prouincię patrimonij beati Petri in Thuscia, cum ciuitatibus Reate, Narniæ, & Iterannæ, & comitatus Sabinensis prouinciæ Campaniæ, & prouinciæ maritimæ, prouinciæ ducatus Spoletani, prouinciæ Marchiæ Anconitanæ, cum Massa Trabaria, ciuitatis Vrbini, & cõitatus quõdam ipsius, & terræ S. Agathæ, & ꝓuinciæ Romadiolæ, regimen, & dñium plenum in ueniatur apud eandem ecclesiam, & Rom. Pont. constitutum, quod cupientes inconcussum perpetuis tp̃ib⁹ obseruari, & nullis fluctuosis procellis, aut superborum ventorum turbinibus agitari, hac constitutione Deo propitio in perpetuum valitura statuimus, vt in dictis prouincijs, aut in terris Ecclesiæ, vel earum aliqua nullo vnquam tpe aliq̃s Imperator, Princeps, Marchio, dux, comes, aut baro, vel ipsorum, aut alicuius ipsorum frater, filius, vel nepos, vel quiuis alius nobilis, notabilis, potens, vel vniuersitas ciuitatis, castri, seu villæ per se, vel aliã personam submittendo quomodolibet in rectorem, potestatem, capitaneum, defensorem, conseruatorem, custodem, vel officialem cuiuscunque nominis, aut tituli, vel dominij nominetur, eligatur, seu assumatur, vel electus, aut assumptus retineatur absq; Sedis Apo. licentia speciali cõcessa, aut per ipsius sedis literas, concessionem licentiæ hmõi specialiter exprimentes, q̃ si secus factum fuerit, nominationẽ, electionem, & assumptionẽ hmõi decernimus esse nullas: & non solum nominatores electorum, & assumptorum, verum etiam nominati, electi, & assumpti, si huiusmodi nominationi, & electioni consenserint, aut se quomodolibet de ipsis intromiserint, intendentes & obedientes eisdem: & ad hoc dantes ipsis nominatoribus, electoribus, vel assumptoribus, aut nominatis, electis, & assumptis auxilium, consilium, vel fauorem publicè, vel occulte cuiuscunq; dignitatis, præeminentiæ, conditionis, aut status extiterint: & etiam priores, antiani, & consiliarij, qui prædictis consenserint, vel præsentes fuerint, & nõ contradixerint, ac pro posse non restiterint, eo ipso excommunicationis sententiam incurrant, & nihilominus cõtrafacientes in prædictis, vel aliquo prædictorum priuamus in perpetuũ omnibus feudis, priuilegijs, libertatibus, & immunitatibus, gratijs, & honoribus, quæ à prædicta, & alijs tenent ecclesijs, ita q̃ illis ad quos eorum collatio, concessio, seu dispositio pertinet, resumendi ea, retinendi, seu conferendi alijs, aut de ipsis etiam disponendi (prout ad eos pertinet) liberã habeant potestatem: & eorũ contrafacientiũ bona alia Cameræ Romanæ Ecclesiæ confiscamus. Communitates contrafacientes in duobus millibus florenorum auri: singulares autem personæ in trecentis florenis auri penitus puniãtur. Præcepta quoq;, mandata, ordinationes, & statuta, quæ sic nominati, electi, aut assumpti fecerint, vel cũ eorũ auctoritate facta fuerint, & sententias oẽs, quas tulerint, & contractus, quos prætextu officij fecerint, nulla, & irrita nunciamus, iudices vero, & tabelliones, qui super his, aut eorũ aliquibus cõtra pñtes constitutiones editas patrocinari, vel instrã cõficere forte pñsumpserint, iudicatus, & tabellionatus officijs deceirnmus esse priuatos, non obstantibus ad prædicta, vel aliquod p̃dictorũ aliq̃bus statutis, cõstitutionibus, ordinamẽtis aut cõsuetudinib⁹ q̃buscũq;.

GLO. CAP. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Sacrosancta quæ dicatur.*
1 *Siquis violauerit muros capite punitur.*
3 *Cicero reprehendit Romulum fratricidam.*

SACRO-

2 1 SACROSANCTA] emphasim † habet duplicati verbi, significans id qđ sine inexpiabili scelere violare nemini prorsus liceret. Vnde propriè dicebatur institutum iureiurãdo? Festus lib. 18. vt qui violaret morte pœnas penderet, exemplũ est apud Pomp. in l. fi. de rer. diuis. Siquis † (inquit) violauerit muros capite puniatur, quam legem iniquè à Romulo obseruatam dixit Cicero li. 3. off. dum ait, At in eo Rege † qui Vrbem condidit. species vtilitatis omnium impulit eius, cui cum visum esset, vtilius solum se quàm cum altero regnare, fratrem interemit, omisit hic & pietatem, & humanitatem, vt id quod vtile videbatur (neque erat) assequi posset, & tamen muri causam opposuit, nec probabilẽ nec satis idoneam. Hinc Marcus Cato dixit Aedites sacrosanctos esse, sic sacrosancta ecclesia, C. de sacros. eccl.

SVMMARIVM.

1 *Monarchia est Principatus vnius.*
2 *Tyrannis quomodo processerit.*

b 1 MONARCHAS] Monarchia † est Principatus vnius administrantis remp. ad vtilitatem communem. Hac politia vsi sunt Romani primo & postremo tempore, inde factæ sunt constitutiones decreta, seu placita Principũ quæ sunt in C. & in libris nouellarum. Hæc politia † cũ degenerat (hoc est) cũ ad propriam vtilitatem tendit, nihilq; administrans quærit aliud quàm suis adfectibus deseruire, tunc conuertitur in tirannidem non tam regni quàm regis vitio, vt dicit Cicero. Tales aliquando orbi dedit, vt interim reipsa cognoscerentur boni Principes, qd. n. aduertissent Romani, & quod posteritas recordaretur Octauium Augustũ fuisse optimum moderatorem, nisi Neronem quoque pessimum recordati fuissent.

SVMMARIVM.

1 *Princeps à Deo constitutus est.*
2 *Octauianus pater † patriæ à senatu salutatus.*
2 *Italia pp Principis absentiã à barbaris deuastata.*
4 *Septemuiri Imperatorem eligunt.*

c 1 PRINCIPES] Princeps † à Deo ipso constitutus est. Nam historiæ veritas sic habet. Cum Gneus Pompeus, & Iulius Cæsar feliciter bellis gestis, magnum haberent exercitũ, ac tunc de occupanda rep. meditarentur, ciuile inter eos bellum dominandi cupiditate cæpit. Tandem Pompeus repudians omnes à Cæsare oblatas pacis conditiones, in Græcia victus, & fugiens in Aegypto occisus est. Cæsar autem Romã rediẽs rerum omniũ potitus noluit Augustus aut Princeps salutari, sed dictatorem se fecit, vt in initijs ad huc sanguinolentis mitigaret regnandi suspitionem. Tandem à Casio, & Bruto in curia Pompei 23. vulneribus est occisus. Post mortẽ Iulij Cæsaris resp. Romana sub Triumuiris mirum in modum conquassata est, donec solus rerum potiretur Octauianus † postea Augustus, & pater patriæ à Senatu salutatus, is romanã ditionem tranquillitati restituit, vt aurea tunc secula dicerentur, & merito. Nam post consulatum eius duodecimum natus est Dei filius IESVS CHRISTVS salutis nostræ Princeps & autor de Virgine Maria Caio Lentulo, Gettulico, & Marco Messalino consulibus. Deinde cum status Rom. reip. ad Monarchiam esset perductus, euenit vt electio Cæsaris aliàs ex autoritate senatus (sicut iure debuit) procederet, aliàs ab exercitu vel inuito senatu Imperator salutabatur, & aliquãdo magna clade. Ideoq; tandem agente exercitu in Græcia & Imperatore sine consensu Senatus exclamato cepit Imperij sedes eò transferri multum infeliciter tempore Constantini Magni Romana interim
3 Vrbe atq; tota propemodum Italia † propter absentiam Principis incursu barbarorum deuastata. Nouissime tempore Leonis IIII. Pontificis Imperium Constantinopolitanũ ad Frãcos translatum est, ac Carolus Magnus tunc Augustus designabatur. Ne autem imposterum de electione nasceretur discordia vice Senatus Romani Septemuiri † (hoc est) septem electores perpetui constituti sunt (videlicet) Rex Boemorum, Archiepiscopi tres, Maguntinensis, Treuirensis, & Coloniẽsis, Principes item tres Comes Palatinus Reni, Dux Saxoniæ, Marchio Brãdeburghensis. Quo statu (Deo ita volente) nos hodie vtimur, & de Imperatore vide amplum tract. Restauri Castaldi.

SVMMARIVM.

1 *Apud ecclesiam esse vtrunque gladium.*
2 *Coronatio in Magnum Aetruriæ Ducem Cosmi Medicæi à Pio V.*
3 *Potestatem secularem à Deo in Petrum & successores translatam.*

d POTESTATIS] Sed vide extrauag. vnam sanctam de maiore obed. in com. quæ decidit generaliter apud Ecclesiam † esse vtriusq; gladij potestatem, vt merito in dubium reuocari
2 non possit coronatio † Pij V. moderni Pontificis de Duce Cosmo Medicæo facta in Magnum Aetrurię Ducem multis ex causis animum Pontificis mouẽtibus, vt legitur in eius motu proprio, hoc anno 1570. quicquid in cõtrarium senserint quidam Imperatoris adulatores. Ad cuius confirmationem vide tex. in c. venerabilem, de elect. & c. 2. de re iud. lib. 6. Et probat autoritas Saluatoris nostri ad Pilatum. † Non haberes potestatem, nisi tibi data esset desuper, in persona Cæsaris loquitur, cuius ipse Pilatus Minister erat, omnis. n. potestas à Deo est, quæ potestas in Petrũ & eius successores translata est, dũ illi dixit, tu es Petrus, & super hanc petrã ædificabo Ecclesiam meam,

& tibi dabo claues Regni Cœlorum iudiciariæ (scilicet) & spiritualis potestatis, Card. Alex. in c. cum ad verum. 96. dist. & vide Alcia. in epist. inter claras. C. de sum. Trin. & fid. cath. Restaurum Castaldum tract. de Imperatore. q. 50.

DE POENA OCCVPANTIVM aliquam terram Ecclesiæ, & vsurpantium iurisdictiones Ecclesiæ. Cap. XXXVIII.

OFFICII nostri cura nos excitat, vt subditorum remedijs, & defensioni eorum ac iurium, & iurisdictionum Romanę Ecclesię solicite intendamus: Statuimus itaque, ꝙ nullus cuiuscunque status, & conditionis existat, ciuitates, castra, & terras Ecclesiæ per violentiam, proditionem, furtum, seu quocunque alio modo in uitis, aut nolentibus ipsius terræ incolis, vel habitatoribus, aut aliqua parte ipsorum per tyrannidem[a] occupare, vel occupata tenere, aut ad sic occupandum, vel tenendum præstare auxilium, consilium, vel fauorem, aut inde expellere aliquam partem, seu aliquos homines: nec etiam audeat in aliqua dictarum terrarum dominium, iurisdictionem, aut præeminentiam, aut tyrannidem assumere: aut ꝙ prædicta, vel aliquod prædictorum fiat mandare, tractare, operam dare, præstare auxilium, consilium, vel fauorem: & terras, & loca sic occupata quilibet occupans, vel occupata detinens, restituere, & liberè demittere infra vnum mensem rectori prouinciæ pro Ecclesia teneatur: ꝙ si secus à quocunque fuerit attentatum, contrafacientes vt reos læsæ Pontificiæ maiestatis,[b] & rebellionis puniendos, necnon pœnas contra reos læsæ prædictæ maiestatis, & rebellionis à iure statutas ipso iure, & facto decernimus incurrisse: ipsi etiam, & eorũ posteri[c] in perpetuum in terris Eccl. ad nullum officium, & beneficium admittantur, sed potius sint ipso iure excluſi: sint etiam inteſtabiles:[d] & processus, & gesta per eos, & contractus quicunque initi cum eisdem, & per eos in ipsorum commodum ipso iure sint nulli: priuilegijs, & beneficijs, quæ obtinere à Romana Ecclesia, dignoscuntur, sint ipso iure priuati: ipsoq; omnes, & singulos pœnas cõtentas in constitutione Papali (incipiente, Dierum crescente malitia) incurrere volumus ipso facto. easdem pœnas omnes, & singulas communitates, & terras, quas sic occupatas detinent, decernimus incurrisse ipso facto: adijcientes in detestationes talis criminis scelerati, ꝙ ipsi, ipsorũq; bona, & homines deterris præfatis possint vt hostes Romanæ Eccl. & Imp. Ro. liberè, & impunè offendi, vel capi, & capientium serui[e] efficiantur, quos quilibet capiens valeat venundare. Qui autem sint tales, de quibus supra scribitur, delinquentes, probare sufficiat per decem testes idoneos deponentes de forma, etiam sine causa scientiæ, concurrentibus etiam talibus, qualibus alijs saltem coniecturis: vel ꝙ tales communiter reputentur, & de prædictis omnibus, & singulis iudex maleficiorum possit, & debeat inquirere ex mero officio, ad denuntiationem cuiuscunque personæ, & nihilominus ipse iudex maleficiorum singulis sex mensibus teneatur dictam constitutionem per suas literas notificare[f] omnibus communitatibus terrarum, & locorum, & officialibus eorundem: & eisdẽ mandare sub dictis pœnis, ꝙ dictam constitutionem legi faciant, & vulgarizari in publico parlamento, vel saltem in consilio generali. Præsenti quoq; constitutione præcipimus omnibus, & singulis ciuitatibus, communantijs, & singularibus, & specialibus personis, sub debito fidelitatis, quo Romanæ Ecclesiæ tenentur, ꝙ nulla ciuitas, commanantia, vel singularis persona audeat recipere aliquam ciuitatem, castrũ, vel villam in sua defensione, cura, protectione, seu recõmendatione, seu alio quouis modo quocunque colore quæsito sub sua iurisdictione, vel alia defensione: seu aliquam obligationem, vel promissionem, vel confœderationem cum eis faciat, componat, vel contrahat sine rectoris prouinciæ licentia speciali. Nos enim omnes subiectiones, obligationes, & promissiones huiusmodi quascunque, & sub quocunque colore, vel nomine olim factas, seu quæ imposterum fierent, vel præstari contigerit, cassamus, irritamus, dissoluimus, & cassas, irritas, & dissolutas nunciamus, & ad eorum obseruantiam decernimus quoslibet non teneri, nec obligari.

Com

Cõmunitates vero, quæ imposterum contra istam constitutionem, & contenta in ea fecerint, vel fieri fecerint, vel in talibus præstiterint auxiliũ, & consilium, vel fauorem, in decem millibus florenorum auri condemnamus: alias vero personas speciales in quingentis florenis auri cõdemnamus: & sint, & esse intelligantur priuatæ omni iurisdictione, priuilegio, beneficio, libertate, & immunitate, quam obtinere noscuntur à Romana Ecclesia, & à nobis, & à nostris prædecessoribus, & quibuscunque legatis, & officialibus Ecclesiæ. Potestas vero, rector, consiliarij, & officiales, qui in his delinquentes fuerint, sint suis officijs priuati, & salaria eis debita, siue promissa occasione sui officij, nullo modo soluantur eis, sed Cameræ Romanæ Ecclesiæ sint confiscata ipso facto: & per camerarium ipsius terræ retineantur, & thesaurario soluãtur. Nullus autẽ iudex, vel notarius prædictis interesse præsumat, nec instrumentum publicum, vel aliam scripturam de prædictis, vel aliquo prædictorum scribat, dictet, seu dictari faciat sub pœna præstiti sacramenti, & priuationis notariatus, seu officij, & suæ dignitatis, & ꝙ potestas, iudex, seu quius officialis, cuius tempore actum fuerit aliquod de prędictis in aliqua terrarum Ecclesiæ ad nullum officium vllo tempore admittatur. Et nihilominus communitates, terras, seu vniuersitates, ciuitates, quæ contra prædicta vel aliquod prædictorum fecerint, ecclesiastico interdicto: officiales vero, & speciales personas sententiæ excommunicationis (quas pœnas eo ipso incurrant) decernimus subiacere: & omnibus priuilegijs, indultis, honoribus, iurisdictionibus, libertatibus, & immunitatibus, quæ à Romana Ecclesia, vel aliunde pertinere noscuntur, sint eo ipso priuati. Item iurisdictionem Romanæ Ecclesiæ seruare cupientes, sancimus, quòd nullus potestas, capitaneus, iudex, vicarius, vel quiuis officialis alicuius ciuitatis, communantiæ, castri, vniuersitatis, vel villæ procedat, cognoscat, seu condemnet aliquem ad mortem, vel membri mutilationẽ, vel ad aliam pœnam personalem occasione alicuius maleficij, vel excessus, qui diceretur per ipsum commissus: de quo ipsa ciuitas, communantia, castrum, vniuersitas, vel villæ, non haberet priuilegium ab Ecclesia Romana procedendi, cognoscendi, & condemnandi, nec iurisdictionem Romanæ Ecclesiæ aliquo modo, ingenio, colore quæsito vsurpet, vel vsurpare faciat, contrafacientes vero, vel fieri facientes, vel mandantes, si ciuitas, cõmunantia, castrum, vniuersitas, vel villa ecclesiastico interdicto: si singularis persona excommunicationis sententiæ ipso facto volumus subiacere, & nihilominus omnibus priuilegijs, dignitatibus, iurisdictionibus, & officijs, beneficijs, libertatibus, honoribus, & immunitatibus, quæ à Romana Ecclesia, vel aliunde habeant, vel habere noscuntur, priuentur: & tales processus, & sententiæ nullius sint valoris, vel efficaciæ: sed exnunc cassamus, & irritamus, & de libris tolli, & cassari mandamus. Insuper si qua terra, vel communitas (cui non licet, vel est prohibitum eligere, vel assumere) fecerit, aut elegerit per se, vel alium potestatem, aut rectorem, aut capitaneum, iudicem, seu vicarium, vel notariũ, vel alium officialem quocunque nomine censeatur, aut habens ius eligendi, elegerit personam prohibitam per constitutiones nostras, vel per rectorẽ prouinciæ ipsam electionem, nominationem, vel assumptionem cassamus, & irritamus: & cassatas, & irritas nunciamus, communitasque, quæ contrafecerit, vel fieri fecerit, in trecentis florenis auri puniatur. Eos vero sic electos, vel assumptos talibus regiminibus regendis si se ingesserint centum florenorum auri pœnę decernimus subiacere: & nihilominus officium ipsum dimittere teneantur, & processus facti per eos sint nulli, & irriti ipso iure.

GLO. CAP. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Inter tyrannidem & iustum Imperium olim nõ erat differentia.*

a 1 TYRANNIDEM] Quamuis olim inter † tyrãnidem & iustum Imperium nihil interesset, cum tyranni dicerentur domini & Reges, qui plenam haberent in subditos potestatem, quales erant plerunque viri spectatæ virtutis, vt apud Virg.

Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse Tyranni.

Tamen cum postea crescẽte hominum malitia vi quadam & ex animi libidine nõ vero iure & legibus plerique regna cepissent, ad eos tm tyranni nomen

nomen restrictum est, & quo magis patella dignum haberet operculum, quale fuit Imperium, talis erat subditorum amor & obedientia, exemplis scatent omnes historiæ.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læsæ maiestatis quod sit.*
2 *Non subditus non cõmittit crimen læsæ maiestatis.*

b MAIESTATIS] Crimen † est vbicunq;
1 quis cõtra Principem vel vrbem aliquid molitur, aut qui perfugit ad hostes vel illos iuuat qualicunque causa, scilicet armis consilio vel pecunia, vel qui subiectas prouincias nititur facere rebelles vel seditiones, aut bella mouet in ciuitate, vel qui prælatum magistratum vel Principem occidit, vel arma fert & occupat cõtra remp. hæc colliges per discursum toti tit. ad l. Iul. maie. Et
2 not. q nõ subditus † crimen læsæ maiestatis non committit, clem. pastoralis. §. rursus, de re iud. vbi Rex Ciciliæ Robertus non eo modo subfuit Henrico Imperatori, vt crimen læsæ maiestatis in eum commiserit. Et quia diligenter super tali crimine scripsit Hier. Gigas ad illum te reijcio, & vide Rot. Pedem. decis. 79. 80. 90. 94. & 138. & Iul. Clar. in §. læsæ maiestatis. Restau. de Impera. q. 118.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur posteri.*
2 *Munerum vacatio concessa liberis & posteris, intelligitur de illis, qui sunt eiusdem familiæ.*

c POSTERI] dicuntur † qui vltra trinepotes
1 sunt vsque in infinitum defendentes. l. fin. §. parẽtes. ff. de grad. aff. Maligna fuit igitur illa Caligulæ interpretatio, quo posterorum nomen ad filios coartabat, negans vltra hunc casum debere posteros intelligi, quemadmodum Suet. in Caligula. c. 38. scribit. Cæterũ munerum † vacatio con
2 cessa liberis & posteris alicuius, ad eos duntaxat pertinet, qui eiusdem familiæ & nominis sunt. l. vacatio. ff. de mun. & hon. & tutores posteris dati omnes liberi veniũt. §. fi. inst. qui test. tu. da. pos.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur intestabiles.*

d INTESTABILES] vocantur † qui legũ pre
1 sidijs exortes sunt Horat. seru. 2. ex intestabilis & sacer esto. Vlp. in l. is cui. §. 1. de test. si quis ob famosum carmen damnetur, senatusconsulto expressum est, vt intestabilis sit. Ergo non poterit facere testamentum nec ad testimonium adhiberi. l. cum lege. ff. de test. cum quis intestabilis videtur esse eo pertinet, ne eius testimonium recipiatur, & eo amplius (vt putant quidam) neve ipsi dicatur testimonium, & Vlp. in l. lex Cornelia. ff. de iniu. Si cõdemnatus sit is, qui librum ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, & lege Cornelia intestabilis esse iubetur, de quo vere bo meminit etiam Aul. gel. lib. 7. noct. attic. c. 18. in fin. obseruandum tamen est, q intestabiles non omnes quoquo modo damnati vel infames intelligendi sunt, sed illi tantum, quos ipsa lex tales esse iussit, Viglius in §. testes, inst. de test. ord.

SVMMARIVM.

1 *Hæc constitutio in pœnam permittit seruitutem.*

e SERVI] permittit constitutio trasgressores
1 illius posse per quoslibet capi, & vt seruos retineri vel vendi, quod antiquatum est regulariter inter christianos, vt docet Bart. in l. hostes. ff. de capt. & postl. reuers. & profecto forma illius seruitutis prædura, vt homo & imago Dei brutis animalibus adnumeraretur, cõtra naturam erat. §. 1. inst. de iu. pso. Et dum meminit de quadam constitutione, incip. dierum, pat. infra c. 41. per Io. 22. emanata.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio ligat post duos menses, nisi Princeps vel lit contrarium.*

f NOTIFICARE] Not. q constitutio † li-
1 gat post duos menses a tempore publicationis, vt in auth. vt fact. nou. constit. coll. 5. nisi Princeps velit, q statim liget, & hoc quoad retractationem actus, secus quoad pœnam, hoc vult glo. not. in verb. exnunc, in clem. 2. de hæret. & & tenet Abb. in c. 2. de const. de quo per Bal. in l. leges. C. de legib. c. cum singula, de præb. lib. 6.

DE REBELLIBVS, ET INIMIcis Ecclesiæ, & præbentibus eisdem auxilium, consilium, & fauorem. Cap. XXXIX.

OMPERIMVS bonæ memoriæ dominum Bertrandum Episcopum Sabinensem, dum reformatoris officio in terris Ecclesiæ fungebatur, vt à rebellib⁹ sanctæ matris Ecclesiæ, & eiusdem officialib⁹ auferetur sæuiendi occasio, & in obdurata malitia persistendi prouidè statuisse, q quandocunque contigerit aliquam communitatem, seu vniuersitatem ciuitatis, castri, vel terræ aduersus Ecclesiam, seu officiales eiusdem quomodolibet rebellari, & propterea Ecclesia, seu officiales ipsius aduersus vniuersitatem huiusmodi in rebellionis spiritu permanentem spiritualiter, vel temporaliter per exercitum, vel aliter duxerit procedendum, nulla alia vniuersitas, vel singularis persona talibus rebellibus publicè, vel occultè, directè, vel indirectè

a indirectè aliquod præbeat[a] auxilium, præsidium, vel fauorem: decernens transgressores huiusmodi suæ constitutionis, si vniuersitas foret, subiacere ecclesiastico interdicto, & pœnæ trium millium florenorum auri: & iure eligendi potestatem, & omnibus priuilegijs, immunitatibus, & libertatibus, quæ à Romana Ecclesia, seu alijs ecclesijs obtineant, esse eo ipso priuat, si vero singulares personæ forent, eas excommunicationis sententiam, & pœnæ infamiæ, & mille florenorum auri, & perditionis priuilegiorum, immunitatum, & libertatũ, quas à præfatis ecclesijs obtinerent, incurrere voluit ipso facto, quam constitutionem vtilem reputantes, decernimus eam inuiolabiliter obseruari: extendentes eandem ad illos, qui communitatibus, baronibus, nobilibus, & alijs quibuscunque personis rebellibus præbuerint auxilium, præsidium, vel fauorem: & etiã ad eos ipsos, qui in ipsis communitatibus, vniuersitatibus, aut terris rebellibus, siue ab alijs quibuscunq; rebellibus assumerent, vel assumptum retinerent officium aliquod; potestariæ, capitaniæ, custodiæ, notoriatus, vel cuiuscunque alterius generis: vel ipsis rebellibus, aut alicui ipsorum huiusmodi officia concesserint, vel concedi consenserint, vt tales omnes pœnis subiaceant antedictis: & salario pro tali officio promisso constituto, seu consueto careant, quod salarium Cameræ Romanæ Ecclesiæ applicetur: & electio, vel assumptio sit nulla, & qnicquid fieret per electum, vel assumptũ huiusmodi prætextu talis officij non valeat ipso iure, & ne calumnioſa malitia, seu pernicioſa subtilitas quorundam subiectorum causam adinuenire possit super nominibus rebelliũ, & inimicorum Ecclesiæ, & præbẽtium eisdem auxilium, consilium, vel fauorem. Quid hæc nomina importent, declaramus illos rebelles intelligi, & inimicos Ecclesiæ, qui pro talibus fuerint ab Ecclesia, seu eius officialibus condemnati, aut publicè declarati, & illos, contra quos Ecclesia, vel sui officiales indicerent, seu fieri facerent exercitus, vel caualcatas, seu guerras hostiliter: & illos, qui cõtra Ecclesiam, vel eius officiales, & terras Ecclesiæ guerras mouerint, seu fecerint, aut talia facientibus præbuerint adiutorium, vel fauorem, auxiliatores autem, consiliatores, & fautores rebellium, & inimicorum Ecclesiæ, eiusq; officialium declaramus illos debere intelligi, qui ipsis rebellibus, vel inimicis præberent gentem aliquam equestrem, siue pedestrẽ, aut homines aliquos ad guerram, siue defensionem, aut custodiam, aut ipsos rebelles associarent in prædictis, aut assumentes ab eis, vel assumptũ, aut initiatum etiam ante rebellionẽ retinentes, vel exercentes aliquod officium, aut ipsis rebellibus concedentes aliquod officium, vel in concesso siue initiato etiam ante rebellionem retinentes, aut mittentes, portantes, præbentes, vel præberi facientes rebellibus arma, victualia, vel mercationes, vel res aliquas, aut eisdem molentes, vel molere facientes Blada, aut eisdem prbætes securitatem vel transitum per sua loca: aut eisdẽ destinantes literas, vel nuncios absq; speciali licentia rectoris prouinciæ, vel suorum officialium: seu capitanei guerræ pro Ecclesia, aut ab eis recipientes nuncium, vel literas: quem, & quas sine aliqua tarditate eidem rectori, aut capitaneo non præsentarent, vel facerent præsentari: aut cum ipsis rebellibus conuersarentur, vel eos associarent, vel eisdem quocunque alio modo cum stipendio, vel sine, seruirent, vel darent opere facto, vel dicto auxilium, consilium, vel fauorem, & qui sint tales declarationi, & interpretationi rectoris prouinciæ, & suorum iudicũ reseruamus. Insuper quia in qualitate, quantitate, modo, tempore, & personis rebellium, & hostium, & auxiliatorum, consultorum, & fautorum prædictorum magna potest differentia euenire, & secundum qualitates delicti pœnas deceat mẽsurare, statuimus q rector prouinciæ, siue ipsius iudex maleficiorum possit dictas pœnas augere, & minuere: & legales, & alias pœnas adijcere, aut imponere, prout inspecta qualitate delicti, & personarum, siue vniuersitatum, & perseuerantia in delictis, & alijs circunstantijs viderit conuenire. Quia rebellio auxilium, & fautoria, siue fauor prædicta non debent ab alijs delictis impunitatem, sed aggrauationem præstare, statuimus q in omnibus prædictis rebellibus, inimicis, auxiliatoribus, & fautoribus pro omnibus, & singulis delictis alijs, rebellione, auxilio, & fautoria

duran-

durantibus,& donec ad mandata Ecclesiæ cum effectu redierint, commissæ pœnæ pecuniariæ duplicentur: & aliæ pœnæ arbitrio iudicis aggrauentur: alijs pœnis per constitutiones speciales in dictis casibus, & quolibet ipsorum statutis in suo statu, & robore duraturis.

GLO. CAP. XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Lex requirens fieri ab aliquo debet doceri de eius scientia.*

2 *Lex prohibens loqui cum rebelle intelligitur in præiudicium regiminis.*

a PRAEBEAT] And. Barba. in c. cũ vicesimum, de off. del. ponderat illum tex. in versi. scienter, ad hoc, ꝙ vbi lex † vel statutum requirit ꝙ actus fiat ab aliquo, debet libellari de scientia & probari, & dicit, ꝙ Bononiæ fuit facta quædam reformatio, ꝙ loquens cum rebelle puniatur pœna mortis, fuit inquisitum, ꝙ quidam cum rebelle locutus fuerat, quare potestas volebat illum decapitare, & consuluit ad instantiã Cardinalis Quatuor Canonatorũ Legati Bononiæ, ꝙ non debebat decapitari, immo absolui ex eo quia in illa inquisitione nõ fuit probatum ꝙ sciens illum rebellẽ, &c. Et aliud dicebat ꝙ illa † reformatio intelligitur quãdo loqueretur cum rebelle in præiudicium regiminis, alias secus, allegat tex. sing. in l. 1. ff. ad l. iul. ma. & dicit ꝙ ille fuit liberatus vide eum: qui pulcrè loquitur, allegat multa iura hanc not. teoricam probantia, & vide tex. in c. 2. de hæret. lib. 6. vbi præstãs opem hæretico scienter debet puniri sed debet probari & articulari de scientia.

DE POENA FACIENTIVM guerras, & exercitus, vel caualcatas, & facientium ad id apparatum aliquem, vel congregationem gentium. Cap. XL.

PRo excellenti dono pacis, quod Dominus noster IESVS CHRISTVS pro hæreditate preciosa reliquit, & p discipulos suos vniuersis annunciari constituit, studijs omnibus solicitis conseruando legumlatores, & præsertim Romani Põtifices, & officiales Ecclesiæ in præfatis prouincijs tam prouidè, quàm vtiliter diuersimode laborarunt. Et quia talis quietis tutela non potest commode fieri, nisi guerrarum motores (qui tanquam lupi rapaces, sitientes facultates, & sanguinẽ aliorum) ab eorum pernicios is conatibus arceantur, super hoc inuenimus multas constitutiones, & varias promulgatas: inter quas illam editam per fœlicis recordationis dominum Ioannem Papam XXII. incipientem, Ad hoc dignoscitur media, &c. quam supra in præcedenti capite interseruimus serioſe, alias vero constitutiones per diuersos officiales, licet fideliter editas, quia tamen varias, & prolixas, & in partibus earum superuacuas, resecatis superfluis, cõtrarijs, & inutilibus, in vnam constitutionem præsentem cum aliquibus declarationibus & additamentis duximus redigendas. Ordinãtes, & districtius prohibentes, ꝙ nulla gens armigera, equestris, vel pedestres ad guerrã, seu prædationem dispositа, nulliq; stipẽdiarij, equestres, vel pedestres, seu ad stipendia morari consueti pro guerris, audeat cum stipendio, vel sine, intrare prouincias, vel terras Ecclesiæ absque Sedis Apostolicæ, vel legati, vicarij, aut rectoris prouinciæ pro Ecclesia, aut eorum locumtenẽtis (cuius iurisdictionis terras) vel terram vellent intrare, licentia intrare, vel promissiones facere de intrando, nec de stãdo ad seruitium[a] alicuius potentis nobilis, aut alterius singularis personæ de dictis locis, vel aliunde, dicta loca pro guerra, vel prædatione intrare, vel inuadere volentis: nec aliqua communitas, vel singularis persona de dictis locis audeat aliquos stipẽdiarios, vel gentem alienam, vel de prouincia congregare, vel firmare, aut tenere cum stipendio, vel sine, ad guerram actam, siue dispositam, & sub colore custodiæ terrę, aut suæ personæ: nec aliquam gentem in dictas prouincias, & terras Ecclesiæ, aut aliquam ipsarũ ad guerram dispositam introducere, receptare, aut aliàs quomodolibet directè, vel indirectè præbere auxilium, consilium, vel fauorem, nec aliquis de tali congregatione fieri audeat, vel ei cõgregationi modo aliquo interesse absque Sedis Apostolicæ, vel legati, vel rectoris, aut locumtenentis (vt prædicitur) licentia speciali. Nec sine prædictorum licentia, siue mandato guerram, siue

a

ue guerras, caualcatam, prædationẽ, exercitum, aut guasta hostiliter facere aut obsidionem aliquam, aut captionem personarum, vel bestiarum, aut aliarum rerum hostiliter, siue per modum guerræ facere, seu fieri facere, & qui contra prædicta, vel aliquod prędictorum fecerit, aut fieri fecerit, aut facienti auxilium, consilium, vel fauorem dederit, omnes, & singulas pœnas contentas in dicta constitutione papali incurrere volumus ipsofacto. Et nihilominus prædicti guerram mouentes, aut congregationem gentiũ facientes, pœnis legalibus se nouerint subiacere: & omnibus, & singulis pœnis à iure proditis contra committentes crimen læsæ maiestatis, & perduellionis. Volumus etiam, & districtius inhibemus, ꝙ nulla communitas, officialis, aut singularis persona ad stipendium, vel gratis, aut quomodocunq; teneat, vel sumat, etiam sub custodiæ velamine, vel quomodocunque stipendiarios aliquos à sua terra, nisi prius illorum nomina, & cognomina rectori in scriptis exhibeat: & super his ab eodem rectore licentiam obtineat specialem. Quamprohibitionem ad familiares proprios, quos quis de suo proprio, & suis expensis, vel pro officio licito, secundum morẽ consuetum & debitum absque fraude tenuerit, decernimus non extendi, cõtrafacientes autem pœnis prædictis volumus subiacere.

GLO. CAP. XL.

a SERVITIVM] Quidam ex nostris anno 1564. ingressi arcem Matelicę requisitione Ill. Antonucij de Ottonibus diu in carcere mansere Camerini ille capite trancatus. ipsi luerunt pœnã pecuniariam in quãtitate notabili maximo cuiusdam nostri ciuis detrimento, cuius præcibus illuc si contulerunt, & ipsa arx destructa fuit vide supra lib. 2.

DE NON FACIENDO CAualcatam, vel etiam cursum sine licentia rectoris: & non expellendo aliquem de terra propria. Cap. XLI.

IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei ad certitudinem præsentium, & memoriam futurorũ. Ad hoc dignoscitur media interdiscordes iustitia constituta, vt nemo dicere[a] sibi ius audeat: nemo ipsius iustitiæ transgredi limites inordinata voluntate præsumat: sed quod sibi credit alter aduersus alterum forte competere, coram iudice iustitiæ retinendæ prosequatur. Nouimus etenim, quòd dierum crescente malitia, sic assueta nequitia malorum mentes hominum deprauantur, ꝙ in apertam prosilire violentiam non timentes, sepius alter insurgit in alterum: & alius quod aduersus alium existimat se fortassis habere, vijs pacificis, & iuris ordine prætermissis, violentis conatibus obtinere præsumunt. Inter alias vero, qui ad hoc feruenter inducuntur indomita voluntate, nonnulli de nostra Marchiæ Anconæ prouincia ad huiusmodi prosilire conatus per motus effrenos, audaces non verentes, ipsius prouinciæ statum sæpe turbant pacificum, periculosis in ea non absque dispendijs animarum fidelium stragibus, & bonorum detrimentis, iniurijs, scandalis suscitatis. Nos igitur, qui prouinciam ipsam quadam singulari affectione diligimus, & tanquam recreationis nostrę pomerium paternæ benignitatis oculis intuemur, cupientes in illa turbationibus, & scandalis, quibuscunque remedij nostri approbatione subductis, bonum pacis, & concordiæ non lædatur, ad debitum, & cõgruum reputantes, vt talium sic compescatur audacia, ꝙ à violentijs retrahantur: vniuersis, & singulis tam laicis, quàm clericis cuiuscunque status, ordinis, vel dignitatis existant: communitatibus quoque, baronibus, potestatibus, capitaneis, & alijs quibuscunque officialibus, & inferioris gradus personis, necnon communitatibus, ac vniuersitatibus ciuitatum, terrarum, castrorum, & aliorum quorumcunque locorum in prædicta pro-

prouincia consistentium, auctoritate præsentium districtius inhibemus, & mandamus expresse, ne ipsorum aliquis contra alium sibi ius dicere, aut guerram, vel exercitum, seu caualcatũ (nisi de licentia rectoris prouinciæ supra dictæ) per se, vel alios facere, vel mouere per hostiles incursus, seu violentias occupare, inuadere, vel etiã retinere: seu aliquem de domo propria, seu ciuitate, castro, vel loco expellere, capere, seu, tenere, siue in vindictam, vel vltionem aliquam prosilire quauis causa, vel occasione præsumat, sed quilibet ius suum per viam iustitiæ coram competenti iudice prosequatur. Nos enim omnes, & singulos tam clericos, quàm laicos contra inhibitionem, & mandatum huiusmodi (postquam illa ad notitiam peruenerint eorundem, vel per eos steterit, quominus potuerit peruenire) facientes, nisi in casibus à iure permissis, [b] sententiam excommunicationis, & insuper eosdem clericos suspensionis pœnam incurrere: ac prædictorum castra, terras, loca, & communitates, & vniuersitates prædictorum, si contra huiusmodi inhibitionem, & mandatum nostrum venire præsumpserint, ac dictorũ clericorum ecclesias (qui facere contra prædicta forsitan attentabunt) interdicto ecclesiastico subiacere volumus ipso facto: omnesq; prædictos, & singulos omnibus priuilegijs, indultis, gratijs, libertatibus, & immunitatibus realibus, & personalibus, & feudis, locationibus, bonis, iuribus, & honoribus, officijs, & quibuscunque concessionibus, quæ à Romana Ecclesia, & à quibuscunq; alijs ecclesiasticis obtinere noscuntur, eo ipso fore priuatos. Et nihilominus omnes, & singulos comites, barones, nobiles, potestates, capitaneos, officiales, ac communitates prædictas mille marcarum argenti vnamquanque personarum ipsarum, quæ contra inhibitionem, & mandatum nostrũ huiusmodi facere, vel venire præsumat, ducentorum florenorum auri (quam eo ipso incurrant) pœna multamus. Contra clericos prædictos ad priuationem omnium beneficiorum ecclesiasticorum, dignitatum personatuum, & officiorum cum cura, vel sine cura: quæ forsitan obtinerent, ac ad reddendum eos inhabiles, & indignos ad ea, & quælibet alia obtinenda imposterum processuri. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, voluntatis, priuationis, & multationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indigationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Auinione decimo cal. Ianuarij anno sexto.

[b] PERMISSIS] quos vide not. in l. 1. & 2. C. quando lic. sine iud. se vind. & in l. ait Prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. Rip. post alios, in c. 1. de iud. vbi eleganter loquitur, & vide extrau. Io. 22. cum gl. Zenzel. tit. de pœn.

GLO. CAP. XLI.

SVMMARIVM.

1 *Nemo sibi debet ius dicere.*

a 1 [a] DICERE] Calistr. in l. 13. tit. ff. quod met. caus. refert, q̃ extat edictum diui Marci in hæc verba. Optimum est vt si quas putas te habere petitiones actionibus experiaris. Et cum Marcianus inde diceret vim nullam feci. Cæsar dixit: tu vim putas esse solum si homines vulnerentur? Vis est & tunc quoties quis id quod deberi sibi putat, non per iudicem reposcit.

DE POENA FACIENTIVM guerras, exercitus, vel caualcatas. Cap. XLII.

SIGISMVNDVS Gonzaga princeps, & marchio, diaconus Card nalis de Mantua, ac in prouincia Marchiæ Anconitanę Legatus quandam constitutionem edidit in hac forma, videlicet.

LICET contra eos, qui temere ius sibi dicere volentes, guerram, exercitus, vel alias huiusmodi coadunationes, caualcatas, & armatas parant, instruunt, & mouent ac per hostiles incursiones homines capiũt occidunt, & trucidant, domos comburunt, & villas incendunt: agros depopulantur, animalium prædas faciunt, omnia iura clamant, & multæ constitutiones editæ sunt: quia tamen morbus iste in prouincia Marchiæ difficilis est curationis, ideo paci, & quieti populorum ipsius prospicientes, & ad

ad compescendam temere delinquentium insaniam, & furorem, vltra pœnas in constitutionibus contentas, statuimus, & ordinamus illos omnes, & singulos in futurũ subiacere sententijs, censuris, & pœnis, de quibus in subsequenti bulla fęlicis recordationis Alexandri Papæ VI. quam per præsentem nostram ordinationem innouamus, à quibus sub prætextu, vel ex eo, q̃ quis allegauerit illam non esse seu nunquam fuisse in vsu, vel in obseruantia neminem se tueri, vel defendere posse declaramus: ac mandamus bullam prædictam post præsentem constitutionem registrari: illamq; in omnibus ciuitatibus, terris, castris, & locis prouinciæ publicari, ne quis de contentis in eadem executionem euitare, vel prætendere, vel ignorantiam allegare possit.

ALEXANDER seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Inter multiplices curas, quæ nobis ex apostolatus officio incumbere dignoscuntur, illam libenter amplectimur: per quam prouisionis ope ciuitates, terræ, & loca Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiecta in pacis amœnitate, & quietis trãquillitate valeant conseruari: & nemo sibi ius dicere, ac iustitiæ limites transgredi, inordinata voluntate præsumat, sed quod sibi credit alter aduersus alterum forte competere, coram iudice iustitiam reddentem prosequatur, & siqui ita temerarij fuerint, vt secus facere præsumant, debitis pœnis afficiantur, ne de eorum nefanda temeritate lætentur, ac alijs subditis trãseant in exemplum, ne incentium præbeant delinquendi. Sane etiam antequam apicem summi apostolatus diuina fauente clementia assumpti fuissemus, ab ipsa facti euidentia, & rerum experientia, nos, qui longo tempore Cardinalatus honore functi nimis nouimus, q̃ in terris eidem Romanæ Ecclesiæ mediatè, vel immediatè subiectis, dierum crescente malitia, sic assueta nequitia malorum mentes hominum peruertit, q̃ in apertam prosilire violentiam non formidãtes, sæpius alter insurgit in alterum: & alius q̃d aduersus alium sibi forsan competere præsumit, vijs pacificis, & iuris ordine prætermissis, violentijs, conatibus obtinere non veretur: statum eiusdem Rom. Eccl. sæpenumero perturbans, ac scandala nõ parua suscitans non sine animarum periculo, dignitatis, & auctoritatis eiusdem Rom. Eccl. præiudicio, & detrimento, perniciosoquoq; exemplo, & cum scandalo plurimorum. Nos igitur, qui de incolarum, prouinciarum, ciuitatum, terrarum, castrorũ, & locorum temporali dominio eiusdẽ Romanæ Ecclesiæ sic subiectorum, prospero, & fœlici regimine tanto propensiorem curam gerere debemus, quanto illorum cura specialius dignoscitur nobis esse commissa: quique eos (vtpotè peculiares nostros, & dictæ Ecclesiæ filios in visceribus gerimus charitatis) cupiẽtes vt prouinciæ, ciuitates, terræ, castra, & loca prædicta turbationibus, & scandalis quibuscunque semotis, in pace, & concordia conquiescant, ac prosperis successibus gratulẽtur (prout ex debito pastoralis astringimur officij debite prouidere) temerariorumq; ausus reprimere, & eos taliplectere pœna, vt cæteris sint in exemplum: & tandem metus pœnæ sit pœna malorum, motu proprio nõ ad alicuius nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de nostra mera, & matura deliberatione: ac ex certa scientia, & Apostolicæ potestatis plenitudine vniuersis, & singulis tam laicis, quàm Ecclesiasticis cuiuscunque status, gradus, ordinis, excellentiæ, dignitatis, & Cardinalatus honore fungentibus: Ducibus quoque, comitibus, baronibus, necnon communitatibus, vniuersitatibus ciuitatum, terrarum, castrorum, & aliorum quorumcunque locorum nobis, & eidem Romanæ Ecclesię mediatè, vel immediatè subiectorum, auctoritate Apostolica, tenore præsentium districtè præcipiendo mãdamus, & inhibemus, ne aliquis eorum contra alium sibimet ius dicere, aut guerram, vel exercitũ, seu alias huiusmodi coadunationes, & (vt vulgo dici solet) caualcatas (nisi de nostra, & successorum nostrorum Rom. Pont. canonicè intrantium, aut officialium nostrorum, & eorundem successorum ad id sufficientem facultatem habentium speciali licentia) facere, vel mouere: ac per hostiles incursus, seu violentias ciuitates, terras, castra, & loca prædicta occupare, inuadere, vel etiam retinere, seu aliquem domo propria, seu ciuitate, castro, vel loco expellere, capere, tenere, aut ad vindictam, vel vltionem aliquam prosilire

prosilire quauis occasione, vel causa præsumant: sed quilibet ius suum via iuris coram competēti iudice prosequatur. Quòd si aliqui contra inhibitionē, & mandatum huiusmodi quouis modo directe, vel indirectè decætero venire præsumpserint, nos omnes, & singulos sic cōtrauenientes (contra quos per prædecessores Romanos Pontifices, & Apostolicæ Sedis Legatos etiam satis est debite prouisum) excommunicationis maioris anathematis [a] sententiam, a qua non nisi à nobis, & eisdem successoribus prędictis (præterquam in mortis articulo constituti, & debita satisfactione præmissa) absolui possint, incurrere: eosq; omnibus, & singulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, indultis, exemptionibus, immunitatibus realibus, & personalibus: ac ciuitatibus, castris, terris, locis, & dominijs eorum, dignitatibus, ac honoribus, officijs, ac etiam feudis, [b] locationibus, & concessionibus quibuscunq; priuatos, & inhabiles ad actus legitimos exercēdos nunciamus, & declaramus. Necnon ciuitates, terras, castra, & loca prædicta Cameræ Apostolicæ ex certa scientia, & potestatis plenitudine similibus confiscamus, incorporamus, applicamus, & appropriamus, ac confiscata, incorporata, applicata, & appropriata esse volumus. Sicq; contrauenientes pro rebellibus eiusdem Romanæ Ecclesiæ haberi, & censeri debere volumus, eorum subditos, ac vasallos: ac etiam ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorum prædictorum castellanos à quocunque fidelitatis iuramento, quo ipsi essent quomodolibet astricti, penitus, absoluentes: ciuitates quoque, terras, castra, & loca prædicta, si ad eiusdem Romanæ Ecclesiæ obedientiam se non reduxerint, & etiam quoruncunque eis consilium, auxilium, vel fauorem quouis modo directè, vel indirectè publicè, vel occultè præstantiū, etiam quacunque Ecclesiastica, vel mundana præfulgeant dignitate, & excellentia (vt præfertur) quos hanc constitutionem declinare contingerit, Ecclesiastico subiacentes interdicto, tamdiu firmiter obseruando, donec ibidem fuerint, & per triduum post eorum inde discessum. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, contrarijs quibuscunque: aut si aliquibus coniunctim, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari, aut propterea priuari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem: & quibuslibet alijs priuilegijs, indultis, & literis apostolicis generalibus, vel specialibus quoruncunque tenorum existant: per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter nō inserta, effectus earū impediri valeat quomodolibet, vel differri, & de quibus quoruncunque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio specialis: quæ quo ad hoc cuipiá volumus nullatenus suffragari. Vt autem præsentes literæ ad omnium notitiá deducantur, volumus, & mandamus illas in valuis basilicarū Principis Apo. & S. Ioānis Lat. de vrbe affigi; & vt hi, quos literæ ipsæ concernunt, q̄ ad ipsos non peruenerint, aut illas ignorauerint, nullā possint excusationem prætendere, vel ignorantiam allegare, cum non sit verisimile, quo ad ipsos remanere incognitum, quod tam patenter fuerit publicatum. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ inhibitionis, declarationis, annunciationis confiscationis, incorporationis, applicationis, approbationis, absolutionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis dominicæ M c c c c x c i i i. cal. Aprilis, Pontificatus nostri anno primo.

a

b

GLO. CAP. XLII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit anathema.*

a 1 ANATHEMATIS] verbum †iudeis proprium docuit Hieronimus, quo extremam detestationem significabant. Nihil aliud est anathema, quā separatio à Deo. c. certum. 24. q. 3. & vide Alcia. in c. cum non ab homine, & in c. nouit de iud.

SVMMARIVM.

1 *Feudum dictum à fide.*
2 *Feudum iura militiarum latinè.*
3 *Distinctiones feudorum remissiuè.*

FEVDIS

b 1 FEVDIS] Feudi †nomen receptum dicitur à fide seu fidelitate vt testatur. c. 1. in fi. per quos fiat inuest. Cæterum Greg. Holoand. in nouell. præfatione nos admonet feudorum consuetudines à Veteribus appellatas fuisse iura †militiarum. Feudum est beneuola concessio rei immobilis pro homagio facta. c. ex diligenti, de symo. cui adde dominio directo apud dominum remanente. Feudorum † genera & distinctiones ponit Zas. in epit. sua feudorum, illum videto, qui breui loquitur & politiori stilo quam faciant cæteri feudistæ, & in hac materia feudali aliquot quæstiones decisas videbis relatas à Rot. Pedem. decis. 22. 26. 27. 29. 68. 139. 155. 156. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 169. 170. 172. 174. 175. 177. & 179. & aliqua non aspernanda vide collecta per Iul. Clar. in §. feudum.

2 3

DE REPRESALIIS NON concedendis. Cap. XLIII.

a VIA represaliarum [a] concessione plurima consueuerunt scandala prouenire, ne cuiquā liceat ius dicere aduersus aliquem, statuimus q̄ nulla ciuitas, villa, vel terra, baro, vel comes, vel quæuis alia persona contra homines, & loca, & res eiusdem prouinciæ, nec etiam alios quoscunque præsumat, vel attentet represalia rum licentiam concedere: nec aliquis audeat represalijs aliquibus vti sine rectoris licentia speciali: & vnusquisque ius suum in curia prosequatur. Nos autem tales represalias, & earum concessiones decernimus non valere: & insuper contrafacientes, vel fieri facientes, si communitas, fuerit, in duobus millibus florenorum auri: officialis, & singularis persona in ducentis florenis auri effectualiter cōdemnetur. Et insuper is, siue hi, contra quem, siue quos huiusmodi represaliæ sine dicta licentia factæ essent, per illos, qui contrafecerint, seruentur indemnes, alijs pœnis contra tales scriptis nihilominus in suo robore duraturis: cassantes, & irritantes omnia statuta, ordinamenta, & reformationes consiliorū, atque decreta ciuitatum, castrorum, communantiarum directè, vel indirectè loqēutia contra constitutionem prædictam.

GLO. CAP. XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Represaliæ quæ sint.*

2 *A latinis pignorationes vocatæ.*

a 1 REPRESALIARVM] Represaliæ † sunt potestas pignorandi contra aliquē ex prouincia debitoris concessa creditori ob iniurias & dāna. c. si pignorationes, de iniu. lib. 6. de quibus tractatum edidit Bar. qui de represalijs inscribitur, à latinis appellantur pignorationes † d. c. si pignorationes, & ibi videas Anch. Gem. Frāc. & Phil. Prob. in add. ad Io. Mon. vbi optimè loquuntur, prohibentur etiam represaliæ de iure cōmuni vt patet in l. 1. C. vt null. ex vica. lib. 11. & in auth. vt non fiant pignor. Guid. Pap. decis. 32. cum duab. seq. & cōsi. 175. & 209. Io. de Ligna. in tract. de represal. Ex quibus causis concedantur represaliæ explicant Bald. in auth. & omnino. C. ne vxor. pro mar. Corn. consi. 62. lib. 3. circa quas vide Franc. Marc. decis. 332. 358. 359. & 522. quæ etiam vocantur ins prǽhensionis autore Alciato, quod veteres clarigationem dicebant, Alcia. in l. prouinciales. ff. de verb. signifi.

2

DE REPRESALIIS NON concedendis contra subditos rectoris prouinciæ, præterquam ab ipso rectore. Cap. XLIIII.

RODVLPHVS Pius presbyter Cardinalis de Carpo, in prouincia Marchiæ Anconitanæ Legatus: Quoniam represaliarum remedium est odiosum, & in subsidium conceditur, quando ad superiorem loci, in quo iustitia denegatur, recursus haberi non potest: passimq; in tota prouincia nostra, & in omnibus ciuitatibus terris, & castris illius, maximeq; etiam facile, & breui iustitiæ complementum ministratur ea propter supradictam cōstitutionem declarando, vel ampliando, seu extendendo decernimus represalias contra subditos rectoris prouinciæ concessas à prǽsidentibus Cameræ Apostolicę, seu eius auditore, vel Gubernatore Vrbis, seu quocunq; alio officiali, vel magistratu (præterquam à rectore prouinciæ) nullius esse valoris: & tam impetrantes, quàm exequentes rectoris arbitrio puniantur, semper saluis pœnis in proxima constitutione contentis.

DE POENA FACIENTIVM confœderationem, ligam, vel conuenticulam. Cap. XLV.

a VIA conuenticulæ,[a] confœderationes, & ligæ, quæ factæ sunt retroactis temporibus absq; licentia Sedis Apostolicæ, vel Rectoris prouinciæ, pro Ecclesia causam præbuerunt magnorum errorum, & fuerunt fomentum guerrarũ, & esse possent verisimiliter in futurum. Hac prouida constitutione cassamus, irritamus, & dissoluimus, & cassas irritas, & dissolutas nuncianus omnem societatem, ligam, & fraternitatem, confœderationem, capitaniam, rectoriam, iuramentum, promissionẽ, & obligationem, seu cautelam, seu quocunque nomine, vel colore olim factas, seu quæ in posterum fierent, vel præstari contigerit inter ciuitates, communantias, vel inter communantias, & communantiam, vel de terra ad terram, vel personam ad personas, vel inter aliquas ciuitates, & terras, communantias, & personas vicissim, decernentes, ꝙ nulla ciuitas decætero, communantia, terra, singularis persona audeat, vel præsumat, seu acceptet inire, contrahere, seu tractare, dictare, consentire, societatem, ligam, obligationem, confœderationem, cõfraternitatẽ, seu cautelã, seu aliquid aliud, quod tantundem importet, conuenticulas illicitas, vel capitaneum aliquem, seu rectorem, vel gubernatorem, seu consiliarium vel quouis alio nomine nuncupetur, elige re, ordinare, constituere, vel tenere alicuius societatis obligationis, ligæ, fratenitatis, & confœderationis, capitaniæ, rectoriæ seu cautelæ, nec prædictis modo aliquo interesse: nec electionem, vel creationẽ huiusmodi acceptare, nec ei consentire, nec tale officium exercere: nec aliquis iudex, notarius, vel quæuis alia persona audeat, vel præsumat directè, vel indirectè sub pœna priuationis notariatus dignitatis, scribere, publicare, dictare aliquod instrumentum, seu aliam quamcunque scripturam de prædictis, vel aliquo prædictorum, si communitas, in decem millibus florenorũ auri: si baro, vel miles, in trecentis: siqua alia singularis persona, in ducentis florenis auri puniantur: & eorum bona Cameræ Romanæ Ecclesiæ confiscata esse volumus ipso facto. Et nihilominus singulares personæ, quæ contrafecerint in aliquo prædictorum, & capitanei, qui dictum officicium acceptauerint exercere, ipsofacto sententiam excommunicationis incurrant: ciuitates vero, vel communantiæ, castra, terræ, seu vniuersitates, quæ contra prædicta commiserint, eccl. supponimus interdicto: & sint, & esse intelligantur contrafacientes cõtra prædicta vel aliquod prædictorum priuati oĩb⁹ priuilegijs, beneficijs, indultis, iurisdictionibus, libertatibus, officijs, & immunitatibus, quæ obtinerent, seu obtinere possent: à Rom. Ecclesia, vel aliàs vndecunq;. Et supradictæ pœnæ in omnibus, & per omnia habeant locum contra illos, qui ad prædicta, vel aliquod prædictorum faciendum seu fieri facienda dederint, seu præstiterint auxilium, consilium, & fauorem.

GLO. CAP. XLV.

SVMMARIVM.

1 *Conuenticulæ quæ sint.*

a 1 CONVENTICVLAE] †intellige de illicitis, quia possunt fieri quæ licitæ sunt, ad quod vide tex. in l. conuenticulam. C. de epis. & cler. in §. conuenticula, de pac. tenend. De his conuenticulis, quæ vi publica vel priuata committuntur vide Guid. Pap. decis. 423. Corn. cõsi. 175. lib. 3. Aym. cons. 220. & consi. 224. Alex. consi. 55. lib. 7. & vt facilius sciretur quæ personæ facerent cõuenticulam exprimunt superiores in eorum banninantis.

QVALITER PROCEDATVR contra offendentes Marchionem, Rectorem, vel Thesaurarium, & concitantium terras ad rumores. Cap. XLVI.

a IOANNES Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriã. Dierum crescẽte malitia sicut vidimus mundum in deteriora[a] iugiter prolabi, sic hominum mentes assueta deprauante nequitia, malorum passim cumulis superari, vt & boni, qui aliàs non auderent virtutis amore

amore delinquere, interdum cum peruersis admixti concurrere consilijs illicitis audeant, & in apertam malitiam prosilire. Est igitur compescenda malorum audacia, vt saltem pœnæ formidine retrahantur à noxijs: sicq; boni sectando virtutem meliores effecti non cogantur perire cum alijs. Sane vulgaris famæ notorium publicat, & longe, lateq; ipsa demonstrat experientia, & transgressus euidentia manifestat, quòd
b nonnulli de Marchiæ[b] Anconitanæ prouincia nobis, & Ecclesiæ Romanę subiecti, nedum olim temporibus diuersorum prædecessorum nostrorum Romanorum Pontificum gressus fidelitatis egressi, declinauerunt ad infidelitatis reprobæ deuiatum: sed & diebus non longe præteritis contra nos, & eandem Romanam Ecclesiam, ac dilectum filium Amelium præpositum Belli Montis, cappellanum nostrum, prouinciæ memoratæ rectorẽ, ceruicem rebellionis erigere præsumpserunt: & in quosdam officiales, & familiares suos crudeliter sæuientes post graues illatas iniurias, & probrosas contumelias irrogatas eisdem, & post bona ipsorum violenta depręda tione subtracta, eos cruentæ mortis supplicijs in ore gladij tradiderunt: inter quos pars fuit non modica, cui mens sanior inerat, & tantæ temeritatis egressus non leuiter displicebat: sed coacti fuerunt furori confusæ multitudinis cedere, dum illius nequiuerunt conatibus obuiare. Nos igitur, vt mali pœnarũ impositionibus grauium perterriti, vereantur inantea in consimilibus erroribus perstetisse, ac boni persistentes in firma fidelitate constanter nõ habeant propter illorum claudicare perfidiam, remedijs, quibus possumus, præcauere volentes, & animarum saluti, dictæq; prouinciæ pacifico statui paternis affectibus ꝓuidere cupientes, de fratrum nostrorum consilio, & assensu hac perpetuò valitura constitutione sancimus, vt quicunque de prouincia ipsa, vel & aliunde in eadem prouincia moram trahens clericus, vel laicus famæ suæ prodigus, ipsius Ecclesiæ calcata reuerentia, in hoc sceleris genus irrepserit, ꝙ rectorem, qui pro tempore regimini dictæ prouinciæ in spiritualibus, vel temporalibus auctoritate Apostolica præsederit, vel ipsorum aliquem, aut eorum, vel alicuius ipsorum vicarium, seu vicarios, iudicem, vel iudices, vel ipsius prouinciæ thesaurarium, aut locumtenentem eiusdem (quod absit) occiderit, aut offendendo illum, vel illos insecutus extiterit, ceperit, captiuauerit, detinuerit, percusserit, aut etiam vulnerauerit, vel ipsorum aliquem, vel locum, vbi moram traxerit, insultum fecerit, aut ipsum, vel ipsos obsederit, siue de suo regimine, vel officio forsan expulerit, vel fugauerit: vel socius fuerit facientis, aut illũ, vel illos bonis aliquibus spoliauerit, vel prouinciæ supradictæ, aut alicuius ciuitatis, castri, vel loci de prouincia ipsa populum, vel vniuersitatem, aut aliquos ex eis, vel quosuis alios de prouincia ipsa ducere contra nos, & prefatam Ecclesiam, seu rectorem, officialem, & locumtenentem prædictos, vel ipsorum aliquẽ ad seditionem quomodolibet excitabit, ac rebellionem,
c seu conspirationem[c] per se, vel alium, seu alios facere, vel procurare præsumpserit, siue ipsorum aliquem, vel ad id dederit auxilium, consilium, vel fauorem directè, vel indirectè, publicè, vel occultè cuiuscunq; conditionis, aut ordinis, dignitatis, aut status, ecclesiastici, vel mundani fuerit, etiam si patriarchali, vel archiepiscopali, seu episcopali, vel superiori prefulgeat dignitate,
d perpetuò sit infamis:[d] vt nec ad testimonium, vel alios actus legitimos admittatur: sit & intestabilis, vt nec testandi liberam habeat facultatem: nec ad alicuius bona ex testamento, vel ab intestato vocetur, nullus ei super quocunq; negocio respondere teneatur: nec quæuis causæ ad audientiam perferantur illius: nec valeant eius sententiæ, vel processus, nullus ei in quacunque causa, vel negocio patrociniũ præstare præsumat: nec ipse ad patrocinium alicuius admittatur, instrumenta cõfecta per eum (si forte tabellionatus officium exerceat) nullam habeant firmitatẽ, sed potius cum auctore damnato damnentur, dignitatibus personalibus, officijs, vel beneficijs ecclesiasticis, vel mundanis, quæ obtineret quandocunque, & quocunque nomine censeantur, sit eo ipso priuatus, & inhabilis, & indignus ad ea, & quælibet alia in
e posterum obtinenda: filij[e] eius ad nullos honores ecclesiasticos, vel mundanos, ad nullam dignitatem, vel beneficia eccle-

siastica, aut officia publica quomodolibet admittãtur, libertatibus, & immunitatibus realibus, & personalibus, priuilegijs, & indultis quibuscunque sub quacunque forma verborum ab apostolica sede sibi concessis, ex tunc penitus careant. Vasalli, & homines à iuramento fidelitatis, & alia quauis obligatione, quibus tenerentur, ijdem sint penitus absoluti: feuda quoq; iura, honores, & alia quæcunque officia, bona immobilia, quæ in dicta prouincia Marchiæ, & alibi vbicunque à prædicta Romana Ecclesia obtinerent, sint eo ipso penitus confiscata: alijs vero feudis, iuribus, honoribus, officijs, & bonis immobilibus quibuscunque, & alijs ecclesiasticis, quæ teneret, sit eo ipso priuatus: quæ sic ad easdem ecclesias libere reuertantur, & de illis earũ rectores pro sua voluntate disponant: mobilia vero bona ipsis concedimus fidelibus occupanda. Illud nihilominus adiiciẽtes nostræ huiusmodi sanctioni, vt sic delinquentes excõmunicationis sententiæ, vniuersitas vero seu communitas (quæ deliquerit in prædictis) eiusq; territorium, & districtus interdicto ecclesiastico subiaceat ipso facto: à qua quidẽ excommunicationis sentẽtia nullus ab alio, quàm à Romano Pontefice possit absolutionis beneficium obtinere, nisi duntaxat in mortis articulo cõstitutus. Per hoc autẽ addimus singularibus potestatibus facultatem vtendi legib. aduersus sic delinquentes, quas catholici principes ediderunt. Dignum est enim, vt quos timor Dei à malo non reuocat, pœna à malis in eos adiecta compescat. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ sanctionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attẽtare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apostolorũ eius se nouerit incursurum. Datum Auinione octauo cal. Septembris, Pont. nostri anno tertio.

GLO. CAP. XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Omnia in peius ruunt.*

a 1 DETERIORA] Omnia † in peius ruunt. Hinc Orat. lib. Carm. Etas parentum, peior Auis, tulit nos nequiores, mox daturi progeniem vitiosiorem. Sic etiam aliquando lusit Alcia. in emblem.

Plus solito humanæ nunc defle incommoda vitæ.
Heraclite: Scatet pluribus illa malis.
Tu rursus (si quando alias) extolle cachinum.
Democrite: illa magis ludicra facta fuit.

SVMMARIVM.

1 *Marchia vnde dicta.*

b 1 MARCHIAE] dicta est † marchia, q̃ iuxta mare sit posita, vt dicit t ex. in c. 1. in princ. quis dic. dux. Hinc Marchio, qui de Marchia est inuestitus illo met. tit. & an Marchio. sit dignitas disputat Soc. consi. 165. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Conspiratio quid sit.*

c 1 CONSPIRATIONEM] conspiratio est quædam fraudulenta confœderatio facta in præiudicium alicuius personæ vel dignitatis. Hanc, quia fere nunquam non dolosa censetur, ideo seuerè lex iubet vindicari, de qua meminit tex. in l. diuus. ff. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sint personæ infames.*
2 *Infamia duplex est.*

d 1 INFAMIS] quæ sint personæ † infames explicat Iulia. in l. 1. ff. de his qui not. infa. & iurisc. tot. illo sit. Et infamia † duplex est. Infamia, iuris, quæ sola autoritate legis nominatim infligitur, & priuatur multis commodis. c. fin. de reg. iu. lib. 6. Et huius infamis pœna grauis est, & casus, quibus de iure communi incurratur, videas apud Calic. in Margarita fisci, vbi 61. refert casus, quibus pœna infamiæ imponitur. Infamia facti ex ipsa rei indignitate secundum censuram bonorum virorum est. l. 2. ff. de obseq. licet enim (inquit Paulus) verbis edicti non habentur infames, re tamen ipsa & opinione hominum nõ effugiunt infamiæ notam.

SVMMARIVM.

1 *In odiosis nepotes non veniunt appellatione filiorũ.*

e 1 FILII] cum de odio tractatur, non extenditur hæc constitutio † ad nepotes. l. quisq; §. §. 1. cum ibi not. C. ad l. Iul. maiest. probat hoc in term. tex. in §. fin. inst. qui testa. tut. dar. pos. Mod. Apost. ad cons. Alex. 1. lib. 1. De iure communi extenditur ad nepotes, vt not. Sal. in d. l. quisquis, num. 12. quam refert Dida. lib. resol. 2. c. 8. nu. 3. non tamen excedunt secũdum gradum ex masculis descendentium & primum gradũ ex fœminis, Ias. consi. 106. nu. 3. lib. 4. Iul. Clar. in §. læsæ maiestatis, versi. præterea.

f LEGES] sicut non dedignantur sacros canones imitari, ita & statuta sacrorum canonum Principum constitutionibus adiuuantur inquit Lucius III. in c. 1. de no. oper. nunc.

QVOD

QVOD NVLLVS ASSVMÂtur in capitaneum, potestatem, confalonerium, vel officialem alicuius præeminentiæ in terra propria. Cap. XLVII.

a 2 BERTRANDVS Episcopus Sabinensis, dum erat Archiepiscopus Ebredinensis, & reformator. Item, quia sacrilegij[a] crimen est in terra propria aliquod officium exercere: eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, q̃ nullus cuiuscunque conditionis, aut status existat in ciuitate, vel in terra aliqua, vnde originem trahat, vel vbi domicilium habet, vel de cuius districtu existat, exercere, vel tenere valeat, nec audeat officium potestatis, capitanei, vexilliferi, confalonerij, conseruatoris, defensoris, seu protectoris, vel quouis alio nomine nuncupentur: per quod ciues, municipes, seu districtuales aliquam superioritatem potestatis, seu præeminentiæ prærogantiam possint sibi aliquam vendicare: nullaq; ciuitas, vel quæuis alia vniuersitas aliquem, vel aliquos ad huiusmodi officia, vel ad similia assumere, vel eligere, vel assumptum, vel assumptos vltra vnius mensis à tempore præsentium publicationis cõtinuè computandum spacium retinere. Si quis autem contra constitutionem ipsam aliquod ex prædictis officijs receperit in futurum, vel iam receptum non dimiserit, realiter infra mensem à die præsentium cõtinuè numerandum, vltra pœnam excommunicationis prædictam, omnibus bonis suis Cameræ Romanæ Ecclesiæ applicandis, sint ipso facto priuati: & ab omnibus legitimis actibus, honoribus ve, & officijs perpetuò sint excluſi. Ciuitas vero, & quæuis aliæ communitates, quæ tales ad officia prædicta, & similia eligerent, vel assumerent, & assumptos vltra prædictum mensem duxerint retinendos, vltra pœnã interdicti (cui ipso facto subiaceant) in pœnam mille florenorum auri, applicandorum fisco Romanæ ecclesiæ & perditionis electionis potestariæ, & omnium priuilegiorum, & immunitatum, quæ, & quas à Romana, & alijs ecclesijs obtinerent, incidant ipso facto.

GLO. CAP. XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium quid sit in terminis constitutionis.*

a 1 SACRILEGII] Sacrilegiũ † in nostris terminis est violatio cõstitutionum Principis. l. 3. C. de crim. sacril. vbi in hibet Imp. ciui iurisdictionẽ in patria exercere absque ipsius beneplacito, & qui secus facit sacrilegij crimen cõmittit, adde in simili tex. in l. qui iurisdictioni, cum ibi no. ff. de iurisd. omn. iud. per Dec. & talis criminis pœna, habetur in l. sacrilegij. ff. ad l. iul. pecul. Et in vniuersum de sacrilegio vide Boer. decis. 254. Iodoc. in prat. crim. c. 111. Foller. in prat. crim. cano. c. 17. in fi. Bossi. tit. de sacril. Iul. Clar. in §. sacrilegium.

DE POENA TENENTIVM simul plura officia, & continuantium officium. Cap. XLVIII.

1 ITEM, Bertrandus Episcopus Sabinensis, dum erat Archiepiscopus Ebredinẽsis, & reformator.

ITEM volentes sic vniuersitatibus ciuitatum, terrarum, castrorum, & locorũ prouinciæ Marchiæ eligendi in terris eorum potestates, & rectores, ius, & facultatem conseruare, & vt per hoc Romanæ Ecclesiæ, quæ prædictis vniuersitatibus potestates, seu rectores assumendi, & eligendi cõcessit licentiã, seu permisit, iustitia non lædatur: ac prouidere volentes, q̃ illius, qui ad potestarias, & rectorias ipsas plus libidine dominandi, & terras in potestate tyrannica retinendi, quàm intentione iustitiam ministrandi aspiret, occasio exercendi in terris ipsis tyrannidem auferatur, eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, q̃ nulla vniuersitas possit aliquem eligere, vel assumere potestatem, seu rectorem, aut camerarium, seu deputatum ad custodiam, vel guardiam, vel alium officialem, seu iam electum, vel assumptum tenere vltra sex menses in officio duraturũ. Nec aliquis prædicta, vel similia officia, vel ipsorum aliquod vltra prædictum tempus audeat, vel valeat recipere, seu recepta, vel iam infuturum recipienda aliqualiter retinere. Finitis aũt, & cõpletis prædictis sex mẽsib⁹ nec ille, qui prius electus, seu assumptus in ptãtem, seu rectorẽ, vel quoduis aliquod officium fuerit: nec

aliquis de terra illius, nec de domo, seu genere illius vsque ad tertium gradum per quamcunque electionem de ipso, vel de vno, & eodem tempore, vel pluribus temporibus, vel vicibus factam infra sequentem terminum, aut infra duos annos in dicta vniuersitate, seu terra, idem, vel simile officium, vel quoduis aliud, nullatenus audeat per se, vel alios exercere. Insuper volumus, & ordinamus q̃ nullus cuiuscunq; conditionis, aut status existat in diuersis ciuitatibus, castris, seu terris Ecclesiæ duas, [a] vel plures potestarias, seu rectorias, vel similia, vel quæuis alia officia eodem tempore valeat exercere, nisi super prædictis prorogatione, vel reassumptione officij in termino, & gubernatione duarum potestariarum, vel plurium per nos, vel per rectorem prouinciæ ex causa rationabili fuerit dispensatum, q̃ si contra præsentem constitutionem eligendo potestariam vltra sex menses, vel officium prorogando, vel infra terminum iterũ eligendo, aut potestariam, vel quæcunque alia officia eligendo, recipiendo, vel continuando directè, vel indirectè fuerit aliquid attentatũ, electio, creatio, & prorogatio, & receptio, & continuatio potestariarum huiusmodi, vel officiorum quorũlibet aliorum omni careant roboris firmitate: & sententiæ per tales, seu eorum nomine latæ, & processus habiti, & quæuis alia per ipsos, vel eorum auctoritate, vel mandata facta, ipso iure sint nulla, & nulli, & nullæ: & tanquam ab incompetenti potestate, seu iudice, vel officiali temere attentata, nullum per omnia sortiantur effectum, & nihilominus vniuersitas cõtra constitutionem huiusmodi veniens vltra inter dicti sentẽtiam, cui ipsofacto subiaceat, iure eligendi potestatẽ, vel rectorem perpetuò sit priuata, & cõmunitas, seu reassumentes, & recipientes potestarias, rectorias huiusmodi, sententiam excommunicationis eo ipso incurrant, & ad recipiẽdum dictas potestarias, rectorias, seu quæuis alia officia in prædictis terris, & alijs, ad oẽs actus legitimos indigni, & inhabiles reputẽtur: & ab ipsis, & ab omnibus priuilegijs, immunitatibus, & libertatibus, ac bonis, & honoribus, quæ ab Ecclesia Romana, & ab alijs ecclesijs obtinentur, pro transgressione huiusmodi perpetuò sint priuati.

GLO. CAP. XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quando in eadem persona duo officia, eodem tempore esse non possint.*

a 1 DVAS] † concordat tex. in l. libertus. §. præscriptio. ff. ad municip. ibi sed eodem tempore non sunt honores in duabus ciuitatibus ab eodem gerendi, & ratio est, ne cum ad vtraque festinat, neutrũ bene peragat. l. fi. C. de assess. similiter quis nõ potest esse a duo catus & iudex, quoniam inter arbitros & patronos aliquis debet esse delectus. l. quisquis. C. de postul. nec in duabus militijs q̃s præesse potest. l. ijs quidem. §. in posterum. C. qui mil. pos. lib. 12. moralis tex. in c. singula. 89. dist. ibi neque enim quantũlibet exercitate vni personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt. Pœna contra illos qui exercent duo officia explicatur in tex. & ibi Bar. in l. quisquis. C. de cohort. lib. 12. Rom. sing. 393. si statutum nisi forte esset dispensatum à Principe, secũdum Bar. in l. fi. C. de excus. & exact. lib. 12. Carauita super ritu. 2. vic. in fi. Stat igitur regula, q̃ nemo potest duo officia exercere. l. omnes, vbi Bar. C. de decur. lib. 10. cum simil. Guil. Bened. in c. Raynutius, verb. duas habens filias, nu. 63. de testa. Amplia primo etiam si habenti vnum daretur à Principe aliud ex motu proprio d. l. quisquis, vbi not. Bar. C. de cohort. tunc enim poterit eligere quem voluerit, Fel. c. ex literis, nu. 18. versi. fallit. 4. de prob. & ratio est secũdum Phil. Fran. in c. si is cum quo, col. 2. de fil. presb. lib. 6. quia Princeps concedendo secundum officium, non videtur dispensare, vt retineat vtrunq; simul. Secundo amplia, vt idem procedat in ecclesiasticis etiam, Abb. in c. quia nonnulli, nu. 4. de cler. non resid. Gemi. in c. cum qui beneficium, nu. 2. de præb. lib. 6. Limita primo, vt non procedat, quando duo officia essent sine administrõne. §. ideoq;, & ibi Bald. C. de nouo Cod. faciẽd. Amplia hanc limitationem secundum eundem Bal. & si vnum illorum esset cum administratione, alterum vero nequaquã. Secundo limita vt non procedat, quando hæc duo officia essent cõpatibilia. l. si cõsul. ff. de adopt. Bar. in l. 1. nu. 18. ff. de coll. illic. Bal. in d. §. ideoq;. Tertio limita nisi Princeps dispensaret super vtroq; . l. his quidẽ, in fi. C. qui mil. pos. Bald. in d. §. ideoq;, Fel. in d. c. ex literis, nu. 10. versi. fallit. 4. Nepos de Monte Albano in libel. fugit. de excep: comp. Iud. nu. 10. Quarto limita in extraiudicialibus, aut iudicialibus voluntariæ iurisdictionis, si non habeant impedimentum iuris, vel facti, vt dicit Barto. in d. l. si consul, vbi etiam Bal. Abb. & Fel. in d. c. ex literis, Rom. cõs. 25. Alex. consi. 156. nu. 7. lib. 2. Quinto limita in his,

his, quæ sunt modici præiudicij, Bar. in l. iubemus. §. sanè, nu. 15. C. de sacros. eccl. Fel. in c. quoniam contra, nu. 54. de proba. Matth. sing. 1. intellige si tenderent ad idem (veluti esset). Nam licet quis non possit esse iudex, & notarius, d. c. quoniam contra, & not. Inno. in c. cum à nobis, de testibus tamen illud fallit in causis breuioribus, quæ sine scriptis agitari possunt, & propterea dicebat Bar. in auth. nisi breues. C. de sent. q̃ vicarij villarum scribunt acta iudicij à seipsis, quia de minimis cognoscunt. Vlt. fallit quando vtrũq; officium non esset exercendum eodem tempore, ita pulchrè Dec. consi. 40. nu. 2. & ratio est, quia sufficit habilitas tempore, quo officium exercetur, vt dicit glo. in clem. vt hi qui, verb. constitutis, de æta. & qual. Aret. in §. furiosus, inst. qui da. tu. poss. facit tex. in c. ei cui, de præb. lib. 6.

DE POENA IMPEDIENTIVM officiales, & eorum officia. Cap. XLIX.

a NOn absq; magnæ oportunitatis vtilitate iubet Apostolus [a] oẽs subesse Principi tanquam præcellenti, & ducibus tãquam à Deo missis. Legum circumspecta prouisione monstratur, necessarium esse magistratus vigere, per quos iura reddantur: considerans parum esse iura proferri, nisi essent officiales, ministri, per quos defenderentur, & ministrarẽtur iura, & executioni debitæ mandarentur. Resistere igitur videntur legi diuinæ, & humanę, atque summo Pontifici, qui suorum officialium officia satagunt impedire. Volentes igitur talium perniciosam, & periculosam temeritatis audaciam coercere, statuimus quòd siquis in hoc genus sceleris (quod absit) irrepserit, q̃ Legatum Apostolicæ Sedis, aut Rectorem prouinciæ pro Ecclesia in executione ipsorũ officij (& maximè dum parlamentum, aut synodus congregaretur, vel celebraretur, vel audientiam publicè præberent, vel sententiam proferrent, aut iura redderent) impediret, aut impedire ausus fuerit, aut fecerit seu operatus fuerit, ne per quascunque ciuitates, rectores, castra, loca suæ iurisdictionis liberũ habeant accessum, ingressum, egressum, & transitum, etiam sub colore custodiæ, vel alio quocunq; velamine aliquid prædictorum fecerint, tractauerint, mandauerint, vel præ

buerint auxilium, consilium, vel fauorem, pœnis omnibus à iure prædictis cõtra eos criminis læsæ maiestatis, rebellionis, & pœnis contentis in constitutione Papali) incipiente. Dierũ crescente malitia) ipsum decernimus subiacere. Si vero prædicta commiserit contra iudicem, vel marescallum, & eorum officium, siquidem fuerit communitas, mille marcarum argenti: si autem comes, vel baro, quingẽtarum marcarum argenti: & si alia singularis persona, centum marcarum argenti pœnis decernimus subiacere: quas pœnas, si non soluerint infra terminum in sententia per iudicem statuendum, ex tunc acriori pœna iudicis arbitrio puniatur. Siquis autem baiulum, [c] nuncium, vel executorem rectoris prouinciæ, vel suorum iudicum, ne faciant creationem, vel dationem tenutæ, vel captionem pignorum, aut executionem, vel officium sibi commissum prohibuerit, vel impediuerit per se, vel alium directè, & indirectè: aut pignus acceptum absque ipsius voluntate auferre præsumpserit, aut se opposuerit, ne libere quamcunque terram, vel loca intraret, exiret, & transiret libere, aut prędicta fieri mandauerit, aut ad ea faciẽda præstiterit auxilium, consilium, vel fauorem: si quidem communitas, vel vniuersitas fuerit, quingentorum florenorum auri: si comes, vel baro, trecentorum florenorum auri: si alia singularis persona quinquaginta florenorum auri pœnis decernimus subiacere. Et nihilominus quando nuncius, baiulus, siue executor impeditus, prohibitus, seu nõ permissus fuerit intrare terram, vel locum, in qua, seu in quo ambasciata sua fuerit facienda, sufficiat ipsam citationem notificasse, & ambasciatam quamcunque commissam per ipsum ad portam illius terræ, vel loci, vel coram ipsis custodibus, siue alijs opponentibus, siue impedientibus, & habeatur perinde, ac si citatio, notificatio, ambasciata quomodocunque illis, seu de illis, quibus esset facienda totaliter, & præsentaliter facta esset: & idem per omnia sequatur effectus, quantum ad præiudicium illius, siue illorum, contra quos, siue quibus erant huiusmodi facienda. Et quantum ad commodum illorum, quorum tales notificationes, citationes, executiones, siue ambasciatas

basciatas interesset esse factas, siue eas fieri procurasset. Et de impedimentis, & obstaculis prædictis, & quolibet prædictorũ, & etiam de citatione, & ambasciata, ac de executionibus quibusliber sibi commissis credatur, & stetur relationi baiuli, & nuncij, cursoris, executoris, officialis iurati generaliter, vel saltẽ specialiter in ambasciata prædicta. Insuper quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat quod bonum est, statuimus ꝙ omnes, & singulæ communitates, vniuersitates ciuitatum, castrorum, & terrarum quarumlibet, & officiales earũ, & quicunque nobiles, & aliæ singulares personæ teneantur dictis Legatis, Rectoribus, puinciarum, iudicibus, marescallis, baiulis, nuncijs, & executoribus præstare cum debita reuerẽtia sine fraude ad eorum officia sibi commissa auxilium, consiliũ, vel fauorem, prout, sicut, & quando per eosdem fuerint requisiti. Contra facientes vero, siue prædicta adimplere cessantes, media pœna, si fuerit pecuniaria, vel & integra, qua tenerentur, si eorum impediuissent officium. Et quia propter fraudulẽtias, malitias, & astutias prædicta committẽtium probatio exacta in prędictis vt plurimum haberi non potest, statuimus ꝙ ad condemnationem in quolibet dictorum casuum sufficiat probatio publicæ famæ, siue indicia, quę iudicanti verisimilia videbuntur. Et nihilominus vltra alias pœnas prædictas in quolibet dictorum casuum communitates, ciuitates, castra, & terræ, quæ contra fecerint, seu in quibus, & quorum territorijs cõtra factum fuerit, & ipsorum territoria, & loca ecclesiastico subijcimus interdicto: officiales, & singulares personas quascunque, & cuiuscunque status, & conditionis, aut dignitatis existant, etiam si pontificali, aut illustri præfulgeant dignitate, contra facientes ex communicationis vinculo innodamus. Et de prædictis omnibus, & singulis quilibet possit esse accusator, & denunciator, & etiã possit mero ex officio ad denunciationem cuiuscunque procedi: & in tali causa nullus possit ad excusationem interuenire, nec ad aliquam exceptionẽ, seu defensionem pro officiali, vel aliqua irregulari persona, nisi prius delinquens comparuerit personaliter. Si singularis persona peccauerit, & fuerit legitime impedita impedimento probabili, quo casu comparere possit ad se excusandum per procuratorem specialiter ad id deputatum: si autem impedita fuerit nõ impedimento probabili, & necessario, tũc compareat, nec audiatur per excusatorem quemlibet coram iudice cognoscente de prædictis, & idonee satisdederit, vel personali se detẽtioni subiecerit, prout ex qualitate delicti, & pœnæ iudex viderit cõuenire. Qua comparitione personaliter facta, legitimas defensiones fiendas secundum formam nostrarum constitutionum non duximus derogandas.

GLO. CAP. XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Omnis anima sit subdita potestatibus sublimioribus.*
2 *Dei ministri sunt.*

a APOSTOLVS] s. Petrus in sua pri. Canot. c. 3. vbi subdit ad vindictã malefactorum laudem vero bonorum, & diuus Paul. ad Rom. c. 13. inquit omnis † anima potestatibus sublimioribus subdita
1 sit, non est enim potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati Dei ordinationi resistit, qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirũt. Nam Principes non sunt timori boni operis sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim † minister est, in bonum tibi, si autem male feceris, time, nõ enim sine causa gladiũ portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit.

b IVRA] cõcordat tex. in l. 2. §. post originem ff. de orig. iu. vbi dicitur parum est enim in ciuitate ius esse, nisi sint qui iura reddere possint.

SVMMARIVM.

1 *Baiuli qui dicantur.*
2 *Viatores puniuntur propter concussiones.*
3 *Licitum est illis resistere si modum excedant.*
4 *Hi tenentur ad custodiam pignorum.*
5 *Quando & quomodo credatur nuncio publico.*
6 *An credatur nuncio citanti sine literis.*
7 *Cui magis credatur nuncio vel citato.*

c BAIVLVM] dicebant antiqui, quem nunc dicimus operarium, sed illum proprius appellat Gell. lib. 5. c. 3. qui mercede corpore fert,
1 hic pro nuncio citante vel exequente (vt subijcit) ad faciliorem intelligentiam, de quo infrascripta not. Primo quod not. Iaſ. in §. quadrupli inſt. de act. ꝙ si huiusmodi Viatores † asserunt se
2 habere aliquod grauamen in mandatis contra aliquem,

quem, & hoc non sit verum, & propterea huiusmodi aliquod eis datum sit, ꝙ nedum tenetur ad quadruplum, sed etiam puniri possunt extra ordinem officio iudicis etiam criminaliter, quia inciderunt in crimen concussionis, casus est not. in l. 1. ff. de concus. & gl. ibi hoc expresse dicit. Secundo
3 not. secundum eundem Iaſ. ꝙ licitum † est eis resistere vltra modum grauantibus, vel aliter terminos iustitiæ excedentibus. l. prohibitum, & ibi Barto. 2. & 3. not. C. de iu. fis. lib. 10. & ibi Bald. & Ang. in l. deuotum. C. de meta. lib. 12. Spec. tit. de citat. §. sequitur, versi. sed nunquid, Bart. in extrauag. ad reprim. verb. per nuncium, & verb. per literas, & est tex. in l. cõtra nostra. C. de execut. lib. 12. & ibi in terminis Bar. not. Tertio not. ꝙ hi te-
4 nentur † ad custodiam pignorum à se captorum. l. quemadmodum. §. magistratus. ff. ad l. Aquil. Quid si à muribus sint corrosa, an teneantur illi à quo pignora cœperunt? dic ꝙ sic, arg. l. item quæritur. §. si fullo. ff. loc. vbi dicitur ꝙ rosura muriũ est in culpa, per quem tex. dicunt doct. ꝙ sutor tenetur domino si vestimenta, quæ habet in apoteca, mures corroserint, quia muriũ corrosura non est casus fortuitus, quia si hoc esset non imputaretur. l. opus, co. tit. & facit tex. in l. 1. §. si rasę tabulæ. ff. de bon. poss. secundum tab. Paris de Put. de
5 synd. verb. negligentia. Quarto not. An † & quando & quomodo credatur nuncio publico de iure, vide glo. in l. magis puto. §. ne tamen, in verb. viatorem. ff. de reb. eorum Cy. in l. ea quidem. C. qui accus. non poss. & latè per Cyn. in l. 1. C. de relat. & Bart. distinguentem in l. 1. §. cura. ff. de off. præf. vrb. & latius in tract. suo de cita. Sal. latè post alios in l. tres. C. quo. & quando iud. Inno. in c. nouit, de off. deleg. An nuncio si non sit publicus, vel etiam si non sit iuratus debet credi? habes gl. in c. cum parati, & ibi latè per Cano. de appel.
6 Quinto not. An credatur † nuncio citanti oretenus, & sic sine literis, vide Bar. not. distinguẽtem in l. palatinos. C. de collat. fund. fisc. lib. 11. gl. & doct. in d. c. cum parati, illud tamen diligentissimè not. ꝙ nunquam citatio domi reddit citatum contumacem absq; literis, Bald. & Ang. in l. 2. C. de anna. excep. & quando citantur personæ clarissimæ vel in dignitate positæ, ꝙ in illis personis nunquam valet citatio, nisi fiat per scripturam, Bar. not. in l. quoties. C. de dign. lib. 12. Vlt. pro
7 hunc not. si dicat † nuncius, se Titium personaliter citasse, & Titius dicat contrarium etiam cum iuramento, cui magis erit credendum, ponit Io. And. in d. c. cum parati, & Sal. in d. l. tres, & cõcludunt ꝙ sit in arbitrio iudicis, cui eorum magis credi debeat considerata qualitate facti, & conditione personarum, & sequitur simpliciter Ang. in d. §. quadrupli, aliter tamen sentire videtur Nicol. de Neap. in lect. Bar. in l. scire oportet. §. suffi cit ad fin. ff. de excus. tut. de quo vide per Iaſ. in d. §. quadrupli.

DECRETVM DOMINI EPIscopi Tiburtini super offensis officialium per iudices curiæ generalis, & non per alium cognoscendis. Cap. L.

VNIVERSIS & singulis antianis, prioribus, consulibus, vniuersitatibus officialium, ciuitatum, terrarum, castrorũ, & locorum prouinciæ Marchiæ nostrę administrationi subiectis salutem, & mandatorum obedientiam. Graue nimium, & detestabile videtur exemplum, si hi, qui ad aliorum positi sunt curam, & defensam ludibrio sint omnibus, & iniuriam passim à subditis, qui subesse dicuntur, ausu quodã temerario continuè patiantur: quo fit, vt non modo timor non immineat peccandi, sed concessa licentia iustitiæ cultus neglectus penitus videatur. Quis nanque murus securitatis erit, si ipsa securitas officialium conculcetur? Magna profecto timenda est populis illis calamitas, qui sibi iustitiæ sedem, ac tribunalibus ipsis præsidentes profanari, ac coinquinari permittunt. Cum itaque in nonnullis locis prouinciæ præfatæ abusus quidam inoleuerit, qnòd potestatibus, magistratibus, alijsq; ciuitatum, terrarum, & locorum officialibus prouinciales ipsi non modo reuerentiam, atque obedientiam exhibeant, vt tenentur, quinimo exquisitis modis ita administranda, & exequenda per illos, impediant: & (quod perniciosius est) nisi officiales ipsi prauis desiderijs ipsorum assentiant, licentiam quandam in eos irruendi vendicauerint, illosque grauibus iniurijs afficiant, & prosequantur tam in officio, quàm in syndicatu, & extra, vt exemplo sint successoribus ad ipsorum implendas voluntates, vnde fit, quòd remissi vilitate quadam, abiecti spernantur ab omnibus, iustitiæ ac integritatis habenis penitus relaxatis, quod cum tolerari nou sine grandi diuinæ maiestatis, ac etiam nostra, & rerum publicarum iniuria (quorum officiales ipsi partes sunt) vlterius non possit, inquisitionem, cognitionem, promotionem omnium singulorum maleficiorum, iniuriarum, impedimentorum verbalium, realium, & personalium directè,

vel indirectè contra ipsos officiales,& ipsorum familiam cõmittendorum ętiam post finita, & depositi officia, ipsorum officiorum occasione, vel gestorum in eis reseruamus nobis,& nostræ curiæ, & iudicibus ipsius: mandantes omnibus,& singulis magistratibus, officialibus, vniuersitatibus, & alijs quibuscunque personis,ne de præmissis se quomodolibet impediant, aut super eis, vel eorum alioquo procedant, vel inquirant,siue procedi,vel inquiri faciant, siue permittant sub pœna,& ad pœnam,quo ad vniuersitates, & collegia interdicti, & ducatorum mille auri: & quoad singulares personas ex communicationis, & ducentorum ducatorum auri ipso facto incurrenda, Cameræ Apostolicæ applicanda sine aliqua declaratione exigenda, si quouis modo contrafactum fuerit. Quod ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc in contrafacientes in his scriptis declaramus, & proferimus, &c. Et vt prædicta malificia non remaneant impunita, mandamus sub eisdem pœnis vniuersitatibus, collegijs, consilijs, & officialibus prædictis, quatenus illa nobis, aut iudicibus nostris denunçient,vel significent infra decem dies à die commissi maleficij: & si non denunciauerint,& sciuerint,nihilominus præmissis præscriptis pœnis subiaceant omnes respectiue: decernentes insuper irritum, & inane quicquid contra præmissa, vel aliquod præmissorum fuerit quomodolibet attentatum, statutum, vel reformatum: priuilegijs, & alijs quibuscunque in contrarium facientibus non obstantibus: quibus omnibus, & singulis specialiter, & expresse, ac ex certa scientia, ad inducendum bonum regimen, conseruandamque quietem dictæ prouinciæ, præsentium tenore derogamus,etiam si talia forent, quæ derogationem magis requirãt specialem: volentes nihilominus,& expresse mandantes magnificis, prioribus,vniuersitatibus, cancellarijs,scribis ipsarum cõmunitatum, alijsq;, ad quos spectat,ad robur, & firmitatem dicti nostri decreti, & pro ipsius obseruantia, & ne ignorantiam quispiam prætendere possit, vt in libris earundem communitatum registrari faciant,& debeant dictum nostrum decretum,& mandatum sub pœna nostri arbitrij: & registratis literis cisdem,præsentanti integra restituant.

Datum Maceratæ in palatio nostræ solitæ residentiæ sub fide nostri sigilli die octaua Iunij M CCCCLXXV.

Volentes has nostras literas vobis præsentari per Georgium baiulum nostræ curiæ,cuius relationi plenã dabimus fidem, ac sibi mandamus pro sua mercede solui secundum discretionem vestram, omisso sigillo. Phy. de Ponte Coruo.

CONFIRMATIO SVPRAdicti decreti Venerabili fratri Locumtenenti Legati prouinciæ nostræ Marchiæ. Cap. LI.

SIXTVS Papa IIII. Venerabilis frater noster salutem,& apostolicam benedictionem. Nemaleficia remaneant impunita, & volẽtibus malignari in officiales nostros tollatur occasio, decretum aliàs per venerabilẽ fratrem nostrum Episcopum Tiburtinum prædecessorem tuum circa reseruationem cognitionis,& correctionis maleficiorum, iniuriarum in officiales nostros,eorũq; familias per prouinciales commissarum, & illatarum editum,cuius tenorem hic pro sufficienter expresso habentes,tenore præsentium apostolica auctoritate approbamus,cõfirmamus: illudq; in causis maleficiorũ,& iniuriarum huiusmodi tam pro præterito à die publicationis eiusdem decreti facti,quàm in futurum obseruari volumus,ac mandamus: nõ obstantibus priuilegijs,& indultis quibuscunque communitatibus istius prouinciæ quomodolibet concessis: & si de illis habenda hic esset mentio specialis,cæterisq; contrarijs quibuscuuque

Datum Romæ apud sanctum Petrũ sub annulo piscatoris.

MODER

MODERATIO, SEV DECLAratio super offensis officialium. Cap. LII.

RODVLPHVS Pius presbyter Cardinalis de Carpo in prouincia Marchię Anconitanæ Legatus. Quoniam sæpe dubitatum fuit sen obis relatum fuit, qui
a dicantur officiales,[a] de quibus in præcedenti constitutione, hæsitationem submouendo,& dictam constitutionem declarando, decernimus officiales dici debere illos, qui iurisdictionem exercent contentiosam, & sunt deputati à Sede Apostolica,vel à Legatis, seu Rectore prouinciæ pro tempore existentibus.

GLO. CAP. LII.

SVMMARIVM.

1 *Quis sit officialis foraneus.*

2 1 OFFICIALES] officialis foraneus † est qui in certa parte diœcesis ad tempus vices Episcopi gerit, gl.in cle.2. de rescrip. In hoc differt à Vicario generali, q̃ hic est ordinarius, ille vero delegatus,& ideo ab eo ad Episcopum appellatur, not. Fel.in rub.de off.del.col.vlt.Abb.in rep.c.siquis contra,nu.35.de for.com. Dida.lib.prat.quæst. c.4.nu.8. & de officialibus latè per Barto.in l.de pupillo.§.siquis ipsi.ff.de no.oper.nunc. & nouè per Alcia.in rub.de off.ordin.

DE POENA IMPEDIENTIVM prosequentes, & prosequi volentes iura sua in curia Romana, vel in curia rectoris prouinciæ. Cap. LIII.

QVIA inuenimus quàm plures iniquitatis filios iurisdictioni sanctæ matris Ecclesiæ dolosis artibus insidiantes, & subtilibus machinationibus detrahentes, & propter hoc diuersimode, & multipliciter impedientes, q̃ volentes sequi, & sequentes iura sua in Romana curia,vel Rectorum pro Ecclesia in dictis prouincijs,& terris Ecclesiæ, & suorum iudicum & officialium eorum excogitatis omnibus fraudibus,& infidelibus ausibus,constitutione præsenti duximus obuiandum: statuentes, & districtius inhibentes,ne aliqua communitas,vniuersitas,collegium,potestas,capitaneus, vel quiuis officialis, aut alia quæcunque persona, ecclesiastica vel mundana,cuiuscunque status,conditionis, vel dignitatis existat, etiam si pontificali,vel illustri præfulgeat dignitate,audeat,vel præsumat aliquem prosequentem, vel prosequi volentem iura sua per modum appellationis,nullitatis,actionis,libelli, vel petitionis, querelæ, aut recursus cuiuslibet, aut quouis alio modo, aut ipsorum fideiussores,parentes,liberos, consanguineos,affines,laboratores,inquilinos,procuratores, vel negociorum gestores, aut testes capere,detinere,carcerare,[a]pignorare,terrere,
a multare, aut contra eos ciuiliter, vel criminaliter ex ea causa,vel alia quacũq; (quam semper præsumimus fictam, & in fraudem excogitatam procedere) aut ipsos processibus aliqbus implicare,aut interdicere aliquibus aduocatis,vel procuratoribus, vel talibus prosequentibus, vel prosequi volentibus, ne patrocinentur, vel consulant, vel notarijs, ne instrumenta, vel scripturas eis oportunas exhibeant, aut eis probationes,aut iura eorum subtrahere,vel destruere,aut impedire,aut eis iustitiam,vel commodum, vel officium aliquod publicum, vel priuatum, vel suorum bonorum administrationem, possessionum, vel fructuum perceptionem,aut moram in patria, vel terra aliqua interdicere,denegare,~~vel impe~~dire,aut statuta, vel reformationes facere, vel facta seruare contra tales prosequentes, aut prosequi volentes directè, vel indirectè: nec ad compromissum aliquod, vel consilium sapientis viri eos cõpellere, vel inducere quoquomodo: nec in causis, in quibus ipsæ cõmunitates, siue ipsarum officiales haberent cognitionem primarum, vel etiam secundarum causarum statuere, vel prohibere, ne appelletur in quocunq; genere causarum, vel recurratur (præsertim quum ad hoc videatur cõtra dictas curias,& in fraudem iurisdictionis earum factum,& indictum) & prohibendo primam appellationem, ne possent forsan de ipsis cognoscere, præclusa videretur via etiam ad secundam,quæ esset ad dictas curias Ecclesiæ

clesiæ deuoluenda: nec etiam audeat ipsorum prosequentiũ, vel prosequi volentium (vt prædicitur) iura sua aduersarij expensis, & instigatione facere, vel impediri: nec etiam ꝙ prædicta, vel aliquod prædictorũ fiant, mandare, ordinare, permittere, vel consentire: aut ad ea præbere auxiliũ, consilium, vel fauorem. Contrafacientes vero, si fuerit communitas, vel vniuersitas, vel collegium, eorum terras, & territoria ecclesiastico subijcimus interdicto. Et nihilominus si causa fuerit criminalis, & super crimine capitali, mille marcarum argenti: si criminalis, & super crimine non capitali quingentarum argenti: si ciuilis, centum marcarum argenti pœnis decernimus, & ordinamus subiacere. Si vero fuerit talis contrafaciens officialis, vel singularis persona cuiuscunque status, vel conditionis existat, etiam si pontificali, vel illustri præfulgeat dignitate, excommunicationis sententiæ, & medietatis dictarũ pœnarum in quolibet dictorum casuum punitioni decernimus subiacere. Et nihilominus omnia, & singula facta, & actitata contra formam præsentis constitutionis, vel in ipsius fraudem, nulla esse penitus decernimus ipso iure. Et quia propter malitias cõmunitatum, & tyrannizantium in eisdem non possent vt plurimum prædicta secundum scriptam iuris rationem exacte probari, decernimus, & ordinamus, ꝙ in prędictis ad plenã probationem sufficiat, & per iudicem recipi debeat fama publica, & delatum à iudice tali prosequenti, seu volenti sua iura prosequi: & ab eo præstitum sacramentum.

GLO. CAP. LIII.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo probetur metus in appellando.*

a 1 ARCERARE] Aduerte ꝙ hoc † impedimentum probatur probando, ꝙ consueuit appellantes carcerare à gestis per eum, & eis violentias, & iniurias inferre, & sic ex qualitate personæ hoc præsumitur. l. si à bonæ fidei. ff. de rei vend. & l. argentum. ff. commod. Vel quia minatus erat sic facere l. metum, cum sua gl. C. qd̃ met. cau. ita dicit Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi Prætori. q. 5. ff. de no. oper. nunc. & facit. l. 2. cum ibi not. per Scrib. C. de his qui per met. iud. non appel.

DE HOMICIDIO. Cap. LIIII.

a HOMICIDIVM[a] siquis dolose, præordinate, & appensate, aut studiose fecerit, & in fortiam curiæ peruenerit, legali pœna puniatur, ita ꝙ inde penitus moriatur, & anima à corpore diuidatur, & separetur. Si autem in fortiam curiæ non venerit, citetur, & exbãniatur perpetuò in dicta pœna. & eius bona omnia Cameræ Romanæ Ecclesiæ confiscentur, & incorporentur, & deguastentur, & deguastata pro Camera conseruentur, vel vendantur prout rectori, & thesaurario videbitur expedire.

b Si autem plures[b] de vno, & eodem homicidio culpabiles proponantur, tunc iudex maleficiorum curię generalis proximiores consanguineos occisi, & accusatorem, siqs interuenerit, coram se faciat euocari, & diligenter, attenteq; ab eis per iuramentum de qualitate culpæ cuiuslibet ipsorum, & vtrum sint culpabiles in faciendo, aut præcipi mandando, vel fieri faciendo, aut associando, vel alio auxilio, seu fauore per eos, vel maiorem partem ipsorum præstito, eligi faciat ex culpabilibus vnum principalem auctorem, qui solus pœna legitima, & confiscationis, & deuastationis puniatur: & vnum alium eligi faciant per eosdem de mandantibus, siue fieri facientibus, siqui in mandando interuenerint. Et si dicti accusatores, & proximiotes, & consanguinei non reperientur, vel non eligerentur, ipse iudex dictos principales in faciendo, & fieri faciendo, facta inuestigatione (vt sibi videtur) possit eligere: qui duo tantum possint dictis pœnis puniri, & non plures, pro eodem homicidio. Et si nullus reperiatur fieri faciens, siue mandans, tunc vnus solus pœna, quæ superius dicitur, feriatur. Alij vero culpabiles, qui pro principalibus auctoribus non fuerint electi, tanquam auctores, & fautores siue in faciendo, siue fieri faciendo, culpabiles fuerint, sic puniantur, & de auxilio, & fauore. Si autem principalem homicidã associauit tempore homicidij, & illum, qui occidebatur, percussit, vel tenuit, vel ita impediuit, ꝙ se nequiuit defendere obstante sua detentione,

ne, vel impedimento, sicut principalis auctor puniatur. Si vero principalem homicidam associauit scienter ad homicidium tempore homicidij, & non percussionem, nec aliud operatus est, in trecentis florenis auri pœna puniatur. Et si dicto tempore associauit homicidam quempiam, & ne caperetur, defendit, simili pœna puniatur. Et qui non associauit principalem homicidam ad homicidium tempore homicidij, sed ipsum post homicidium cõmissum defendit, ita ꝙ capi non potuit, aut in domo, vel loco alio scienter occultauit, ita ꝙ ab officialibus, vel eorum famulis prosequentibus & inueniri, & capi non potuit, pœna ducentorũ florenorum auri puniatur. Qui vero fuerit de tractantibus, vel ordinantibus, siue consulentibus, ꝙ homicidium fieret, non tamen principalis fieri faciens, siue mandans, pœna ducentorum florenorum

c auri puniatur. Parricida[c] vero, & hi, qui parricidarum nomine à lege comprehenduntur, scienter, appensate, & præordinate illud scelus perpetrantes pœnis legalibus, vel alijs similibus (dummodo in supplicij atrocitate conueniant, & adæquentur) rectoris, siue maleficiorum iudicis arbitrio puniantur. Qui uero absque alia culpa, ca

d su,[d] qui præuideri non potuit, nec debuit,

e vel ad defensionem[e] sibi permissam, vel iure permittente cum moderamine inculpatæ tutelæ occidit, nulla pœna penitus puniatur. Qui vero homicidium non dolo,

f nec licite, sed cum aliqua culpa[f] ex improuiso commiserit, inspecta qualitate personæ, & facti, & circunstantijs debitis, pœna pecuniaria vsque in ducentis florenis auri Rectoris arbitrio, vel iudicis maleficiorũ, & suæ curiæ puniatur. Et de qualitate dictarum pœnarum pecuniarum hæredes occisi debeant habere tertiam partem pro re compensatione eorum iniuriæ.

GLO. CAP. LIIII.

SVMMARIVM.

1 *De homicidio voluntario & inuoluntario.*
2 *Præsumitur homicidium dolo commissum.*
3 *Homicidij pœna de iure.*
4 *Quid sit proditorie aliquem occidi.*
5 *Nobilis non debet furca suspendi, nisi sit proditor.*

a 1 OMICIDIVM] de homicidio † voluntario & inuolũtario egregiè scripsit etiam philosophiæ regulis Mar. Salom. in l. 1. ff. de legib. Et dicitur illud volũtarium, quod ex proposito & dolo committitur, & istud propriè punitur lege Cornelia de sicarijs, vt not. Ias. post alios in d. l. 1. Et obserua diligenter, ꝙ quotiescunque constat aliquem

2 homicidium commisisse, semper præsumitur, † ꝙ dolo & fraudandi animo commiserit. l. 1. C. de sica. l. si non conuitij. C. de iniu. vnde semper ille, quem deliquisse constat, si prætendit ignorantiã, vel excusationem, itaque dicat, ꝙ non dolo malo illud crimen commisit, hoc debet probare, quod not. Accurs. in d. l. 1. & Specul. tit. de præsump. §. species, versi. illud est not. Aduerte etiam ꝙ iure antiquo inspecto, condemnato de homicidio †

3 imputato in pœnam. l. Cornelia de sicar. in consequentiam bonorum confiscatio etiam veniebat salua filijs legitima. l. 1. ff. de bon. damna. iure vero nouissimo nequaquam, nisi in certis casib. vt apparet in §. fin. in auth. vt nul. iud. & auth. bona. C. de bon. proscrip. Hæc constitutio vtrunq; ius amplectitur, ius nouissimum quando homicida in fortiam curiæ venit, ius antiquum quando cõtumax est, quæ in pœnam capitis mandat damnari & confiscationis bonorum, salua semper liberorum legitima. d. l. 1. Sed hic quæro quid sit aliquem † proditoriè occidi? quod sæpè euenit &

4 Bar. in l. fi. C. de delat. lib. 10. & in l. respiciẽdum. §. delinquunt. ff. de pœn. dicit, quando irem tanq̃ socius cum aliquo in itinere, vel sederem secum in mensa, vel essem suus amicus, quia occidendo ipsum dicor proditoriè occidere, quia aliud gerebam in animo, quàm illud quod in actu. Sed de communi vsu loquẽdi, dicitur etiam proditoriè occidi, quãdo post eum vado & occido licet non gererẽ aliud in animo not. Petras. sing. 14. Igneus in l. & si vnus ex dominis, num. 14. ff. ad Syll. Et licet aliàs nobilis † delinquens non debeat furca suspendi vt habetur in l. capitalium. §. fi. & in §. solent. ff. de pœn. & voluit Bart. in l. desertorem. ff. de re milit. tamen hoc locum non habet, si talis

5 nobilis fuerit proditor, ita dicit Bald. in c. cum quidam, de iureiu.

SVMMARIVM.

1 *De pluribus vulnerantibus distinctio.*
2 *Ex præteritis præsumitur in futurum.*
3 *De auxiliatoribus.*
4 *Mandans tenetur vt faciens.*
5 *Inceptor rixæ punitur.*

b 1 PLVRES] Bar. in l. si in rixa. ff. de sica. dicit, ꝙ si plures † vulnerauerunt aliquem, & erat vnum vulnus mortale tantum, & ignoratur quis fuerit, in tali dubio omnes decapitari debent, nõ ergo est inconueniens quòd vnus puniatur pro alio, cum daret operam rei illicitæ, quod intellige secundum spec. tit. de hom. versi. pone ꝙ quatuor, si omnes interueniant animo offendẽdi, ꝙ tunc quilibet tenetur, quia vnus videtur hoc fecisse de voluntate & mandato aliorum. l. non ideo.

C. de

C. de accus. l. 1. §. quoties. ff. de vi & vi arm. c. sicut dignum de hom. Petr. à Pla. lib. 1. deli. c. 12. nu. 1. Si autem omnes non interuenerunt animo offendendi tunc omnes in dubio absoluuntur. l. Arrianus. ff. de act. & oblig. c. ex literis, de proba. nam in criminibus claræ debent esse probationes. l. fi. C. de prob. Iudex tamen propter bonũ regimen, & vt cæteri timeant pœnam pecuniariam solet imponere. l. bona fides. ff. d. pos. Et sic pœna extraordinaria arbitrio iudicis & est cõmunis opinio. Paris. consi. 148. nu. 3. lib. 4. Plac. in d. c. 12. nu. 6. Natta consi. 240. nu. 9. Boss. tit. de homic. nu. 26. Rimin. consi. 23. in fin. Alcia. de præsump. reg. 3. præsump. 44. Restringe tamen hoc, nisi vnus ipsorum, qui fuerit in rixa sit malæ conditionis & famæ, vt quia aliàs commisit simile delictũ, quia hoc casu non obstante incertitudine poterit ad veritatem eruendam ille talis torqueri, ita sing. dicit Sal. in l. fi. versi. quæro an sufficiat, in fin. C. de quæst. & est ratio, quia ex præteritis † præsumitur in futurum. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mil. Aduerte tamen, ꝙ præstans † opem auxilium vel fauorem nõ debet puniri eadem pœna, qua ipse principalis secundum Sal. in l. 1. C. de rapt. virg. quod intellige de nudo auxilio & fauore. Petr. à Pla. in lib. 1. delic. c. 16. nu. 15. & si non dedissent causam morti, Grat. consi. 52. nu. 3. lib. 2. aliàs secus Bar. in l. is qui opem, nu. 5. & in l. in furti. §. ope. ff. de furt. Corn. consi. 8. lit. à lib. 3. Dec. c. 1. nu. 12. de off. del. Aym. consi. 220. num. 12. Soc. consi. 188. num. 7. lib. 2. Boer. decis. 167. Quid si assistebat armatus homicidæ? dicitur præstare auxilium, Inno. in c. cõtinentia, de cler. percus. Alexan. consi. 138. num. 4. lib. 6. Ioan. de Amic. consi. 53. Riminal. cõsi. 13. Gram. vot. 21. pro quo facit not. verbum Bal. in l. cum ancillis, col. 1. versi. not. ex hac. l. C. de incest. nup. vbi dicit, ꝙ mitius punitur ille in cuius domo fit aliqd quàm ipse delinquens principalis. Mandans † tamen fieri homicidium tenetur vt faciens illud secundum Barto. & alios in l. si per alium. ff. ne quis eum, in prin. & in l. sed si vnius. §. si seruus. ff. de iniu. & in l. non solum. §. si mandato, ff. de iniu. nu. 19. Curt. Iun. consi. 237. num. 5. Cotta in memorab. verb. mandans homicidium, Ias. in l. siquis mihi bona. §. sed quid si mandauit, nu. 16. ff. de acquir. hæred. & in l. 1. nu. 22. C. de ser. fug. Boss. de mand. ad homi. Natta consi. 422. Idem dic de portante literas homicidij, ꝙ tenetur pœna homicidij, ita sing. dicit Cy. in l. non ideo. C. de accus. qd firmat Bald. allegans Cyn. in l. 1. §. ne autem. C. de cad. toll. vbi etiam subdit idem esse, si mandaui Titio vt faceret homicidium & Titius mandauit Seio, nam omnes tenentur, allegat tex. quem dicit fore sing. in l. si ego. ff. quod vi aut clam. Verum iudicio meo neminem vidi melius extricantem hanc materiam, quando sunt plures delinquentes quàm Mod. Appost. de Alex. consi. 15. lib. 1. ad quem semper recurre, & si ius ingenium pascere vide ad propositum Petrum à Plac. lib. 1. delict. in interpretatione. d. c. sicut dignum, de hom. Illud interim no. ꝙ si plures fuerint in rixa, & mortui sunt aliqui vel vulnerati & nescitur à quibus, hoc casu si apparet quis fuerit inceptor † rixæ tunc ille solus punietur de homicidio alij de vulneribus, vt est tex. in l. quoniam multa. C. de vi pub. ibi in eum supplicuum exerceri, qui vim facere tentauerit. Rol. consi. 63. nu. 3. lib. 2.

SVMMARIVM.

1 *Pœna paricidij.*

c PATRICIDA] de iure communi † pœna
1 paricidij ponitur in l. pœna. ff. de pari. & refert Cicero in lib. de legib. quæ pœna hodie non seruatur, mandat constitutio vt simili (dummodo supplicij atrocitate æquetur) afficiatur. Et mihi bis Sauonæ cotigit, ꝙ filius spurius occidit patrem & proiecit in quendam puteum alijs auxiliantibus, & mater occidit filiũ immediatè post partum, & prope litus maris sepelijt. Et ambo condignas pœnas luerunt. Vide Petr. Plac. lib. 1. delic. c. 22. Iul. Clar. in §. paricidium.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium casuale quid.*

d CASV] Bald. in l. data opera versi. quæro vtrum maleficium. C. qui accus. non possit tradit hanc not. doctrinam, aut maleficium fit secundum legem, & non est maleficium nec essentialiter nec quoad punitionẽ, qa lex est illa, quæ occidit, & necat hominem ministerio hominis, arg. l. palam. ff. de rit. nupt. & not. 24. q. 7. c. occidit, in glo. vt siquis occidit hominem se defendendo quia illud non dicitur maleficium, aut fit præter legem & tunc est maleficium essentialiter non quoad punitionem, vt quãdo fit casu fortuito, aut fit contra legem, & tunc est maleficium essentialiter quoad delictum & quoad pœnam. l. 3. C. de epis. aud. Ratio differentiæ est, quia occidere aliquem ad sui defensionem fit lege permittente & materali ratione concedente, sed homicidium casuale non fit legis autoritate quamuis de iure sit impunibile. l. 1. & l. eum qui. C. de sica. nisi casum culpa præcesserit, quia tunc puniendus non lege Cornelia de sica. sed alia mitiori. l. 1. §. sed si claua. ff. eo. est tamen essentiale homicidium licet non quoad pœnam, probat tex. in l. 1. §. offilius, vbi Bald. ff. ne quis eum qui in ius voc. est. vi exim. Et ad excusandum homicidiũ casuale consuluit Soc. consi. 16. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Inter defensoria arma leges silent.*
2 *Vim vi repellere licet.*
3 *Quæ dicatur inculpata tutela.*
4 *Personalis iniuria maior est quàm rerum.*

Qũo

5 *Quomodo probetur defensio & articulandũ de ea.*
6 *Insultatus præsumitur ad defensam facere.*
7 *Quando dicatur probata defensio.*
8 *Statutum tollẽs defensionem, intelligitur de ciuili.*
9 *Papa non potest tollere defensionem.*
10 *Testes de credulitate probant defensionem.*
12 *Excedens in defendendo punitur de excessu.*
13 *Excessus potest esse dolosus culposusve.*
14 *Bal. quæstio.*

e AD DEFENSIONEM] Scripserunt diligenter, & plena manu tractauerunt hanc materiã defensionis Ias. Dec. Claud. Salom. Paul. Picus, Curt. Iun. & Fortun. in l. vt vim. ff. de iust. & iu. super qua aliàs ego existens Tyro nouissimè scripsi & Lugdunum transmisi ad Typographos, sed belli calamitate (quo iamdiu illud Galliæ Regnũ vexatur) opus illud perijt, nec apud me originale retentũ permansit sed murium rosura consumpsit, me existente absente. Similiter eadem tractauere Cy. Bal. & Sal. in l. 1. C. vn. vi. Ego hic quædam insigniora referam, alia quæ desiderantur leges apud iam citatos doct. Illud imprimis animaduertas, quod pro Milone dixit Cicero, ꝙ
1 inter defensoria † arma leges silere debent. Præterea sciendum, ꝙ quando committitur delictũ vel homicidium ad sui defensionem, ꝙ ex hoc puniri non debet. d. l. vt vim. l. 1. C. quando lic. fi. iud.
2 se vind. Nam vim † vi repellere omnia iura clamant atq; permittunt. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aqui. c. significasti, il secõdo, de hom. c. vt famæ. §. fi. de sent. exc. c. dilecto, eo. tit. lib. 6. l. 1. §. vnde vi. ff. de vi & vi arm. & hæc est indubitata iuris conclusio, Catald. inter consi. crim. diuers. consi. 53. in prin. lib. 1. Petr. Plac. lib. 1. delict. c. 28. nu. 3. Cæpol. consi. 42. versi. & profecto, & in foro cõscientiæ etiam procedit, Nicel. in cõcl. gl. c. 56. Did. in clem. si furiosus fol. 323. nu. 1. Intellige cum moderamine inculpatæ tutelæ d. l. 1. C. vnd. vi. & ibi gl. Cy. Bar. Bal. & Sal. quãuis glo. ibi multum laboret ad hoc demonstrandum, tamen Bar. ibi & in l. furem, in fin. ff. de sica.
3 dicit, ꝙ dicitur inculpata † tutela, quando aliter se defendere non potest sine periculo rerum. Hęc est legistarum cõis opinio, Ias. in d. l. vt vim, nu. 23. Dec. nu. 31. & Claud. nu. 43. Dida. in d. clem. si furiosus, fol. 325. nu. 6. Plac. d. c. 28. nu. 52. Plotus in l. si quando, nu. 109. Diaz reg. 507. vel personæ, quãuis aggressor esset clericus, quia potest à me impunè occidi in actu defensionis, Claud. in d. l. vt vim, num. 85. Abb. in c. si vero, il primo, nu. 11. de pœn. Did. lib. 2. resol. c. 10. nu. 8. Plac. d. c. 28. nu. 7. quo casu non incidit in excommunicationem, Soc. inter consi. Curt. Sen. consi. 20. nu. 41. vnde nõ debet pati vt damnificetur in aliquo si damnum esset irreparabile, aliàs secus vt d. l. furem. Ex quo infert, ꝙ si non possum effugere, qn me persecutias nisi te interficiam, licite possum te
4 occidere, quia cum quælibet iniuria † personalis sit maior quacunque reali. l. in seruorũ. ff. de pœn. & propter realem irreparabilem possum te interficere. d. l. fi. ergo fortius propter personalem irreparabilem, facit gl. de rest. spol. c. olim. 1. & c. significasti, de hom. de quo ibi omnino vide. Nã periculum vitæ & famæ equiparatur. l. iusta. ff. de manu. vind. Bar. in l. 1. nu. 8. C. vnd. vi, Ang. in l. is qui aggressorem, nu. 2. C. de sica. Marsi. consi. 81. nu. 16. & in pulchro casu consuluit Riminal. cõsi.
5 44. Quomodo † autem probari possit, factum ad sui defensionem de hoc habes gl. ordin. in cle. 1. de hom. verb. non valens, & ibi Petr. de Ancha. ꝙ videtur velle ꝙ necesse sit, ꝙ articuletur & probetur, ꝙ iste erat arctatus & angulatus ita & taliter, ꝙ neque clamare, neq; fugere, vel aliter se iuuare poterat. Item ꝙ non poterat cum suo honore & ipso saluo euitare insultum. l. quẽadmodum §. si nauis altera. ff. ad l. Aquil. vbi Flor. infert, ꝙ etiam debet articulare, ꝙ per illam aggressuram fuit in discrimine vitæ constitutus, tunc videtur statim aggressorẽ occidere licere. l. is qui aggressorem. C. de sica. & ibi not. per Ang. qui dicit, ꝙ ibi est tex. & gl. sing. & not. quæ iun. tex. tradit aduocatis formam praticandi, cum volunt defendere accusatum prætendentes eum non debere puniri, eo ꝙ omnia fecit ad sui defensionem, deberent enim articulare, ꝙ accusator armatus tali loco & tempore cum talibus armis insultum fecit, & impetum contra accusatum causa eum percutiendi cum dictis armis, & hunc dictus accusatus videns se insultatum & in vitæ discrimine constitutum eisdem loco & tempore vulneribus in dicta accusatione descriptis percussit accusatorẽ, & dicit, ꝙ ista est recta praticandi forma, aliã formam tradit Barto. in d. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. subdit idem Ang. ꝙ non assentit illis tenentibus, ꝙ tenetur fugere, si fuga non est sibi verecũdia, quia nullo casu tenetur per has leges. Et sic mirabiliter not. ꝙ eo ipso, ꝙ probo, ꝙ cum armis feci fi insultum contra me lex præsumit, ꝙ eram cõstitutus in discrimine vitæ, Ang. in l. 1. C. vnd. vi, glo. in l. 1. verb. moderatione. C. vnd. vi. Claud. in d. l. vt vim, nu. 54. Grama. consi. 56. nu. 9. Plac. in d. c. 28. nu. 15. Io. de Ami. consi. 116. nu. 5. Rim. consi. 13. nu. 30. & consi. 23. nu. 12. Bertr. consi. 84. nu. 5. lib. 2. part. 2. consi. 35. nu. 5. lib. 4. & consi. 146. nu. 6. lib. 6. Alex. de Næuo inter consi. crim. diuers. consi. 77. nu. 4. Petr. Calef. consi. 88. nu. 21. 89. nu. 3. & cons. 90. nu. 4. lib. 2. Similiter præsumitur quis in discrimine vitæ constitutus, eo ipso ꝙ infertur terror armorũ ita sentit glo. not. in l. sed etsi quæcunque. ff. ad l. Aquil. & ibi Barto. not. dicit in prin. ꝙ eo ipso ꝙ probo, ꝙ aliquis veniebat contra me cum cultello euaginato, & occidi eum, statim probata est mea defensio, & ibi est casus cum gl. & hoc idem tenet Bal. in d. l. 1. C. vn. vi, & in l. si ex plagis. §. taberna

bernarius.ff.ad l. Aquil. & ibi etiam Bart.dicit,q̃ quandoque ego te percutio, antequam me percutias quando es in actu percutiendi,tunc in dubio videor facere ad meam defensionem, & hoc modo potest intelligi ibi glo.quando q; quis est percussus & tunc non licet repercutere etiam incontinenti , quia esset ad vindictam nisi forte percuteret euadens aliàs offensas,quas inuadens de nouo infligere volebat. Tene tamen menti,q̃ ille q̃ primo percusit me, & insultauit videtur habere animum repercutiẽdi in dubio,hoc optimè probat Sal. in d.l.is qui aggressorem , glo.23.q.1.in sum.& subdit Bal.in d.l.is qui aggressorem , q̃ ille, qui est insultatus † in dubio præsumit lex, q̃ 6
quicquid facit,faciat ad suam defensionem,idem tenet Bald.in l.1.§.cum arietes,per illum tex.ff.si quad.paup.fecis.dica. dicit etiam Inno.in c.si vero,de sent.excom. q̃ sufficeret probari, q̃ probabiliter dubitari poterat de offensione,vt offendẽs se excusaret,arg.d.§.qui cũ aliàs,& l.sed etsi quæcunque,in prin.ff.ad l.Aquil. Et aduerte,q̃ satis 7
est probata defensio † si testes dicant & deponãt, q̃ viderunt Titium occidisse Caium ad suam defensionem,vt voluit Bar.cons.5. quidam Massius, & de illo consi. facit mentionem Sal.& illud probat in l.solam,vbi Bal.nu.11.C.de testib. Et ratio est, quia defensio est de iure naturali , quæ nedum cõpetit hominibus sed & animalibus brutis,vt habetur in d.§.cum arietes,Bar. in l.defensiones facultas.C.de iu.fis.lib.10.Old.q.43.quæritur vtrum citatio,Ang.consi.177.in facto proponitur Plac.in d.c.28.n.20.Dec. in d.l.vt vim, nu.17. Et ideo dicit Bal.in c.à nobis,in fi.de excep. q̃ 8
statutum † tollens defensionem intelligitur de ciuili & nõ de naturali , quod etiam firmat Fel.in c.cum dilecti,col.5.co.tit.& dicit Gem.in 9
c.non solum, de app. lib.6. q̃ Papa † non potest tollere defensionem introductam à iure naturali. 10
Et satis est,q̃ testes † deponant de credulitate,licet aliàs non valeat talis depositio,Bar.in d.cõsi.5.Alex.consi.76.visa inquisitione,lib.1. Bald.in d.l.solam , pro quo dicto facit tex.quem ibi not. Butr.in c.1.de scrut.in verb. q̃ quantum humana fragilitas. Intellige tamen sano modo,quãdo credulitas sit proxima & cõiuncta sensui, per quem veritas percipitur,& tunc probat,secus si separata,quia tunc non probat,not.Spec.tit. de teste.§. 1.versi.item q̃ deponit de credulitate,Cy.& Bal. in l.testium.C.de testi. Et propterea concludit Bal. in l.1.C.de cõf. q̃ fecisse ad sui defensionem probatur per coniecturas , quæ iudicis arbitrio cõmittuntur, quod dicit esse notatu dignũ Marsi. 11
sing. 19. Moderamen † inculpatæ tutelæ circa tria versatur secundum glo. in d.l.1.C. vnde vi. Primo attenditur factorum qualitas, q̃ aggressus sine armis,se defendat sine armis. Secundo temporis vicinitas,vt simul fieri dicantur in ipso congressu,vel successiuè immediatè, vel quasi immediatè,vt d.§.eum igitur. Tertiò,q̃ tanta sit expulsio quanta est necessitas defensionis , quæ prosequere vt per iam citatos Scrib.Blan.in pra.crim. fol.146.nu.2.Bologn.consi.36.col.5.versi.verũ 12
si dicatur. Et si in se defendendo excesit † punitur de illo excessu,& sic de quanto & non de toto, casus est sing. in l.si adulterium cum incestu.§. Imperatores.ff.de adult. & l.Graccus.C.eod.& hoc vult Ioan.And.in add.specul.tit.de homi. in rub. Bald. in cap.1. de pa. iur. firm. quod est verum quando excessus est punibilis, vt dicit glo. fin. in d.c.olim , de accus. & sic pœna extraordinaria punitur non ordinaria , & hoc pulchrè declarat Bald. in d.l. vt vim, qui dicit quòd quis 13
potest excedere † modum aut dolo,& tunc plus punitur, aut culpa lata, & tunc mitius, aut leui & magis minus , aut culpa leuissima & tunc multo minus. Soc.Iun.consi.36.nu.10. lib.2.Plac.d.c. 28.nu.14.Bertran.consi. 274. nu.2.lib.1.pæt.1. Grama.consi.56.Soc.Iun.consi.117. nu.17.lib. 3.vbi attestatur hanc esse omnium doct.receptissimam sententiam,q̃ semper mitius puniatur occidens , qui in se defendendo modum excesit. 14
Not.vnũ,quod ponit †Bal.in l.2.C.de sicar.Quidam fecit mihi insultum absque vllo genere armorum volens mihi dare vnam maxillatam manu vacua,ego ne percuterer,gladio ipsum interemi, an puniar ? qui distinguit,aut constat, q̃ aliter poterã me defendere,& tunc teneor,quia non seruauit modũ defensionis, sed vindictam assumpsi,aut cõstat,q̃ ego non poteram euadere, quia cum vituperio percuterer & tũc licite feci vt no. in d.l.1.C.vn.vi.Butr. & Abb.in d.c.olim . Nec tenetur fugere etiam si potest, Ias.in d.l. vt vim, nu.38.& Dec.nu.35.Rim.consi.44.nu.12.Io.de Ami. consi. 77. nu.5. Boss. tit. de homic.nu.86. Alex.consi.109.nu.4.lib.1.& consi. 119.nu.12. lib.7.Tiraquel.de nobil. c.20.nu. 64. Bertrand. consi.290.nu.10.lib.3.par.1.& consi.128.nu.1. lib.7.Plac.d.c.28.nu.10.Petr.Calef.consi. 103. nu.11.lib.1. crim. diuers. Adeo est permissa defensio,q̃ non solum vitam meam sed etiam sanguine coniunctos defendere possum,ita communiter tenent doct.secundum Gram.consi.68.nu. 4.Petr.Calef.consi.89.num.10.lib.crim.diuers. 2.Immo etiam pro defensione extranei Bar.in d. l.vt vim,nu.7. in l.siquis in seruitute,nu.3. ff. de fur.& Dec.in d.l.vt vim,nu.32. dicit eam communem, ab omnibusq; approbatam doct. dicit Alcia.consi.475. & vi de in præmis.Brunel.in rel.c.1.de hom.& Did.in cle.si furiosus de hom.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium commissum culpa non punitur. l. Cornelia.*

f. 1 CVLPA Not. q̃ si homicidium † dolo non committitur nõ punitur pœna legis Cornel.de sica.l.si nõ conuicij. C.de iniu. Propterea si lata culpa commissum,vt cum putator ramum de arbore eiecerit & non clamauerit.l. si putator ff. ad l. Aquil. & prætereuntem occiderit tenetur pœna extraordinaria.l.in lege Cornelia.ff.de sic. Si culpa læui,vt in l.1.§.sed si claua.ff.eod.vel læuissima, vt siquis dederit poculum causa prolis suscipiendæ,& occiderit.l.3.§.sed ex senatusc̃ ff.eo. Circa prædicta vide Curt. Senio.consi.61. col.2.Paul.de Castr.consi.275.col.3.lib.2.Boss. de homic. nu.67. Gram.decis.17.nu.4. Rot.Pedem.decis.104.& in multis facti speciebus cõsuluerunt doct.Gram.vot.23.Bal.cons.136.lib.2. Ioan.de Ami. consi.23. Aret.consi.146.Signor. consi.27.& 63.Marsi.consi.67.nu.18. Petr.Plac. lib.1.delict.c.27. Alb.consi.30. Gram. consi.5. secundum quas circunstantias prudenter constitutio nostra limitauit arbitrium iudicis , vt non posit excedere pœnam 200. flor.

DE POENA AMPVTANTIVM manum,vel aliud membrum,vel debilitantium,& facientium cadere in terram. Cap. LV.

a SIQVIS[a] amputauerit alicui manum,pedem,nasum,digitũ, vel aliud membrum principale,vel oculum stu diosè effoderit , quamuis secundum iura legis Cor neliæ pœna teneatur,tamen de benignitate statuimus,q̃ in ducentis florenis auri puniatur : quam pœnam si infra terminum in sententia declaratum nõ soluerit, ex tunc durius rectoris, & iudicis arbitrio puniatur. Si vero debilitauerit non amputando, cẽtum quinquaginta florenorum auri pœna puniatur : quam pœnam si non soluerit infra tempus in sententia declarandum iudicantis arbitrio acrius puniatur : si vero digitum manus alicui amputauerit, in centũ florenis auri puniatur. Et siquis aliquem ita percusserit, q̃ fecerit sibi cadere dẽtes, puniatur in quinquaginta florenis auri vltra pœnam pro percussione in facie ordinatam. Et si plures dentes cadere fecerit, pro quolibet vltra pœnam percussionis in facie,in quinquaginta florenis auri puniatur. Si vero dentem vnum,vel plures fregerit, media pœna puniatur, qua puniretur si fecisset cadere.

GLO. CAP. LV.

SVMMARIVM.

1 *Dictio siquis vtrunque sexum complectitur.*
2 *Verba Ciceronis.*

2 1 SIQVIS] † Et sic colligitur,q̃ intelligitur tam de masculo quàm de fœmina probat hoc tex. in terminis in l.si quis id quod, vbi latè Scrib.ff. de iurisd.om.iud.l.1. & ibi doctè Alcia.ff. de ver.sig. Et ad propositum nostræ constitutionis moraliter dixit Cicero † lib.1.off. Principio corporis 2
nostri magnam natura ipsa videtur habuisse rationem, quæ formam nostram reliquamq; figuram , in qua esset species honesta , eam posuit in promptu. Quæ autem partes corporis ad naturæ necessitatem date aspectum essent deformem habiture atque turpem eas contexit atque abdidit. Ex quo colligitur , q̃ ad corporis ornatum omnia membra iuxta suam proportionem cõpacta sunt,quæ si tolluntur necesse est vt corpus ipsum deformetur, propterea pœnis insequendi sunt q̃ talia perpetrantur facinora. Et not.q̃ appellatio ne membri non venit digitus Bart.in l. non sunt liberi.ff.de sta.hom. Aug.in add.ad Ang.de mal. verb,membrum prædictum,nu.9. Did. in clem. si furiosus,pag.321.nu.8.de homi.Rubeus cons. 83. illa enim dicuntur membra propriè , quibus diuerso ac proprio officio corpus mouetur,Bar. in l.publicorum,nu.13.ff.de pub.iud.Petr. Plac. lib.1.deli.c.25.nu.7. Siquis est condemnatus in amputatione manus simpliciter debilior est amputanda,glo.in auth.sed nouo iure,verb.vna. C. de fur. Alb.in 3.par.stat.q.60. Alcia.in tract.præsum.ræs.45.nu.15.reg.3. quod intellige secundum Alex.consi.104.nu.4.lib.1. Quid si ille vnã tantum manum haberet ? inspecto rigore est illa amputanda Bald.in d.auth.sed nouo iure,nu.12. & hanc secutum fuit in iudicãdo cõsilium Neap. vt dicit Gram. decis.94. & sequitur Mantua in l. transigere,nu.123.C.de transt. Paul. tamen de Castro.in d.auth.sed nouo iure,nu.4.dicit,q̃ pœna debet commutari,ne corpus humanum deformetur quem sequitur Ana.in c.1.nu.2.de calum.addit Iul.Clar. in §.fin.q.69.in fin.consulto tamen Principe.

DE POENA PERCVTIENtium,& offendentium in persona sine armis. Cap. LVI.

SIQVIS iniuriose aliquem percusserit alapa, vel pugno in facie, sine q̃ sanguis exinde non exierit, puniatur in medietate dictæ pœnæ : si vero quis in alia parte corporis percusserit cum sanguine,in decem florenis auri. Si sine sanguine,in media pœna puniatur. Si vero quis aliquem cum calce percusserit, & exinde sanguis exiuerit,

rit,in viginti florenis auri, & si sanguis non exierit,in decem florenis auri puniatur. Si autem aliquis aliquem iniurioſe momorderit in facie, ita q̃ cicatrix perpetuò euidens remanebit, in quinquaginta florenis auri puniatur, & si cicatrix prædicta non remanſerit, in vigintiquinque florenis auri puniatur. Si vero quis alij iniurioſe extraxerit pilos de barba,[a] ſiue barbam depilauerit,puniatur in triginta florenis auri. Et ſi quis decapilauerit aliquem, vel fecerit ipſum iniurioſe cadere, aut dilaniauerit caputeum, biretum, infulam, vel capellũ de capite,aut mulieri vilętum, in decem florenis auri puniatur: & plus puniatur arbitrio iudicis pro qualitate viri, vel mulieris offenſæ,etiam perſonaliter, ſi ex qualitate viri, vel mulieris offenſæ eſſet periculum publicæ ſtragis. Et ſi iniurioſe aliquem ceperit per pannos ad pectus,vel per capezale, vel dilaniauerit alicui pannos de dorſo, in decem florenis auri puniatur, & nihilominus reſarciat damnũ parti ad duplum computato ſumptu tam in præſenti caſu, quàm alijs,vbi parti offenſæ damnum emerſerit. Si vero impulerit aliquem ita, q̃ cadere fecerit,& ſanguis exiuerit de facie, in quinquaginta florenis auri, de alia parte corporis, in vigintiquinque florenis auri puniatur,& ſi ſanguis nõ exiuerit, in quindecim florenis auri puniatur. Et ſi ex dicta impincta,vel impulſu nõ ceciderit, media pœna puniatur. Et ſiquis ceperit aliquem per naſum,vel manum miſerit ad gulam ita, q̃ ſanguis exierit,in triginta florenis auri puniatur: & ſi ſanguis non exierit, media pœna puniatur. Et ſiquis aliquem iniurioſe per terram extraſinauerit,in vigintiquinq; florenis auri puniatur,& plus arbitrio iudicis pro qualitate perſonæ per terram tractæ,& prouolutæ. Et ſiquis in faciem alicuius expuerit, vel aliquam turpitudinem ſtudioſe,vel iniurioſe proiecerit,in vigintiquinq; florenis auri,& plus,vſque in quinquaginta florenis auri arbitrio iudicis puniatur: in alijs vero locis perſonæ, quàm in facie in medietate dictæ pœnæ puniatur.

GLO. CAP. LVI.

SVMMARIVM.

1 *Expilans barbam qua pœna de iure puniatur.*

a 1 DE BARBA] De iure communi expilans † barbã vel crines (licet ſanguis non exeat) tenetur pœna decem librarum parti & viginti fiſco, allegat caſum vnicũ Rom.ſing.563.in c.1.§.ſiquis aliũ, de pac.tenend.& eius viol.

DE POENA PERCVTIENtium aliquem cum armis. Cap. LVII.

IQVIS aliquẽ percuſſerit, vel vulnerauerit cũ armis ferreis,vel ferratis, baſtone, vel lapide in capite cũ fractura cranei carnis,& ſãguinis effuſione, puniatur in centum florenis auri. Si vero cum ſanguine,& non cum fractura cranei, in quinquaginta florenis auri. Si vero cum dictis armis aliquẽ vulnerauerit in facie, vel in gula cum effuſione ſanguinis(ex quo vulnere ſit cicatrix[a] perpetuò enormiter remanſura)in ducentis florenis auri puniatur. Si vero cicatrix(quæ prædicitur)non ſit remanſura,& ſanguis exiuerit,in vigintiquinque florenis auri puniatur. Qui vero in capite, vel gnla cum dictis armis euaginatis aliquem percuſſerit ſine ſanguine, in vigintiquinque florenis auri: ſi vero cum armis non euaginatis, in viginti florenis auri puniatur. Si vero quis percuſſerit aliquẽ cum aliquo dictorum armorũ à gula infra, & in de ſanguis exiuerit, in triginta florenis auri puniatur: ſi vero ſanguis non exiuerit,in quindecim florenis auri puniatur. Si vero cum ligno,vel alijs armis, quàm prædictis quis aliquem percuſſerit cũ ſanguine, vel ſine quolibet dictorum caſuum,media pœna puniatur.

GLO. CAP. LVII.

SVMMARIVM.

1 *An ſit remanſura cicatrix committitur peritis.*
2 *Teſtibus duobus affirmãtibus magis creditur,quàm mille negantibus, fallit in criminalibus.*
3 *Dictum medicorum recipi poteſt etiam poſt publicationem teſtium.*
4 *Si Iudex adhibet imperitum cum petitionem habeat,tenetur in ſyndicatu.*

a CICATRIX] Aduerte q̃ iudex debet mittere peritos medicos ad videndũ iudicandum & referendum, an ſit remanſura † cicatrix, vt not. Barto. in proœ.

proœ.ffrum in prin.verſi.item not.& ſtabitur dicto eorum l.ſemel.C.de re mil.lib.12. Alb.in 2. par.ſtatu.q.36.Boſſ.tit.de hom.nu.115. Nec requiritur, quòd ſint doctores,Petr. Plac.c.13.nu. 9.quia in his curis adhibentur Chirurgi & tonſores, & ita ſeruatur in praxi Boer. deciſ.323.nu. 21.debent tamẽ deponere cum iuramento, Did. lib.2.reſol.c.13.nu.4.5.credulitatis,non veritatis Ana.in c.ſignificaſti,nu.13.de homi.laſ.in 1e pet.l. admonendi,nu.237.ff.de iureiu. Dec.in c. propoſuiſti,nu.17.de probat. Carauita ſuper ritu.267.not.2.& 3. Denunciatio facta per medicum,qui dicat aliquem infirmum vel remãſuram cicatricem,nunquam aliquid operari debet, niſi præcedat diligens inquiſitio. Et ideo ſemper ſit cautus iudex, q̃ in actis faciat ſcribi, quomodo iudex diligenter examinauit, vtrum ex vulnere eſſet remanſura cicatrix,& ipſe medicus diligenter examinatus hoc retulit, alias non valet ſecundum Bar. in d.l. ſemel. Et not. q̃ ſi plures haberi poſſunt medici,non ſufficit vnus.§.quod autem, in auth.de non alien.facit quod not.in l. quod tamen.§.ſi arbiter.ff.de arb.Bart.in l.ſi in rixa.ff.de ſica. Paris de Put. de ſynd. verb. officialis. Si tamen iniquè fuerint arbitrati,ab iniquo eoeum arbitrio poteſt appellari,vt l.arbitrio.ff.qui ſatiſd. cog. & ibi Bar. Bal. & Ang. Si autem diſcordant ſtatur peritioribus, glo. in c.veterum.9. diſt. Si autem eſſent numero æquales ſtabitur illis, qui fauorabilius deponunt, etiam ſi deponant negatiuè, licet credatur magis duobus † affirmantibus,quàm mille negantibus, vt eſt glo.in l.diem proferre.§.ſi plures.ff.de arb. fallit in criminalibus vbi teſtes deponant negatiuè fauorabiliter, tex. eſt ſing. cum ſua glo. in c. clericos. 20. diſt. (quem tex,Bal.docuit Legiſtas) in l.data opera, col.pen.C.qui accuſ.non poſſ. Corſet. in verb.teſtis, qui dicit, q̃ illa glo. debet. intelligi in teſtibus ſenſum negantibus. Et circa præmiſſa vide ſpecul.§.ſi.verſi.quia magis. Io. And.in add. ſpecul.tit. de hom.§.1. verſi. noſcunt. Et not. q̃ dictum † medicorũ poteſt recipi etiam publicatis atteſtationibus tam ad petitionem alterius partis,quam ex mero iudicis officio, ita ſing. dicit Bald.in c.cauſam, de prob. Not. etiam quod dixit Ang. in l. vbique. ff.de rei vend. q̃ ſi iudex † eligit imperitum medicum, cum peritiorem pòtuit adhibere tenetur in ſyndicatu. l.q̃ ſi nolit. §. mancipium.ff.de edil.edic. Et intellige medicum imperitum, quando etiam eſt nouellus, vt dicit Ang.in l.1.§.pueritiam.ff.de poſtul.

DE POENA INSVLTANTIVM aliquem, euaginantium arma, & adminantium cum eis. Cap. LVIII.

a SIQVIS aliquem inſultauerit,[a] inuaſerit, ſiue aggreſſus fuerit cum armis ad domum propriam, vel conductam, vel caſſinam inſultati,& ipſam intrauerit, in triginta florenis auri puniatur,& nihilominus puniatur carcere,vel exilio temporali arbitrio iudicis,ſi ſolus inſultauit: ſi autem conuocatis pluribus, & facto, ſeu congregato centum hominum,ad id pœna duplicetur. Et ſi non intrauerit, in quindecim florenis auri puniatur. Si vero ſine armis prædicta fecerit, modica pœna puniatur. Si autem inſultum alibi fecerit, ſi cum armis, in quinque florenis auri puniatur. Et ſiquis exprædictis inſultantibus tempore inſultus, ſiue ſtatim poſt aliam iniuriam contra inſultatum eundẽ fecerit, ex qua pœna maior reſultaret,illa maiori pœna puniatur,& non de inſultu. Si quis vero cõtra aliquem euaginauerit aliquod genus armorum offendibilium, & cum tali genere armorum, videlicet lancea ferrata iniurioſe admenando,non procedendo ad feritam, in decem florenis auri puniatur. Et ſi euaginauerit, & non adminauerit, vel ſi adminauerit, & non euaginauerit, in medietate prædictæ pœnæ puniatur.

GLO. CAP. LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Inſultus dicitur, cum armis factus etiam non euaginatis.*
2 *Conatus non punitur niſi ſequatur effectus, fallit in criminibus exceptis.*

a 1 INSVLTAVERIT] Not. q̃ de iure inſultus † factus cum armis punitur ac ſi extracta fuiſſent.l.3.§.qui armati.ff.de vi & vi arm.ſufficit enim terror armorum,vt not.Rom.ſing.563.ſed de generali totius mundi conſuetudine derogatum eſt illis legibus,per quas conatus † punitur, licet non ſequatur effectus.l.is qui cum telo.C.de ſic. mirabilis eſt doctrina Spec.tit.de accuſ.in prima par. §.1.verſi.quid ſi primo quem referunt & ſequuntur Ang.in l.1.§.hæc verba.ff. q̃ quiſque iu. Bal. in l.3.C.de ſer.fug.Alex.conſi.15.lib.1. & conſi. 140.nu.2.lib.2. Cæpol.conſi.30.aureus tex.in l. ſæpe,in fi.ff.de verb.ſignifi. vbi non dicitur quis

T habere

habere nocendi animum nisi factum fuerit subsecutum, & sic falsa est opinio Io.Fab.in §.item lex Cornelia,inst.de pub.iud.vbi dicit, q̃ ille qui parauit telum hominem occidendi causa, & de hoc constet,q̃ tenetur pœna.l.Corneliæ de sic. Ias.in l.1.§.fin.in fi.ff. quod quisq; iu.Boer. decis.316. nu.3.Bal.consi.361.in fin.lib.1.Fulg.consi.149. nu.4.Catald.de synd.q.198.Gram.decis.2.nu.8. Marsi.consi.51.nu.14.Rim.consi.281.in fi.Gomes.in §.item siquis,n.29.inst.de act.Gram.vot. 19.nu.4.vot.20.nu.9.& consi.25.nu.5.Maranta consi.98.lib.1.crim. diuers. Affl. decis.276.Iul. Clar.in §.fin.q.92.in prin.Rot.Pedem.decis.19. fallit in crim.læsæ maiest.& in assassinio,vt dicũt Bal.& Ang.in locis iam citatis, Boer. de sedit.7. præsup.Igneus in l.1.§.occisorum.ff. ad Syl.nu. 41.de assassinio consuluit Ang.consi.14.Did. in clem.si furiosus,fol.180.versi. secundo proponitur, Petr.à Plac.lib.1.delict.c.19.num.9.Gram. vot.9.Capy.decis.155.procedunt præmissa, dũmodo deuentum fuerit ad actum proximum maleficio, & est communis opinio,vt dicit Grama. consi.36.nu.19. & vide Fel.in suo tract.de conatu,& Marsi.in d.l.is qui cum telo.

DE VERBIS INIVRIOSIS, ET minatorijs. Cap. LIX.

a SIQVIS alicui personæ dixerit verba iniuriosa,[a] videlicet,falsus proditor, paterenus hęreticus,cornutus, riuaglioſus, vel his similia, vel alterum ipsorũ verborum in octo florenis auri pro quolibet verbo, & vice qualibet puniatur. Et si alicui iniurioſe improperauerit mortem violentam alicuius de ascendentibus, vel descendentibus, aut de collateralibus vsque ad tertium gradum,in vigintiquinque florenis auri puniatur.Si vero exmentierit aliquem iniurioſe, in sex florenis auri : si autẽ alia verba leuiora dixerit iniurioſe, in tribus florenis auri puniatur.

GLO. CAP. LIX.

SVMMARIVM.

1 *Verbis resistendum est iniuriæ verbali.*
2 *Non tamen punitur de toto, sed de quanto.*
3 *Honor & vita equiparantur.*
4 *Crudelis est, qui famam negligit.*

a 1 INIVRIOSA] Si aliquis inpetierit me verbis † iniurioſis, verbis illi resistere debeo,specul.tit.de accus.versi. quid si te vocaui latronem, Bal. in l. 1.versi.sed nunquid ex solis.C.vnd.vi.Subdit tamen specul.q̃ si in mora expectationis esset periculum ex quo liquet de animo, tunc tenet glo.in d.l.1.q̃ melius est aduersus iniuriam se præparare quàm cohartare in discrimine. Adde tamen 2 not.limitationem, q̃ siquis † verba iniurioſa in me protulerit, & ego hoc modo prorupi in rixã & vulneraui eum nõ debeo puniri de toto,sed de quanto excesi, ista est sing. doctrina Ang. in l. si adulterium cum incestu.§. imperatores. ff. de adult.per illum tex. contra quam doctr. videtur dicendum contrarium, q̃ iniurianti me possim etiam armata manu resistere, quare si eum vulnero non debeo puniri de toto nec de quanto, quia 3 honor † & vita equiparantur. l.iusta causa. ff. de manu. vind. sed pro defensione vitæ licitum est aliquem occidere vt iam dictum est.l. vt vim. ff. de iust.& iu.& ibi not.scrib.ergo & pro defensione honoris,facit quod not. Bal. in c. 1. cir. prin. col.5. de pac.tenend. q̃ pro defensione honoris sui licet inhire duellum, quia crudelis † est, qui famam,negligit.c.volo.12.q.1.facit etiã tex.no. in c.præcipimus.93. dist.no. Gerard.sing.33.in qua materia vide Iul.Cla. in §.iniuria,qui copiose loquitur.

QVOD POENA DELATIONIS armorum confundatur cum pœna insultus. Cap. LX.

RODVLPHVS Pius presbiter Cardinalis de Carpo, prouinciæ Marchiæ Legatus. Quia tam per aliquas constitutiones, quàm banimẽta,& ordinationes rectorum alia pœna imponitur arma deferẽtibus, & alia cum armis insultantibus: & plerunque euenit,q̃ officiales videntes maiorem pœnam impositam pro armorum delatione, quàm insultu cum armis, factum ipsum diuidẽtes,insultantes cum armis ad solutionem pœnæ delationis armorũ, quæ vt plurimum Cameræ Apostolicę est applicata, compellunt, quo fit, vt communitates locorum habentes pœnarum impositarum pro similibus delictis ratam,& participationem, debitis pœnarum prouentibus defraudentur: & huiusmodi insultantes arma ad finem insultandi deferentes,& de insultu, non de armorum delatione puniendi, acrius, q̃ delicti qualitas expostulet, puniantur. Volentes igitur omnem dubitationem tollere, & indemnitati communitatum,&,ne sit maior pęna, quàm delictum,

lictum,prouidere:statuimus,& ordinamus insultantes cum armis pœna constitutionũ antiquarum,De insultu cũ armis, plectendos tantum: & pœnam delationis armorum cum pœna insultus confundi[a] debere, quum delictum principale absorbeat accessorium: ne contingat etiam insultantem,vel delinquentem pro eodem insultu, & delicto eadem,& duplici[b] pœna puniri, quod in leuioribus saltem parum conuenit. Nec hac causa duplici pœna esse dictos insultantes afficiendos.

a

b

GLO. CAP. LX.

SVMMARIVM.

1 *Vulnus confunditur cum delatione armorum.*

a ONFVNDI] cõcordat in simili tex. in l.illud.§.fin.ff.ad l.Aquil. & iusta tunc fuit prouisio,sed hodie cum maleficia à communitatibus ablata sint motu proprio Pij IIII. nullum potest considerari interesse communitatis, sed solum Cameræ App. Verum hodie superiores semper huic cõstitutioni derogant in suis bãnimentis expresse volentes, q̃ insultus non confundatur cum delatione † armorum. Controuersa apud nostates est qõ- 1 an stante statuto cõtra inuentum cum armis sufficiat illum inuenire cũ armis vel requiratur præhensio ? qui dam dixerũt q̃ satis est inuenire cum armis, Ias. in l.1.in prin.ff. quod quisque iu. Alij q̃ immo requratur præhensio Alex.in l.1.in prin. nu.77.& Ias.nu.87.ff.de acq.poss.vbi Rip.nu.53. Marsi.in prat.crim.§.pro complemento, nu.24. idem Ripa in tractatu de peste in tit.de conseruã. vber.nu.104. Viuius lib. cõmunium opin.verb. statutum disponens,Iul.Clar.in §.fi.q.82.stat.6.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis pro eodem delicto pluries puniatur remissiuè.*

b DVPLICI] vide no.in l.2.ff.de priua.del. & latè Did.lib.2.resol.cap.8.vbi diligenter hoc expendit, ad quem semper soleo in hac materia recurrere.

DE PONENTIBVS AD domum alicuius rem iniuriosam, vel diffamatoriam. Cap. LXI.

a SIQVIS studioſe de nocte posuerit[a] ad domum, vel ostium domus, siue ante domũ alicuius cornu, vel cornua bestiarum fœtens, vel fœtida,vel aliqd aliud turpe,aut scripturam,siue cædulam continẽtem aliquod diffamatorium,vel opprobrioſum domino, vel habitatori domus in viginti florenis auri puniatur: & si de die in decẽ florenis auri puniatur, & plus etiã personaliter arbitrio iudicis, si immineret graue scandalum pro qualitate personæ offensæ.

GLO. CAP. LXI.

a POSVERIT] concordat tex. in l.1.§. fit iniuria.ff. de extraord.crim.l.vn. C.de fam.libel. Extat Romæ Pasquillus Saxeus in quo solent affigi huiusmodi libelli, quorum fabricatores Modernus Põtifex Pius V. veræ iustitiæ cultor maximo cum rigore prosequitur,vide Petr.de Plac.lib.1. deli. c.3.Iul.Clar.in §.fi.q.68.versi.libelli famosi.

DE MANDATORIBVS, FAVtoribus,& auxiliatoribus. Cap. LXII.

a SIQVIS mandauerit[a] aliquod maleficium fieri, q̃d secutum fuerit, aut associauerit aliquem ad aliquod maleficium cõmittẽdum, aut ipsi committenti tempore maleficij præstiterit auxilium, consi- b lium,[b] & fauorem, simili pœna, qua principalis committens, puniatur, nisi in casibus, in quibus de talibus mandantibus associantibus præstantibus consilium, auxi- c lium,[c] vel fauorem, est circa eorũ pœnam per constitutiones aliud ordinatum. Et si aliquis iniuriam alteri mandauerit,quæ nõ fuerit subsecuta, siquidem magna esset iniuria, vsque in viginti florenis auri : si leuis esset iniuria, & tolerabilis,vsque in decem florenis auri puniatur.

GLO. CAP. LXII.

SVMMARIVM.

1 *Quando dominus teneatur de homicidio commisso à famulo.*
2 *Verba enunciatiua aliquando tacite disponunt.*
3 *Mandans verberari si sequatur homicidium tenetur limitatur,nu.6.7.8.*
4 *Hæres tenetur uindicare necem defuncti.*
5 *Ex personæ qualitate indicatur animus.*
9 *Reus torqueri potest ad indicandum mandatorem.*
10 *Vnus testis facit indicium de actu propinquo.*
11 *Ex solo mandato quis punitur in atrocioribus extra ordinem.*
12 *An alicui credatur sibi fuisse mandatum.*

a MANDAVERIT] famulus cuiusdã nobilis fuit verberatus, dominus eius sibi dixit, nunquam reuertaris domum, nisi aliud de te sentiam contra verberantem, postmodum famulus ipsum interfecit verberantem. Quæritur nunquid dominus
1 †ex illis verbis teneatur de homicidio? in facti cõtingentia fuit determinatũ ꝙ sic, & ita fuit punitus dominus, vt refert Bar. in l. siquis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acq. hæred. qui ab omnibus indifferenter approbatur, vt dicit Ias. ibi. nu. 12. & in l. 1. nu. 28. C. de seru. fug. Frãc. Marc. decis. 423. nn. 1. par. 1. Marsi. consi. 132. in prin. Boss. in tit. de mand. ad homic. nu. 50. Rui. consi. 6. nu. 1. lib. 5. Cassan. consi. 58. nu. 8. Alex. consi. 28. num. 5. lib. 4. Petr. à Plac. lib. 1. delic. c. 14. nu. 15. Duenas reg. 207. Dida. in clem. si furiosus, fol. 287. nu. 3. pro quo facit, ꝙ non refert directè an indirectè ordinetur aliquid, pro quo facit tex. in c. ex literis, de excess. prælat. vbi Abb.
2 colligit, ꝙ verba †enunciatiua tacitè disponunt, quãdo ex illis verbis sequitur malum imminẽs, quem tex. ad hoc etiã allegat Rom. sing. 711. ad idem facit c. fi. de hom. lib. 6. vbi si mando aliquẽ verberari, & cui mandatur illum occidit, teneor de homicidio, quia fui in culpa illud mandatum præbedo, ita in proposito iste nobilis tacitè man
3 dauit †verberantem verberari, ideo tenetur de secuto homicidio, quod est bene not. & cum opinione Bar. transeunt Ang. Imo. Paul. de Castr. in d. §. sed quid si mandauit, & idem Paul. cons. 260. lib. 1. Abb. in c. præsentiam, ne cler. vel mon. Contra quã decisionem videtur gl. in l. 1. & ibi Guil. de Cune. C. de his quibus vt indignis, vbi hæres
4 †tenetur vindicare necẽ defuncti licitè accusando in iudicio occisorem, modo Titius qui fuit hæres dicit coram testibus, ego vindicabo talem offensam, seius fuit vulneratus & occisus, qui occiderat defunctum, testes nunc deponunt quomodo Titius hæres dixit se vindicaturum necem defuncti. An pp hoc possit torturę subijci? Guil. dicit ibi ꝙ dẽt psonę qualitas cõsiderari, nã ex p-
5 sonæ qualitate †dijudicatur animus. l. famosi. ff. ad l. Iul. ma. no. Bar. in l. metũ. ff. qđ met. caus. sed Bar. dictũ est verũ. Nõ obstat illa gl. ga rñderi potest, ꝙ procedit in vindicta licita & a iure pmissa & qcqd fit iure permittẽte pœnã non meretur. l. Graccus. C. de adult. c. ꝙ peccat 23. q. 4. secus in casu nostro in quo nemini licet se vindicare vindictã exercendo, sed bene iniuriã propulsando. l. vt vim. ff. de iust. & iu. c. significasti, el 2. de hom.
6 Qđ Bar. dictũ †limitat Raphael in d. §. vt nõ procedat, qñ ex qualitate offensæ aliud colligi põt. Exẽplũ famulus fuit alapa pcussus & dñs dixit nõ redeas domũ, famulus iuit, & gladio pcusit illũ, nõ tenebitur hoc casu dñs, ꝙ mãdasse videtur fieri vindictã iniurię similem, vt no. ī simili in l. 1. C. vn. vi & in l. 3. §. cũ igitur. ff. de vi & vi ar. pro qua limitatione Alex. in d. §. adducit not. decis. Baldi. Nã (vt dixi) si mãdo famulo meo, ꝙ vulneret alique adeo tamen, ꝙ eum non occidat teneor ego
7 mandans, licet illud non mandauerim vt in d. c. fi. de hom. lib. 6. modo dicit Bal. limitando illum tex. †ꝙ hoc est verum, quando non poterat separari mandati executio, ab ipso mandato, sed vbi optimè separari poterat, tunc secus. Tu dixisti famulo, ꝙ alapam daret alicui, & famulus occidit, non teneris hoc casu de homicidio. Ex istis breuis colligitur distinctio, si mando, ꝙ vulneret, & ille occidit, teneor de homicidio, qa vulnera non dantur ad mensuram, Cæpol. consi. 34. Boss. vbi supra, nu. 10. Si vero limitate mandaui (veluti) vt
10 alapa cederet vel sfrisiaret tunc non teneor de homicidio, quia facile ille poterat percutere & non occidere, ideo tunc màdans puniendus est pœna extraordinaria, & istam communem dicit Plac. in lib. delic. c. 15. nu. 1. Dec. consi. 622. Ias. consi. 188. lib. 2 & sic intelligantur & procedant consi. Ant. Ros. & subscrib. inter consi. Cæpol. nu. 35. 36. 37. & 38. refert Dec. consi. 482. num. 16. & d. cons. 622. & de intellectu illius. c. fi. vide ibi Can. ponit etiam Bar. in l. 3. §. fi. ff. de adim. leg. in l. diuus. ff. de fica. Bald. in l. cum mandatum. C. mand.
8 Secundo limita †illud dictũ Bar. vt nõ procedat si famulus mãdatum repudiasset, & postea iuerit & occiderit, quia tunc dñs non tenebitur allego tex. in arg. in l. si filius f. §. fin. cum gl. ff. ad Maced.
9 Vlterius not. ꝙ reus †torqueri potest conuictus ad indicandum mandatorem. l. & si certus, vbi Ang. ff. ad Syl. Dec. consi. 189. Carrer. in prat. in matura indic. versi. sequitur de mandatario, in fi. qui alios allegat. Hinc dixit Paris de Put. đ synd. verb. dicitur, ꝙ si probetur mandatum homicidij per vnum testem idoneum, est locus torturæ quia cum inquiratur de mãdato ad homicidium concurrit factum. ſ. mandatũ homicidij, per no. per Bart. in l. fin. ff. de quæst. vbi dicit, ꝙ vnus te-
10 stis †est sufficiens indicium ad torturam, quãdo testificatur super facto directè de maleficio, seu de actu propinquo maleficij, non quando de indicio & mandato de occidendo, de quo nunc inquiritur, per not. per Bar. in l. nõ solum. §. si man-
11 dato. ff. de iniu. vbi dicitur ꝙ quis †ex solo mandato punitur in atrocibus extra ordinem. l. 1. ff. de extraord. crim. & per plenè no. per Bal. in l. 1. C. de ser. fug. & sic semiplenè ꝓbato facto (ideſt) mãdato, tenetur multo magis secuto delicto mãdatum, si cum dicto istius testis concurrant aliquæ verisimilitudines, vt quia occisus erat capitalis inimicus mandantis, vel suberat aliqua causa odij, ex quo verisimiliter fuerit motus ad mandãdum ipm occidi, qa coadiuuaret dictũ illius testis, vel si deinde mãdatariũ receptauit, vel si mãdatarius erat eius familiaris, vel si statim post mãdatũ secutũ est homicidiũ, si tñ vnus testis deponat, ꝙ audiuit, qñ minatus fuit mortẽ, dictũ illius testis non faceret indicium ad torturam per not. in l. 1. C. quod met. cau. & l. 1. C. siquis Imp. maled. quia (vt minæ faciant indicium) requirantur duo testes per glo. in l. fi. ff. fam. hercis. Quid si
12 vnus †testis deponat, ꝙ aliquis mandauit sibi homicidium committere, an sibi credatur? Credo ꝙ nõ, per not. in l. siquis in graui. ff. ad Syl. Marsi. in l. 1. §. diuus Antoninus. ff. đ quæstio. & in fin. 22. Grama. vot. 15. in prin. & vot. 34. & in consi. 21. Carrer. vbi supra nu. 10.

SVMMARIVM.

1 *Celeritas actus inducit fraudis suspitionem.*
2 *Ex breuitate spacij præsumitur consilium.*
3 *Ex vicinitate actus præsumitur fraus.*

b CONSILIVM] Not. ꝙ celeritas † actus
1 inducit fraudis suspitionem tex. est iun. glo. in l. si ventri. §. in bonis. ff. de priu. cred. quã glo. inducit Bar. ad quandam. q. de consilio ad homicidium præstito, & de homicidio per famam probatur ꝙ locutus fuit homicidæ, & statim eũ occidit sed nesciebat, quid dixerit, dicit ibi Bar.
2 ꝙ ex breuitate †spatij præsumitur consilium dedisse, & per illam gl. pulchrè ibi dicit, ꝙ si donauit bona mea Titio & incontinenti feci homicidium, ꝙ talis donatio præsumitur in fraudem facta propter celeritatẽ actus, idẽ ꝺoluit in l. post contractũ. ff. de donat. & potest reddi ratio, quia
3 id quod incontinenti †fit, præordinatum & præcogitatum præsumitur, & vide, quod voluit Bar. in l. si vir vxori. ff. de don. int. vir. & vxo. vbi habetur, ꝙ si facto diuortio mulier ad maritum reuertitur incontinenti, ꝙ præsumitur illud diuortium simulatum, & ibi dicit Bar. ꝙ si dominus licentiat famulum, & incontinenti reasumit, ꝙ talis dimissio & licentia fuit ficta, ad hoc allegat Cy. in d. l. post cõtractum, & mouetur ex eo, quia quod fit incõtinenti præsumitur præordinatum, & sic ratione vicinitatis actus fraus præsumitur, facit quod not Speculat. tit. de don. §. 1. versi. item pone aliquis, & in tit de act. & pet. §. in anterioribus, versi. quid si forte, & quod voluit Bal. in l. fraus. ff. de legibus, ꝙ simulatus titulus non est titulus, & simulata traditio non est traditio. l. emptor. ff. de aqua plu. arc. l. cum ea. C. de transa. qua pœna puniatur consulens vide Fel. in c. 1. nu. 81. Bero. nu. 85. ff. de off. del. vbi Dec. nu. 9. Dec. in l. cõsilij, nu. 41. & Cagnol. n. 6. ff. de reg. iu. Duenas reg. 149. Petr. pla. lib. 1. delic. c. 17. Boet. decis. 262. Boss. tit. de mand. ad homic. nu. 59. Iul. Clar. in §. fi. q. 88.

c AVXILIVM] ferimus armis, manu, clamoribus, obiectu corporis, plorãdo. l. 1. §. hoc autem senatus. ff. ad Syl. & vide late Bar. in l. is qui opem. ff. de furt. & Marc. Blan. in l. fin. ff. de quæst. vbi multa ad criminum lucidationem magistraliter tradit. Iul. Clar. in §. fi. q. 90.

DE OFFENSIS PER INVOCATIONEM auxilij Papæ, vel Legati, vel Rectoris in protectiones. Cap. LXIII.



IVRIS gentium naturali ratione induxit auctoritas, vt quisque, quod ob tutelam sui corporis fecerit, iure feciſſe exiſtimetur: quia cauſam aggreſſionis ſæpe cõtingit in tantam ſuperuenire potentiam, ꝙ quamuis oppreſſo de iure ſe defendere liceat, tamen de facto nõ poſſit, & ne videatur talis impotens, qui tutionem à ſummo Pontifice ſuo domino naturali expectat, ab ipſius Pontificis (qui vbique præſens eſſe non poteſt) auxilio derelictus, conueniens eſt ꝙ talis impotens præſentia nominis ipſius ſummi Pontificis, vel ſuorum officialium defendatur. Præſentis igitur conſtitutionis auctoritate licentiam impartimur cuique aggreſſo, ſeu timẽti offenſam, aut violentiam forſitan in perſona, vel rebus, quas poſſidet, vel quaſi inferri, vt per inuocationem Papæ, vel ſui Legati, aut Rectoris prouinciæ ſe defendat, & illi, ſiue illis (quos vetuit ex parte domini Papæ vel ſui Legati, aut Rectoris prouinciæ) prohi-
a beatur, vt ipſum offendere [a] non præſumat decætero in perſona, vel rebus. Et ſimiliter prohibere valeat, ne offendat patrem, auum, aſcendentes ſuos, aut deſcẽdentes, aut alios, qui in ſua familia commorantur, & de quolibet prædictorum prohibere poſſit ſingulariter, & diuiſim de altero, ſiue aliquibus, aut cõmuniter, ſicut velit. Caueat tamen, ne contra actus à iure permiſſos, & licitos talem defenſam, & prohibitionem imponat. Si quis cõtemſerit iniuſtè prohibitionem, & defenſionem huiuſmodi iuſtè factam, & de ea non obſtante ad iniuriam aliquã auſus fuerit proſilire, vltra pœnam per conſtitutiones alias in illo exceſſu ſtatutam, ſi illa pecuniaria fuerit duplũ illius pœnæ ſoluere teneatur. Et ſi pœna pro illo exceſſu aliter ordinata fuerit, in durioré pœnam rectoris, ſeu iudicis maleficiorum arbitrio valeat commutari. Sin autẽ actus ille, contra quem obijceretur huiuſmodi prohibitio, vel defenſa, licitus, & iuſtus exiſteret, vel permiſſus: aut ſi talis de-

fensa,& prohibitio contra iudicem,vel officialem,dum exequitur ea, quæ pertinent ad suum officiũ,opponeretur forsitan causa frustrandi iudicium, aut domino per vassallum cum debita,& consueta seruitia exigit talis prohibitio,seu defensa in huiusmodi casibus nil operetur, & prohibitus experiri tunc possit impune.

GLO. CAP. LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Quando quis timet ab aliquo offendi, quod est remedium.*

a 1 FFENDERE] Quæro siquis timeat †ne ab aliquo offendatur, an possit petere, ꝙ sibi caueatur de non offendendo? hanc q. format Specul. tit. de pig.§.sequitur,versi.quid si timeo,& Prat.Pap.in for.inquis.in fi.& dicit concluſiuè, quandoque timetur damnum inferri de re ad rem,& tunc præstãda est cautio,vt tot.tit.ff.de dam.inf.quãdoq; timetur de persona ad personam,& tunc idem.l. denunciamus.C. de his qui ad eccles.conf. quandoq; timetur de re ad personam,& tunc nulla præstatur cautio.l.qui bona.§.quidem.ff. ꝺ dam.inf. & ibi per Bar.potest tamen officio iudicis is, cuius res est, cogi rem ipsam reficere.l.præses.ff.de off. præsid. quandoq; timetur de persona ad rem & tunc præstabitur cautio,vt in l.si fideiussor, in fi.ff.qui satisd.cog.& in l.Imperatores,cum simi. ff.de app.& in materia cautionis de non offendendo aliquot quæst.format Barto.in l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de off.præsid. quas reasumit & declarat Rip.in rubr.ff.de dã.inf. & nouissimè scripsit Hercul. in suo tract. de caut. de non offend. Petr. à Plac. lib.1. delic. c.7. vbi asserit hanc esse omnium receptissimam traditionem,ꝙ pars cogi possit ad præstandum cautionem de non offendendo, hoc intellige si petatur ab aliquo cautio, nam iudex ex officio hoc facere nõ potest. Paris. consi.168.nu.10. lib.4. nisi ex causa, vt declarat Iul.Clar.in §.fi.q.47. vbi etiam aliquot casus no. in pratica refert.

DE FALSARIIS. Cap. LXIIII.

a FALSAM monetam[a] siquis cuderit, vel cudi fecerit, pœna legali damnetur. Literas apostolicas siquis falsificauerit,siue ipsarũ bullam vel falsificari fecerit,
b pœna iuris canonici[b] puniatur. Falsum in
c stũm[c] siquis scienter fabricauerit, vel fabricari fecerit, aut scienter ipso vsus fuerit, pœna legali puniatur:& veniam non mere
d tur. Falsum testimonium[d] siquis in causa criminali,vel ciuili tulerit, aut testem falsum scienter in ea causa produxerit,aut eo sciente in tali causa vsus fuerit, in centum vigintiquinque florenis auri puniatur. Si-
e quis vero totonderit,[e] vel limauerit monetam causa illam diminuendi,si fuerit aurũ, in centum florenis auri pro qualibet moneta aurea: si argentea, in quinquaginta florenis auri pro qualibet vice puniatur.

GLO. CAP. LXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Ad quem spectet monetam cudere.*

a 1 MONETAM] cudi † facere ad Principem spectat, vel ad eos quibus Princeps concesserit c.1.quæ sint regul.& qui falsam cudit monetam, pœna vltimi supplicij damnatur.l.1.cũ seq.C. de fal.mo. Viuius lib.cõmunium opin. verb. monetam falsam.Dida.in libel.de veter.numism.coll.c.fi.Iul. Cla.in §.falsum,versi.dixi etiam,& de vsuali moneta loquitur tex. in c.2. de maled. quam vulgo currentem dicimus.

b CANONICI] vt in c.ad falsariorum, cum ibi not.de crim. fals.

c INSTRVMENTVM] lege per discursum tit. ff.& C. de fals.Iul.Clar. in sua prat.crim.§.falsum,& vide infra lib.5.c.12.

SVMMARIVM.

1 *Falsus testis quomodo punitur.*

d 1 TESTIMONIVM] falsus † testis in causa criminali punitur tanquam homicida si dolo malo deponat, egregius tex. in l.1.post prin. ibi qua falsas testationes,vbi Marsi.ff.de fals. quẽ tex.reputauit sing.Bal.in c.1.§.iniuria, ad fin. de pace iur. firm. & an tunc puniatur similitudine supplicij & quando diserit Rot.Pedem.decis.19. & distinguit,quam in praxi obserua.

SVMMARIVM.

1 *Pœna tondentis monetam.*

c 1 TOTONDERIT] de iure communi pœna tondẽtis monetam, est damnatio ad bestias l.quicunque.ff.de fals.c.quãto,de iureiu. Viuius vbi supra verb.monetam radens. Did.vbi supra, nu.5.Ego aliàs habui Sauonæ in facto ꝙ quis falsõ nomen alterius vsurpauit, vt quendam abhomicidio excusaret,confitens se illud commisisse, & ad triremes damnatus fuit, similiter alias falsõ alterius nomen expendens donationem fecit illius bonorum cuidam de illo crimine participanti,& triremium pœnam luit.Idem Massæ Maremæ de quodam iudicium sumpsi, qui falsõ in fisci fraudem sibi mutauit nomen, qui condignas sustinuit pœnas.l.falsi, cum ibi not.per Marsi.ff. de fals.

DE

DE PRIVATIS CARCERIBVS. Cap. LXV.

a ARCERE priuato[a] detinẽs aliquẽ vltra tres dies, legali pœna puniatur, minus vero detinens, siquidem detinuerit per vnam diem,vel infra, in centum vigintiquinque florenis auri: si vero vltra vnam diem in duplum,quam pœnam si nõ soluerit in quocunque dictorum casuum infra terminum in sententia statuendum,legali pœna puniatur,& si per metum carceris aliquid à carcerato exegerit, vltra pœnam carceris pro illo puniatur,ac si violenter derobasset. Et si eundem carceratum ad aliquid quietandum, seu remittendum coegerit terrore dicti carceris, ac si tantundem derobasset eidem similiter puniatur. Et si metu carceris ad aliquod falsum instrumentum, vel testimonium, vel falsam scripturam,vel quid aliud illicitum detentum induxerit, tãquam principalis auctor sceleris teneatur,& si eidem carcerato aliquam iniuriam, vltra carcerem, intulerit, pro illa in duplum, quàm si intulisset alteri puniatur. Et si mulierem honestam causa libidinis exercendæ carcerauerit, vel puerum[b] ingenuum in carcere per diem integram,vel dimidiã,aut per mediam horam licet effectu non secuto detinuerit, puniatur pœnis legalibus perinde,ac si violenter compressisset extra carcerẽ effectu secuto.

GLO. CAP. LXV.

SVMMARIVM.

1 *Priuati Carceris pœna de iure.*
2 *Duplex est carcer.*

a 1 PRIVATO] De iure exercentis priuatum carcerem pœna est vltimi supplicij.l.1.C. de priua. carc.l.1.C.de cohort.lib.12.Et propterea carcer † bifariam intelligitur publicus & priuatus, publicus carcer est, quem Magistratus habet ad continendos homines, & ita recipitur in l.1.& tot.tit. C.de cust.reor. priuatus carcer est, quem habent nulla potestate legitima præditi vim illicitã exercentes priuatim,& talis sub pœna vltimi supplicij interdictus est omnib.d.l.1.l.succurritur.ff. ex quib.cau.maio.Porro qui de iure videantur incidere in d.l.1. docet eleganti distinctione Bart. in l.capite quinto.ff.de adult.quem omnino vide Iul.Clar.in §.fi.q.68. versi. priuatum carcerem.

SVMMARIVM.

1 *Affectus punitur propter delicti atrocitatem.*

b 1 PVERVM] Hic est vnus ex casibus, in quib. punitur †affectus licet nõ sequatur effectus, & hoc propter delicti immanitatem, nã propter huiusmodi delictum descendit ira Dei in filios diffidentiæ de quo vide Calca.cõs.110.Soc.Iun. consi.7.lib.3. Barb. consi.64.& seq.lib.1.Dec. consi.90.Marsi.consi.28.Gram.consi.65. Mant. consi.213.Paris.consi.163.lib.4.Clar.in sua pra. §.sodomia,& vide infra c.69. in cuius detestationem sic aliquando lusit Alcia.in embl.

Turpe quidem factu, sed est res improba dictu.
Excipiat siquis Chœnice ventris onus.
Mensuram legisq; modum hoc excedere sanctæ est. 1
Quale sit incesto pollui adulterio.

DE LATRONIBVS, ROBATORIBVS,& furonibus. Cap. LXVI.

a VELICI, & famosi robatores,[a] raptores, & latrones iuxta legales dispositiones pœnam sentiant cõmissorum. Et similiter frequentatorum itinerum aggressores, si in ipsa aggressione aliquem occiderint,vel res per violentiam derobauerint. Si autem aliquis alius non malæ famæ, nec infestans itinera publica,aperto latrocinio per vim rem aliquam abstulerit, si ue rapuerit,siquidem res vi ablata fuerit valoris vigintiquinque florenorum auri, vel abinde infra, in quadruplum soluendũ Cameræ puniatur,& in restitutionem rei ablatæ parti,& tantundem eidem teneatur. Si-uero abinde supra, vsque in trecentis florenis auri in quintuplo puniatur. Quam pœnam si non soluerit infra tempus in sententia statuendum, pœnæ legitimæ relinquatur. Si vero fuerit valoris trecentorum florenorum auri,vel abinde supra, pœna legali plectatur. Qui autem non violenter,sed furto rem aliquam recepit, puniatur in medietate eius,quod puniretur si per vim non malæ famæ homo accepisset in casibus,in quibus in violento ablatore est pœna pecuniaria, vel pœnam similem patiatur. Si vero fur pœnam illam mediã soluere non poterit,& non soluerit infra tempus à iudice in sententia statuendum, soluat pœnam legibus ordinatam.

GLO. CAP. LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Famosi rubatores.*
2 *Raptor iudicatur ab animo.*
3 *Pactum inhitum cum indicante fures, si est de illis non prodest.*
4 *Dominus rei furatæ non excusat furem, quin puniatur.*
5 *Ex furto duæ nascuntur obligationes.*
6 *In furto probatio per coniecturas dicitur manifesta.*
7 *Res furata inuenta pœnes hominem malæ vitæ.*
8 *Quando furtum est commissum, iudex faciet diligentem inquisitionem.*
9 *Scala apposita ad fenestram nõ facit indicium contra dominum.*
10 *De furto commisso in hospitio an præsumatur contra hospitem, vel famulos.*
11 *Fur non potest puniri pro furtis alibi commissis.*
12 *Post furis mortem hæredes tenentur ad rerum restitutionem.*
13 *Non potest condemnare iudex furem ad rei restitutionem, nisi petatur.*
13 *Fur repertus cum re furata in alieno territorio an possit ibi puniri?*

2 1 FAMOSI RVBATORES] †in ijs locis, vbi grassati sunt furca suspenduntur de iure, vt alij deterreantur cõspectu ab ijsdem facinoribus. l. capitaliũ §. fi. ff. de pœn. Latrones & viarum obsessores, qui per vim furantur impunè occidi possunt. l. 1. C. quando lic. sin. iud. se vind. c. 3. de hom. Et ita de consuetudine seruari testatur Vital. de malef. tit. 2 de fur. nu. 10. Not. † ꝙ si adeo domum tuam causa inferendi violẽtiam cum hominibus armatis, & neminem inuenio, ex quo animus inferendi violẽtiam accesit, dicor raptor, gl. est sing. inst. vi bon. rap. in prin. secundũ Bal. in l. 1. C. vti possid. quæ mouetur per. l. siquis in tantam. C. vnd. vi sed do tibi casum pro illa glo. in l. siquis ex domo. ff. de furt. quam ponderauit ibi Bar. & alij sequuntur, not. Corset. verb. vis. De simplici furto 3 not. infrascripta. Primò, ꝙ si † passus damnum fecit pactum cum Titio, ꝙ si indicaret fures, ab ipso nihil peteret, si sibi ex illa causa in aliquo tenetur, quo stante, ipse Titius indicauit furtum, per quod apparet ipsum fuisse de furibus, dominus cõtra eum agit furti, ipse excipit de pacto, nihilminus poterit dominus furti agere contra eum, nec iuuabitur pacto, quod est singulare verbum, quia quotidie occurrit aliquod furtum, & fiunt proclamationes, ꝙ indicanti furtum parcetur, si est de socijs, ita dicit Io. And. in add. Spec. rub. de furt. & hoc intellige si perseuerauerit in confessione, aliàs si eam reuocet (ꝙ potest) non debet ex tali confessione puniri, ita sing. not. Imo. cõsi. 109. visa inq̃sitione. Paris de Put. de synd. verb. sequitur qõ, quos refert Marsi. sing. 77. Secundo 4 not. ꝙ si compareat † dominus rei furatæ, & dicat & protestetur, ꝙ ille accepit rem ipm de eius consensu & voluntate. Quamuis videretur dicẽdum ꝙ liberetur, quia scienti & volenti non fit iniuria l. cum donationis. C. de transl. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. & hoc, quia inquisitio & officium iudicis succesit in locũ accusationis partis. l. si ob causam. C. d' eui ct. vnde cessante accusatione, debet cessare offm iudicis. Nihilominus Bart. in d. §. recte, tenet, ꝙ non liberetur, quia sequeretur absurdũ, ꝙ esset in potestate domini liberare omnem furem, vnde secundum eum considerandum 5 est, ꝙ ex furto † & quocunque alio delicto nascuntur duæ obligationes, vna personæ damnum passæ, altera reip. cuius interest, ne delicta remaneãt impunita. l. licitatio. §. ꝙ de illicite. ff. de publica. l. ita vulneratus, in fi. ff. ad. l. Aquil. & l. 1. §. merito. ff. depos. vnde licet ius partis remittatur per hanc protestationem, non tamen remittitur ius reip. Quæ Bar. doct. est communiter approbata, vt dicit Curt. Iun. in l. 1. nu. 5. C. de furt. Ana. in rub. de fur. nu. 4. Fel. in c. nulli, nu. 5. de præsump. Boss. in tit. de fur. nu. 58. & vide prat. Papiens. in for. inquis. verb. præter & contra. Tertio not. ꝙ 6 in furto † probatio per coniecturas dicitur manifesta, vt si probetur, ꝙ hostium noctis tempore fuit fractũ, vel ꝙ famulus aufugit, Bar. in l. siqs. §. prætor ait. ff. de eden. & ibi subdit Ang. ꝙ semel vidit hunc casum Perusij in quodam fullone quosdam pãnos retinente in apoteca, quæ de nocte fuit fracta, idẽ tenet Bar. in l. 2. ff. de fur. & vide Marsi. in initio suæ prat. Riminal. in terminis in consi. 2. nu. 3. Quartò, no. ꝙ si res † furata est in 7 uenta penes aliquẽ malæ conditionis, & aliud indicium non habetur, ꝙ talis inuentio faciet indicium ad torturam, ita dicit Bar. in l. fi. nu. 5. ff. de quæst. per ea quæ habentur in l. ancillæ. C. de fur. Marsi. consi. 130. nu. 42. Rolan. consi. 45. nu. 39. lib. 1. Grama. consi. 14. Bertrand. consi. 107. lib. 8 1. par. 1. Quinto not. ꝙ quando † furtum est commissum faciat iudex diligentem inquisitionem & missionem sui officialis, vbi furtum est commissum & describi & poni in actis per suum notarium Ang. de malef. verb. vestem celestem, versi. quid siquis, & ibi Appost. Boer. decis. 174. Alcia. consi. 462. in primo dub. Sexto not. ꝙ si reperiatur † furtum factum per fenestram apposita scala, & dicatur, ꝙ illa scala visa fuit in domo alicuius, non erit præsumptio contra illum, si aliàs sit bonæ conditionis & famæ, Paris de Put. de Synd. verb. an stetur. nu. 17. Et no. ꝙ appositio scalæ aggrauat delictum. Mantua consi. 31. nu. 3. lib. 2. & dixit Bal. in l. fi. in fi. ff. de re. diuis. ꝙ ascendens cum scalis ad domum alienam de nocte punitur pœna vltim. supplicij, quæ aliàs fuit in facto executa vt refert Gram. decis. 36. quæ opinio velut nimis rigorosa nõ est indistincte seruanda. Not. septimò,

10 septimò, ꝙ si alicui † hospiti in aliquo hospitio reperiatur aliquod subtractũ & ignoratur à quo, an erit suspitio vel indicium cõtra familiam hospitis & alios, qui erant in domo? Ang. de mal. verb. ꝙ fama publica, dicit Bar. tenere, ꝙ erit indicium in l. 1. ff. si fam. fur. fec. dica. & ita semel praticasse. Sed videtur ibi Ang. errasse cum Bar. ibi nihil dicat, sed voluit allegare Bar. in l. 1. ff. fur. adu. naut. & etiam si consideras verba. Bar. nihil ibi dicit de hoc, sed dicit, ꝙ praticauit semel, ꝙ familia potest torqueri ad deponendum, quid erat in illa valisia. Et spec. videtur aliud dixisse in ti. de fur. §. 1. vers. pone, sed posito, ꝙ Bar. hoc diceret, ego autem indistincte non torquerem familiam hospitis, sed haberem recursum ad doctrinam specul. per totam illam col. conicturando, si hostis est bonæ vel malæ famæ, vbi dicit specul. si peregrinus est pauper vel diues & alias præsumptiones, de quibus etiam per Bar. in d. l. 1. dicit tamen Bal. in l. 1. C. loca. ꝙ generaliter est præsumptio contra hospites, qui sunt homines malæ conditionis & rapaces quod Bal. dictũ habet locum, qñ dubitatur an hospes sit malæ vitæ & conditionis vel bonæ, sed si est bonæ nõ habet locũ doctr. Bal. supra allegata quia vera probatio excludit præsumptionem. l. 1. C. de prob. l. non est verisimile. ff. quod met. cau. & ita videtur esse de mente Anch. consi. 288. qui multum eleganter loquitur, dicit tamen Catald. de synd. q. 164. ꝙ cum res data est in custodiam alicui, & illa res est derobata, talis custos potest torqueri, Bar. in l. 1. ff. de off. præfect. uig. Iaf. nu. 41. & seq. in l. in rebus. ff. de in lit. iur. dicit ꝙ statur iuramento ipsius hospitis circa res quæ erant in valisia, quando illam consignauit Cauponi, & dicit hanc esse communem opinionem, quem sequitur Paris. consi. 74. nu. 11. & seq. lib. 1. Diaz, reg. 186. & vide Rebuf. tract. de hospit. tom. 2. Not. 11 octauò, ꝙ si potestas † Bononiæ ponit aliquem ad torturam, qui in comitatu Bononiæ aliquod maleficium commisit, propter quod non debebat pati pœnam corporalem, qui in tormẽtis cõfessus est aliqua furta fecisse Mutinæ & alia plura maleficia, non poterit pro illis maleficijs alibi commisis cõdemnare. l. si cui. §. fi. ff. de accus. vbi hoc tenet Dy. l. 3. ff. de re mil. l. siquis filio. §. hi autem, in fi. ff. de iniu. test. Fulg. consi. 150. Alexan. consi. 111. lib. 1. quod bene not. Nono not. ꝙ si fur confessus est in tormentis mihi furtum fecisse, & post tormentum in confessione perseuerauit, sed tamen priusquam condẽnaretur mortuus est propter asperitatem tormentorum, vel forte 12 ex alia causa, hæredes † illius tenentur ad restitutionem rerum ablatarum, vt tenet Spec. tit. de accus. versi. quid si latro, quia ex confessione datur actio ac si sententia lata fuisset. l. proinde. §. si procurator. ff. ad l. Aquil. & quia in iudicio quasi contrahitur. l. licet. §. idem scribit. ff. de pecul. Sed an 13 iudex † poterit condemnare furem ad rei furatæ restitutionẽ si non petatur? Et videtur ꝙ sic arg. §. ꝙ si delinquentes, in auth. de mand. prin. l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & ita videtur sentire Inno. in c. cum oporteat, in fi. glo. mag. de accus. idem tenet Spec. tit. de expens. §. 1. versi. fin. & ibi Io. And. in add. Contrarium tenet Cy. in l. siquis ad se fundum. C. de vi pub. in fin. Et ideo cautius est vt fiat qualisqualis petitio. l. 1. ff. de concus. cũ ibi no. & ita tenet Petr. Iac. in tit. super accus. fur. versi. ponamus, & ad §. ꝙ si delinquentes, respondet, ꝙ ibi loquitur in officialibus Curiæ, contra quos multa sunt alia specialia potisimũ in suis officijs delinquentes, ad §. qui furem respõdet, ꝙ ibi fuit adductus fur cum re furata ad iudicem, & quia inuenit furtum ita esse notorium, fecit rem restituere extra ordinem iuris, sed illud non est trahendum ad cõsequentiã in alijs furibus, idem tenet Paris de Put. de synd. verb. sequtur, & dat praticam, ꝙ quãdo aliquis denunciasset de furto, ante finitum iudicium det petitionẽ, & petat ex officio illum cõdemnari etiam ad rei restitutionem, quia tunc si iudex non fecerit condemnabitur. 14 Not. postremo, ꝙ si quis † reperiatur Bononiæ cũ re furata Mutinæ, an ex illo furto poterit Bononiæ damnari propter cõtrectationem rei quæ adhuc durat respondet Bar. in l. si dominium, nu. 2. ff. de furt. ꝙ sic quem plures sequuntur Paul. de Castr. in l. siue manifestum. §. 1. nu. 13. ff. de cond. furt. Marsi. in l. fi. nu. 212. de iurisd. om. iud. Boer. decis. 13. nu. 47. Dida. lib. resol. 2. c. 20. nu. 15. Capy. decis. 104. Viuius lib. communium opin. verb. Iudex domicilij, Foller. in fragmentis suæ prat. crim. tenet ꝙ sic, & ꝙ ita seruetur in regno. Bar. tamen tenet contrarium in d. §. qui furem, & Marc. Mant. in suis apoph. nu. 303. Et hanc opinionem dicit Cæpol. consi. 59. in fi. esse magis communem Boss. tit. de fur. nu. 18. Rim. consi. 7. nu. 12. Hipol. Riminal. in consi. 106. nu. 11. lib. 1. consi. crim. diuers. Iul. Clar. in §. furtum, versi. tu scis. Ego Sauonæ condemnaui quendam militem repertum ibi cum quibusdam armis bellicis furatis in Castro Milesimi extra ditionem reip. Ianuensis ad triremes, quæ sentẽtia velut rigorosa non placuit Regimini & sic fuit retractata.

DE POENA INFERENTIVM vim expulsiuam, vel turbantium aliquem in rebus alterius. Cap. LXVII.

HAc præsenti constitutione decernimus, & districtius inhibemus, ne aliqua ciuitas, vel cõmunitas seu spiritualis persona cuiuscũq; gradus, & conditionis existat, audeat propria auctoritate remimmobilem

bilem corporaliter apud alium cõstitutam
a inuadere,[a] vel possessionem alicuius turbare, nec ius sibi dicere in eadẽ, sed super ea adeat iudicem competentem. Et si contrafactum fuerit, vel mãdatum (præter rei restitutionem, & damni satisfactionem, & turbationis cessationẽ, & iuris sui, siquod habebat, amissionẽ in odium inuasorum, & violenti spoliatoris) si communitas, trecẽtorum florenorum auri pœnis puniatur singularis persona vigintiquinque florenorum auri pœnæ subiaceat ipso facto, & à dicta pœna non excusetur prætextu alicuius tituli, nisi habuerit illum à possessore, & illius traditionem: vel nisi habuerit licentiam à iudice possessore præsente, vel requisito concessam. Addijcimus constitutioni prædictæ q̃ quantum ad occupationem, & inuasionem, per quam singularis persona alium possessorem priuauerit, vel possessorem non admiserit redeuntẽ, si dicta pœna supradistincta sit minor, quàm valor rei occupatæ, siue inuasæ, augeatur dicta pœna vsque ad valorem rei. Et quantum ad turbationem, per quam quis possessione non priuetur, si sit minor medietate valoris rei suppleatur pœna vsq; ad medietatẽ valoris rei, in qua cõmittitur violentia turbatiua.

GLO. CAP. LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Inuasor excusatur si ex interuallo ejcitur.*
2 *Possunt me vicini & amici adiuuare impunè, ne expellar à possessione mea.*

a INVADERE] Not. q̃ si ego † per vim
1 te deieci de possessione tui fundi publicè & palam, tu vero ex interuallo deiecisti me, ego nunc te accuso de hac secunda tua deiectione & violentia, tu vero contra istam meam accusationẽ fecisti exceptionem dicens & proponens me prius violentiam
• commisisse, quæritur nunquid debes audiri? Respon. q̃ non, & istud est valde notatu dignum secundum Gand. de malef. tit. de defens. à reo faciẽ. versi. sed pone, quod videtur innuere Accurs. in l. siquis ad se fundum. C. de vi publ. dicens q̃ prima violentia est sublata per violentiam secundam ex interuallo factam, vt ex prima violentia agi non possit, arg. l. qui possessionem. ff. de vi & vi arm.
2 Not. secundò, q̃ si aliquis † vult me expellere de possessione mea amici & vicini possunt etiã percutere me expellere volentem, etiam si per Magistratus fuerit missus, tex. habes no. in l. deuotum. C. de meta. & epidim. lib. 12. quem ad hoc magni facit ibi Bart. facit optimè quod legitur & not. in c. dilecto, de sent. exc. lib. 6. Et plus not. Bar. in d. l. deuotum, per illum tex. q̃ defendendo meã possessionem licitum est vlcisci, & talis non est proprie vltio sed defensio, secundum gl. ibi Corset. not. verb. defensio. Et in vniuersum ad materiam istam vide D. Iac. Menoc. in tract. recuperande vbi amplissimè loquitur.

DE VENEFICIS. Cap. LXVIII.

a MENENO[a] aliquem necantes (quod plus est, q̃ gladio perimere) pœna eadẽ puniatur, quæ est in constitutione loquente de homicidio. Et si venenum malum vendiderit quis, vel alio modo cõcesserit dolose, ex quo alius sit mortuus, pœna simili puniatur, & si ignoranter vendiderit, vel concesserit, & inde aliquis necatus fuerit, puniatur pœna homicidij non dolose, sed tantum culpabiliter commissi. Et si quis venenum præbuerit causa necandi, licet mors inde secuta non fuerit, pœna legali puniatur.

GLO. CAP. LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Parans venenum ad venenandum ex hoc solo non tenetur.*

a MENENO] concordat tex. in l. 1. C. de malef. & l. eiusdem. ff. de fica. Cæpol. consi. vlt. Gram. consi. 36. & 38. vot. 3. 30. & 31. decis. 3. 33. & 38. Alba consi. 72. Petr. à Plac. lib. 1. delic. c. 20. nu. 1. Not. q̃ falsa est opinio Bart. in l. 1. ff. de paricid. & Sal.
1 in l. 1. C. de malef. volentes, q̃ qui † parauit venenum hominem occidẽdi causa teneatur pœna legis Corneliæ. [Quare dicit Cremens. sing. 49. q̃ semel defensauit captum à pœna mortis, dicebat statutum, siquis voluerit venenare aliquẽ pœna mortis mulctetur, quidã præparauerat venenum in aliquem, & antequã daret bibere fuit detectus, officialis volebat illum facere decapitari, allegauit sing. doctr. Bal. in l. fi. ff. de rer. diuis. vbi concludit, q̃ statutum debet intelligi si voluntariè venenauerit, per illum tex. cum glo. cum qua concordat alia glo. in l. quod si ab initio. ff. si cer. pet. vbi dicit gl. si voles. i. si voluntarie vsus fueris, & hoc per tex. sing. in l. sæpe, in fi. ff. de verb. sig. vbi dicitur, q̃ nõ dicitur quis habere animum nocendi, nisi factum fuerit subsecutum. Carrer. in prat. crim. in materia homicidij, versi. homicidij, nu. 139. & suprà dicti citati doct.

DE

DE RAPTV MVLIERVM, adulterio, incestu, & stupro. Cap. LXIX.

a MVLIEREM[a] nuptam, virginem, vel viduam bonæ famæ siquis violẽter rapuerit, seu per vim carnaliter cognouerit, aut stuprum cum puero siquis commi-
b serit, aut in peccatũ sodomiticum[b] incide rit, existens maior xviij. annis, legalibus
c pœnis se nouerit subiacere. Vxorem[c] alterius quis retinens volentem absq; voluntate mariti, libidinis causa, in centum florenis auri, & carnaliter cognoscens, & non retinens in vigintiquinque florenis. Vxorem propriam dimittens, & cõcubinã retinens, in triginta florenis auri pœna condemnetur: & nihilominus concubinam dimittere, & vxorem recipere, & retinere cogatur. Insuper firmamus constitutionem, editam per bonæ memoriæ dominũ Bertrandum Episcopum Sabinensem, dum erat Archiepiscopus Ebredinensis, & reformatoris officio fungebatur in hac forma.

ITEM quia propter falsas aliquorum ne
d quitiæ filiorum accusationes, seu delationes super incestu[d] & adulterio (quod inter aliquas personas prætẽditur perpetratum) interdum turbantur matrimonia quiescen ria, & quo ad thorum periculose, & indebi te separãtur: nascuntur inter ipsos amicos odia, & scandala generãtur: nos huic morbo æquam, & congruam volentes adhibere medelam, eadem auctoritate statuimus & ordinamus, q̃ in criminibus incesti, &
e adulterij,[e] stupri,[f] fornicationis,[g] nullus
f accusando, vel defendẽdo priuatim, vt pu
g blicè admittatur, nisi esset pater, mater, auus, vel auia, filij, & nepotes vtriusque sexus vsq; ad secundum gradum, fratres, & sorores, & filij fratrum, & sororum: qui præ nominati solum ad prædictam accusationem, seu delationem, quia domus, & generis sui quodammodo prosequuntur iniuriam, admittantur.

GLO. CAP. LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sit pœna rapientis mulierem.*

a MVLIEREM] Pœna raptoris de iure
1 ciuili est pœna vltimi supplicij. l. 1. C. de rap. virg. quam longo apparatu repetijt Mars. ad quem recurras. Que vt locum habeat requiritur abductio de loco ad locum libidinis causa, Barb. consi. 71. lib. 2. Pau. de Cast. consi. 262. lib. 2. Alex. consi. 1. lib. 3. Cæpol. consi. 57. Grat. consi. 38. & 48. lib. 2. Soc. Iun. consi. 60. lib. 3. Aym. consi. 18. Rol. cõsi. 24. dub. 2. lib. 1. requiritur etiam vt illam carnaliter cognouerit Boer. decis. 316. nu. 4. Viuius lib. communium opin. verb. raptor honestæ. Non habet locum contra rapientem meretricem, ita consuluit Ceph. consi. 140. lib. 1. Si sequatur matrimonium inter raptorem & raptam de iure canonico cessat pœna raptus. c. fi. de rapt. & ita tenent communiter doct. vt attestatur Paris. consi. 17. nu. 6. lib. 4. Iul. Clar. in §. raptus, quid de iure canonico vide c. pen. cum ibi not. de rapt.

SVMMARIVM.

1 *Pœna sodomiæ de iure ciuili & canonico.*

b SODOMITICVM] pœna huius nefandissi-
1 mi vitij de iure ciuili est mortis. l. cum vir. C. de adult. & tot. tit. ne lux. cõtra naturã in auth. De iure canonico in clericis est pœna deiectionis à clero, in laycis excommunicatio. c. clerici, de excess. prælat. de iure ciuili appellatur stuprum l. stuprum. ff. de adult. & l. 2. ff. de seru. corrupt. Verum cum hæc constit. referat se ad pœnas legales intendit hoc crimen puniri secundum ius ciuile quia aliàs dixisset pœnas canonicas si secundum canones voluisset puniri, & hoc dixi pp const. vlt. infra lib. 6. & vide dicta supra c. 65.

SVMMARIVM.

1 *Maritus occideus vxorem adulteram amittit dotem non lucrum statuti.*

c VXOREM] Not. vnam mirabilem doctr.
1 q̃ quotiescunq; † quis autoritate propria facit iure permittente illud, propter quod aduersarius incurrit periculum mortis, intelligitur renunciasse autoritati ciuili sibi competenti ad meram pœnam pro illo delicto, vt est tex. sing. in l. interdum. §. qui furem. ff. de furt. per quod sequitur, q̃ si maritus statuto permittente licitè occidit vxorem deprehensam in adulterio, videtur renunciasse lucro dotis, quod debet habere propter adulterium, licet Bar. videatur sentire cõtrarium in l. ab hostib. §. 1. ff. sol. matr. secus puto vbi ex forma statuti debuit maritus lucrari dotem præmoriente vxore, quia huic lucro non videtur renunciasse, quia nõ insurgit hoc propter delictum vxoris, sed quandocunque vxor moriatur, habet hoc ex statuto vel pacto ergo &c. facit. l. q̃ seruũ. ff. de verb. obl. & in hoc casu potest saluari dictũ Bart. præsertim quia in tali parte, quam lucratur vir dicitur habere titulum onerosum propter matrimonij

trimonij onera præterita. l. si donaturus. §. fi. ff. de cond. ob causam. Matth. not. 75. Mater, quæ propter adulterij crimen commissum dotem perdidit, an à filijs alimenta suscipere debeat? Specul. in tit. qui fil. sint legit. nu. 16. versi. quid si sua filia peccat distinguit quâ distinctionem sequitur & probat Rot. Pedem. decis. 124.

SVMMARIVM.

1 *De incestu remissiuè.*

d 1 INCESTV] Incesti † iudicium in virgines sacratas, vel sanguine propinquas constitutum ait Isid. lib. 5. etymol. c. 26. ad fin. Subijciens, qui enim cum talibus miscentur incesti. i. incasti habentur. l. sororis. ff. de rit. nupt. & uide Clar. in sua prat. §. incestus, Barb. consi. 23. lib. 2. Boer. decis. 318. Cæpol. consi. 69. Alex. cõs. 229. lib. 6. Aym. consi. 321.

SVMMARIVM.

1 *De adulterio remissiuè.*

e 1 ADVLTERII] propriè adulterium in nuptam committitur propter partum ex altero conceptum composito nomine, vnde adulter & adultera dicuntur, quia & hic ad alteram, & illa ad alterum se conferunt, Festus lib. 1. l. inter §. 1. ff. de adult. vide Clar. in sua prat. §. adulteriũ.

SVMMARIVM.

1 *De stupro remissiuè.*

f 1 STVPRI] stuprum † propriè cadit in virgine & vidua. l. stuprum. ff. de adul. & de iure ciuili est pœna pecuniaria vel relegationis. §. 2. ist. d pub. iud. de iure canonico aliud statuit Papa in c. 2. de adult. Vidi aliquando dubitatum an virgini stupratæ dotes constituendæ sint secundum dignitatem & facultatem ipsius stupratoris, an vero ipsius virginis qualitatem? Rot. Pedem. decis. 107. determinauit secundum facultatem stupratoris, & dignitatem puellæ, quæ decisio vera est, & vide Clar. in sua prat. §. stuprum. An vidua amittat dotem propter stuprum. Plures tenent, q̃ non Alex. in l. sororẽ, col. v. C. de his quib. vt ind. Ias. in l. fidei commissum, nu. 3. & 4. C. de fideic. Dec. in c. pastoralis, col. pen. de iud. vbi dicit hãc opinionem æquiorem, Rip. in l. 2. in prin. nu. 8. ff. sol. matr. & in rub. de iud. num. 15. & 22. Alcia. tract. præsump. reg. 2. præs. 9. nu. 5. Boer. decis. 338. Aym. consi. 205. nu. 24. Soc. Iun. consi. 111. nu. 7. lib. 3. Dida. in epit. de spõ. & matr. c. 6. §. 6. nu. 10. asserens hanc veriorem, & benigniorẽ opinionem. Affirmatiuam multo plures secuti sunt, Paul. de Castr. in d. l. sororem, num. 4. idem Paul. consi. 148. lib. 2. Iacobi. in d. l. sororem, nu. 6. Fel. in d. c. pastoralis, num. 5. Ias. in d. l. 2. nu. 6. ff. sol. matr. vbi Parpal. col. 6. Gerard. sing. 48. vbi in add. plures cumulantur, Marsi. sing. 416. latissimè in rep. l. vni. C. de rapt. virg. nu. 48. cum seq. Io. Lup. in rub. de don. int. vir. & vxor. §. 67. nu. 6. & §. 82. Tiraquel. de nobil. c. 18. nu. 9. Curt. Iun. consi. 81. nu. 9. Sylua nupt. verb. seni non est nub. Cotta in memorab. verb. mulier propter adulteriũ, in fin. Io. de Garzo. distinguit in auth. eisdem pœnis. C. de secun. nupt. nu. 18. aut commisit infra annum luctus, & procedat opinio affirmatiua, aut post annum luctus & procedat negatiua, idem sentit Alci. in d. præsum. 9. & sequitur Rot. Pedem. decis. 67. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio quid sit, & cum qua committatur.*
1 *Fornicatio est peccatum mortale.*

g 1 FORNICATIONIS] fornicatio est cuiuslibet illiciti coitus genus, qui fit extra vxorem legitimam specialiter in vsu viduarum meretricum vel concubinarum. Et fornicatio cũ meretrice vel concubina † est peccatum mortale, & à iure diuino prohibita, licet quidam vulgares & ignorantes credant oppositum quod est falsum not. Abb. in c. inter opera, ad fin. de spons. & vide Clar. in sua prat. §. fornicatio. Et not. q̃ si laycus vxorem habens cognoscat monialem poterit illum punire Iudex secularis, quia cum delictum sit mixti fori habet locum præuentio. Bossius in prat. crim. de for. comp. nu. 147. & in c. de coitu damna. & punib. nu. 13. cum seq. Mar. Soc. in c. cũ sit. nu. 47. de for. comp. est bene verum, q̃ non obstante sententia layci iudicis, poterit ecclesiasticus procedere contra tales sacrilegos ad excommunicationem, & alias pœnas spirituales, Alcia. in c. pernicioſam, nu. 17. de off. ord. Rot. Ped. decis. 103. Quid in simplici fornicatione, vt si clericus cognoscat meretricem? Fed. de Sen. consi. 167. expresse tenet, q̃ mulier debet puniri per ecclesiasticum, idem Anch. cõsi. 196. col. 2. quod verum est inspecto iure ciuili quo tale crimen est impunibile, secus de iure canonico Abb. & Fel. in d. c. cum sit, nu. 25.

DE ADVLTERIIS, QVANDO laborat publica infamia, procedi potest ex officio. Cap. LXX.

ABRIEL Senensis nuncupatus tituli sancti Clementis Cardinalis, in prouincia Marchiæ Anconitanæ Legatus quandam edidit constitutionem in hac forma: videlicet.

ITEM publica adulteria pœnarum adiectione coercere volentes, & declarantes constitutiones in quarto libro, De raptu mulierum, adijcimus vt contra infamatum de adulterio, si publica laborat infamia, etiam procedi valeat ex officio.

DE

DE POENA STVPRANTIS virginem nondum viripotentem. Cap. LXXI.

RODVLPHVS Pius presbiter Cardinalis de Carpo, prouinciæ Marchiæ Legatus. Decernimus, vt dubitionis materia (quæ aliàs fuisse in curia dicitur) tollatur, q̃ si quis violẽter virginem nondum
a viripotentem [a] defloruerit, seu stupraverit, pœna mortis naturalis puniatur ita, & taliter, q̃ anima à corpore separetur, & si fuerit vilis persona, furca suspẽdatur in exemplum & pro publica vindicta.

GLO. CAP. LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Viripotens maior duodecim annis.*

a 1 VIRIPOTENTEM] rigidissima pœna est. Nam viripotens † dicitur minor duodecim annis. l. minorem. ff. d rit. nupt. & tunc dicitur viripotens virgo quando est apta connubio. §. 1. inst. quib. mo. tut. fin. & de cur. in prin. & l. q̃ vir. ff. de don. inter vir. & vxor. inst. de nupt. in prin. contra cognoscentem virginem immaturam, & nondum viripotentem de iure cõmuni pœna apponitur, in l. siquis aliquid. §. qui nondum. ff. de pœn. vide Guid. Pap. d cis. 555. Carrer. in pra. crim. d hom. vers. circa igitur, nu. 2. Affl. in cõst. regni incip. si quis rapere. Gram. decis. 22. dicit tamen Io. Fab. §. item. l. Iulia, nu. 6. ff. de pub. iud. q̃ de consuetudine tales stuprantes virgines immaturas suspenduntur, refert Boss. in tit. de coitu damnato, num. 67. Signorol. consuluit, secundũ d. §. qui nõdum, consi. 207. Iul. Clar. in §. stuprum, in fin. refert Senatum Mediolanense diuersimode iudicare.

DE POENA INFERENTIVM vim mulieribus, & per vim osculentium. Cap. LXXII.

AFLORES Archiepiscopus Auinionẽ. Marchiæ &c. gubernator, vniuersis, & singulis communitatibus, vniuersitatibus, antianis, prioribus, alijsque magistratibus, & officialibus ciuitatum, terrarum, & locorum iurisdictioni subiectorum, quibus præsentes exhibitæ fuerint, salutem. Nulla maior (iudicio nostro) in animo, mẽteq; boni Rectoris cura versatur, quàm vt vniuersitates, & populi suæ fidei commissi, pacato, quietoq; inter se animo viuant, sublatis è medio dissensionũ causis, iustitiaq; in sua sede manente, reddenteq; bonis virtutum præmia, & malos pro delictorũ qualitate condignis pœnis afficiente. Et imprimis, vt mulierum pudicitia conseruetur illæsa, accidit tamen plærunque q̃ ex nimia Rectorum indulgentia facinorosi viri impunitates delictorum suorum sperantes, in vitia, & scelera graui animaduersione digna labuntur: & nonnulli seu libidinis impetu incitati, seu bonorum adipiscendorum cupiditate ducti, nulla iustitiæ, honestatis, generis, & conditionis suæ ratione habita, insolenter, & temerarie audent, & præsumunt in vijs publicis in conspectu
a astantium, sub prætextu matrimonij, mulieres, virgines, & viduas, vel aliter solutas amplexari, vel deosculari, [a] vt quod virtute assequi nequeant, dolis, & flagitijs consequantur: efficiantq; vt ipsæ mulieres tam enormi, & insigni nota affectę, ab omnibus reiectę, ipsis facinorosis viris, qui iniuriam intulerunt (prout nuper accidit) inuitæ nubere cogantur, & si ex eo matrimonia non succedant, parentum animis ad vltionem potius, quàm ad matrimonia contrahenda dispositis, succedunt scandala, & dissensiones, & plerunque hominum cædes, quietem publicam, & priuatam turbantes. Et propterea volentes pro debito officij nostri salubrem huic morbo (Deo inspirante) adhibere medelam, & ausibus tam perniciosis iustitiæ frenum imponere, vt mulieres ipsæ in sua honestate, & pudicitia præseruentur illæsæ, & delinquentes huiusmodi metu pœnæ vel corrigãtur, & emendentur: vel si errauerint, debitis pœnis correpti, multati, & puniti, cæteris exemplum præbeant ad non peccandum, hoc nostro salubberrimo decreto in perpetuum valituro ordinamus, constituimus, & decernimus, q̃ nullus cuiuscunque gradus, status, dignitatis, ordinis, & conditionis existat, audeat, vel quouis modo præsumat in vijs publicis, & impudicis amplexibus mulieres prædictas dehonestare, dedecorare, notare, & infamare: & illũ, vel illos, qui tale crimen commiserint, & insuper illum, vel illos, qui osculantibus, & amplexantibus auxilium

præstit

præstiterint, locorum Ordinarij omni studio, cura, & diligentia capere studeant: inuocato etiam auxilio parentum, cõsanguineorum, & affinium mulieris deosculatæ: quibus liceat ipsis Ordinarijs auxiliũ præstare, & captos sub fida custodia detinere, & ad hanc generalem curiam puniendos, quàm citius fieri poterit, transmittent. Si vero post facinus perpetratum delinques, seu delinquentes fuga euaserint, præfati Ordinarij, & reliqui officiales cuiuscunq; ordinis, & loci, in quibus delictum fuerit commissum, omni studio, & solicitudine, & diligentia Rectorem prouinciæ, & iudices huius curiæ generalis (ad quos cognitionem talis facinoris volumus pertinere) teneantur, & debeant infrà triduum de tali delicto efficere certiores sub pœna vigintiquinq; ducatorum auri Cameræ Apostolicæ ipsofacto applicandorum, vt per iudices prædictos post legitimas probationes, possint tales delinquentes in contumacia condemnari in bonis eorum, & in fustigatione per loca publica, & consueta: & insuper infamiæ, & priuationis omnium officiorum, beneficiorum, & dignitatum, quas habent in communi: & in posterum reddantur inhabiles ad officia, dignitates, honores, & beneficia in communi obtinenda: & non habeant vocem in consilijs actiuam, neque passiuam: procedendo in prædictis per inquisitionem, denunciationem, seu accusationem summariè, simpliciter, & de plano, sola facti veritate comperta, omni appellatione, reclamatione, recursu, & nullitatis dictione, aut alio quouis remedio ad executionem impediendã cessante: bona autem tam ipsorum, qui tale facinus perpetrarunt, quàm eorum complicum, sodalium, & auxiliatorum mobilia, & immobilia iura, & actiones, aut legitimã, si filius fuerit familias, quam pater cogatur soluere etiam eo viuẽte, pro dimidia in dotem ipsis mulieribus, & pro alia dimidia Cameræ Apostolicæ pleno iure volumus, & mandamus applicari. Insuper ad obuiandum tacitis tam mulierum, quàm virorum impudicis desiderijs, volumus, decernimus, & mandamus, ꝙ inter tales mulieres, & viros matrimonium cõtrahi non possit, si matrimonium dici potest, quod per scelus contrahitur: sed mulieres illi nubant, cui parẽtes, vel coniuncti voluerint (delinquente excepto) neque ex mulieris arbitrio, & voluntate venia delinquenti concedatur, statutis, legibusque municipalibus, decretis, ordinibus dictarum ciuitatũ, terrarum, & locorum, & aliis in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Quæ omnia, vt ad notitiam omnium deueniant, & nemo possit ignorãtiam allegare, mandamus omnibus, & singulis prænominatis, quatenus per loca publica, & cõsueta prędicta omnia, & singula per publicum preconem publicari faciant, & in volumine statutorum, & constitutionum ipsarum ad perpetuam rei memoriam fideliter describi, & annotari sub pœna nostri arbitrij: in quorum fidem præsentes fieri fecimus, & sigillum Reuerendissimi domini Legati, quo in his vtimur, iussimus impressione muniri, & vobis præsentari per Georgium nostrum, & huius curiæ publicum baiulũ, & iuratum nuncium, relationi cuius de ipsarum præsentatione, aut subscriptione vestri Cancellarij à tergo faciendæ dabimus plenam fidem: & præsentanti ea (vt supra) registrata restitui mandamus. Datum Maceratæ die prima Ianuarij M D X.

GLO. CAP. LXXII.

SVMMARIVM.

1 *De osculo remissiuè.*

a DEOSCVLARI] Osculum inferens mulieri per vim punitur pœna extraordinaria, Affl. decis. 276. & in contingentia facti fuit arbitratum vsque ad pœnã capitis, Boss. in prat. crim. de extraord. crim. nu. 3. aliquando iudicatum fuit, fore osculantem absoluendum, si præcesserit matrimonij tractatus, Gram. consi. 48. Placet Iul. Clar. hoc relinqui arbitrio iudicis, in sua prat. crim. §. fin. q. 1 83. versi. osculum, & de osculo †luxurioso Scrib. tractant in rub. C. de eden. & Cano. in rub. extra de iud. Et in fortiori casu consuluit Cum. consi. 95. Christophorus, de eo qui prostrauit in terrã Virginem, & conatus est illã cognoscere, ꝙ per hoc non debet pœna capitis condemnari, quem refert & sequitur Dec. in l. si fugitiui, nu. 46. C. de feru. fug.

DE POENA DEIERANTIS. Cap. LXXIII.

a VT DEIERANTES,[1] & periuria refrenemus, per præsentem cõstitutionem decernimus, ꝙ deierantes in quacunque causa ciuili, vel criminali in decem florenis auri puniantur, & quantum ad pœnam huius constitutionis responsio credulitatis facta positionibus, præstito ad respõdendum iuramẽto calumniæ, quum de proprio iurantis, & respondentis facto tractatur, habeatur ac si sub iuramento veritatis esset responsum.

GLO. CAP. LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudex secularis potest punire periurum.*
2 *Propter periurium punitur quis pœna extraordinaria.*

a DEIERANTES] Io. And. in c. cum. c. laycus, de for. comp. lib. 6. & in c. licet, de iureiu. eo. lib. Butr. in c. cũ sit, de for. comp, tenent, ꝙ iudex † secularis potest punire periurum pœna iuris ciuilis, & ideo Bald. dicit alibi ꝙ iuramentum non est fori mutatiuum sed accumulatiuum. Vnde vterq; iudex secularis & ecclesiasticus potest cognoscere, & hoc intellige quando hoc est clarum, ꝙ deierauit, sed si esset dubium de iuramento, tunc nõ spectat ad iudicem secularẽ. c. venerabilem, de elec. & c. quanto, de iureiu. Ideo iudex secularis est iudex competens in declarãdo aliquem periurum, ergo iudex secularis potest punire de iure periurum (licet aliqui dubitent) primo quia lex punit periurũ, ergo iudex secularis potest punire periurum. l. 1. ff. ad Turp. item propter periurium punitur quis pœna † extraordinaria. l. d periurio. ff. ad l. Iul. pecul. item fustigatur. l. si duo patroni. ff. de iureiu. efficitur infamis. l. siquis maior. C. de transf. Intellige secundum Cagno. ibi, nu. 181. & Lanf. in c. quoniam cõtra, verb. testium, nu. 166. & Iul. Clar. in §. periurium, glo. in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. & in l. 2. C. de reb. cred. & iureiu. vbi iurisiurandi religio satis Deum vltorem habet in occultis, Iaf. in l. si duo patroni. §. siquis iurauerit, il secondo, nu. 1. ff. de iureiu. Io. de Amic. consi. 109. in fi. Berous q. 134. nu. 9. & vbi deieramentum probari nõ potest, aliàs punitur vt dictum est, quod not. quia multi dixerunt contrarium, & vide Rot. Pedem. decis. 66. Periurium vt puniatur requiritur, ꝙ dolo commissum fuerit, Cagnol. vbi supra, nu. 185. Iaf. in l. videamus, in prin. nu. 7. ff. de in lit. iu.

DE POENA PETENTIS PLVS debito. Cap. LXXIIII.

a PLVS[2] quantitate, seu re petens, vel peti mandans, vel sciens peti absque rationabili causa ignorantiæ, à toto cadat quod petit, & in tantum, quantum est qđ petit, Cameræ condemnetur.

GLO. CAP. LXXIIII.

a PLVS] concordat tex. in §. siquis agens, cum seq. inst. de act. & c. 1. de plus pet. Et intellige hanc constit. si dolo. plus petierit, secũdum, ꝙ Imperator determinat in l. vn. C. eo. & vide scrib. in citatis locis Neuiz. cõs. 94.

DE POENA PETENTIS DEbitum iam solutum. Cap. LXXV.

a AD REFRENANDVM calumniam petentium debitũ iam solutũ[2] statuimus, ꝙ petens scienter, seu peti faciens, vel mandans peti in iudicio debitũ solutum, & de quo ipsi petenti, vel alteri pro eo, vel ipsius antecessori, vel auctori sit quomodo libet satisfactum (nisi hanc iustam causam ignorantiæ probauerit, quantum ad solutionem factam alteri personæ, quàm sibi) in duplum eius, quod petijt, & solutum exiterat, Cameræ condemnetur.

GLO. CAP. LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Iam solutum exigi est contra bonam fidem.*
2 *Hoc dictum amplia duobus modis.*

a SOLVTVM] Bona fides non patitur, 1 vt bis idẽ exigatur. l. bona fides, cum ibi not. per Dec. & Cagno. ff. de reg. iu. facit in simili tex. in l. omnes. C. de pœn. quod dictum † amplia duobus modis, 2 primo vt non solum ab eodem peti non possit, sed nec etiam ab alio, qui ab eo causam haberet. l. emptor. C. de euict. Secundo nec ab eo, qui haberet contra primum regressum. l. fin. §. fi. C. de vsu. rei iud.

DE POENA RVMPENTIVM pacem. Cap. LXXVI.

ORdinamvs, atque mandamus, ꝙ pax,[a] & reconciliationes ciuitatum, castrorum, villarum, & terrarum quarūlibet per rectorem, vel eius auctoritate factæ, vel in posterum (Deo propitio) fiēdæ à cunctis ciuitatibus, vniuersitatibus, & personis singularibus quibuscunque inuiolabiliter custodiantur, & obseruentur: nullusque si-
b ue fuerit vniuersitas, ciuitas, baro,[b] miles, nobilis, vel alia singularis persona pacem, & recōciliationes prædictas, & cuiuscunq; ipsarum effectum, & fructum violare, vel rumpere, seu turbare directè, vel indirectè præsumat. Qui vero contra prædicta, vel prædictorum aliquod fecerit, vel aliquid attentare præsumpserit (præter pœnas stipulatas Romanæ Ecclesiæ, atque promissas) tanquam proditor sanctæ Romanæ Ecclesiæ, rebellis, & hostis maiestatis eiusdem à cunctis prouincialibus, & personis censeri debeat: habitationesq; eius, & alia bona sua ad perpetuam rei memoriam destruantur, diruantur, & funditus, & radicitus diruta, & destructa sint, & Cameræ Romanæ Ecclesiæ confiscata.

GLO. CAP. LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit pax.*

a PAx] est humanarū rerū tranquilitas à pactione appellatur. l. 1. in prin. ff. de pac. c. 1. ď treg. & pa. vbi Fel. estq; vinculum charitatis not. in c. nouit de iud. de qua nouissimè multa scripsit Nicol. Moro. Gual. in suo trac. de fide & pace. Scrib. omnes in l. transigere. C. de transac. Did. lib. resol. 4. c. 10. Petr. à Pla. lib. 1. delic. c. 6. Boss. tit. de pace, & Iul. Clar. in §. fi. q. 58. Goz. consi. 31.

SVMMARIVM.

1 *Baro quis sit.*

b 1 BAro] vulgare † nomen est, proq; generoso insigniq; homine accipi, scribit Alci. lib. 5. pareg. c. 16. hunc ita definit Bal. in c. innotuit, de elect. vt sit quisquis merum Imperiū atq; mistum in aliquo castro habet concessione Principis. Baro propriè accipi debet de eo, qui perfecte & verè baro est Alciatus consi. 222. nu. 1.

DE POENA SINGVLARIS personæ rumpentis pacem. Cap. LXXVII.

RODVLPHVS Pius presbyter Cardinalis de Carpo, in prouincia Marchiæ Anconitanæ Legatus. Pro excellenti dono pacis, quā dominus nostes IESVS Christus pro hæreditate preciosa reliquit, & per discipulos suos vniuersis constituit annunciari, studijs omnibus solicitis conseruare legumlatores, & præsertim Romani Pōtifices, & officiales Ecclesiæ in præfatis prouincijs tam prouide, quàm vtiliter diuersimode laborarunt. Eapropter supradictam constitutionem ampliando, decernimus eam locum habere contra omnes, & singulos cuiuscunque status, & conditionis sint, qui pacem inuicem factam violauerint,[a] ex causa tamen homicidii, vel vulneris. Et vt aperte (vt conuenit) demonstrentur, statuimus vltra pœnas prædictas, præfatos violatores in portis, seu edificijs, vel habitationibus officialium tam curiæ generalis, quàm loci originis, & violatæ, seu ruptæ pacis, coloribus congruis capite posteriore, & pedib⁹ superioribus, si apprehendinō potuerint, depingi inscriptione nominis, cognominis, & patriæ sic rumpētis, seu violantis pacem, vel reconciliationem: ita ꝙ possint ab omnibus per locum dictæ curiæ, originis, & pacis fractæ transeuntibus cognosci, inspici, & videri.

GLO. CAP. LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Violare propriè de virgine dicitur, impropriè de alijs.*

2 *Noua causa quando excuset à violatione pacis.*

a VIOLAVERINT] violare † propriè de virgine dicitut. c. siquis sponsum 26. q. 5. transfertur tamen ad alia, vt violare ius legationis, violare fana, muros, & loca religiosa, parentes fœdus, legem, vnde violatæ legis reus habeatur. l. 1. C. de petit. bon. subl. lib. 10. Et quid si ex noua † causa violata fuerit pax? Tunc non censetur rupta, Bar. in l. aut facta. §. causa. ff. de pœn. Corn. consi. 42. lit. b. lib. 2. Alex. in l. qui insulam, nu. 4. ff. de verb. obl. Paris. consi. 165. num. 26. lib. 4. Rom. consi. 258. Mautua consi. 169. lib. 1. dummodo illa causa sit verisimilis

verisimilis Cephal. consi. 35. lib. 1. & dummodo ille non dederit occasionem secundæ rixæ. Iul. Clar. in §. fi. q. 47. versi. quæro nunc. Et quid si noua causa in instrumento pacis inserta fuerit, & successerit postea rixa inter vnum ex reconciliatis & alterum de parentela, qui erat communis cōsanguineus? pulcre Soc. Iun. consi. 103. lib. 3.

DE POENA NOMINANTIVM iniurioſe aliquam partem guelfam, vel gibellinam. Cap. LXXVIII.

VM partialitas hominum, prouinciarum, & terrarum dictorum locorum eosdē infecerit, & bonis temporalibus exinaniverit, & ex eis multa pericula animæ incurrerint, & incurrant quotidie: intendētes saluti, & quieti prouinciarum, & terrarum huiusmodi prouidere, statuimus, & ordinamus, ꝙ nulla vnquā persona cuiuscūq; status, aut dignitatis iniurioſe audeat, vel præsumat nominare partem guelfam, vel gibellinam, seu quamlibet aliam partem, seu partialitatem: neque ipsum partiarium alicuius partialitatis, neque aliqua alia nomina nominare, fingere, quæ possint partialitatem ostendere, pœna quindecim florenorum auri cuilibet, qui contrafecerit, imminente. Et nullus possit cridare, ꝙ aliqua pars, vel communitas, vel persona viuat, nisi solum viuat Ecclesia, & eius officiales: & qui contrafecerit, vltra pœnam tumul-
a tuis,[a] vel aliorum delictorum, quæ commiserit, centum florenorum auri pœna puniatur, siue pluries, siue semel in eodem tumultu acclamauerit.

GLO. CAP. LXXVIII.

VISVMMARIVM.

1 *Tumultus quid sit & qua pœna puniatur.*

a 1 IVMVLTVS] accipitur pro omni motu periculoso præcipuè populari, & rapidè facto. Hic cuitando quandoque cōceditur ꝙ alioqui negatum esset. l. pen. ff. de sica. Maiestatis criminis reus qui aduersus remp. seditionis tumultusve autor est. l. 1. in fi. ff. ad. l. iul. maie. Et tumultus (vt diffinit Cicero in orat. in Marc. Ant.) bellum subito & de repenti concitatum est, sic in l. 1. §. 1. ff. depo. & in l. contractus, in fi. ff. de reg. iur. & vide Boerium in suo tract. de seditiosis.

DE PROHIBITA PORTATIONE armorum. Cap. LXXIX.

VIcvnqve venerit ad curiam legati Apostolicæ Sedis, vel Rectoris prouinciæ pro Ecclesia, & ciuitatem, vel terram residentiæ Legati, vel rectoris prædictorum, vel eorum, vel alicuius eorum curiæ, statim postquam intrat dictam ciuitatem, vel terram, vadat ad hospitium, vel domum vbi debet, seu vult hospitari, & ibi ar-
a ma[a] deponat, & incedendo per terram nō portet, nec etiam aliquis ciuis terrigena, vel forensis audeat per dictam ciuitatem, vel terram arma portare publicè, vel occultè, & qui contrafecerit, pro quolibet genere armorum offendibilium in quinque florenis auri puniatur, & pro quolibet genere armorum defendibilium in duobus florenis auri. Et si dicta arma portaret coram Legato in quadruplum, si coram Rectore prouinciæ in triplum, si coram iudicibus eorum pro tribunali sedentibus, aut in audientia publica eorum curiæ, quando iura redduntur, aut in palatio habitationis dictorum Legati, & Rectoris in duplum puniatur; nisi essent tales arma portantes familiares dictorū Legati, vel Rectoris, vel eorum iudices, notarij, vel officiales familiares continui eorum, & cum eis eorum expensis viuentes: & nisi essent stipendiarij Ecclesiæ, vel alij, q̄bus liceret arma portare per formam nostrarum constitutionū: & nisi à Legato, vel Rectore prædictis de hoc haberet licentiam specialem.

GLO. CAP. LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Armorum appellatione quæ veniant.*

2 *Arma vnde dicta.*

1 ARma] quæ † armorum appellatione veniāt habes in l. armorum, & ibi Alcia. ff. de ver. sig. & in auth. de arm. & Imperatores prohibuerunt hanc armorum portationem ipsis inconsultis. l. 1. C. vt arm. vsus lib. 11. Iul. Clar. in §. fin. q. 82. stat.
2 6. Et arma † ab arcendis hostibus duci putat Varro. Festus vero ab armis, ideſt, humeris depēdentia, vtrunque etymon recipi potest, illud ab effectu, hoc à voce sed etymon Varronis latius est, nam lapides armā sunt, & tamen ab humeris non dependent, arcent tamen hostes.

DE POENA DESTRVENtium domos sine licentia Rectoris. Cap. LXXX.

a NE vrbes, & castra, seu loca deformetur[a] ruinis, & qa sæpius in ciuitatibus, castris, & locis per partiales destruuntur domus alio interdũ colore quæsito, seu alicuius maleficij causa ficta. Volumus, statuimus, & ordinamus, q in aliqua ciuitate, castro, seu alio loco aliquo dictarum prouinciarum, & locorum aliqua domus non possit destrui, & solo æquari aliqua causa, vel occasione, sine rectoris prouinciæ, vel suorum iudicum licentia vel mandato, nisi dominus forte, cuius esset, faceret pro meliorando, & reædificando eandem, & si cõtrafactum fuerit, si cõmunitas in mille marchis argenti: si comes, vel baro in trecentis: alia persona singularis inducentis florenis auri puniatur. Et nihilominus ad restitutionem damnorum teneatur talia damna passis.

GLO. CAP. LXXX.

a DEFORMENTVR] concordat tex. in l. 2. C. de edif. priua. l. fi. ff. ne qd in lo. pub.

QVOD DOMVS, ET BONA condemnatorum non destruantur. Cap. LXXXI.

ITEM cum interesit Reipublicæ ne castra, terræ, & ciuitates deformentur, statuimus vt domos, loca, seu bona damnatorũ, & in posterum damnãdorum non diruantur, nec etiam destruantur, nisi tales damnati fuerint de proditione seu crimine læsæ maiestatis: constitutione qualibet contraria non obstante, maximè constitutione statuta in quarto libro constitutionũ, quæ incipit, Homicidium si quisquam, & alia in ea cõtenta volumus illibatã seruari. *Quod est cap. 54. supra.*

QVOD DOMVS, ET BONA damnatorum non destruantur. Cap. LXXXII.

SIGISMVNDVS Gonzaga Princeps, & Marchio, Cardinalis Mantuanus, & in prouincia Marchiæ Legatus quandam edidit constitutionem in hac forma: videlicet.

CVM ex demolitione, ruina, & diruptione domorum, & aliorum ædificiorum ciuitates, & terræ deformentur, & nulla ex diruptione, & demolitione domorum, & ædificiorum damnatorum proueniat vtilitas Cameræ Apostolicæ, quinimo euidẽs damnum, & multa alia incõuenientia, vt nobis perspectum est, oriantur: mandamus constitutionem Aegidij Episcopi Sabinensis sub dicta rubrica in vltima sua additione seruari quauis alia constitutione non obstante: attento etiam, q est prouisum contra bannitos per aliam constitutionem nostram.

QVOD DOMVS RVMPENTIS pacem destruatur. Cap. LXXXIII.

ODVLPHVS Pius presbyter Cardinalis de Carpo in prouincia Marchiæ Anconitanæ Legatus, declaramus dictas constitutiones locum non habere in violantibus pacem, sed domus illorũ, qui pacem violauerint, destruatur: vltra alias pœnas inflictas ex causa homicidij, vel vulneris tantum.

DE POENA AVFERENTIVM nouum, siue prohibitum pedagium. Cap. LXXXIIII.

NVLLA ciuitas, castrum, vel villa, baro, miles, vel aliqua alia singularis persona audeat, vel præsumat instituere, vel ordinare accipere, vel accipi facere nouum pedagium,[a] vel aliquod simile, propter quod aliqui quàm ciues, & habitores

res eiusdem loci grauentur aliquo modo, vel ingenio, nisi per priuilegium, vel per longum, vel antiquum, & legitimum præscriptum vsum per se, & suos maiores obtentum, ostendatur talia recipere posse. Et si de hoc fuerit dubium infra vnum mensem à die præsentis constitutionis coram rectore prouinciæ, vel suis iudicibus probationes exhibeat oportunas. Siquis autem contra præmissa fecerit, vel fieri mandauerit, si fuerit communitas in trecentis florenis auri: si officialis, vel singularis persona in quinquaginta florenis auri pro trãsgressione huiusmodi puniatur, quoties fuerit contra factum.

GLO. CAP. LXXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit pedagium.*
1 *Pedagium exigens debet iter tenere securum.*

a 1 PEDAGIVM] est de regalib. c. 1. quæ sine reg. Pedagium † dicitur quod datur à transeuntibus in locum constitutum à Principe. c. super quibusdã, de verb. sig. vide Abb. in c. innouamus, de cens.

2 Et capiens † pedagium debet dare saluum conduum & territorium eius tenere securum, adeoq;, si aliquis spolietur, tenetur ei dominus terræ rapinam resarcire, secundum Bal. in c. 1. §. conuenticula, de pac. iur. fir. facit. l. nequid. ff. de incend. not. Arch. 33. q. 5. c. siquis peregrinorum.

DE GABELLIS NON SOLuendis per personas Ecclesiasticas. Cap. LXXXV.

GABRIEL Senensis nuncupatus Cardinalis in prouincia Marchiæ Anconitanæ Legatus, quandam edidit cõstitutionem sub hac forma: videlicet.

a ITEM quia priuilegia ecclesiastica[a] iure diuino, & humano cõcessa, sacrilegium est infringere: cum etiam Farao, qui legis notitiam non habebat, clerum à sæcularibus oneribus voluit esse exemptum, statuimus, vt quæcunque terra, quæ clericum coegerit ad gabellam, datia, siue pedagium de rebus proprijs, vel ecclesiasticis, vel quas pro vsu proprio, non causa mercimonij emit, centum dominus, aũt vicarius ducentorum florenorum auri: gabellarius autem, vel portunarius, vel alia singularis persona id exigens, in decem florenorum pœnã incurrat ipsofacto. Clericus autem in his fraudem committens, perdat rem, & totidem soluat Cameræ.

GLO. CAP. LXXXV.

a ECCLESIASTICA] de his multa diximus supra lib. 3. cap. 23.

DE NON IMPONENDO nouas gabellas, & pedagia. Cap. LXXXVI.

a b ITEM imponẽtes nouas gabellas,[a] pedagia, seu vectigalia,[b] vel ea, aut eas exigentes non solitas, aut solita exigi ante mortem sanctæ memoriæ Gregorij Vndecimi, si fuerit vicarius ciuitatis, castri, terræ, aut loci pro Ecclesia Romana, in mille: si vero ciuitas, in quingentis: si vero inferior communitas, collegium, vel vniuersitas, vel singularis persona, in ducentis florenis auri ipso facto se nouerit incurrisse.

GLO. CAP. LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Gabella tributi genus.*

a 1 GABELLAS] apud vulgus interpretũ † tributi genus, de quibus tractatum edidit Io. Berth. illum videas, & cum hac constit. concordat tit. C. noua vectig. inst. non pos. Capi. dec. 148.

SVMMARIVM.

1 *Vectigal quid sit.*
2 *Duplex est vectigalis significatio.*

b 1 VECTIGALIA] Vectigal † (& vt appellatio indicat) propriè dicitur, quod pro inuectione vel euectione mercium debetur, vt in rub. C. de vectig. & com. Cæterum vectigalis † significatio est duplex, Altera specialis à vehendo, pro eo, quod ex vectura penditur, quando fruges ex agris in vrbes vehuntur. l. arbores. ff. de vsuf. Altera generalis pro omni reditu, & fructu, cum publico, tum priuato, Vlp. in l. inter publica. ff. de verb. sig. Publica (inquit) vectigalia intelligere debemus, ex quibus vectigal fiscus accipit, quale est vectigal portus, vel venalium rerum.

QVOD VNAQVAEQVE TERra teneat suas stratas, & loca secura. Cap. LXXXVII.

a b c d e f g h i

VAELIBET vniuersitas,[a] ciuitas,[b] castrum,[c] vel villa, comes, baro, seu dominus alicuius castri, vel rochæ terras, & loca, territorii,[d] & districtum[e] suum diligenter custodiat, & faciat custodiri, ita ꝙ in eis rapinæ,[f] derobationes, homicidia, aliqua grauia maleficia minime committantur, & si fiant ibi, siquidem de illis puniendis iurisdictionem[g] ab Ecclesia habeant infra triginta dies, postquam commissa fuerint: secundum iustitiam studeant penitus vindicare, & damna passis faciant emendari. Et si dictam iurisdictionem nō habeant malefactorē, rectori prouinciæ, vel suo iudici maleficiorum cum effectu præsentent infra octo dies proximè à die maleficij perpetrati. Quòd si secus fecerint, in quolibet casuum prædictorum infra alios tres dies, post quemcunq; dictorum terminorū damna passis de bonis communitatum, seu dominorum, in quorum territorio extiterit facinus perpetratum cum effectu resarciāt, & emendent: & in tantundē soluendis per eos Cameræ[h] puniantur. Verum si malefactores ipsi infra octo dierum spacium à tempore commissi facinoris fuerint (vt prę dicitur) præsentati, & de eorū bonis satisfieri, & plene robaria facta restitui poterit, tūc illi, in quorum territorio robaria, vel maleficium factum fuerit, sint à pœna, & emendatione liberi, & exempti. Ad probationē autem robariæ sufficere decernimus publicam famam cum iuramēto derobati, si fuerit integri status, & famæ non suspectæ, & alia legitima indicia, probationes, & admicula iudicis arbitrio approbanda. Et si dubium extiterit in cuius territorio sit locus, vbi perpetrata dicuntur, hæc arbitrio rectoris, & suæ curiæ reseruamus. Addimus insuper, ꝙ omnes pœnæ statutæ in omnibus supradictis, tunc demum vendicent sibi locum, quando homines terræ, in cuius territorio fuerit cōmissum maleficium, in custodiendo locum maleficij, vel in capiendo malefactorem, vel custodiri, vel capi facere fuissent negligentes, vel remissi, considerati loco, & tempore, & alijs circunstantijs diligenter. Decernimus insuper ꝙ ciuitas, castrum, seu villa, in quibus aliqua præda, siue robaria publicè diceretur facta, vel in ꝙb. malefactores ipsi cōmisso maleficio scienter receptabūtur, teneantur ad restitutionem rerum ablatarū, illuc per prædones[i] illos, seu malefactores apportatarum, seu conductarum, siue æstimatione illarum. Et insuper nomine pœnæ tantundem Cameræ Romanæ Ecclesiæ soluere teneantur.

GLO. CAP. LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas quid sit.*

a VNIVERSITAS] appellantur collegia, corpora, curiæ, societates, tot. tit. ff. quod cuiusque vniu. nom.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas quid sit.*
2 *Propriè ciuitas vocatur, quæ habet Episcopum.*

b 1 CIVITAS] est multitudo, seu vnitas ciuium in hoc collecta vt iure societatis viuat optimo. c. si ciuitas, de sent. exc. lib. 6. Cic. in som. Scip. In ciuitate & vbiuis locorū necessario requiritur imprimis verbum Dei, deinde Magistratus qui administret remp. id quod gentes quoque (quamuis CHRISTVM seruatorem nostrum ignorarēt) lumine naturali aliquo cognouerunt, ideoque inter exempla iuris publici referuntur sacerdotes & Magistratus in l. 1. §. 1. ff. de iust. & iu. Ciuitas appellari sæpe solet cœtus vel congregatio non qualiscunque sed conciliata in vnam societatem communionemq; fidei & sacramentorū, vnde Apost. ad Corinth. Ecclesiæ Dei (inquit) quæ est Corinthi, & Colos. cap. 1. pro corpore ipsius (ait) quod est Ecclesia. Vocatur autem propriè † ciuitas quæ habet episcopū c. in illis, cum seq. dist. 80. Ciuitas quoque appellatur etiam, quæ Episcopum non habet, Alcia. in c. pernicios am, de off. ord.

SVMMARIVM.

1 *Castrum & castra.*

c 1 CASTRVM] numero † vnius notissimæ est significationis. Castra vero numero multitudinis locum significant, vbi milites tentoria figunt, in quo sensu accipitur apud Modest. in l. 1. §. emansor. ff. de re mil. porro horum genera multa erant, quædam enim prætoria, de quibus Tacitus lib. 1. annal. de Tiberio loquens, dispersas per vrbem cohortes in vna castra conduxit Tiberius, alia erant vrbana. l. si maritus. §. legis. ff. de adul. alia vigilium. d. §. legis.

SVMMA-

SVMMARIVM.

1 *Palatinus legitimat, & arrogationi autoritatem interponit.*

d 1 COMES] Palatinus † legitimat Alcia. post alios in rub. ff. & lib. & posth. sed & arrogationi autoritatem eum interponere posse, docet Viglius in §. adoptiui, inst. de exh. liber.

SVMMARIVM.

1 *Territorium quid sit.*
2 *Territorium ceptum dici comitatum.*

e 1 TERRITORIVM] Pomp. inquit in l. pupillus. ff. de verb. sig. † est vniuersitas agrorum intra fines cuiuscunq; ciuitatis, quod ab eo quidam dictum aiunt, ꝙ Magistratus eius loci intra eos fines terrendi (idest) summouendi ius habent. Nec prætereundum quod Alcia. ibi admonuit. 2 Territorium † ceptum dici comitatus, quia tempore Caroli magni regnantibusq; Berengarijs & Ottonibus ad singulas ciuitates regendas aliquis Comes mittebatur, adde l. 3. §. non perpetuæ. ff. de sep. viol. Varro lib. 4. ling. lat.

SVMMARIVM.

1 *Districtus, territorium & diœcesim significat.*
2 *Diœcesis quid significet.*
3 *Diœcesis dicitur vbi est Episcopus.*
4 *Archiepiscopus non est diœcesanus sed episcopus.*

f 1 DISTRICTVS] à distringendo † significat territorium, & diœcesim apud doct. & pragmaticos, districtus tamen verbum apud veteres reperiri Alcia. putat in d. l. pupillus. 2 Hinc diœcesis † significat territorium quandoq; ciuitatem. c. sacrorum. 63. distin. plerunque Patriarcatum. §. illud etiam, in auth. quom. oport. episc. interdum districtum in auth. de off. præt. prætor. Aff. sæpe pro districtu alicuius ciuitatis ponitur, & de hoc vide Fel. in c. Rodulfus, versi. prima concl. de rescrip. Diœcesis † quoque dicitur vbi est episcopus. c. cum pro vtilitate. 16. q. 1. hinc diœcesanus dicitur, qui habet dominium in diœcesi, gl. in c. statutum. §. multis, de rescrip. lib. 6. Bar. in consi. 50. incip. Ciuitati Camerini, & locorū diœcesani sunt Episcopi & eorum superiores cle. vn. de supp. neg. præl. Archiepiscopus tamen non est diœcesanus † sed episcopus. c. in apibus. 7. q. 1.

SVMMARIVM.

2 *Rapinæ ad rem, raptus ad personas.*
2 *Rapina maius est furto delictum.*

g 1 RAPINAE] rapina † ad rem, raptus ad personas refertur, Bar. in l. siquis ex domo. ff. de furt. disputat non inutiliter an rapina sit prius tum delictū. Item an sit species furti inuestigat, in l. duobus. §. siquis iurauerit. ff. de iureiu. Receptum est rapinam † maius furto esse delictum. l. si cum exceptione. §. qui vim, ff. quod met. caus.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio quid sit.*
2 *Diuiditur in merum mixtum imperium & simplicem iurisd.*

h 1 IVRISDICTIONEM] Accurs. † diffinit in l. 1. ff. de iurisd. om. iud. potestatem de publico introductam cum necessitate iurisdicendi & æquitatis statuēde, quæ diffinitio satis est bona, si quis eam rectè intelligat. Diuiditur autem in 2 merum † imperium, mistum, & simplicem iurisdictionem, quæ est iurisdicendi potestas ad vtilitatem priuatū officio suo actioni deseruiēs, quæ omnia late expendunt doct. in l. imperium. ff. de iurisd. om. iud. Didac. lib. 3. resol. cap. vlt.

SVMMARIVM.

1 *Camera est Principis Aerarium.*

i 1 CAMERAE] Camera est Principis erariū, in quod mulctæ inferuntur. c. 1. §. si vero, quid sit inuestit. & c. 1. de not. feud. Castaldus de Imper. q. 114. nu. 5. cum seq. & de Camera Apost. loquitur luculenter Paul. de Castr. cōsi. 106. Circa ea quæ, lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Prædones qui sint.*

1 PRAEDONES] sunt qui nullo publicè legi timeq; indicto bello grassantur, & prædas agunt. l. hostes. ff. de capt. & posth. reuer. & l. succurritur. ff. ex quib. cau. maio.

DE POENA NON REFICIENtium pontes, fontes, & vias. Cap. LXXXVIII.

a b

VIA hostilitatibus,[a] & guerris (quę in memoratis prouincijs[b] hactenus miserabiliter pullularunt) facientibus, & occasionem præstantibus, pontes, fontes, viæ, & stratæ publicæ, & itinera consueta deserta, & diruta permanserūt, vt ad præsens manent non sine graui periculo, & damno prouincialium, & commorantium, ad communem vtilitatem hominum, & habitatorum prouincię, ordinamus, atq; mandamus, ꝙ quælibet ciuitas, vniuersitas, castrum, villa, communantia quælibet, & quilibet baro, comes, vel nobilis pontes, fontes, strataſ, vias publicas, & itinera consueta diruta, & exterminata, seu destructa reficere, & reparare diligēter debeat, & teneatur: & vbi hactenus non fuissent, de nouo face-

uo facere, construere, & ædificare, seu construi, & ædificari facere infra duos menses proxime sequētes per eorum territorium, ita ꝙ homines, & iumenta transire valeant
c libere solicitis procurationibus [c] teneantur. Qui vero contrafecerit, & non paruerit prædictis, siue ciuitas, vel alia vniuersitas, siue singularis persona fuerit rectoris prouinciæ, & suorum iudicum, conditione loci, personarum, & negocij qualitate inspecta, arbitrio puniantur: & damna inde passis emendare integre teneantur, & cuilibet liceat accusare, & denūciare delinquentes in omnibus, & singulis casibus supradictis, tertiam partem pœnarum efficaciter recepturi. Et nihilominus iudex, & officialis tam generales, quàm præsidales inquirere, & procedere possint, & debeant in casibus supradictis, & quolibet eorundem.

GLO. CAP. LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hostis antiquitus æqualem significabat.*
2 *Dictus ab hostio, quod est æquum.*
3 *Hodie perduellem significat.*

a 1 HOSTILITATIBVS] Hostis † antiquitus æqualem significabat. Cicero lib. 1. off. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Ad pellatus est autem hostis † ab hostio, quod est, æquo, quoniā peregrini suis, vt nos nostris vtentes legibus pares nobis esse videntur. Deinde nunc hostis, vt testatur Alcia. in l. quos nos. ff. de verb. sign. cepta est in alium sensum accipi, videlicet vt perduellem † significaret, sic à veteribus dicti, quia cum illis bella essent d. l. quos nos. Merito igitur hostis publicos inimicos significat.

SVMMARIVM.

1 *Quæ sit prouincia.*

b 1 PROVINCIIS] Prouincia † in iure Pontificio pro diœcesi accipitur. 1. q. 2. c. scitote, in qua decem vel vndecim sint ciuitates, quibus is qui dominatur Rex dici potest, vide Alcia. in l. prouinciales. ff. de verb. sign.

SVMMARIVM.

1 *Quid significet procuratio.*

PROCVRATIONIBVS] Procuratio aliquando significat administrationem, Cice. 2. Accad. quæst. aliquando illud, quod præstatur visitanti diœcesim. c. 1. de censi. in 6. c. cauēdum. 10. q. 3.

QVOD OFFICIALES NON possint executionem facere contra non reficientes pontes, fontes, vias, nisi præcedat monitio. Cap. LXXXIX.

ALEXANDER Papa VI. in quadam sua constitutione statuit, ꝙ executores, & officiales Marescalli executionem aliquam pro reparatione pontium, viarum, & fontium facere nequeant, nisi præceden
a te vnica monitione [a] congruo loco, & tempore, & cum competenti dilatione: de qua monitione declaramus rogari debere Cancellarios locorum.

GLO. CAP. LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Monitio necessaria.*

a 1 MONITIONE] Monitio † fit ante commissum, & est necessaria apud Iurisc. in l. 1. §. magistratibus. ff. de mag. conu. Monitionis à iudice fictæ efficaciam Bar. ostendit in l. 1. & in auth. cessante. C. quo. & quando iud.

DE AVCVPATORIBVS ET venatoribus. Cap. XC.

CONCEDIMVS vt liceat cuilibet laico tēporibus, & locis competentibus cum canibus, retibus solito modo venari, & aucupari, nulla rectoris cōstitutione obstante, aut prohibitione. Veteri constitutione cauetur, ꝙ nullus de dicta prouincia, baro, vel miles, & quælibet alia persona audeat, vel præsumat aucupari, seu capere pernices, aut qualeas ad scutum, seu ad ingenium, seu ad instrumentum, quod dicitur bucinum, & insuper ꝙ nullus præsumat columbos alicuius ad aliquod ingenium capere, nec præparare ingenium ad columbos capiendos, & qui contra fecerit, pœnæ viginti florenorum auri se nouerit subijciendum. Et teneatur quilibet denunciare eosdem venatores, & qui scienter denunciare recusauerit, prædictam pœnam se nouerit incursurum.

DE

DE POENA ELIGENTIVM, vel retinentium rebelles, & bannitos Ecclesiæ. Cap. XCI.

BERTRANDVS Episcopus Sabinen. dum erat Archiepiscopus Ebredinensis, & pro Ecclesia reformator, constitutionem quandam, (quam inuiolabiliter obseruari mandauit) edidit in hac forma.

ITEM eadem auctoritate statuimus, & ordinamus, ꝙ nulla ciuitas, vel quæuis alia communitas in futurum eligere, vel assumere, vel iam assumptos vltra mensem retinere audeat in potestatem, capitaneū, vel quoduis aliud officium aliquem tempore electionis, vel assumptionis per rectorem prouincię, vel ipsius iudicem exbannitum, vel rebellem Romanæ Ecclesiæ, & officialium eiusdē, vel de terra in rebellione existente, originem trahentem, vel in ea domicilium obtinentem (hoc saluo) ꝙ exitij de terris rebellibus aliàs Rom. Ecclesiæ fideles, ad huiusmodi officium possint impune eligi, & assumi. Communitates autem contra præsentem constitutionem directè, vel indirectè quomodolibet venientes, vltra pœnam interdicti, cui ipso facto subiaceāt, facultate eligendi potestatem eo ipso perpetuò sint priuatæ: & nihilominus incurrant pœnam mille florenorum auri Camerę Romanæ Ecclesiæ penitus applicandorum. Addimus insuper constitutioni prædictæ, ꝙ infideles, exbanniti, rebelles, contumaces, & inobedientes Romanæ Ecclesiæ, & rectori prouinciæ, & suæ curię ab omni gratia, & priuilegio Romanæ Ecclesiæ, & suorum officialium penitus excludātur: nullaq; ciuitas, & communantia, seu locus, quibus eligendi, vel assumendi rectotes, potestates, vel officiales quoscunque libertas, atque ius: nullaq; singularis persona audeat, vel præsumat eligere, vel retinere ad regimen, vel officium quodcunque terræ suæ, vel loci, infideles, rebelles, exbanitos, excommunicatos, contumaces, vel inobedientes Romanæ Ecclesiæ, & suorum officialium: aut in aliqua terra interdicta per rebellionem habitantes, siue residentiam pro officio aliquo faciant: nec ad terras aliquas pro huiusmodi officijs se conferant. Communitas vero, quæ contra fecerit, vel fieri fecerit, vel fieri mandauerit, mille florenorum auri: speciales vero personæ centum florenorum pœnis subiaceant. Insuper officiales sic postulantes electos, & assumptos suo priuamus officio: & ea, quæ per ipsos, vel aliquē ipsorum in officijs fieri contigerit, cassamus, & irritamus: ipsiq; si capi poterunt, & in curiæ fortiā duci, carcerentur, & etiam puniantur, vt supra.

DE POENA NON PARENTIS mandato officialis Cap. XCII.

VOTIESCVNQVE, exigentibus dolo, & contumacia, alicuius communitatis, vel vniuersitatis, aut spiritualiū personarum nō soluentium ea, quæ officiales Ecclesiæ mandant, aut non obtemperantium [a] eisdem officialibus in his, quæ fieri, & præstari iustè mandauerint, aliquam caualcatam, vel quemcunque alium processum fieri contigerit, fiat periculis, & expensis communitatum, seu vniuersitatum, vel spiritualium personarum committentium inobedientiam, siue dolum. Omnia quæcunq; mandata per Rectorem pro Ecclesia, siue eorum iudices, & officiales facta (siue in eis sint pœnæ impositæ, siue nō) præcipimus inuiolabiliter obseruari, & custodiri. Et qui contrafecerit, multetur vsq; ad quantitatem à iure permissam, vel aliàs arbitrio iudicis.

GLO. CAP. XCII.

SVMMARIVM.

1 *Iudici licet suam iurisdictionem defendere pœna.*
2 *Quæ remedia sint ad illam defendendum.*

a 1 OBTEMPERANTIVM] Not. ꝙ licitum est vnicuique iudici pœnali iudicio suam † iurisdictionem defende
re. l. 1. ff. si quis ius dicen. non obtēp. & ibi Bar. Bonif. de malef. tit. de pœn. cond. vers. sed nunquid iudex, etiam aduersus non subditum c. dilecto, de sent. excō. lib. 6. & in l. nullum. C. de testib. etiam cum armis, vt refert Pau. de Castr. in d. l. 1. potest etiam iudex suam iurisdictionem interdicto vti possidetis defendere, vt not. Bar. in l.
1 fi. ff. vti possid. Quæ remedia † ad suam iurisdictionem defendendam sunt multa, quia potest etiam personam capere. l. cum eo. ff. ad l. Iul. rep.

l.consentaneum.C.quo.& quãdo iud.& l.pleriq; ff.de in ius voc.secundum Bart. in l.1. & vide ibi Cagnol.ad materiam.

CONTRA BLASFEMANTES Deum, & Virginem, & iurantes. Cap. XCIII.

a TEM, q̃ blasfemantes[a] Deum,& beatam Virginẽ, vel iurans per membra pudibunda Dei, & beatæ Virginis, vigintiquinque ducatorum pœna vice qualibet puniatur sine diminutione pro prima, secunda, & tertia vice: postquam vero cœperit fieri cõsuetudinarius, puniatur in duplum vice qualibet: etiam liceat vnicuiq; denunciare, & accusare: nec ad talionis, nec etiam ad extraordinariam pœnam subscribere teneatur: & teneatur secretus, & habeat quartam partem pœnæ, quam pœnam si infra decem dies non soluerit, per totam terram, in qua curia resideret, nudis carnibus fustigetur, & nihilominus carceribus per duos menses mancipetur. Dicentes autem per despectum, vel aliud simile, in medietate dictæ pœnæ sine aliqua diminutione puniatur, & accusari possit, vt supra, & quarta detur, vt supra.

GLO. CAP. XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit blasfemare.*
2 *De pœna blasfemiæ.*

a 1 BLASFEMANTES] blasfemare est conuicijs incessere, obtrectare, impiè de Deo loqui, & creaturæ adscribere, quod Deo conuenit, vel ab eo remouere, quod illi conuenit, vt Ambr. ait. c. siquis per capillos. 22. q. 1. vbi de pœna † blasfemiæ & Gregor. IX. in c. 2. de maled. blasfematur verbum domini vel cum cõtemnitur Dei prima sententia & per nihilo ducitur, vel cum Christi infamatur euangelium, Hieron. in epist. Paul. ad Titum & c. cum caput. 33. q. 5. blasfemare ad homines quoq; reperti posse existimat Bar. in l. item apud. §. ait Prætor. ff. de iniu. qua significare ait optare malũ in futuro. Et vide quæ circa præmissa diximus supra lib. 3. c. 21. facit auth. vt nõ lux. contra nat. Hodie superiores in suis bannimentis hoc innouant, addentes pœnas maiores etiam corporales. Iul. Clar. in §. blasfemia.

QVAE INTELLIGATVR causa criminalis. Cap. XCIIII.

CONSTITVTIONI sub Rubrica, Quòd acta exhibeãtur, quæ incipit: Quia, iure testante. Quum sæpe numero apud causidicos, & aduocatos dictæ curiæ generalis pro tempore, & in ipsa curia residentes exclamatum, & disceptatum fuisse reperimus, quæ duntaxat dicatur, & intelligatur causa criminalis,[a] submouendo hæsitationem ipsam, quæ non parum ad incommodum prouincialium immortalitatem litium sustinere (vt experientia docuit) videbatur: declarando ipsam constitutionem, & reliquas quo ad causas appellationum, volumus causam criminalem quo ad appellationes subscriptas, intelligi vbicunq; procedi in causa principali contigerit per iudicem per inquisitionem, denunciationem, vel accusationem, siue querelam intentando pœnam fisco, vel Cameræ applicandam, siue fuerit pœna pecuniaria, siue personalis principaliter, vel in defectu, excepto si restitutio rei, vel aliud interesse pecuniarium, vel ad pecuniam reducibile, deduceretur principaliter, vel incidenter: nã tunc quoniam in dictum euentum commodum venit parti applicandum, causa dicatur ciuilis tantum.

a

GLO. CAP. XCIIII.

SVMMARIVM.

1 *Differentiæ aliquot inter causas ciuiles & criminales.*

a 1 CRIMINALIS] Not. inter cæteras infrascriptas differẽtias inter causas ciuiles & criminales. Primo in causis ciuilibus dantur inducię deliberatoriæ auth. offeratur. C. de lit. contesta. in criminalibus non vt aliquando supra dixi. Secundo in causis ciuilibus reus tenetur respondere cum iuramento vt tot. tit. de iur. calum. secus in criminalibus vt tenet Bald. in l. 1. col. 2. versi. opp. nã contumax. C. quo. & quando iud. vbi dicit q̃ reus nõ debet respondere criminosis positionibus, & si est inobediens in respondendo non debet haberi pro confesso, quia non potest de hoc imputari refert Marsi. in rep. l. 1. ff. de quæst. col. pen. ad fi. Bar. tamẽ tenet contrarium in l. Marcellus. ff. rer. amo. & in l. inter omnes. §. recte. ff. de fur. quod mihi

mihi placet. Tertio in causis ciuilib. iurisdictio prorogari potest, in eo qui nõ habet iurisdictionem, vt habetur in l. 1. ff. de iud. in criminalibus nequaquam, vt habetur per Bal. in l. si ex consensu versi. reuoco igitur in dubium. C. de epis. aud. & in l. 1. in prin. versi. ex hoc. C. vbi de crim. agi oport. & in l. 1. col. vlt. C. de iurisd. om. iud. & in l. 1. not. 5. C. qui pro suo iurisd. & per Bart. post gl. in l. 1. col. 2. de iud. Et ita praxis obseruat. Bertrand. consi. 321. nu. 3. lib. 3. par. 1. Iul. Clar. in §. fi. q. 45. versi. sed quæro. Intellige hoc quando iudex procedit ex officio, Bal. in l. 1. in fi. C. vbi de crim. agi opor. Soc. consi. 108. nu. 21. lib. 4. Petr. Calepha. cõsi. 102. nu. 4. lib. 2. consi. crim. diuer. & consi. 93. nu. 25. lib. 2. Secus si procederet ad instantiam partis, quia tunc prorogari potest Paul. de Castr. in d. l. 1. de iud. nu. 20. Curt. Iun. nu. 37. & Cagnol. nu. 46. intellige quoad præiudicium partium, & dummodo ille iudex alias haberet iurisdictionem in similibus causis criminalibus, Abb. in c. si diligenti, nu. 14. de for. comp. Quarto in ciuilibus habet locum reconuentio, l. cum Papinianus, & auth. & consequenter. C. de sent. & interl. om. iud. in criminalibus non Bal. c. at si clerici, col. 4 de iud. vbi Dec. & Bero. nu. 150. Quinto in ciuilibus quis non potest à futuro grauamine appellare vt habetur in c. ante sentẽtiam, & c. non ita. 2. q. 6. & voluit Bar. in l. Titio, col. 5. ff. de accus. in criminalibus autem sic, vbi tractatur de præiudicio irreparabili, vt puta si pronunciaretur quis torquendus, l. siquis prouocatione. C. de app. & ibi Bal. Sexto merus executor sententiam ciuilem iniquam tenetur exequi, Cano. in c. pastoralis. §. quia vero, de off. del. not. in l. si vt proponis, in l. executorem, vbi per glo. & Bal. C. de exec. rei iud. in criminalibus non, vbi tractatur de pœna corporali, quia in talibus casibus merus executor non debet exequi sententiam iniustam contra conscientiam suam, quia damnũ talis executionis est irreparabile, ita not. dicit Inno. in d. §. qa vero, refert & sequitur Ias. in §. si minus, col. 7. in prin. inst. de act. Septimo in ciuilibus stante semiplena probatione defertur iurm̃ in supplementi probationis. l. iurisiurandi. C. de reb. cred. & in l. admonendi, & l. manifeste. ff. de iureiu. in criminalibus vero etiam stante semiplena probatione non defertur iuramentum in supplementum probationis, ita habetur in l. fi. C. de prob. & in l. dolum. C. de dol. & in l. metũ. C. q̃ met. caus. & voluit Bar. in l. maritus. ff. de quæst. Alex. in l. 3. nu. 12. ff. de iureiu. Ias. in rep. l. admonendi, nu. 224. ff. eodem Ias. in l. ait Prætor, in prin. num. 19. ff. eo. Dec. consi. 37. Marsi. in d. l. maritus, nu. 12. Hercul. de negatiua, nu. 235. Iul. Clar. in §. fi. q. 63. Anch. in c. mediatores, not. 3. de testi. lib. 6. pro qua allegat gl. in c. cum literis, de rest. spol. quæ dicit, q̃ in causa criminali etiã ciuiliter mota licet actor haberet præsumptionem pro se, nõ tamen ei defertur iuramẽtum in supplementum probationis, sed immo tũc habet locum regula, q̃ actore non probante &c. qđ etiã voluit in terminis, glo. in c. cũ sint, de reg. iu. lib. 6. & specul. tit. de iur. delat. versi. secundum est & seq. Et ideo stante statuto, q̃ de damno dato credatur sacramento accusatoris, non habet locum in furto, & sic in causa criminali, nisi quatenus ius commune disponeret, nam furtum & damna sunt diuersa, ita not. inquit Bal. in l. nauta. §. quæcunque. ff. naut. caup. & stab. Alb. in 2. par. stat. q. 63. Multi tamen credunt contrarium quando imponitur pro delicto pœna pecuniaria, immo illã dicunt communem Alex. consi. 66. nu. 1. lib. 1. Ias. in d. l. admonendi, nu. 225. & in d. l. ait Prætor, nu. 21. Marsi. in d. l. maritus, nu. 16. Ceph. consi. 141. nu. 40. lib. 1. quæ opinio nunquã mihi placuit, quia nulla est sententia criminalis quamuis pecuniaria, quæ non ingerat infamiam saltem facti, cum à delicto (quod in se malum est) pendeat, contra quam alias iudicaui. Octauo licet in ciuili Princeps possit tollere defensionem de plenitudine potestatis, tamen in criminali nõ potest, ita sing. dicit Bal. in l. 3. §. si is pro quo. ff. quod quisq; iur. quod dictum refert & sequitur Fel. in c. dilecti, col. 6. de except. Soc. consi. 266. nu. 46. versi. tertius casus lib. 2. Marsi. in prat. crim. §. expedita, nu. 36. in §. oportune, nu. 61. & in consi. 81. nu. 78. Nono stante statuto, q̃ inter consanguineos & affines fiat compromissum de litibus & quæstionibus, non habet locum in causis criminalibus, vt dicunt Inn. Abb. in c. irrefragabili, de off. ord. Decimo in causa ciuili filius f. non potest esse in iudicio sine consensu patris, in criminalibus sic, vt dicit Bal. in l. pen. C. de nox. Aret. cõsi. 138. in prin. Carauita super ritu. 201. vica. q. 1. Aufr. in add. q. Tholos. decis. 265. Anch. cõsi. 72. in prin. Marsi. in prat. crim. §. expedita, nu. 63. & pluribus seq.

DE INFORMATIONIBVS maleficiorum mittendis ad Cameram per iudices spiritualium, & maleficiorum & eorum notorios. Cap. XCV.

IN CRIMINALIBVS au tẽ (vt experientia docuit) multifariam, multisq; modis delicta occultari consueuerũt, vt impunita pertransirent: sic duximus prouidendum, q̃ deinceps iudices, & notarij spiritualium, & maleficiorum, secundum quòd ad eorum aures peruenerit notitia, notulam omnium informationum sub vinculo

culo iuramenti mittere teneantur, & debeant ad Cameram Apostolicam sequenti die post habitam dictam informationem. Qui vero contra fecerit, vltra periurij pœnam, si fuerit iudex, in viginti quinque ducatorum auri: si vero notarius, in viginti quinque libris pœna irremissibiliter pro vice qualibet puniatur: & possit à quocunq; accusari, & denunciari: & habeat denunciator tertiam partem pœnæ, & teneatur secretus.. Et, vt tollatur repetitio, & multiplicitas vexationis prouincialium, quæ ex cameratura huiusmodi proueniret, sancimus, vt in syndicatu cuiuslibet iudicis discuti debeat de informationibus huiusmodi, & pro illis, quæ non fuerint expeditæ, teneatur sub dicta pœna. Aliæ quoque, quæ effectum fuissent sortitæ, aut q̃ non probatæ apparerent, debeant penitus in præsentia thesaurarij (coram quo huiusmodi discussio fiat) de infilza extrahi, & lacerari.

DE PROTESTATIONE FIENda per procuratorem fisci iudicibus, & notarijs. Cap. XCVI.

CIRCA quæ procurator, & aduocatus fisci ita diligenter se habeant, q̃ saltẽ semel in hebdomada faciat præfatis iudicibus, & notarijs protestationẽ suã de prædictis omnibus effectualiter adimplendis: quam quidẽ potestationẽ[a] apud acta per aliquem ex ipsis notarijs faciat insinuari, & si in prædictis aut alijs ad suũ officium expectantibus negligens, vel remissus fuerit ad declarationem rectoris, & thesaurarij, aut fraudem in suo officio commiserit, vigintiquinque ducatorum auri pœna vice qualibet puniatur, Apostolicæ Cameræ applicanda, & acrius præfatorum Rectoris, & Thesaurarij arbitrio, secundum quòd delicti commissi qualitas postulabit.

GLO. CAP. XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Protestatio quid sit.*

a 1 PROTESTATIONEM] Protestatio † est animi nostri declaratio iuris acquirendi vel conseruandi, vel damnum depellendi causa, facta siue animi agentis expressio. c. cõsulti, de regula. l. si duo. §. cum inquilinus. ff. vti possid. protestationum materiam si quis videre vult videat Bar. & alios scrib. in l. nõ solum. §. morte. ff. de oper. no. nunc. Cano. in c. cum M. de constit. Alcia. in l. de testatio. ff. de verb. sign.

DE POENIS PECVNIARIIS ad quam monetam intelligantur. Cap. XCVII.

POENAS quascunque pecuniarias impositas per constitutiones quascunque, & omnes solutiones notariorum, & pro scripturis, & sigillis executorum, & officialium quorumcunque, & etiam baiulorum, & præconum salaria intelligi, & reduci volumus ad monetam paruam: ita q̃ quilibet anconitanus de argento in prædictis valeat quatuor solidos denariorũ paruorum: & quilibet florenus, seu ducatus de auro valeat decemseptem anconitanos de argento: & quælibet marcha argenti quatuor florenos auri, & ad quancunque dictarum monetarum reperiatur pœna imposita, vel solutio aliqua ordinata eius valoris intelligatur, prout in præsenti constitutione duximus declarandum.

DE MALEFICIIS, IN QVIBVS non est per constitutiones determinata pœna. Cap. XCVIII.

CONSVEVERVNT legislatores omnia, quanto possunt, certa, & determinata lege ponere: & quàm pauciſſima reliquerũt iudicantibus, & propterea nos cõstitutionibus præsentibus, quanto magis potuimus, limitauimus pœnas. Quoties autem excessus cõtingeret, in quo per has cõstitutiones certa pœna determinata nõ esset, tunc in punitione illius procedatur secundum quod reperitur pœna determinata per constitutionem in alio delicto consimili.[a] Et si nullo modo in cõstitutionibus reperiretur, tunc fiat punitio in ea pœna, quæ per rectorem cum consilio thesaurarij, & suorum iudicum maioris curiæ, & aduocati fisci, habita consideratione locorũ, personarũ, & qualitatis delicti, & diligenti deliberatione, ne quid durius, vel remissius, quàm expediat, fiat: vel in ea pœna, quæ ab ipso Rectore, aut thesaurario, vel iudicibus curiæ fuerit ordinata.

GLO. CAP. XCVIII.

a CONSIMILI] inquit Iul. in l. nõ possunt. ff. de legib. q̃ nõ possunt omnes articuli singulatim aut legibus aut senatusc. comprehendi, sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est, is qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atq; ita ius dicere debet, c. inter cæteras, de rescrip. Corn. consi. 51. nu. 8. lib. 1. & tale statutum est Perusij, vt testatur idem Corn. consi. 114. col. 2. eod. lib. Quando pœna pro delicto non est taxata, sed vi huius constitutionis consimilis pœna est imponenda, tunc semper minor pœna erit infligenda, Marsi. consi. 48. in fi. Gram. consi. 39. in fi. & minor pœna erit vt non corporalis imponatur, sed pecuniaria, vt multa per Marsi. in prat. crim. §. quoniam, & §. oporteat, & in l. 1. §. diuus, ff. de sic. in l. diuus. ff. de paricid. in l. 1. C. de sica. in consi. 24. consi. 30. consi. 39. consi. 47. & consi. 132. Gram. consi. 36. consi. 39. vot. 5. & vot. 23. decis. 8. decis. 25. nu. 13. plenè, decis. 96. & 98. in fi. Et si forte iudex nolit pœnam pecuniariam imponere, non debet pœnam imponere vltra relegationem vltra quinquennium, l. 1ª. in fi. l. 3. §. 1. & l. lege Cornelia. §. 1. ff. de sic. Gram. d. vot. 23. & cõsi. 36. & 39. Carrer. in prat. cri. in fi. versi. circa quartum. Sed an condemnatus ex delicto in pœnã pecuniariam poterit bonis cædere? Resp. q̃ non, sed opus est, vt luat in corpore, Alb. in secunda par. stat. q. 196. Item quæro an in pœnis, quam communem dicit Cæpol. consi. 9. versi. & ex prædictis apparet, Dec. in l. siquis id quod, nu. 2. ff. de iurisd. om. iud. Did. lib. 2. resol. c. 1. nu. 8.

QVOD HI, QVIBVS PARS aliqua pœnæ applicatur, non possint petere nisi pro rata compositionis factæ cum thesaurario. Cap. XCVIII.

RODVLPHVS Pius presbyter Cardinalis de Carpo, in prouincia Marchiæ Anconitanæ de latere Legatus. Quia sæpius euenit, q̃ aliqua pars pœnæ delinquentium, siue fraudantium Camerã Apostolicam officialibus, executoribus, & accusatoribus, siue delatoribus applicatur: & facta compositione per delinquentes, siue fraudantes, aut contrauenientes banni mentis, & ordinibus Legati, Vicelegati, siue Gubernatoris cum thesaurario, officiales, executores, & delatores huiusmodi recusant quo ad partẽ ipsis applicãdam, velle acquiescere cõpositioni factæ cum thesaurario: & pro rata eorum partes accipere, totius integræ pœnæ partem rigorosè petentes: Ne super hoc in futurũ dubitatio oriatur, statuimus, & declaramus dictos officiales, executores, accusatores, aliasve quasuis personas, quibus aliqua pars pœnæ applicaretur, acquiescere debere compositioni factæ cum thesaurario: & pro dicta rata, & nõ vltra, à delinquentibus, fraudantibus, & contrauenientibus (vt supra) partem eorum petere posse, contrafacientibus de soluendo quadruplum Cameræ Apostolicæ, & duplum ipsis, à quibus aliquid contra hanc nostram constitutionis seriem extortum fuerit, pœna imminentæ, & irroganda per iudicem causæ.

LIBRI QVARTI FINIS.

HAYMARKET BOOKS
ОНУ ИМЕНИ И. МЕЧНИКОВА

REVERENDISSIMO AC ILLVSTRI D. LVDOVICO CAESIO ABBATI CLAREVALLIS MEDIOL. ET RE. CAM. APP. CLERICO

GASPAR CABALINVS S.

NVLLA maior virtus est (Illust. Abbas) inter mortales quàm humanitas, illamq; multum à Cicerone prædicatam legi, cuius sententiam apud lectissimos viros probandam iudico, illa enim propria hominis est, quem ab humanitate dictum autumant Sapientes. Cuius virtutis symulacrum si qui conspicere velint, in te vnum omnes intueantur, in quo maximè hæc elucet virtus. Ego cum Perusij studendi causa commorarer sic humanè me in tuam recepisti conuersationem, meq; tibi adeo obligasti, vt nunquam hucusque potuerim viam inuenire, qua aliquo signo tam magnificum beneficium rependerem, & distulissem adhuc, nisi mihi literaria occasio hæc se obtulisset, vt in parte, quod tibi debeo, satisfacerem. Congessi in vnum aliquot glossas super quinto libro constitutionum Aegidianarum, quas tibi dicare constitui, non quòd tales esse putem, quibus tuas aures dulcore aliquo linire possint, sed vt cognoscas ex eis animum meum talem in te fore, vt ea quæ in secretiori loco continet, te de eis participem faciat. Scio enim quanta in te splendescat virtus, & quibus ornatus sis animi dotibus, vt nec latum quidem vnguem (vt in prouerbio est) à tuis maioribus degeneres, immo totis viribus conaris illis te æqualem præbere. Habuit Illustr. familia tua Angelum illum iurisconsultum eloquentissimum, & eloquentium consultissimum, vt suo tempore facile omnes scientia & doctrina superaret, ita in omnibus se gerebat, vt primarius & Romanæ praxis Princeps iudicaretur, à quo duo Ecclesiæ lumina processerunt, Paulus, & Federicus, Cardinales amplissimi, qui Andreæ Alciati testimonio in legali sapientia peritissimi fuere. Habet & nunc Petrum Donatum fratrem tuum, qui post multa obita pro Ecclesia munera, ab hoc Pontifice

fice Pio V. iudicatus fuit purpureo galero dignus. Habet & Tuderti Episcopum fratrem, quem vnicè propter eius eminentem scientiam & vitæ sanctitatem obseruo. Habet & Episcopum Narniensem fratrem, quem Barbaræ (cuius ditionem habes) vidi, & me gratanter excepit, tot igitur heroicis viris stipatus pro coronide non defuit vt te vnum apponeres. Sed ne hoc nostrum Epistolium in vitium adulationis prosiliat, hic pedem sisto. Tu igitur eo animo hoc suscipe munus, quo me semper (dum tecum aderam) excipere solebas, tibiq; de me illud polliceare, vt vitam, & fortunas pro te exponere semper sim paratus. Gardæ apud lacum Benacum. Decimo calendas Nouembris 1570.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ІНСТИТУТУ ІМЕНІ І. І. МЕЧНИКОВА

CONSTITVTIONVM MARCHIAE ANCONITANAE, CVM GLOSSIS GASPARIS CABALLINI IVRISCONSVLTI.

LIBER QVINTVS.

DE OFFICIO, ET IVRISDIctione iudicis ciuilium. Cap. I.



a VDEX[a] per rectorem[b] ad ciuilia deputatus in sua curia generali, sit, & esse intelligatur ordinarius[c] iudex in omnibus, & singulis causis ciuilib⁹, & maiorib⁹, & minoribus, & quarumcunque quantitatum, vel rerum sint illæ causæ, siue vertantur inter singulares personas, siue inter communitates, vniuersitates, vel collegia, vel mixta inter eos, vel quomodocunque: & de prædictis causis omnibus, & singulis, & etiam de omnibus, & singulis contentis in hoc quinto libro, possit cognoscere, & terd minare summarie,[d] & sententias excõmunicationis mandare per se, vel per alium, e seu alios: & possit exequi[e] sententias suas, & suorum in officio præcessorũ, vel locum tenentium, & quorumcunq; iudicum maiorum, vel minorum in ciuilibus causis laf tas: & etiam sententias, arbitria, seu lauda[f] g arbitrorum, [g] seu arbitratorum. Et etiam possit multare, & punire omnes, & singulos non obtemperantes sibi in his, quæ pertinent ad suum officium: & omnia facere, quæ ad iudicem ciuilium spectant de iure: & quæ ad cognitionem, & expeditionem causarum ciuilium fuerint oportuna.

GLO. CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potest prohibere suis, ne coram alio iudice litigent.*
2 *Licet vnicuique in non suum iudicem consentire, exceptis clericis.*
3 *In clericis recipit declarationem.*
4 *Cum factũ est in obligatione tenetur ad interesse.*
5 *Potest quis declinare forum illius in quem consensit ante litem contest.*
6 *Priuilegio fori pacto renunciari non potest.*
7 *In prorogatione iurisdictionis sufficit tacitus consensus.*
8 *Si prorogatio fiat cum iuramento distinguitur.*
9 *Laycus citatus ab ecclesiastico, an teneatur comparere distinguitur.*
10 *Quando à iudice seculari sit remittenda causa ad ecclesiasticum discutitur.*
11 *Vbi est summaria cognitio iudici layco non prohibetur de spiritual. cognitio.*
12 *Iudex ecclesiasticus non potest laycum condemnare ad perpetuos carceres.*
13 *Iudex ecclesiasticus quando possit inhibere iudici layco.*
14 *Declinatoria fori competens principali, non competit fideiussori.*
15 *An ratione delicti quis fortiatur forum pœnitentiale.*
16 *Iuramentum relaxari potest ab ordinario loci contractus.*
17 *Non valet statutum impediens matrimonium.*
18 *Clericus assassinus puniri potest per laycum.*
19 *Potest capi clericus in fragranti crimine & duci ad ordinarium per laycum.*
20 *In causa indiuidua clerici & layci Ecclesiasticus est competens.*
21 *In causa compromissa in clericum & laycum, in reductione aditur Episcopus.*
22 *A iudice prorogato non appellatur.*
23 *Vacante Imperio Papæ est iurisdictio non Legati.*
24 *Si inter plures delinquentes est clericus omnes remittuntur ad ecclesiasticum.*
25 *Clericus permittens se à seculari condemnari, postea allegans priuilegium condemnatur in expensis.*
26 *Non prodest layco delinquenti, si post delictum fiat clericus.*
27 *Non procedit si fecisset ante delictum votum clericatus.*
28 *Clericus trahẽs clericum coram seculari punitur.*
29 *Idem in layco trahente clericum.*

a 1 IVDEX] Io.Fab.in l.1.C. de off.pręf. vrb.dicit, q̃ Iudex † potest prohibere subiectis suis ne litigent corá alio in sui præiudiciũ, & est tex.in c.transmissa, de for. comp. Intellige tamen vt declarant doct.in l. 1.§. & post operis, vbi Alex. col. fi.& Ias.nu.11.de oper.nou.nunc. Rot.Pedem.decis. 78.Fel.in c.significasti, de for.comp. Sed quid si laycus citatus consentiat in iudicem ecclesiasticum, an possit? & videtur concludendum q̃ sic l.siquis in conscribendo.C.de pac. l.1. & 2. ff.de
2 iud.quibus licet † vnicuiq; in non suum iudicem consentire, & coram eo litigando eius approbare iurisdictionẽ, à qua quidem regula omnes ferè iuris professores in dictis iuribus & in c.si diligenti, de for.comp.solos clericos excipiũt, quos nec tacitè nec expresse fori priuilegium abdicare posse tradunt, spec.tit.de renunc.§.1.vers. cui autem iuri, vbi plus dicit, q̃ iuramentum super hoc interpositum non valet, nec tenet d.c.si diligenti, cum simil. Not.hoc sing.dictum, Papa in clericis statuit, q̃ non possint consentire in iudicem nõ suum, nisi in alium clericum, etiam de voluntate Episcopi, c.significasti, de for.comp.
3 quod limita esse verum quando clericus † vult prorogare iurisdictionem iudicis penitus non sui, quia tali casu habet locum dispositio d.c.significasti, secus autem si iudex prorogatus, non est omnino non tunc iudex, quia suus non est necessarius consensus sui iudicis, not. Rom. sing. 738. Illud dictum Io.Fab. intellige secũdum Io. And.in cit.de comp.iud.adit.§.generaliter, versi. sed quid in delegato, vbi dicit allegando Guil.d Suz.in l.si conuenerit.ff.de iurisd.om.iud. q̃ potest iudex suos subditos cõpescere, ne prorogent aliorum iurisdictionem in ciuilibus, sed postq̃ prorogauerunt nõ potest impedire.l.3.ff.de acq. rer. dom. & in versi. sed nunquid, dicit, q̃ iudex proprius in criminalibus prorogationem non tenetur habere ratam, ex quo de omni crimine iudex ex officio inquirere potest, & vide d.decis. 78.Cano.in c.1.de iud. Quid si dictũ fuerit in instrumento vt quolibet in loco & sub quolibet iudice possit conueniri, & tu me vis conuenire sub prorsus extraneo? dic quòd admittitur exceptio mea.l.si cõuenerit.ff.de iurisd.om.iud. Sed quid si promisi per stipulationem eodem modo? dic q̃ non valet quoad conuentionem, nec mihi præiudicat, nisi post litem contestatam, immo ante litem contestatam possum voluntatem mutare, & contra pactum venire.l.si cum dotem.§.eo autem tempore.ff.sol.matr. Quid si sit pactum, q̃ vbique & vbicunq; me inueneris tenear tibi soluere, nullo tamen certo loco determinato? dic q̃ tale pactum non valet, sed operatur vt teneat tibi ad interesse, quia factum videris stipulatũ fuisse, &
4 cum factum † est in obligatione ad interesse agi põt.l.siquis.ff. de re iud.l.quoties.ff.de verb. oblig.specul.tit.de comp. iud.adit.§.generaliter versi.quid si sit pactum. Sed quero nũquid potest
5 declinare † quis eius iudicium in quem semel cõsensit? dic, q̃ quando agitur de iurisdictione danda, & cũ duo consentiunt litigare sub iudice non suo, tunc quilibet potest pœnitere ante litẽ contestatam.d.l.si conuenerit. Præterea quæro si feci tibi pactum, vt possis me coram quolibet iudice conuenire? Spec.in d.tit.de comp.iud.adit.vers. sed nunquid dicit allegando Vbert. q̃ si oppono exceptionem iudicij declinandi nõ audior si sim laycus, si vero oppono exceptionem loci fori &
6 territorij audior, priuilegio enim fori † pacto renunciari non potest.4.q.6.c.non liceat.d.c.si diligenti. Et not.q̃ in prorogatione † iurisdictionis non requiritur expressus consensus sed tacitus sufficit Cano.in c.cum venissent, de in integ. restit.& Bar.in d.l.si cõuenerit, & est tex.in l.1.§.
8 conuenire.ff.de iud. Si fiat prorogatio † in iudicem non suum cum iuramento videtur, q̃ valeat c.cum contingat, de iureiu. & q̃ non liceat penitere post iuramentum etiam reintegra secũdum Ang.in d.l.si conuenerit. Contrarium tamen videtur cum lex posit remittere iuramentum iusta subsistente causa, ita vt iurans obseruare non compellatur, arg.l.fi.ff.qui satisd.cog.videtur casus & gl.hoc firmat in l.adigere.§.fi.ff.de iur.pat. sed potest distingui. Aut lex simpliciter prohibet contractum, non tamen expresse remittit iuramentum, si super eo interponatur, & hoc casu contractui iuramento firmato stari oportet d.c. cum contigat, sed vbi lex non solum prohibet cõtrahi, immo & contrahentibus, iuramentum si quod præstiterint, remittit iusta causa prohibitionis existente, tunc remissio iuramenti tenet & contractui iurato stare non compellitur, quibus præstat argumentum illud, quod consulẽdo
9 dixit Curt.Iun.consi.118.cum seq.Si iudex † ecclesiasticus citet laycum dubitari solet, an teneatur cõparere? Et videtur q̃ sic allegaturus suum priuilegium.l.siquis ex aliena.ff de iud. Contrarium videtur per l.1.ff.siquis in ius voc. non iret. quia vbi forum est dubium, quis non tenetur venire. Sed contra facit, si laycus simpliciter citatur.i.in citatione nulla causa est expressa, quæ iurisdictionem layci saltem in dubio ecclesiastico tribuat, quia dubium est, an sit forum clerici vel layci, ideo tenetur venire.d.l.siquis ex aliena. Attamen dico, q̃ laycus ipse, ita sine causa iusta & expressa citatus, non habet ecclesiastico obtemperare, vti potestati seculari regulariter & non ecclesiastico suppositus, eo q̃ regula & ius cõmu
ne

ne incompetentiæ est pro layco citato contra ei tantem.c.cum sit generale.c.si clericus laycum, de for.comp.l.iuris ordinem,& l.in criminali. C.de iurisd.om.iud. quo fit, vt teneatur regulæ & iuri communi obtemperare, & non specialita ti q̃ quodã aliquo casu ecclesiastico iudici subij citur, nisi casus ille nominatim in citatione ex primatur, secundum sig.not.per Inno. in c.præterea,de dilat.Bar.Bal.Ang. & alij in l.2.§.1.ff.si quis in ius vo.non ier.& in d.l.siquis ex aliena.ff. de iud.& l.ff.ff.iurisd.om.iud. Si aliquis accusa-
10 tur †coram iudice seculari de adulterio, & hoc confitetur coram eo, non debet remitti ad iudicem ecclesiasticum ratione incidentis q̃nis matrimonij spiritualis, quia illud quod dicitur, q̃ causa spiritualis remittitur ad iudicem ecclesiasticum habet locum in iudicio contradictorio, vt in c.suam,de ord.cog.& in c.lator, qui fil. sint leg.secus est in actu voluntario vbi interuenit cõfessio, quia nunquam habet locum remissio ad ecclesiasticum,istud est dictum sing. Spec.tit.de reconu.& Bal.in l.quoties.C.de iud. Et propterea Bar.& doct.in l.Titia.ff.sol.matr.Abb.& alij in d.c.cum sit,& in c.tuam,de ord.cogn. dicunt, q̃ si causa sit spiritualis vel incidens in ea, & sit q̃ super iure de ea coram iudice seculari cognosci non potest, tamen quando causa incidens est super facto bene potest,ita asserunt prefati doct. praticari. Not.vnum quod ponit Ias.in d.l. quoties.C.de iud.quando instrumentum præsumeretur vsurarium, & pars fundaret se super statuto dictæ ciuitatis, cum sit quæstio iuris municipalis & non canonicalis potest iudex laycus cognoscere,allegat Paul.de Castr.consi.71. visis & ponderatis lib.1. Not. etiam in pratica quod ponit Alex.in d.l. Titia, q̃ iudex secularis, coram quo tales opponuntur exceptiones ad forum ecclesiasticum remittendæ, debet opponenti terminum statuere ad producẽdum coram eo capitula,quæ vult probare in curia ecclesiastica, vt videat an capitula releuent, & si non releuant ad vlteriora
11 procedat.Not.præterea,q̃ vbi est summaria†cognitio,nõ est iudici layco de spiritualibus prohibita cognitio,ita not.dicit spec.tit. de primo, & secundo decr.§.restat.versi. quid si agatur actione prætudiciali,& idẽ not.Bal.in l.2.C.de edict. diui Hadr.toll.& in auth. ei qui.C.de bon.auth. iud.poss.Marsi.sing.70. Dida.lib.prat. quæst.c. 35. Rebuf. in concord. fran. tit. de annatis Rot. Pedem.decis.116.Et ad prædicta not.quòd si iudex secularis est iudex causæ, ita est iudex omnium, quæ dictæ causæ adesse debent,secundum Bald.in l.testamenta.C.de testam.Aduerte quòd
12 si iudex † ecclesiasticus cognoscit contra laycum non potest illum ad perpetuos carceres condemnare, dictum est sing. Oldr. q. 88. sequitur Ioan. And. in add. specul. rub. de off. ord. & est casus rectè intuenti secũdum Rom. sing.184. in c.cum episcopus, de off.ord. Non obstat illud quod dicitur, q̃ ratione criminis laycus est effectus de foro Ecclesiæ vt not.in c.si duobus,de appel.cum sim.c.quamuis,de pœn. lib.6. quoniam illud habet locum cum punitur persona ecclesiastica & nõ layca, Adde supradictis Zabar.c.debitores,de iureiu.Feder.cõsi.32.Lanfr.c.quoniam contra,verb.cõfessiones,nu.17. de prob.Zabar. clem.1.§.cæterum q.18.de vsur.Paul.Alex. in l. si non sortem,in prin.ff.de cond.ind. Not.vnum
13 sing. dictum q̃ iudex † ecclesiasticus non potest inhibere iudici layco,nisi sit coram eo lis pendẽs saltem per citationem,ita not.Alex.consi.9.lib. 4.allegat tex.in c.suam,de ord.cogn. in c.lator, in c.causam,qui fil.sint legit.intellige vt per Bal. in l.1.C. quo. & quando iud. & an & quando iudex ecclesiasticus possit inhibere iudici seculari vide Butr.Abb.in c. suam,de ord.cog.& in c. super eo.1. & in c. cum teneamus,de app.& in c. dilectus filius,de rescrip.Feder.cõsi.300.factum est tale debitor promisit, Alex. consi. 156. visis actis lib.2. An fideiussor clerici sit conueniẽdus vbi & clericus, & si possit declinare iurisdictionum iudicis layci.Hæc q̃ fuit originalis specul. tit.de comp.iud.adit.§.regulariter, versi.sed pone clericus.Bal.refert in rub.C.de priu.dot.& di
14 cit q̃ nõ. Nam exceptio declinatoria †fori competens principali non competit eius fideiussori, seu cessionario,casus est in l.si reus.ff.iud. sol.in l.sed si restituatur.§.2.ff.de iud. Item exceptio competens principali non competit fideiussori. l. exceptiones quæ personæ. ff.de except.l.in omnibus.ff.de reg.iu.sed hæc exceptio inest personæ clerici, ergo non prodest fideiussori.l. idemq;.§.generaliter.ff.mãd.& l.tam mãdatori. C.de non num.pecu.licet aliàs exceptiones competentes principali proficiãt fideiussori.l.ex persona.ff.de fideiuss.etiam in spontaneo fideiussore non præcedentibus fideiussoris præcibus, casus est sing.in l.si mulier.ff.ad Vell. An ratione deli-
15 cti quis † sortiatur forum pœnitentiale,vt sacerdos alterius parochiæ possit iniungere pœnitentiam,Rom.sing.453.dicit q̃ non allegat gl. sing. 16.q.1.c.1.Quæro de not.quæstione An Bono-
16 niensis † episcopus possit iuramentum relaxare Bononiæ vt Mutinensis nõ soluat vsuras,qui vsurarium contractum Bononiæ inhiuit? Et videtur q̃ non, quia Mutinensis non potest ratione contractus conueniri coram alio non suo iudice nisi ibi reperiatur.c.romana.§. contrahentes, de for.comp. lib.6.& quia etiam hic non agitur ad contractus implementum seu obseruantiam,sed ad ipsius dissolutionem,& iura, quæ dant iurisdictionẽ ratione cõtractus, loquuntur quando agitur ad contractus implementum, vt not. lap. allleg.10.allegat.l.si cũ dotem.ff.sol.matr. In contrarium est veritas, pro qua casus est vnicus secundũ Rom.sing.112.in l.contractus.§.in omni

C.de

C.de non nu.pecu.qa hic non agitur, vt q̃d detur vel fiat,sed ad finẽ extirpandi vitia, quo casu põt procedi contra absentem, vt not.Lap. ead. alleg.
17 Quæro an valeat statutum † q̃ inter hoïes diuersarũ terrarũ non contrahatur matrimonium sub certa pœna? videtur prima facie dicẽdum q̃ sic, per l.edicimus.C.de muril.lib.11. vbi prohibetur mulier monetaria nubere extraneis, & ibi Bar. dicit illã legẽ facere in terminis.Tñ contrariũ videtur verius,q̃ nõ valeat, qa aufert libertatem cõtrahendi matrimoniũ.l.Titia & l.si diuortio.ff.sol.matr.sed dic secũdm Bal.q̃ statutũ nõ valet q̃tum ad hoc, vt faciat matrimoniũ irritum si contrahatur,qa cũ sit sacrm̃ & res spũalis, vt no. gl.in c.veniens,de transl.& gl.in §.notandũ.1.q.1. layci non pñt statuere contra illud, cum nõ sit de iurisdictione sua, sed ecclesiæ. c.causam matrimonij,de off.del.& c.ex his,de cõsang.& affi. sed quoad pœnam bene valet,adde Bal. in d.l. edici-
18 mus.Illud etiã not.q̃ clericus † assassinus potest per iudicem laycũ puniri,secũdm Lap.in c.pro humani de hom.lib.6. & dñr propriè assassini,q̃ pecunia corrupti delicta faciunt secũdm Ang.in l.1. ff.de sepul.viol. quẽ refert Paris de Put. de synd. verb.dicit cõstitutio.Iul.Clar.in sua prat.§.fi.q.
19 36.versi.item quero,cũ seq.Põt tñ iudex † laycus clericũ delinquentẽ capere,& duci facere ad Epm, secũdm Bar.in l.siqs in seruitute.ff.d̃ ser. allegat Inno.ſc.vt famæ,de sent.exc.& tenet Bal.in l.si quæ
20 C.de epis.& cler. Not.Math.sing.144.q̃ si † in cãindiui dua aliquis velit cõuenire clericũ & laycũ, vterq; est cõueniẽdus i foro ecclesiastico,qa magis dignũ trahit ad se minus dignũ.c.qd̃ i dubijs, de cõs.eccl.vel alt.l.p̃cipimus.§.1.C.de appel.& hoc tenet ibi Bar.qui sentit contrariũ in l.3.ff.de colleg.illic.& ibi dicit,q̃ ambo ecclesiasticus & secularis debet cognoscere & pronuntiare,vel q̃ iudex secularis debet cogere laycũ ad prorogandam iurisdictionẽ in iudicẽ ecclesiasticũ,sed primum est verius,quia quis non potest cogi ad prorogandum,& si cogitur prorogatio est falsa. l.2. ff.de iud.Et dicit Sal.in d.l.præcipimus, q̃ si cau-
21 sa †cõpromittitur in clericũ & laycũ simul adeũdus est Eps super reductione ad arbitriũ boni,viri,quia clericus trahit ad se laycũ,super quo vide plene per Anch.in c.cũ.C.laycus, d̃ for.cõp.lib. 6.2.dub.Et aduerte in materia prorogationis, q̃
22 si prorogo in iudicem,† à cuius sñia non appellatur,q̃ nõ posit in prorogata causa appellari tex. habes,de quo exclamat Bar.in l.epale.C.de epis. aud.Ang.in l.1.col.2.ff.de iud.Ias.in l.siquis aduersus.C.de precibus Imp.offer.Dec.consi.3.& consi.25.Gram.decis.9.in fi.intellige & declara vt per Rebuf.in tract.de sent.execut.art.7.glo.5.
23 tom.1. Et not. q̃ vacante † Imperio iurisdictio Papæ competit.c.licet,de for.comp.Io.Fab.§.1. inst. de adopt.Rom.sing.412. Restau.de Imp.q. 90.sed quid in legato Sedis Ap.an ille possit idẽ?

Et videtur q̃ sic, qa legatus est de gremio Papæ. c.sub militib.2.q.6.& eius vice fungitur, sed contrariũ est verũ,dictum est Spec.tit.de leg.§. nunc oñendũ,versi.19.rõ est,qa nemo debet manum apponere autoritate gñalis concilij in his,q̃ spãli progatiua Papæ cõpetunt,c.qd̃ translationem,de off.leg.sed hoc est Papæ cõcessum in signũ pẽminentiæ singularis ergo,&c.Not.vnum sing.secũdm
24 Marsi. sing. 180. q̃ si plures † sint simul capti & inq̃siti à iudice seculari, quorũ vnus est clericus q̃ petit se remitti ad iudicem ecclesiasticum iux. c.si iudex,de sent.exc.lib.6.q̃ oẽs layci debent remitti per l.si cõem fundũ.ff.quemad. serui. amit. ne cõtinentia causæ diuidatur,& ne sequatur absurdum, si in eadem materia formentur sentẽtiæ & forte cõtrariæ,allegat Ant.de Pratouet.in l.1. in fi.ff.quæ sent. fin. app.rescind. & tenet Maria. Soc.in c.2.col.4.versi.8.fallit de mut.pet.& Fel. in c.placuit,col.4.cir.med.de prescrip.hanc opinionem dicit cõem Boss.tit.de for.cõp. nu.116. Io.de Arno.soliloq.57. Quæ opinio nõ seruatur in pratica,vt dicit Ignеus in l.1.§. siquis in villa, nu.27.ff. ad Syl.Capy.decis.173. Rebuf.in auth. habita,priuil.106.C.ne fil.pro patr.Did.lib.pr. q.c.34.n.1.Iul.Clar.d.q.36.versi.euenit plerũq;. Hinc dixit Feder.consi.167. Mulier accusata, q̃ si mulier aliqua commisit fornicationem cum sacerdote, q̃ iudex ecclesiasticus non secularis puniet eam propter ipsum sacerdotẽ. Not.etiam aliud sing.in hac materia quod dicit Fel.in c. ex-
25 ceptionem.de except.q̃ clericus † permittens se à iudice seculari condemnari & executionem fieri, Postea alleget priuilegium,debet actori in expensis condemnari, ob exceptionem retardati processus, tex. est in d. c. exceptionem, & tenet Cald.consi.12.tit.de iud.Non est dubium q̃ tenetur reficere expẽsas clericus qui distulit eius clericatũ allegare,Bellame,decis.226. Fel.in d.c.exceptionem,cir.prin. sed per quem iudicem condemnabitur clericus in his expensis? Gram.vot. 18. nu.17. dicit, q̃ adeundus est iudex ecclesiasticus, q̃ ipse super tali refectione prouideat, sequitur Carauita super ritu. 65.vica.nu.8. Not.
26 præterea,q̃ si laycus † postquam commisit delictum,& formata contra eum inquisitione efficiatur clericus vel religiosus, per talem fori mutationem non impeditur secularis iudex eum punire,vt per Bar. & alios in l.cum quædam puell. ff. de iurisd.om.iud.& in l.1.ff.de pœn. Dida.lib. prat.q̃st.c.32.nu.4.Petr.Plac.lib.1. delict.c.35. Iul. Clar.d.q.36.versi. sæpenumero, facta prius degradatione à iudice ecclesiastico, de qua degradatione & q̃o fieri debeat vide in c. degradatio, de pœn.lib.6, & vide gl.sing.in c.ad abolendã,in verb.relinquatur,de hæret.q̃ dicit,q̃ i trib.casib. post degradationem q̃s relinq̃tur curiæ seculari Ang. de malef.verb.& ibi caput,nu.35.Foller. in prat.crim.can.c.33.Iul.Clar.in §.fi.q.74.limi-

27 ta tñ singulariter qđ dictum est, nisi fecisset † votum clericatus, vel intrandi religionem antequã delictum cõmitteret, tunc nullo modo põt puniri per iudicem secularem, quasi votum trahatur retro, ita sing. tenet Bald. in l. 1. C. an ser. ex suo fact. quod valde no. in pratica, quia posses quemcuadere à pœna mortis, maximè quia in hoc casu staretur iurõ suo, an votum emiserit ante commissum delictum, sicut stari debet iurõ in alijs, quæ dependent à voluntate vel conscientia, gl. & doct. in §. alie, inst. de act. gl. in c. signasti, verb. si est itẽ, de homicid. Bal. in l. interdũ. §. qui furẽ. ff.
28 de fur. vbi sing. limitat. Vlterius not. q̃ clericus † trahens clericum corã iudice seculari debet causam. i. rem petitã perdere p sentẽtiam, & dabitur conuento & priuari cõione sacrõrum, vel etiam fidelium quia excõicabitur, nisi super hoc satisfacere velit. c. si diligenti, de for. cõp. c. inolita 11.
29 q. 1. Sed nunquid idem est in layco † clericum coram seculare trahẽte, vt debeat perdere causam? dico q̃ sic auth. statuimus. C. de epis. & cler. not. spec. tit. đ cõp. iud. adit. §. 1. vers. & breuiter scias.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur Rector.*

b 1 RECTOREM] Rector dicitur propriè qui prouinciam siue tituli Præfecti Præt. siue Legati nomine regit, vide Bar. in l. 1. C. de excus. mun. lib. 11. Alci. in l. principalibus. ff. si cer. pet.

SVMMARIVM.

1 *Quis sit ordinarius.*

c 1 ORDINARIVS] est † qui suo iure, vel Principis beneficio vniuersaliter iurisdictionem exercere potest, cui. s. vniuersitas causarum commissa est. Alcia. in rub. de off. ord. late.

SVMMARIVM.

1 *De clausula summariè simpliciter de plano.*

l 1 SVMMARIE] quando simpliciter † ponitur clausula summariè in aliquo rescripto, vel mãdatur summariè procedi, intelligitur mandari, vt procedatur secundum terminos clem. dispendiosam, de iud. quando plures alie cumulantur (velut) procedatur summariè, de plano, sine strepitu, & figura iudicij, tunc procedendum est secundum terminos clem. sæpe, de ver. sig. Circa quas clausulas multa notatu digna in praxi ponit Rebuf. in tract. de sent. execu. art. 9. glo. 2. tom. 1. quẽ videas & speciatim de his clausulis differit Rot. Ped. decis. 1. Carauita super ritu. 288. vica.

EXEQVI] concordat tex. in l. à diuo pio, in prin. cum ibi not. ff. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Laudum pro sententia barbara vox.*

f 1 LAVDA] laudum † pro arbitrorum diffinitione barbara vox est & inepta, qui cũ ius cognoscendi habeant, propriè dici põt eos pronunciasse vel statuisse, quod & in arbitratoribus Alcia. lib. 1. parerg. c. 45. admittendum putat. Tametsi negent doct. in l. 1. ff. de re iud. sententiam propriè dici, qđ ab arbitro pronũciatũ est, quod tñ ipsi Alcia. nõ fit verisimile, cum id quod vnusquisq; etiã priuatus sentit latinè & eleganter sententia dicitur, nec aliter solet Iuriconsarbitrorũ definitiones q̃ sententias appellare. l. litigatores. l. qualem. ff. de arb. super nullitate cuiusdam laudi consuluit Goz. consi. 100.

g ARBITRORVM] de his late scribit Marc. Blan. in tract. de comprom. & nouè & praticè Rebuf. tract. de arb. & arbitra. tom. 3.

DE MODO PROCEDENDI IN causis ciuilibus non excedentibus summam centum solidorum. Cap. II.

a REVIORES[2] causæ ciuiles non excedẽtes summam centum solidorum denariorum tractari, expediri, & cognosci possint coram rectore, & suis iudicibus, & per ipsos summariè, & de plano, absque strepitu, & figura iudicij, etiam sine libello litis contestatione, iuramento de calumnia, & alijs sollennitatibus, & ordinibus iudiciorum etiam substantialibus, siue reus comparuerit: siue non: & tales causas possit iudex decidere per iuramentum[b] deferendum actori, à quo habeat saltem semiplenam probationem, vel reo, si sibi videbitur. Et in dictis causis si aliqua pars detulerit alteri parti iuramentum super decisione causæ, seu super petitis, verum sit, vel non, vel vtrum debeatur, vel non, teneatur pars, cui tale iuramentum deferatur, iurare vel referre ei teneatur, & ille, cui refertur, non possit recusare, sed teneatur iurare in quolibet casuum prædictorum. Aliàs recusans iurare in quolibet casuum prædictorum præsumatur, & fingatur habere malam, & iniustam causam: & cadat in totũ à causa.

b

GLO. CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *De lite breuis causæ remissiuè.*

a 1 REVIORES] cõcordat tex. in auth. nisi breues. C. de sent. ex breu. recit. super qua vide Cy. Bar. Bal. & Sal. De minimis tractat Ant. Corset. & de illorum

lorum iudicio Tiraquel. sub dictis no minib. nuncupatim Rot. Pedem. decis. 1. nu. 8. Carauita super ritu 247. vic. Rebuf. tit. de execut. sent. ar. 12. glo. 1. nu. 5. tom. 1.

SVMMARIVM.

1 *De iuramento decisiuo remissiuè.*

b 1 IVRAMENTVM] concordat tex. in l. manifestæ. ff. de iureiu. super qua vide Alex. & Ias. & Dec. in l. qui accusare. C. de eden. & quædam requisita ponit Marant. in suo spec. par. 6. c. de iuram. quæ ipsum iuramẽtum præcedere debeant, & multoties tale iuramentum non potest referri vt in casu super quo consuluit Aym. consi. 203. & deferri potest vsque ad sententiam exclusiuè idem Aym. consi. 207. vt aliàs obseruaui Concordiæ in quadam causa matrimoniali ardua. Quod Aym. consi. tempera vt per Rot. Pedem. decis. 11. quem nuncupatim refert, & sic declarat vt non procedat quando tempore oblationis immineret periurium detegi posse. Quod aliquãdo delatum ex causa reuocari potest, Barto. in l. non erit. §. fi. vbi Paul. de Castr. Alex. & Ias. ff. de iureiu. idem Ias. in §. item si quis postulante, num. 31. inst. de act. Rot. Pedem. decis. 8. Et quando admittatur appellatio aduersus iuramentum litis decisiuum ponit Rot. Pedem. decis. 61. Et quandoq; licet debitori electa via probationis per testes, ad delationem iuramenti cõfugere Rot. Pedem. decis. 97.

DE MODO PROCEDENDI, quando de debito apparet publicum instrumentum. Cap. III.

a INEM litibus[a] imponere cupientes, ne immortales existant: & vt parcatur laboribus partium, & expensis, præsenti nostra constitutione firmamus, & ordinamus, q̃ si quis coram iudice ad causas ciuiles deputato suum debitorẽ[b] fecerit euocari, [c] & coram ipso iudice ab eodem suo debitore petierit aliquam pecuniæ quantitatem, vel rem certam ex quacunque causa legitima, & pro ipso debito contra ipsum debitorem, produxerit publicum instrumẽtum[d] non abolitum, non cancellatum, nec vituperatum in aliqua parte sui: quod instrumentum cõtineat promissionẽ vel obligationem ipsius quantitatis, vel rei petitæ, q̃ iudex prædictus faciat dari copiam partiẽ secundum formam iuris: & terminum[e] ei statuat ad opponendum, & probandum contra ipsum instrumentum, & creditorem
f omnes exceptiones[f] sibi competentes, vel quæ competere possent contra ipsum instrumentum productum, & ipsum creditorem: q̃ si infra ipsum terminum non opposuerit, vel opposita non probauerit, ad solutionem tunc talis debiti dictus debitor realiter, & personaliter constringatur ad voluntatem creditoris, donec ipsi creditori fuerit plenariè satisfactum. Quòd si dictus debitor citatus ad petitionem creditoris non comparuerit, ponatur in banno in quantitate valoris rei petitæ, & in expensis creditori, & in tantundem Cameræ assignato termino trium dierum ei, qui habitauerit in loco, in quo curia residet: & octo dierũ ei, qui absens fuerit à curia memorata, infra quos dies si non comparuerit, bannum incurrat prędictum: de quo dictus debitor exire non possit ostenso dicto instrumento debiti, de quo dictum est supra: nisi suo creditori, & Camerę satisfecerit de prædictis, & talis bannitus possit capi, & detineri vsque ad satisfactionem condignam, & prædicta omnia locum habeant siue petat ille, cui facta est promissio, vel obligatio, quæ continetur in instrumento, siue hæ
g redes, § siue successores vniuersales, vel particulares in quota, siue eius procurator simplex, vel habens iura cessa ab eo: & siue petat contra promissorem, vel obligatum scriptum in instrumento, siue contra eius
h hæredem, [h] vel vniuersalem, vel particularem in quota successorem: de quibus omnibus, & singulis possit fieri interrogatio, cui debeat responderi, & probato per omnem modum, & sine libello, contestatione litis, vel iuramento de calumnia, vel alia iuris solennitate. Si vero creditor voluerit potius pro contumacia sui debitoris tenutam sibi dari, quam ipsum debitorem in banno poni, instrumento ostenso publico debiti, vel non ostenso, seruetur forma Capitali VI. sequentis incipientis, Ciuiliũ causarum, prout ipsi creditori videbitur expedire. Volumus, & ordinamus, quod
i in omni casu executionis [i] instrumenti, vel præcepti fiendi secundum formam huius constitutionis, liceat creditori vti via personali, capture, k detentionis, & via tenutæ
k pignoris, vtraque simul, vel altera tantum,
l vt maluerit: & incœpta vna via redire [l] ad

aliam vsquequo fuerit sibi integre satisfactum. Et hoc totum, quod in præsenti constitutione supra continetur, non vendicet sibi locum in contractibus Iudæorum, vel vsurariorum manifestorum. Qui autem sint manifesti, quo ad hoc, vt non habeant beneficium huius constitutionis, sufficiat probatio publicæ famę, probando per quatuor testes. Volumus iusuper, & ordinamus, ꝙ prædictus modus procedendi, & prædicta omnia locum habeant etiam quãdo petitur executio præcepti, vel sententiæ, si hoc voluerit creditor: & etiam quando petitur per hæredẽ vel legatarium, vel fideicommissarium, vel institutum, vel eorum hæredem aliquid ex testamento, vel alia vltima voluntate, de quo, seu qua appareat publicum instrumentum, & in omnibus casibus prędictis nulla alia solennitas, vel ordo requiratur, vel alius actus, nisi vt in præsenti constitutione per nos extitit declaratum: per hæc tamen non negamus hę redi scripto quin possit vti beneficio legis m edicto.[m] De edicto diui Adriani tollendo, ꝙ si velit vti, tunc eo casu iura communia volumus obseruari.

GLO. CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Differentia inter litem & causam.*

a 1 [LITIBVS] cõcordat tex. in c. finem litibus, de dol. & cont. litem † à causa separare videtur Imperator in l. causas, vbi Alcia. C. de transs. & litis verbo actio in rem siue in personam significatur l. litis vbi etiam Alcia. ff. de verb. sig. & lis in iudiciũ deduci dicitur. l. liberto. §. litem. ff. de neg. gest. l. 2. C. de pet. hæred.

SVMMARIVM.

1 *Debitor quis propriè sit.*
4 *Debitor ante iudicium interpellandus.*

b 1 DEBITOREM] Debitor † is propriè dicitur, cui nulla competit exceptio, strictè autẽ accipitur, vt is sit, à quo inuito exigere possumus (hoc est) extorquere. l. debitor, vbi Alci. ff. de verb. sig. Obtinuit tamen vt etiam natura deberi dicamus, licet eius petitio nulla sit. l. 1. §. fi. ff. de cõst. pecu. l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiuss. adeo vt qui natura obligatus soluerit, debitum soluisse dicatur. l. fugitiuus, in fi. ff. de solu. Debitor † imprimis antequam conueniatur in iudicio adeundus est, & ciuiliter interpellandus, semel, atque iterum (si fieri potest) per creditorem ipsum, deinde per alios bonos viros vt debitum præstare velit sine molestia. Admonendus est, quanto dispendio non solum corporis, & pecuniarum, verum etiam animæ susceptu rus sit iudicium contra cõscientiam, si recusauerit dare aut facere id, quod ex æquo & bono debet. Et quamuis hæc admonitio quibusdam videatur vrbanitas (vt vocant) si tamen rectè perpendatur, certum erit, ꝙ ex iure diuino & humano omnibus modis obseruanda sit Math. c. 18. & l. quidam Hyberius. ff. de serui. vrb. præd. Si probatum est debitum per testes, quantitas an possit probari iuramento creditoris? discutit Rot. Pedem. decis. 96. vbi determinat ꝙ sic.

SVMMARIVM.

1 *Citatio est actionum instituendarum principium.*
2 *Citatio est de iure naturali.*
c 1 EVOCARI] Citatio † (diffinitore Alcia. in rub. C. de in ius voc.) est actionum instituendarũ principium, quæ diffinitio comprobatur ex. §. omnium, inst. de pœn. tem. litig. sed aliter diffiniri potest, vt sit in ius vocatio. l. 1. ff. de in ius voc. Et citationis scopus hic est, vt citatus iudicio sistat, inq; iudicium veniat. Alci. vbi
2 supra. Estq; citatio † de iure naturali, clem. pastoralis, de re iud. Soc. consi. 87. nu. 19. versi. capio sextum, lib. 3. consi. 164. nu. 16. in fi. & cons. 266. nu. 46. lib. 2. consi. 120. nu. 10. lib. 3. citatio de iure fieri debet personaliter si reperiri potest, sin autem ad domum. l. 1. §. 1. ff. de lib. agnos. Dy. & Bar. in l. 4. §. prætor. ff. de dam. inf. Bart. & Sal. in l. consentaneum. C. quo. & quando iud. Math. sing. 85. & ad materiam vide Mar. Soc. de cita. & Rebuf. praticè tract. de citat. tom. 3.

SVMMARIVM.

1 *Instrumentũ capitur p scriptura autentica ppriè.*
2 *Instrumentum publicum de iure communi non habet executionem paratam.*
3 *Duplex est scriptura probatoria.*
4 *Quem esse Tabellionem quomodo probetur.*
5 *Multiplex est instrumentum publicum.*
6 *Priuatũ instrumentũ est quod quis sua manu scribit.*
7 *Pro instrumento præsumitur.*
8 *In enunciatis in illo non probat.*
9 *Idem in assertiuis incidenter.*

d 1 INSTRVMENTVM] specialiter † accipitur pro scripturis, quibus legitima ratione fides est adhibenda, veluti quæ per tabelliones publicos seu notarios scribi solent, de quibus in auth. de instrum. caut. & fid. generaliter accipitur pro omni eo, quod causam instruit. l. 1. ff. de fid. instr. l. notionem. §. instrumẽtorũ, vbi Alcia. ff. de ver-
2 sig. Et not. ꝙ instrumentum † publicum de iure communi non habet executionem paratam. l. minor 25. an. cui fideicõmissum. ff. de minor. quem tex.

tex. ad hoc meliorẽm in iure dicit Ang. in l. si cũ dotem. §. eo autem tempore. ff. sol. matr. relatus 1 2
per Rui. consi. 144. nu. 7. vol. 4. idem Ang. in l. ait Prætor. §. 1. vbi cæteri sequuntur. ff. de re iud. Ca 2
rauita super ritu 166. vic. nu. 31. Cotta in memo 3
rab. verb. instrumentum publicum de iure. Bald. 5
in l. 1. col. 1. C. de execu. rei iud. Boer. decis. 295. 2
nu. 5. vbi dictũ tex. pluribus modis limitat, Dec. consi. 322. col. 1. Et aduerte ꝙ ad hoc vt instrumentum executionẽ paratam habeat, requiritur, 3
ꝙ sit liquidum, Bart. in l. per diuersas. C. mand. quem refert Dec. consi. 682. nu. 9. Bar. in l. proin de. §. notandum. ff. ad l. Aquil. Alex. consi. 188. nu. 1. lib. 2. Soc. consi. 4. lib. 1. Ias. in l. 1. nu. 31. ff. de eden. Et liquidatio præcedere debet, antequam 1
ad executionem procedatur, Bal. consi. 393. lib. 2. Boer. decis. 52. nu. 8. Grat. consi. 40. nu. 27. lib. 1. Rol. à Valle (vbi alios casus enumerat) consi. 20. nu. 8. cum seq. lib. 1. Et quãtis instrumentum rem liquidam facere soleat, Dec. consi. 36. nu. 2. consi. 423. nu. 9. Tiraquel. de retract. cõsang. §. 2. gl. 1. nu. 20. cum seq. Tamen non procedit, quando instrumentum aliquas oppositiones, aut exceptiones pateretur, Dec. cõsi. 474. nu. 3. in c. licet causam, not. 13. de prob. Soc. cons. 226. nu. 4. lib. 2. Ruy. consi. 128. nu. 1. & 13. lib. 4. Nunquam etiam censetur exclusa illa exceptio, quæ substantiam & validitatem ipsius instrumenti cõcernit, Bar. in l. 1. §. & parui. ff. qd vi aut clam, Dec. cõsi. 499. nu. 14 Et executio fieri poterit pro interesse in instrumento promisso, quamuis nõ liquida 10, qa in executione liquidabitur, Soc. Iun. consi. 136. in fi. lib. 2. Marsi. sing. 106. Dec. consi. 389. col. fi. & consi. 489. col. pen. Hinc est, ꝙ quamuis de liquido ad non liquidum nõ admittatur compensatio, tamen vbi de proximo fieri deberet liquidatio admitteretur, vt not. Alex. consi. 94. nu. 3. lib. 4. Paris. consi. 121. nu. 24. lib. 1. Rot. Pedem. decis. 92. vbi plurimos allegat, adde supradictis Nattam, cons. 569. nu. 12. Did. lib. resol. 2. c. 11. secundum hanc constit. habebit executionem il- 3
lius forma seruata. No. etiam ꝙ duplex † est scriptura probatoria, seu duæ sunt species instrõ ũ, quoddã est publicũ, & quoddã priuatum: instrm̃ publicum scdm Inno. in c. 1. de fid. instr. dicitur scriptura, quæ plenã facit fidem producta coram iudice sine alterius adminiculo, vnde tali instrõ publico producto in iudicio non est opus, ꝙ testes in eo descripti producãtur & deponant, nec est opus, ꝙ Tabellio deponat dictũ suum, immo mortuis testibus & tabellione instrm̃ facit plenã fidẽ c. 2. de fid. instr. & voluit gl. in l. 2. ff. quẽad testam. aper. Veruntñ si in dubiũ verteretur vtrũ tabellio scripserit tale instrm̃ stabitur dicto suo. l. siqs decurio. C. de fals. Vult etiam singulariter Ang. in §. hinc nobis, in auth. de hæred. & falc. p gl. ibi, ꝙ qñ instrm̃ negatur publicum, & sic negatur quem esse tabellionem † ꝙ probatur per iurñ 4
ipsius tabellionis iurãtis se esse tabellionem cum cõparõne literarum, per quam appareat ipm plura fecisse instrã, qd nunq; obliuioni tradas, qa forte alibi non reperies, sequitur Ias. in l. Barbarius. ff. de off. prætor, vbi multa agit de notarijs. Aduerte etiam ꝙ multiplex † est instrm̃ publicum. 5
Primo nam quælibet scriptura, quã persona priuata conficit corã iudice manu propria censetur publica, & plenã facit fidẽ, etiam sine testibus, cassus est sing. in l. ne in arbitris. C. de arb. in prin. & ibi hoc tenet Bal. Secũdo si sit scriptura manu notarij actuarij in iudicio siue extra scripta. l. gesta. C. de re iud. l. is apud quem. C. de eden. & in c. qm̃ contra, de prob. Tertio si sit scriptura sigillo publico sigillata. c. 1. d̃ fid. instr. c. 3. loco, d̃ prob. cum ibi no. Quarto dicitur publicum instrm̃ qm̃ est iudicis autoritate publicatũ. l. publicati. C. de test & ibi not. Ias. post alios. Quinto illa scriptura, quæ habet scribẽtis & testium subscriptiones. l. scripturas. C. q pot. in pign. hab. & in auth. ibi posita. c. 1. d̃ testi. & c. 2. d̃ fid. instr. Sesto illa scriptura quæ extrahitur de archiuio publico vt habetur in l. in fraudem. §. quoties. ff. de iu. fisc. c. ad audiẽtiam de præscrip. §. si vero in auth. de his q ingr. ad ap. l. celsus. ff. de prob. & auth. ad hæc. C. de fid. instr. & qũo procedat, declarat Rot. Pede. 6
decis. 69. Priuatum † autẽ appellatur instrm̃ illa scriptura, quã vnusquisq; à seipso describit, quæ in iure appellatur chyrographus, vt in l. chyrographum. ff. de prob. aliqñ appellantur literæ vel epistola, vt inst. de lit. obl. facit optime. l. nõ epistolis, & l. non nudis, cum ibi not. C. de prob. l. si ex cautione. C. de non nu. pec. Requisita in instrõ publico habes in l. gñali. C. de tabel. lib. 10. & in auth. de instr. caut. & fid. specul. tit. de instr. edit. in prin. Not. regulã vulgatã, ꝙ pro instrõ † præsumitur. l. cũ precib. C. de prob. nã pro eo duæ sunt probationes ꝙ sit verũ & solenne, scdm Bal. in l. Imperator. no. 1. ff. de sta. hom. & l. 2. C. qñ fiscus vel priua. & l. quoties. C. de iud. Rot. Ped. decis. 7
72. nu. 4. & decis. 117. nu. 1. limita † hoc esse verũ ꝙ psumitur pro instrõ, nisi in eo aliqd enũtiatiue cõtineretur, puta Titius filius Sempronij, nã illa verba nõ probant filiationẽ, nisi essent de substãtia vel necessitate, tex. est in l. optimã. C. de cõtrah. & cõmit. stip. & illũ tex. ad hoc reputat sing. Bal. in c. series, de testib. Adde fortius ꝙ immo si in instrõ. aliquid. cõtineatur assertiue, sed incidenter (vt qa) dicatur Sempronius, qui est procurator Caij, adhuc illa verba assertiua nõ probant eum esse procuratorem, ita not. dicit Bal. in rub. C. de fid. instr. quem simpliciter sequitur Anch. in elem. 1. de prob. Rom. consi. 12. facit qd not. Card. Flor. in c. fin. col. vlt. de fid. instr. vbi refert 8
se aliàs dixisse in facto, ꝙ ẽt si notarius in instrõ diceret. Titius procurator talis, vt constat tali instrumento manu talis notarij à me viso & lecto, quòd adhuc per ista verba non dicitur probatum

de mandato illius procuratoris, quia esset testimonium reddere, non autem mandatum authenticare, vt ibi plenius per eum, Circa quā materiam instrumentorum vide plenius dicta per Rebuf. in tract. de literis obligat. tom. 1. vbi egregiè loquitur, & Dida. lib. prat. q. c. 19. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *De dilatione remissiuè.*

e TERMINVM] de dilatione † praticè vide
1 Rebuf. tract. de dilat. tom. 3. Iul. Clar. in sua prat. §. fin. q. 48.

SVMMARIVM.

1 *De exceptionibus contra instrumentum opponendis remissiuè.*

f EXCEPTIONES] quæ exceptiones † opponi possint contra instrumentum publicum ponit Ant. de Cann. in suo tract. de execut. instr. cui aliàs addit. quasdam feci, Fel. & Dec. in c. ex parte, il 2. de off. del. Iaſ. & alij in l. 1. C. de iu. & fa. ign. Rebuf. in dicto tract. de lit. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Hæres & defunctus vna & eadem persona.*
2 *Agens vti talis debet probare se talem.*

g HAEREDES] Not. † q hæres & defunctus
1 censetur vna & eadem persona. l. heredem ff. de reg. iu. §. 1. in auth. de iu. ciu. à mor. præst. Et quando contumacia defuncti afficiat hæredē, vide Dec. consi. 252. Neuiz. consi. 68. nu. 18. & consi. 20. nu. 30. Rot. Pedem. decis. 106. Propterea
2 si aliquis mihi protestatur tanquam hæres † vel procurator debet mihi fidem facere de instrumēto, quō ille sit procurator vel hæres, aliàs ego nō constituor in mora, celebris doctrina Bart. in l. si quis inficiatus. ff. depos. per illum tex. Bald. in c. cum in iure, de off. del. quod procedit in actu extraiudiciali, quia in actu iudiciali necesse est, q opponat de mandato, aliàs constitueretur in mora, ita tenet Barb. interpretans illam l. in rub. ff. depos. ex quo reus passus est illum procuratorem, & facit ratio, quia ista exceptio, tu non es procurator vel hæres est dilatoria, ideo debet opponi ante litem contestatam, glo. est in l. ita demum. C. de procu. §. fi. inst. de except. Hæres factum defuncti approbare debet l. ex qua persona, ff. de reg. iu. l. cum à matre. C. de rei vend. quæ regula nō procedit. Primo quādo factum defuncti esset inualidum, & contra legis prohibitionem. Soc. consi. 79. nu. 34. lib. 4. Soc. Iun. consi. 77. nu. 134. lib. 1. Aym. consi. 200. nu. 5. & seq. Gram. decis. 93. nu. 7. Secundo non procedit, quando factum patris tendit ad priuandum filium hæredem eo, quod sibi debetur à lege vel ex prouidentia antecessorum. Dec. consi. 78. nu. 5. & seq. Natta consi. 470. nu. 16. Paris. consi. 65. nu. 52. lib. 3. Neuiz. consi. 9. nu. 10. Rot. Pedem. decis. 178.

SVMMARIVM.

1 *Qui hæreditatem adit contrahere videtur.*
2 *Contumax in sui præiudicium habetur pro confesso.*
3 *Hæredi respōsuro debet dari terminus.*
4 *Præparatoria iudiciorum fiunt ab actore ad eius vtilitatem.*
5 *Quæ fiunt ad litis ordinationem, fiunt ante litem contestatam.*
6 *Qui dicit se hæredem debet addere ex testamēto vel ab intestato.*
7 *Quomodo probetur quem hæredem.*

h HAEREDEM] qui adijt † hæreditatem, vel
1 se immiscuit hæreditati contrahere videtur. l. apud Iulianū. §. fi. quib. ex caus. in poss. ea. l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interog. act. vbi contu
2 max † in pœnam contumaciæ quoad sui præiudicium habetur pro confesso, vt tenet Bar. in d. §. q tacuit, & est tex. in c. 2. de conf. lib. 6. Bar. & Ang. in l. certum, in prin. ff. de conf. tamen anteq̄ quis habeatur pro confesso in pœnam contumaciæ requiritur, q sit monitus. Dec. cōsi. 2. col. 2. & cōsi. 605. nu. 2. Aym. consi. 64. nu. 1. Rot. Pedem. decis. 49. vnde dicit Bar. in l. cōtrouersia. ff. de trās. q siquis nolit respōdere an sit hæres, interogetur an sit possessor quia si rndeat q sic potest actione
3 personali conueniri. Not. q hæredi † rnsuro debet dari terminus ad deliberatè rndendū. l. qui interogatus. ff. de interog. act. Consultū est igitur creditori † vti interogatorijs, an sit hæres, qui
4 cōuenitur, & pro qua parte ante iudicium, q̄ post probationi periculose se submittere, melius est enim in tempore occurrere, q̄ post vulneratam causam remedium quærere. l. fi. C. in quib. caus. in integ. rest. non est necess. & l. cum nō solum. §. melius. C. de bon. quæ lib. Et fiunt istæ interogationes nō iure actionis sed officio iudicis, vt no. glo. in rub. ff. de interog. act. nec in eis offertur libellus, sed summariè per iudicem expediuntur. l.
5 si defensor. §. illud quæritur. ff. eo. Sed quo † tpe debent fieri istæ interogationes? Dic q quædam sunt ad litis ordinationem, & istæ fiūt ante litem contestatam, quædam fiunt ad litis decisionem (de quib. infr.) & istæ fiunt post litē contestatam vbicunq; iudicem æquitas mouerit. l. vbicūq;. ff. eo. & ibi gl. & doct. spec. tit. de interog. §. 1. & secundum aliquos fiunt hæc præparatoria vno cōtextu cum libello, aliqui faciunt ante libellum, vt not. per gl. in l. 1. ff. ad exhib. & per Bar. §. fin. in l. Iulianus. ff. de dam. inf. pra. Papiens. in form. interog. sien. Not. tū secundum spec. tit. de act. versi.
6 item qui se dicit, q qui se dicit † hæredem, repelli tur, nisi dicat, an ex testō vel ab intestato. d. l. si defensor. §. illud Soc. Iun. consi. 44. lib. 3. sed si se dicit ex testō, & altera pars negat, nō tenetur incontinēti probare, sed in processu iudicij probabit, & ei rndebitur interim super principali. Sed quo modo † probabit actor quem hæredem obligati? Dic

Dic probando, q factus est hæres ex testamento vel ab intestato, & adiuit hæreditatem, vel se immiscuit hæreditati, quia vtroq; modo dicitur cō trahere. l. apud Iulianum. §. fi. cum l. seq. ff. ex qb. caus. in poss. ea. Prat. Pap. in loco iam citato. l. q hærede, & l. gerit, vbi Bar. ff. de acq. hæred. Hæres layci clericus an possit ad seculare Tribunal pro hæreditatis rebus, & iuribus vocari? latè Dida. lib. prat. quæst. c. 8.

SVMMARIVM.

1 *Obligati non implentes promissa sunt periuri.*
2 *Talis periurus potest accusari criminaliter.*
3 *Tribus modis quis venit contra iuramentum.*
4 *Qui promisit soluere ad certum terminum, quo ela pso si offerat, non est periurus.*
5 *Si debitor non habet pecuniam, potest offerre de bonis, nisi adsit iuramentum.*
6 *Licet debitor in diem non possit cogi ante diem, fallit in fisco.*

i EXECVTIONIS] Not. q obligati † non
1 implentes contenta in obligatione sunt periuri, quia tunc cōtra obligationem videntur venire iuratam, & possunt puniri pœna, qua punitur, qui venit contra eius trāsactionem iuratam, vt determinat glo. in l. pen. C. de dign. lib. 12. de qua pœna habetur in l. siquis maior. C. de transi. Et idem in quacunque simplici promissione iurata, quia lex magis cōsiderat ipsum periurium, quàm qualitatem contractus, quod est multū nopro varijs instrumētis cōtractuum, in quibus apponitur iuramentum, & sæpissimè fit, immo vbi in instrumento contractus non est appositum iuramentum, censetur talis cōtractus simulatus, vt not. Can. in c. super eo, de renunc. Io. Gall. in stilo parlam. arest. 185. Præterea aduerte, q talis pe
2 riurus † potest accusari criminaliter ad pœnam criminis stellionatus, quæ est exilium temporale, vel loco exilij alia pœna pecuniaria iudicis arbitrio imponenda. l. de periurio, & l. 3. §. & pœna autē. ff. de crim. stel. de quo etiam per Cy. & Bal. in l. 2. C. de iureiu. quæ pœna criminalis ligat quoscunque periuros, secundum gl. in d. l. de periurio, Iul. Clar. in sua pra. §. periurium, quæ opinio secundum doct. est restringenda, quando iuramentum est super aliquo de futuro, quod fieri interest alterius, vt not. in d. l. 2. & in l. Lucius. ff. de his qui not. infa, & si est in dignitate periurus, priuatur ipso iure dignitate sua, qua fungitur. d. l. pen. C. de dign. lib. 12. & ibi not. per glo. quod etiam est multum not. pro illis, qui quotidie faciunt compromissa iuramento vallata, & fertur sententia per arbitros, quam præcipiunt obseruari sub pœna in compromisso contenta, quæ appellatur quædam transactio. §. si interim, in auth. vt differ. iud. nā si aliqua pars contraueniat, vel appellādo vel supplicando Principi, vel alio modo, videtur q incidat in pœnā, gl. in c. venien
3 tes, de iureiu. quæ dicit, q tribus modis † quis venit contra iuramentum suum Iudicem interpellando, Iudici supplicando, & qui promisit non faciendo. Et optima est cautela in omnibus obligationibus facere apponi iuramentum, vt cauillosi debitores per hanc viam deterreantur, & compellantur satisfacere creditoribus, secundum Prat. Papien. in for. lib. vt pac. seru. gl. fi. in fi. Not. vnū
4 sing. dictum, q siquis promisit † soluere cum iuramento ad certum terminum, & non soluerit, si post terminum offerat se paratū soluere, vel soluat non est periurus, ista est gl. sing. c. apud misericordem. 32. q. 1. ratio est, quia eo ipso q soluit post terminum, non videtur habuisse animū delerandi. Sed quid si debitor † nō habet pecuniam
5 si offert de bonis suis in solutum dare, an sit audiendus? Videtur q non per regulam, aliud pro alio inuito creditore solui non pōt. l. eum à quo. C. de sol. l. 2. ff. si cer. pet. sed dic q potest tradi de iure nouissimo, dūmodo offerat de melioribus bonis, & in creditoris electione erit accipere, & ita obseruat generalis pratica secundum Prat. Papien. in for. lib. in act. hypot. glo. exceptionem, hoc probatur in auth. nisi debitor. C. de solut. ad cuius intelligentiam vide Goz. consi. 32. quam limitat Barto. in d. l. 2. ff. si cer. pet. in §. quod autem, in auth. de fideiuss. & Alexan. consi. 37. lib. 2. vt non procedat, quando iuramentum est appositum in contractu quia tunc cogitur quis in pecunia numerata soluere. Aduerte præterea, q licet
6 debitor † in diem non possit cogi soluere ante diem. l. iustas. C. de iu. fis. lib. 10. l. si mandauero. 1. in prin. ff. mand. l. eum qui secularis. ff. de ver. obl. l. cedere diem. ff. de verb. sig. & §. plus autem, inst. de act. (potest tamen ante diem agi, vt condemnetur ad soluendum statuto die, Rot. Ped. de cis. 130.) Tamen in fisco non procedit, qui propter necessitates suas occurrentes potest debitores suos ante diem exigere. l. 1. C. de cōd. ex lege, debet tamen interusurium medij temporis debitori relinquere, secundum glo. & doct. ibi, & illum casum dicit ibi sing. Bar. & dicit ibi Bal. per illum tex. q emptores gabellarum pro necessitate reip. possunt cogi ante tempus, dimisso tamen eis interusurio medij temporis, subdens ibi Sal. q hoc frequenter praticatur Bononiæ contra gabellarum conductores.

SVMMARIVM.

1 *Quando debitor capi possit distinguitur.*

K CAPTVRAE] Audi quid sit de iure cōmuni. Nam Bar. in l. cum eo. ff. ad. l. Iuliam pecul. sic distinguit. Aliquando quis est debitor fisci, aliquando priuati, primo casu potest arrestari & detineri in aliquo loco, puta ne exeat de patio communis, non tamen sic citò debet carcerari, nisi eo perseuerante in contumacia, vt not. in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10.

& d.l.cum eo, licet exactores modernis temporibus rigidissimè se habeant pro libito voluntatis. Secundo casu distingue, aut debitor est condemnatus & tunc potest carcerari.l.1. & ibi not. per Cy.C.qui bon.ced.poss. idem si nondum est condemnatus, sed promisit sistere in iudicio & contumax fuit.§.si vero,in auth.de exhib.reis.l.consentaneum.C.quo.& quãdo iud. & ibi not. aliter non potest carcerari nisi per pactum se astrinxerit vt not.doct.in l.obæs.C.de act.& obl. Senex pro debito ciuili an & quomõ detinendus ponit Rot. Pedem. decis.123. in casibus in quibus potest carcerari si cesserit bonis suis,relaxabitur,vt d.l.1.C. qui bon. ced. poss. quocunque tempore fiat bonorum cessio, vt not. Azo in sum. eiusd. tit.& not.in l.pen.ff.eo.& in l.2.C.eo. Nisi forte secundum aliquorum opinionem debitor renunciasset beneficio cessionis, q fieri potest secundum aliquos vt plene disputat Cy.in d.l.1.& Iac. de Belloui.in §.quod autem,in auth.de fideius.& Bar.in l.alia.§.eleganter.ff.sol.matr.quod intellige cum iuramento,quia de iure ciuili non posset l.pactum.C. de coll. tamen de iure canonico sic. c.1.& 2.de pact.lib.6.& vide quæ no. in c.lator, de pign. Clerici etiam admittũtur ad cessionem bonorum de quo nõ dubitant Cano.in c.Odoardus,de sol.& not.Rom.sing.556.intellige,vt declarat Ferrer.consi.144.& seq.& dicta cessio bonorum non habet locum in criminalibus.l.fi.ff. de pœn.not.Io.Fab.& Ias.in §.fi.inst.de act.vbi late de materia,quia tunc opus est, vt luat in corpore, Alb. in 2.par.stat.q.196.Cæpol. consi.9. Dida.lib.2.resol.c.8. vbi late de materia cessionis,Dec.in l.siquis id quod,num.21.ff.de iurisd. om.iud.

1 REDIRE] tollitur prouisio per hanc constit.l.à diuo Pio.ff.de re iud.& vide ad materiam.l.creditor,la secũda cũ ibi not.per Scrib. ff. si cert. pet.

SVMMARIVM.

1 *De edicto diui Adriani remissiuè.*

m 1 LEGIS EDICTO] quæ est.l.fi.C.de edic. diui Had.toll. super qua post Dec.vtiliter & satis doctè scripsit Vmb.Zuccard. ad quem in materia semper recurrendum est, vsquequo videbis satis luculenter per quæstiones tractatam à D.Iacob.Menoch.apud illius tractatum de adipiscenda poss. qui nunc imprimitur, vt ab ipso coràm Patauij hoc anno 1570. mense septẽbris accepi, & mihi exemplar manuscriptum ostendit, à quo in dies multa alia vtilia speranda sunt, quem Deus nobis incolumem seruet,in pueritia ipsum cognoui Papiæ,quando simul D.Augustinum Bottam in literis humanis audiebamus, cuius ingenium tunc hæc & maiora pollicebatur.

DE MODO PROCEDENDI, quando apparent apodissæ priuatæ manu debitoris. Cap. IIII.

BONAE memoriæ Philippus Cardinalis Bononiẽ. existens Legatus Marchiæ vltra alias constitutiones supra scriptæ constitutioni addendo extendidit, & dictam constitutionem, quo ad ordinẽ procedendi paratam executionem sibi vendi
a cari voluit in scriptis,siue apodissis [a] priuatis, quæ manu debitoris scriptæ dicentur, seu manu alterius, dummodo bino teste subscripte,facta tamen recognitione prius de dictis scriptis per ipsum debitorẽ,si viueret,ac etiam per ipsos testes, seu eorum hæredes, si non viueret, seu per literarum
b comparitiones,[b] seu modos à iure traditos super literarum comparitionibus, ita q veritati locus aperiatur. Idem nos Rodulphus Cardinalis Legatus seruarì volumus, & mandamus in apodissis priuatis, etiam non bino teste subscriptis, dummodo recognitio fiat per ipsummet debitorem, vel ipsius hæredes, seu successores,illam eandemmet executionem,& modum procedendi mandamus super bulletinis, & electionibus cõmunitatum contra ipsas communitates pro salarijs prætorum, & aliorum: & etiam pro quibuscunque alijs causis,dummodo bulletina sint facta seruatis seruandis, & sigillo [c] communitatis
c roborata.

GLO. CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Apodissa significat euidentem probationem.*
2 *Debitor illam negans incidit in pœnam dupli.*
3 *Testes in illa descripti quomodo deponere debeant.*
4 *Si tertius scribit,obligat mandantem.*
5 *Quòd mandato alterius scripserit,illi non creditur.*
6 *Hæc facit plenam fidem,si debitor fatetur.*
7 *In facto antiquo apocha negata facit semiplenam probationem.*
8 *De prælatione creditorum vigore instrumentorum & chirographorum concurrentium.*

a 1 APODISSIS] Apodissa † secundum Quint.lib.5.c.10. significat euidentem probationem, hic autem priuatam scripturam, quæ pluribus nominibus nuncupari solet,chirographum.l.si chirographis.ff. de prob. schæda, syngrapha, apocha, vel cautio.l.si ex cautione.C.de non num.pec. &
2 c.si cautio,de fid.instr.Et debitor † illam negans incidit in pœnã dupli auth. cõtra qui propriam. C.de non num.pec.& hoc si fuerit probatum per testes, secus si per iuramentum. Qui negat proprium sigillũ tenetur de falso.l.eos, primo resp. ff. de fall. de quibus & de materia vide nouè per tractata theoricè & praticè per Rebuf.in tract.d chirog.recog.tom.1.& Did.d.c.22.In qua materia aduerte, q simpliciter se subscribens videtur omnia comprobasse,vt no.Bal.Ang.& Imo.in l. si ita stipulatus.§.grisogonus.ff.de verb.oblig.facit.l.fi.C.siqs alt.vel sibi. Præterea aduerte, q te-
3 stes † q sunt descripti in scriptura priuata, q hãt deponere dictũ suũ,vt dicta scriptura faciat fidẽ, nõ requiritur, q deponant de veritate cõtentorũ in dicta scriptura, sed sufficit, q deponant se fecisse illam subscriptionem,quæ est in illa scriptura priuata. Idem est si testes se nõ subscripserunt, sed solum interfuerunt, quando debitor scripsit illam schedam, sufficit si dicũt nos interfuimus, & fuimus præsentes quando talis debitor scripsit illam scripturam,ita tenet Bar.in auth. siquis. C.qui pot. in pig. hab. per illum tex. & vide Fel. plene in c.2.declar.7.de fid.instr.Soc.consi.274. col.10.lib.2.Alex.consi.150. col.5.lib. 5. Aret. consi.64. Paris. consi.55.nu.13. lib.4. Rip.in l. admonendi,nu.144.ff.de iureiu. Not. præterea,
4 q si tertius † scribit chirographum de mandato alterius contrahentium,qui nescit scriberere illa scriptura obligat ipsum mandantem, tanquam si eam scripsisset, vt not.in l. diuus.§. senatus.ff.
5 de fals.nõ tamen creditur illi tertio † q eam scripserit de mandato alterius,quia est dictum vnius, ita not.Imo.consi.91.sed satis erit,si testes dixerint,ipsis præsentibus fuisse mãdatum illi tertio, vt scriberet, Rom. consi.204. Rip.vbi supra nu.
6 105. Tunc ista † apocha facit in iudicio plenam probationem, quando debitor fatetur eam sua manu scriptam, si illã negat sua manu scriptam, & tunc aut talis scriptura habet subscriptionem partium, & trium testium, & tuuc bene probat, Bar. in auth. siquis. C.qui pot.in pig. hab.& illũ sequitur Lanfr.in c.quoniam contra, verb.instr. product.versi.& quæro,de prob. quicquid dicat Bal.in auth.sed nouo iure. C.si cer.pet. Aut scriptura habet subscriptionem testium solũ & tunc facit semiplenam probationem cum literarum comparatione, vt in auth. atsi contractus. C. de sed.instr.aut talis scriptura nullam habet subscriptionem testium,nec potest fieri aliqua comparatio,nec aliqui testes inter fuerunt,qui viderint schedulam scribi per debitorem, & tunc nullam facit probationem nisi qualequale indicium, ita tenet Bal.in l.nuda.ff.de dona. Ias.in rep.l.admonendi vbi summariè & not. de hac materia tra-
7 ctat.Hoc tamen fallit nisi factum † sit antiquum

& apocha antiqua, quia tunc facit semiplenam probationem etiam si nullo sit adminiculo sufful ta,neq; testium subscriptione, ita dicit Io. And. in add.specu. tit. de instr.edit.§.nunc dicendum, versi.quid si producens. Quid si vnus ex subscriptis testibus sit mortuus not. in.c.2.de fid.instr. & vide Bar.in l.ad testiũ.§.siquis,in fi.ff. de testa. Corset. verb. epistola, sed quæro vnus creditur
8 producit instrumentum † publicum in quo appa ret bona Titij debitoris esse illi obligata, alius creditor producit priuatam scripturam cum subscriptione trium testiũ, in qua scriptura dictus Titius apparet debitor, & q eius bona sunt isti hypotecata, & istud debitum ex scriptura priuata apparet anterius, dicit creditor,qui habet publicum instrumentum,ego debeo præferri,quia meũ creditum est in instrumento publico, tuum in scriptura priuata. Quid iuris? Ang. in l. scripturas.C.qui pot.in pig.hab. tenet q præferatur ille qui habet scripturam priuatam,cum tanta fides adhibeatur testibus, quanta instrumento.l.in exercendis.C.de fid.instr.Quod intellige, vt diligenter declarat Did.in d.c.22. nu.5.secus autem se creditor produceret scripturam priuatam sine subscriptione testium vel ipsa scriptura confiteretur illum esse anteriorem creditorem, quia talis confessio non noceret creditori secundum Ang. & quando scriptura priuata præualeat publico instrumento vide Soc.consi. 274.lib.2. do cet Alex.consi.83.lib.3.

SVMMARIVM.

1 *De comparatione,& illius effectu.*
2 *Potest compelli debitor à iudice vt respondeat,si scripsit illam schædam.*
3 *Item potest illum compellere ad scribendum.*

b 1 COMPARATIONES] Videndum est † quando & quibus scripturis fiat ista comparatio, pro cuius declaratione est sciendum, q duplex est scriptura,quædam publica,& quędam priuata. Circa scripturam publicam dico,aut instrumentum publicũ est debita solennitate fulcitum & aduersarius non negat istud instrumẽtum esse publicum,& tunc comparatio non est necessaria, cum ipsum instrumẽtum faciat plenã fidẽ, vt in l.cum precibus.C. de prob. & quia comparatio est remedium subsidiariũ probationis, nec ad illum recurritur, si aliæ probationes haberi possunt, secundum Ang. in gl.§.si quis igitur, in auth.de instr.caut. & fid. Aut aduersarius negat illud esse publicum instrumentum, & tunc recurritur ad tabellionem, & ad testes si viuant, & tabellioni asserenti se scripsisse creditur,vt in l.siqs decurio.C.de fals.aliàs ad comparationem recurritur, quæ cõparatio summitur ab illa scriptura priuata, vel publica, quæ habet subscriptionem trium testium, aut tale instrumentum caret debita solennitate,& tunc cum instrumentum sit nullum,

lum, nulla potest fieri cõparatio, sine sit formæ defectus substantialis siue solennitatis, vt concludit Cy. in l. comparationes. C. de fid. instr. Antloquitur in scriptura priuata, & in hoc considerãda est duplex scriptura, quia quædam est scriptura ad quam fit comparatio, & quædam ex qua fit comparatio. Scriptura ad quam fit comparatio dicitur scriptura, quę producitur in iudicium vt ex ea fides adhibeatur continens id, ad quod debitor est obligatus. Scriptura autem ex qua fit comparatio, dicitur illa, quæ producitur in iudicium vt ex ea accipiatur similitudo cum scriptura debiti in iudicium porrecta, de cuius fide dubitatur, vt dicit Cy. in d.l. comparationes, & legitur & not. in auth. siquis. C. qui pot. in pig. hab. Circa primam scripturam ad quam fit comparatio requiritur, ꝙ habeat subscriptionem trium testium, ꝙ testes viuant, qui sunt in dicta scriptura descripti, aliàs non potest fieri comparatio, item ꝙ alia probatio haberi non possit, ꝙ scriptura ex qua fit comparatio sit subscripta tribus testibus, quorum saltem duo de sua subscriptione attestentur, secundum Ang. in d.§. siquis, & probatur in d.l. comparationes, idem si pars aduersa confiteretur illam esse subscriptionem testium, vt not. Ang. in d. auth. siquis, in fi. si tamen aduersa pars vsus fuerit aliqua in iudicio scriptura propria, etiam nullam subscriptionem testium habente, ex illa posset fieri cõparatio, auth. ad hæc. C. de fi. instr. Item debent esse literæ omnio similes, aliàs si aliqua esset dissimilitudo, licet in alia parte esset similitudo, nõ adhibetur fides illi scripturæ, secundum gl. & Ang. in d.§. siquis igitur. Sed quãtam fidem faciat ista comparatio videndum est, Cy. in d.l. comparationes, quẽ alij doct. ibi sequuntur, dicunt ꝙ faciunt semiplenam probationem, Lanf. d.c. quoniam contra, verb. instr. prod. in fi. sed Alb. in d.l. comparationes, dicit se vidisse seruari communiter ꝙ facit talis comparatio plenam probationem. De hac materia quo modo & quando comparatio literarum fieri debeat, vide Alex. consi. 76. consi. 83. & consi. 122. lib. 3. consi. 239. lib. 6. vbi Mod. Appost. Host. in sum. de fid. instr. §. 3. Fel. & Dec. in c. 2. fid. instr. Aym. consi. 216. Iac. Meno. de arb. iud. lib. 2. casu 114. Aduerte etiam circa hanc comparationem,

2 ꝙ iudex † potest compellere debitorem ex æquitate respondere, vtrum illa scriptura priuata producta sit de manu sua, & ita dicit se fecisse praticare Lanfr. vbi supra in ciuitate Cremonæ. Item

3 potest iudex † cõpellere debitorem propria manu scribere, & ex hac scriptura faciet comparationem, vt tenet Ang. in d.§. siquis igitur, tamen non multam facit fidem talis comparatio, quia ex tempore solet mutari qualitas scribẽdi secundum Ang. vbi supra, & vide Bar. in auth. sed nouo iure. C. si cer. pet.

c SIGILLO] requisita ad sigillum vt sit autenticum & de sigillo probante diximus supra lib. 2. cap. 24. & vide Guid. Pap. q. 181. Dida. in c. 22. nu. 9. lib. prat. quæst.

DE EXECVTIONE INSTRVmentorum in forma Cameræ celebratorum. Cap. V.

ANTONIVS de sancta Maria in prouincia Marchiæ Locumtenens pro modo seruando super executione instrumentorum prædictorum statuit, & ordinauit, ꝙ si contingat aliquẽ fore debitorem alicuius personæ, collegij, vel vniuersitatis in aliquare, seu pecuniarium quantitate, pro qua dictus debitor se obligauerit

a suo creditori in forma[a] Cameræ Apostolicæ, etiam cum cõstitutione procuratorum ad confitendum debitum, & præceptum de soluendo in se recipiendum, & cum alijs clausulis in huiusmodi obligatione, & contractibus apponi consuetis dicto procuratori sic confitenti non statuatur terminus per iudicem minor decem dierum ad soluendum, nec contra debitorem possit executio fieri: nec dictus terminus currat, nisi facta prius notificatione ipsi reo de dilatione ad souendum suo procuratori data personaliter, vel ad domum eius solitæ habitationis per literas iudicis de causa cognoscentis sumptibus ipsius rei: infra quẽ terminum dictus reus si comparuerit, audiatur in exceptionibus suis de iure, & secundum formam constitutionum sibi competentibus. Quo termino elapso, si reus nihil opposuerit, vel opposita non probauerit, quæ ipsum releuare haberent, procedatur ad executionem pro quantitate, seu re petita, & pro expẽsis, & nihilominus pro qualibet exceptione opposita, & non probata per ipsum, condemnetur in libris decem denariorum ipso facto Cameræ Apostolicæ applicandorum, & vlterius in dicta causa non audiatur. Eandem executionem paratam habere decernimus instrumẽta guarantigiata: ita ꝙ producto instrumento, in

b quo contineatur præceptum guarantigiæ[b] factum per notarium rogatum, tanquam iudicem ordinarium reo, siue partibus de obseruando, contenta in dicto instrumento,

reus

reus ipse habeat terminum decem dierum currentium à die sibi personaliter, vel domi factæ intimationis computando: infra quem terminum si reus ipse exceptiones sibi de iure, & secundum formam constitutionum competentes proponere voluerit, audiatur in exceptionibus suis, dummodo stet in loco curiæ detentus, & caueat sub pœna dupli de non discedendo: quo termino elapso ad executionem procedatur modo, & forma, prout supra in instrumento in forma Cameræ Apostolicæ.

GLO. CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *De clausula formæ Cameræ remissiuè.*

a FORMA] de † clausula ista in forma
1 Cameræ Apostolicæ scripsit latè & ad praxim vtilia Ant. Gallesi. in suo tract. de clausula for. Cam. ille semper adeundus est, ad intelligentiã huius clausulę.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit guarantigia.*
2 *Si de debito constet per testes, qui rediguntur in scripturam talis scriptura habebit dictam executionem.*
3 *Confessio tanquam erronea potest reuocari refectis expensis.*
5 *instrumenta guarantigiæ vbique exequi posse.*

b GVARANTIGIAE] Nihil aliud est † gua
1 rãtigia, quàm præceptum factum factum in confessum per notarium chartularium de instrumento rogatum, qui effectus est iudex ordinarius de obseruando præmissa. vt dicit Cy. in l. 1. C. de conf. & Bar. in l. non fatetur. ff. eo. Ang. & Imo. in l. prætot. §. 1. ff. de re iud. Hæc instrumenta appellantur etiam cõfessionata Bal. in l. etiam C. de execu. rei. iud. Bar. in l. vn. C. de confes. & in l. vinum. ff. si cert. pet. Guid. Pap. q. 67. Carauita super ritu. 166. Vica. nu. 5. Et propterea dicebat Rom. consi. 133. in præsuppositio, nu. 1. refert Carauita super ritu. 167. vicar. nu. 13. ꝙ instrumentum habere clausulam guarantigiæ & paratam habere executionem, nihil aliud est, quam ipsius vigore cogere sine strepitu & figura iudicij à captura personę de facto incipiendo, vt patet ex his, quæ not. Bar. in l. siquis. C. depos. & de instrumento guarantegiato scribit Bened. de Barz. in tract.

2 de instr. guarant. Not. etiam ꝙ † si de debito non est factum instrumentũ, tamen per testes potest probari debitum, ꝙ notarius faciat debitori guarantigiæ præceptum si fit huiusmodi probatio per testes & redigatur in scripturam talis scriptura habebit dictam executionem secundum Ang. in l. fi. C. de edic. diui Ad. toll. per glo. in verb. de fensionibus, allegat etiam no. per Inno. in c. fi. de fid. instr. Scias tamen, ꝙ post factum præceptum

3 guarantigiæ confessio † tanquam erronea potest reuocari secundum Bar. in d.l. non fatetur, quem refert & sequitur Bal. in l. error. C. de iu. & fac. ign. & dicit ibi Iaf. ꝙ prætextu erroris potest confessio reuocari dummodo expensæ litis actualiter parti reficiãtur, allegat Barto. in l. rura. C. de omni agr. defer. lib. 10. Adde ꝙ Bar. in l. à diuo Pio §. sententiã. ff. de re iud. dicit, ꝙ instrumenta guarantigiæ possunt vbique executioni mandari, licet confessio facta coram vno iudice non possit per alium exequi nisi cum requiritur, vt not. Io. And. in add. Specul. ti. de conf. §. nunc. videndum, versi. tamen. Tale instrumentum non potest exequi contra filiumf. Bal. Paul. de Castr. in l. fi. §. ne cessitate, nu. 8. C. de bon. quæ lib. Ant. de Can. de execut. instr. q. 18. executio instrumenti in quo adest constitutũ an possit exequi contra Tertium non facta liquidatione? consuluit Goz. cõsi. 42.

DE MODO PROCEDENDI IN causis ciuilibus excedentibus summam centum solidorum: & tenutis dandis, & obseruandis. Cap. VI.

IVILIVM causarum excedentium summam centum solidorum, quæ corã iudicibus generalibus agitantur, ordo in procedendo sit talis: ꝙ citato reo secundum formam constitutionum de citatione loquentium, si quidem reus non cõ-

a paruerit, sed contumax[a] fuerit, actor exhi-
b beat suum libellum[b] absente reo: & si egerit reali, vel personali actione, ponatur in
c tenutam[c] bonorum rei, primo mobilium,
d secundo immobilium, tertio nominum[d] debitorum pro modo debiti, & expensis legitimis, & si ipse debitor infra duorum mẽsium spacium venerit, & satisfecerit congrue de expensis, & de stando iuri idoneã cautionem præstiterit, prædictam tenutam recuperet, & lis suo marte decurrat. Alioquin post spacium duorum mẽsium, quos à tempore dictæ commissionis intelligimus computari: creditor auctoritate nostræ curiæ, vel iudicum vocato debitore, ꝙ venditioni (si voluerit) assistat, vendendi rem illam pro debito, & expensis liberã habeat

e facultatem, trina subhastatione[e] præmissa, diuersis diebus cum termino trium dierũ faciendã, & si emptor ipsius rei idoneus nõ

inueni-

inueniretur,& nemo veniret ad emendum detur creditori communi æstimatione per iudicem, vel per eum, quem ad hoc duxerit deputandum pro debito in solutione, nisi ipse debitor ante venditionem, vel datio nem insolutũ prædictam tenutam recuperauerit soluendo debitum, & expensas: & hoc intelligimus in tenutis, quæ assignantur pro debito, quod summam quinquaginta librarum communis monetæ non excedunt. Si autem, maior quantitas fuerit, tunc secundum arbitrium iudicis maior dilatio concedatur. Aliter si maluerit creditor, ponatur in banno debitor arbitrio curiæ in omnibus casibus supradictis. Si autem non inueniatur vbi capi possit tenuta, incontinenti facta relatione executionis, possit poni in banno arbitrio curiæ: de quo nunquam exire possit, nisi se concordauerit cum creditore, & aliter ipse debitor possit cõstringi personaliter, & detineri, prout iudici videbitur expedire. Si vero non inueniretur tenuta, & iudici videbitur, incon
f tinenti reo non comparente in termino citationis, procedi possit ad exbannimentum: ex quibus exbannimentis soluantur capita solidorum, f quemadmodum in pronunciatione de mittendo in possessionem. Cõmunitas autem, seu vniuersitas, vel baro, vel alius, in cuius iurisdictione, seu districtu res talis fuerit, teneatur missum in ipsius rei possessionem tueri, & non impedire: alioquin nostræ curiæ arbitrio punia tur: si vero tenuta data fuerit in actione reali, teneatur is, cui tenuta data fuerit, facere ei denunciari, seu notificare, per literas iudicis, qui ipsam dederit ei, vel eius familię, contra quem ipsa tenuta data fuerit, infra octo dies post assignatam tenutam: post quos dies, si infra sex menses ipsam tenutam non recuperauerit reus, is, cui data fuerit, verus efficiatur possessor. Item statuimus q ille, cui per iudicem data, vel assignata fuerit tenuta, seu aliqua concessa,
g si per aduersarij sui potentiam g ipsam apprehendere, vel apprehẽsam pacifice possidere, seu tenere non poterit, maximè de re immobili (in quibus probatio sufficiat per quatuor testes de fama) eodẽ iure gaudeat: & idem in omnibus sequatur effectus in eius fauorem, ac si ipsam tenutam vere, & libere possedisset, seu tenuisset. Si vero reus non fuerit contumax, sed comparuerit per se, vel per legitimã personam, tunc secundum nostras cõstitutiones in casibus per eas determinatis, & vbi constitutiones ipsæ deficerent, secundum iura communia procedatur.

GLO. CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur de iure contumax.*
2 *Potest contumaci propter nimiam contumaciam denegari audientia.*
3 *Contumacia contumaciæ aliquando compensatur.*
4 *Dicitur quis comparere per se, vel per procuratorem.*
5 *Contumax offendit iudicem & partem.*
6 *Expensæ cõtumaciæ non restituuntur soluunt, quam uis sententiam reportet.*

a 1 CONTVMAX] est † de iure, qui tribus edictis propositis vel vno pro tribus (quod vulgo peremptoriũ appellatur) literis euocatus vel denuntiacionibus cõuentus præsentiam sui facere contemnit. l. contumacia. ff. de re iud. Cæterum qui ad maius tribunal vocatus est, si litẽ inchoatam deserit contumax non videtur. l. contra, illotit. Et aduerte, q potest iudex propter nimiam contumaciam denegare contumaci † audientiam in omni sua causa, tex. est vni. & sing. in l. sed cum prætorem. ff. ex quib. caus. maio. Carauita super ritu. 220. vica. nu. 2. potest etiam iudex contumacem excommunicare, sing. est glo. apud légis in l. in actionibus. ff. de in lit. iu. cum quælibet contumacia etiam minima sit digna excommunicatione, sing. est glo. in c. si duo. 96. dist. quam sing. dicit Abb. in c. ex parte 1. de verb. sig. potest etiã iudex facere dirui domum contumaci propter nimiam contumaciam. l. si is cum quo. ff. communi diuid. Aduerte secundum glo. in c. 1. verb. venienti, de dol. & cont. lib. 6. q neutra parte vẽiente compensatur contumacia † contumaciæ,
3 & non dicitur quis cõparere † nisi per se vel pro
4 curatorem idoneum. c. dilecti, & c. si. de dol. & cont. & talis deficiens siue sit actor siue reus punitur in expensis & emenda, pro quo sciendum
5 est, q contumax † non comparens coram iudice offendit iudicem pro quo venit condemnandus in emenda, quæ est arbitraria. l. vn. §. si. ff. si quis ius dic. non obtemp. & de cõsuetudine curiarum est limitata, vt hic in capitibus solidorum. Item contumax offendit partem aduersam, & ratione illius debet in expensis, & interesse condemnari l. sancimus. C. de iud. quando neutra pars compa ret certum est q contumacia compensatur quantum ad partem, sed quantum ad fiscum, glo. in l. pen. ff. de eo per quem fact. erit, dicit q non, & q iudex

iudex debet condemnare partes in interesse publico. Verum doct. dicunt, q cũ impositio mulctæ sit regulanda secundum interesse, & damnum partis aduersæ, vt de hoc est tex. not. in l. 2. ff. si quis in ius vo. non ier. & modo quando neutra pars comparet fit compensatio, & postquam partis non interest nec reip. debetur mulcta, & istud seruatur. Adde vnum in hac materia, q si duo litigant, & vnus est contumax, si ratione contumaciæ † soluat aliquid (Contumax enim nõ auditur,
6 nisi refectis expensis. c. cum dilect. de dol. & cõt. Pra. Pap. in for. lib. in act. real. verb. & expensis, nu. 5. Carauita super ritu. 298. vic. nu. 2.) & post modum ille contumax obtineat in causa, an possit repetere illud quod soluit ratione cõtumacię. Videtur, q sic. l. cum redhibitio. §. cum redhibitur. ff. de ædil. edic. Contrarium tamen est verius vt l. si pignora. §. idẽ si Papinianus. ff. de pig. act. quod no. Cętera quę hic desideras vide per scrib. in d. l. sancimus, Alex. in d. l. contumacia, Bar. in l. fi. ff. de rest. in integ. & nouè per Rebuf. tract. de contum. tom. 3.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit libellus.*
2 *Libellus est silogismus.*
3 *In libello requiruntur narratio & conclusio.*
4 *Libellus debet formari, vt concludat verè vel præsumptiuè.*
5 *In summarijs non requiritur libellus.*
6 *Libellus est de substantia iudicij.*
7 *De clausulis libellorum remissiuè.*
8 *Si in libello fit mentio de instrumento quando sit producendum.*

b LIBELLVM] de libellis scripserũt Rofred. Petr. Iac. specul. Ang. Aret. in opere inst. Prat. Papien. libellus † est formula scripti com-
1 plectẽs actionem & futuræ litis speciem in iudicio. l. 1. C. de eden. Nam libellus nihil aliud est, q̃ ius illud persequendi quod exhibet iudici de causa cognituro, siquidem non potest cognoscere, nisi intelligat actionem. Et intelligere non potest, nisi aut dicatur, aut scribatur. Ex scripto constat libellus, ex non scripto causa nudis verbis controuertentium tractata, vide specul. ti. de lib. concept. & dicitur libellus scriptam cõtinens actionem actoris aduersus reum conuentum. l. 1. §. 1. ff. de eden. tot. tit. C. de lib. obl. & libellus conuentionis appellatur. §. tripli. inst. de act. Hunc
2 libellum † nihil aliud esse quàm silogismum optima ratione doct. iuris tradunt. Vt ecce, cum ita dicimus. Iure statutũ est. Possessorem iniustum rei alienæ teneri ad restitutionem eius domino rectè vendicanti, sed Titius possidet me inuito, & iniustè rem meam, nec vult restituere. Quare peto Titium condemnari & compelli, vt mihi eandem rem restituat. Hic vides maiorem propositionem, minorem, & cõclusionẽ, vides item nomen rei vendicationis satis expressum. Not. q
3 in libello † ciuili duo requiruntur. s. narratio & conclusio, narratio præcedit & conclusio sequitur, & debet attendi conclusio non narratio ad cognoscendum si libellus est, & quæ actio sit intentata, hæc est sentẽtia Inno. in c. super literis, ver. in communi, de reseri. Cy. in l. ædita. C. de eden. Bar. in l. aurelius. §. idẽ quæsijt. ff. de lib. leg. hoc voluit Bal. in l. & si seuerior. C. ex quib. caus. infa. irrog. eandem tenet Ang. in l. qui interogatus. ff. de pet. hęred. & passim interpretes legendo & cõsulendo hoc tenent. Est pro reis conuentis caute la quando libellus est generalis vel obscurus, q non petant libellum declarari, actor citò declarabit, si enim dicat non teneor respondere, non percipiet actor ex qua causa hoc dicat, & si non declarat succumbit, ista fiat no. cautela Petri fratris Bal. & Ang. & etiã Abb. in c. fi. de lib. oblat. Not.
4 q libellus † ita debet formari, vt concludat verè vel præsumptiuè. l. omnis. §. lucius. ff. de his quæ in fraud. cred. Et Aduerte, q in causis summarijs
5 † non est necessarius libellus, sed sufficit intentionem suã apud acta explicare & deinde in actis redigere, clem, sæpe de ver. sig. & si in hoc solennis libellus porrectus fuerit non nocet, vt voluit glo. in clem. dispendiosam, de iud. & idem tenet Bar. in auth. offeratur. C. de lit. contest. in alijs vero acquiritur libellus in scriptis, d. auth. offera-
6 tur. Sed nunquid libellus † est de substantia iudicij? & Bal. relatis quinq; opinionibus in d. auth. offeratur, illã dicit veriorem, q sit de substantia, & q nullo modo ei possit renũtiari tacitè vel expresse, q probatur primo per d. auth. offeratur, in fi. vbi dicit tex. q libellus debet offerri in scriptis, & postea in fine sui subijcitur, & si hoc obseruatũ non fuerit pro nihilo habeatur, & sic lex dat certam formam producendi ius meum in Indicium, & vltra formam vlterius procedit annulando actum, si sit factum contra eum, ergo cum forma sit à lege tradita, q libellus debet offerri in scriptis, partes non possunt renuntiare formæ per legem traditæ nec solennitati, istud est dictũ Bar. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. & l. 1. ff. de vsur. & l. aquilius. ff. de donat. secũdo probatur inconuincibili ratione. Nam sententia debet esse conformis libello. c. licet hely, de simo. l. vt fundus. ff. com. diui. & per consequens sententia est forma libelli, & libellus materia sup qua fundatur sententia, nimirum si non possit renuntiari libello, & non possit fieri sententia sine ipso, quia forma non potest esse sine materia, hanc sententiam tenent Host. Inn. in glo. in c. 1. de lib. obl. Bal. in d. auth. offeratur, & est de iure verior, bonus tex. in c. 2. 5. q. 1. & omnes can. passim in d. c. 1. d lib.
7 obl. De clausulis † libellorum salutaribus vide apud Ias. in §. omnium, inst. de act. vbi vtiliter loquitur. Si aliquis in libello facit mentionem de aliquo instrumento, nunquid teneatur illud incontinen-

continenti exhibere antequam audiatur? Hanc q. format Inno. in c. 1. de prob. cuius sententiam sequitur Ang. in l. 1. §. edenda, ff. de eden. sed quia eius sententia reprobatur, ideo Bar. in d. l. 1. & in l. postquam. §. fi. ff. vt leg. nom. caue. mirabiliter
8 dicit † quando fit mentio de instrumento limitatè, aut declaratiuè, si limitatè tunc illud exhibere debet, antequam audiatur. Exemplum actor dicit, talis mihi uendidit talem fundum, prout cōstat instrumento publico, illa dictio (prout) est limitatiua. l. edita, vbi no. omnes. C. de eden. certe non debet audiri, nec tenetur respondere nisi prius exhibito instrumento venditionis quia cum actor dicit, prout continetur in tali instrumento possunt esse aliquando concellationes ex quibus instrumentum redditur suspectum, Si autem fit mentio declaratiuè, puta dicit actor in libello, talis vendidit mihi talem fundum, & hoc constat publico instrumento, tunc actor non tenetur incontinenti exhibere instrumentum antequam reus compareat.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit tenuta.*
2 *De primo & secundo decreto remissiuè.*

c TENVTAM] † verbum à doct. deriuatum
1 pro simplici detentatione, quæ possessorem non facit, sed in possessione esse. l. 3. §. fi. ff. de acq. poss. vbi scrib. de qua etiã Bar. in l. fulcinius. §. siquis. 2. ff. ex quib. caus. in poss. eat. Alex. cons. 147. lib. 2. cum sim. Et de primo & † secundo decreto late iurium interpretes in l. si finita. §. iulianus. ff. de dam. inf. Et in capiendo tenutam mandat constit. seruari ordinem iuris de quo in l. à diuo pio. §. sentẽtiam. ff. de re iud. Si tenuta nulliter data sit, an de nouo concedi debeat, vel sit confirmanda? vide Alex. & scrib. in l. si finita, in prin. ff. de dam. inf. Abb. cons. 29. in fi. lib. 2. Soc. cons. 113. in fi. Ias. in l. si pacto quo pœnam, nu. 11. C. de pac. in l. fi. n. 18. C. de edic. diui Adr. toll. Dec. cōs. 191. in fi. & cons. 449. n. 17. & seq. in c. cũ cessante, col. fi. de appel. Curt. Iun. in d. l. fi. nu. 75. & 95. con. 127. nu. 5. Goz. cōsi. 21. col. 7. Grat. cōsi. 37. nu. 7. lib. 1. Ruy. consi. 91. nu. 7. lib. 5. hi omnes tenent, q̃ sit cōfirmanda. Non defuerunt contrarie opinionis assertores, q̃ non sit confirmanda, immo reuocanda. Imo. consi. 128. Curt. Iun. cons. 100. nu. 6. Bal. in d. l. si pacto no. s. vbi Curt. Iun. nu. 8. Alex. consi. 179. nu. 8. lib. 6. Fel. consi. 49. nu. 16. Rebuf. de lit. oblig. art. 9. glo. 4. nu. 2. & 3. tom. 1. In quo articulo. Rot. Pede. decis. 34. nu. 25. distinguit, vt prima opinio procedat in possessione naturali secunda in possessione iusta & irreuocabili. Aym. consi. 182. nu. 2. Alex. consi. 53. nu. 17. lib. 5. Ias. in l. 2. nu. 113. C. de iu. emphy.

SVMMARIVM.

1 *Forma capiendi nomen debitoris.*

d NOMINVM] sed qua † forma capiatur no
1 men debitoris mei debitoris? Dic q̃ iudex facit ad se aduocare ipsum debitorem, & interogat, an sit debitor talis, & siquidem confitebitur se illius debitorem, tunc statur & assignabit eum mihi in pignus, & compellet per iuris remedia mihi soluere, vt not. per gl. in d. l. à diuo Pio, in fin. & in l. 1. C. de præt. pig. Vbi autem negauerit se esse debitorem, tunc relaxabitur vt ibi not. & per glo. in l. 1. C. quando fis. vel priua. Aliter solent vti creditores sequestris, & faciunt autoritate iudicis sequestrare quantitatem pecuniæ sibi debitam apud debitorem debitoris, ipsumq; faciunt aduocari coram iudice, qui si confiteatur debitum condemnatur soluere creditori sui creditoris, si vero diffiteatur relaxatur, quod quotidie fit per rurales, secundum Bar. in l. fin. ff. de leg. com mis. & ibi not. per doct. adde specul. tit. de primo & secundo decret. §. restat, versi. q̃d ergo, Curt. Sen. in tract. de sequestra.

SVMMARIVM.

1 *Vnde subhastatio dicta.*
2 *Hæ debent fieri secundum mores regionis.*
3 *Plus offerens obtinet*
4 *De duobus offerentibus an primus remaneat obligatus.*
5 *Offerens maius precium vt vendatur carius tenetur pœna stellionatus.*
6 *Si nõ inueniatur emptor datur insolutum creditori.*
7 *Differẽtia inter rem venditam, et in solutũ datam.*

c SVBHASTATIONE] de qua meminit tex.
1 in l. siquis. C. de rescind. vend. & subhastatæ † res dicũtur, quæ sub hasta venales propositę sunt l. 3. C. de execu. rei iud. Quæ autem sub hasta veniebat res Præconibus proclamãtibus veniebat. Et hastæ vt scribit Festus lib. 8. subijciebant veteres ea quæ publicè venundabant, vt & indicat Cicero lib. 2. off. Hinc sub hasta distracta prædia l. fi. C. si propter pub. pens. hinc hasta fiscalis vt in rub. de fid. instr. & iu. hast. fisca. lib. 10. l. si hypotecas. C. de remis. pign. & hastam pro auctione posuisse videtur Imp. in l. si tempora C. de fid. instr. & iu. hast. fis. lib. 10. Not. q̃ istæ auctiones
2 publicè † debent fieri secundum morem regionis, vt testatur Io. Fab. in l. 1. C. de sacros. eccles. in quibus fiunt. Not. q̃ subhastatio fit hoc modo, vt plus offerens † consequatur, tex. est in d. l.
3 si tempora. [Pone nunc vnus licitator † obtulit
4 mille, deinde secundus obtulit mille centum. An à secundo videatur primus liberatus esse, iste casus accidit Bar. in ciuitate Aretina, dum quidam Princeps incantabat omnia sua, primus obtulit, secundus plus & aufugit, quia fortè fuit indiscretus, Princeps volebat cogere primum, Bart. dicit posse cogi nec esse liberatum per oblationem factam à secundo, ita dicit Bart. in l. licitator. ff. de publ. p̃ tex. in arg. in l. sabinus. ff. de in diẽ adiect.

Con-

contrarium consuluit Bal. q̃ primus esset liberatus, pro quo allegat tres leges, tex. in l. Valerianus ff. de præt. stip. in l. stipulatus es opus. ff. de fideiuss. & in l. cum plures. §. lege dicta. ff. loca. vbi per secundum actum ante rem perfectam videtur recedi à primo actu, & respondet Bal. ad l. Sabinus, quia loquitur in actu perfecto etiam consumato, vt puta venditione perfecta cum pacto adiectionis in diem, quia tunc verum est, nec venditore inuito per oblationem factam à secũdo perfectæ venditionis primum actum non rescindi, secus in casu nostro, vbi venditio non erat perfecta, sed stabat in suspenso donec plus offerebatur ab alio, & ita demum respondit Bal. & lucratus est centum aureos, vt refert Cremens. sing. 40.
5 Not. præterea, q̃ offerens † maius prætium pro re quæ subhastatur, vt ematur carius, tenetur pœna criminis stallionatus, casus est sing. secundum Bar. ibi in l. 3. §. siquis in posterũ. ff. de crim. stell. sequitur Rom. sing. 567. Aduerte q̃ rerum proclamatarum emptore † non inuento dantur in so
6 lutum creditori, vel sibi adiudicantur. l. à diuo Pio. §. si pignora. ff. de re iud. & l. ordo. C. de execu. rei iud. Aduerte tamen & not. differentiam †
7 vtrum vendatur res, vel in solutum detur, specul. tit. de secundo decret. §. 1. versi. sed quæ est differentia, dicit q̃ post factam venditionem ex sentẽtia diffinitiua nunquam reus auditur. l. properandum. §. sin autem reus. C. de iud. sed post dationem in solutum creditori facta adiudicatione ad huc audietur reus volens de iure suo probare, secus si alienata essent bona debitoris in extraneũ, arg. l. fi. §. sin. autem reus. C. de iur. dom. impetr. quam differentiam no. No. q̃ subhastatio arguit iustum pretium & tollit omnem causam conquerendi. l. 1. C. de præd. decur. lib. 10. per quem tex. ita not. Ang. in l. sciendum. col. 2. ff. de verb. obl. & hoc maximè procedit, cum in actis non probetur maior valor, vt cõcludit Alex. in l. pretia rerũ col. 3. ff. ad l. Falc. Rot. Pedem. decis. 109. nu. 3. & vide casum not. in materia in quo cõsuluit Goz. consi. 40. Cæterum multa alia quæ ad praxim seruiunt vide per Rebuf. hoc tit. tom. 2. in cõst. frãc.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit capsoldum.*

f CAPITA SOLIDORVM] Capsoldum †
1 est secundum Sal. & Alcia. in l. priuilegia. C. de sacros. eccles. sic dictum eo q̃ de solido, ideſt, integro carpitur, colybus rectius appellatur, detrimentum pecuniæ significat. Cicer. ad Atticum.

g POTENTIAM] vide tex. cum ibi not. per Cano. in c. fin. de dol. & cont.

SVPER EODEM EX CONSTITUTIONE ANGELINA. CAP. VII.

ITEM, vt causæ vltimum finem accipiant, statuimus, & ordinamus, q̃ missus in tenutam vigore sententiæ, quæ in rem iudicatam transierit, aut banni, in causis, in quibus petita est executio publici instrumenti, elapsis quindecim diebus cõtinuis à die, qua tenutam accepit, possit bona in tenutam capta vendere præcedentibus subhastationibus à constitutione prouinciæ requisitis, quæ plus offerenti concedatur, vel insolutum detur creditori, secundum formam dictæ constitutionis: in alijs vero tenutis habitis virtute contumaciæ, constitutiones ipsæ obseruentur.

QVOD IN CAVSIS, VBI petitur reintegratio possessionis procedatur summariè. Cap. VIII.

ITEM, q̃ in omnibus, & singulis casibus, vbi coram rectore, vel quocunque suo iudice ordinario, vel delegato petitur restitutio, seu
a reintegratio[a] possessionis, possit procedi summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij. Volumus tamen, q̃ in omnibus causis principalibus, delegatis, vel delegandis soluantur cameræ salaria, seu capita solidorum, sicut in alijs causis non delegatis.

GLO. CAP. VIII.

SVMMARIVM.

1 *De materijs possessoriis remissiuè.*

a REINTEGRATIO] d̃ materijs † Pos
1 sessorijs nouè & amplè tractat Rebuf. in tract. de mater, poss. tom. 3. & in concord. Franc. ti. de annatis, & nuncupatim de remedio recuperande nouissimè disserit Iac. Menoch. in suo docto & eleganti tractatu, de alijs adipiscende & retinende ab eodem explicatis cito videbis. Cæterum doct. hãc materiam interpretantur in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poss. Canon. præcipue Rip. in rub. & in c. cum ecclesia, de caus. poss. & propr. & in c. sæpe, de rest. spol. Et not. vnum, q̃ actor in interdicto retinende probare debet vere, vel præ

sump

sumptiuè se tempore litis contestate posidere Alex.consi.88.nu.18.lib.5.Affl.decis.394.Rot. Pedem.decis.43.Et an remediũ.c.reintegrande. 3.q.1.posit intentari contra titulo & bona fide posidentem,nouissimè discutit Rot. Pedem.de cis.93. vbi pro vtraque opinione affirmatiua & negatiua,doct.turbam citat.

QVOD TVTOR, ET CVRATOR possint constituere procuratores. Cap. IX.

ITEM, quòd quælibet persona, quæ ministraret negocia aliena, cui de iure licet constituere actorem ad causas, sicut est tutor, [a] vel tutrix, & curator, & vellet constituere procuratorem, possit illum constituere nomine pupilli, vel adulti, vel alterius, cuius curam, vel tutelam administraret, sicut verus dominus ad dictas causas, & ad substituendum in quibuscunque causis, quæ verterentur in totius prouinciæ curia generali.

a

GLO. CAP. IX.

SVMMARIVM.

1 *Non susceptа tutela vel cura aliquando euadi potest.*
2 *Tutela multis modis finitur, tamen non liberatur tutor nisi petat curatorem.*
3 *Iisdem modis finitur cura, si curatores sint adiuncti tutoribus.*
4 *Cura adultorum finitur.25. annis illorum completis.*
5 *Curatores furiosi desinunt, cum illi resipuerint.*
6 *Pupillo sicut datur curator ad litem, ita ad negotia dari poterit.*
7 *Qui vult se excusare à tutela vel cura petat curatorem dari minori.*
8 *Curator datus ad litem eodem modo potest reuocari sicut procurator.*
9 *Si pupillus decedat sine hærede succedit tutor.*
10 *Minor nulliter alienans, si post maiorem etatem per.5.annos tacuerit agere non potest.*
11 *Tutor non potest soluere sibi de pecunia destinata ad emptionem.*
12 *Excusatur tutor minoris rem vendens iudicis æstimatione.*
13 *Quæ probatio præualeat sanitatis vel furoris.*
14 *Res semel facta alienabilis à tutore emi potest.*
15 *Cautius agit tutor si adhibeat consanguineos pupilli in actu explicando.*
16 *Quomodo concipiendum sit tutelæ instrumentum.*
17 *Tutor non potest agere non confecto inuentario.*
18 *pecunia est de his rebus quæ seruando seruari non potest fallit in nu.19.*

2 VTOR] quando possit actorẽ cõstituere de iure vide in §.fi. & ibi Aret. insti.de curat. & hæc cõstitutio corrigit tex.in l.neq; tutores. C.de procur.De tutoribus tractat Bened. de Barzis.Tu interim infrascripta not. primo,q̃ licet † nondum susceptam tutelam facilè possit quis euadere se excusando vt de excus. tut. inst. C. & ff.per totũ, tamen ceptam, rarò dimittere potest, nisi in casibus.quos refert gl.in l.verum.§.ex facto,& ibi doct.ff. de mino.Secundo q̃ quamuis tutela † pubertate & alijs modis finiatur, vt inst. quib.mo. tut.fi.per totum, tamen tutores non liberantur periculo tutelæ, nisi petant curatores,vel instẽt, q̃ adultus factus petat curatorem.l. admone. C. qui pet.tut.l.ita.§.si tutor.ff.de admi.tut.vnde sis cautus tutor, vt quàm primum petas curatores dari,aliàs non liberaberis, & siquid interim perierit, teneberis, secundum Io. Fab. in l.1. C.vt cau.post pub. Ang. in §.fi. inst.quib.mod.tu.fin. Quod not.perpetuò ad hoc, q̃ licet pendente lite causæ principalis vel appellationis tutor desinat esse pubertate pupilli, tamen causam prosequi tenetur vsque ad finem, nisi secundum iura prædicta adulto prouideri fecerit de curatore, vt d.l.ita.§.pen. & fin. & vtrobiq; Bar.& Alex.in appos.in c.ex parte, vbi Cano. maximè Dec. de appell. Mater tutelam filiorum gerens, si ad secunda vota transierit nullo confecto inuentario, tutore filijs non petito, nullaque ratione administratorum reddita, an filij defuncti successione excludatur? late hoc discutit Rot.Pede.decis.58.

3 Tertio ijsdẽ † modis finitur cura, si quos habeat pupillus curatores tutoribus adiunctos sicut tutela & eodem tẽpore.l.1. C. quando tut. vel cur. esse desin. Adultorum vero curatores † finiunt cum.25. annum compleuerit, inst. de cura.primo respõ. nisi in certa causa vel negotio dati fuerint,quia tunc finito negotio finitur officium. §. si.inst.de aut.tut.Quarto Curatores † furiosi tunc esse desinunt, quando potest constare ipsos ad suos mores redijsse & peruenisse.§. furiosi, inst. de curat.& tenet glo.in §.fi.inst.quib. mo.tut.fi. & l.1.C.de cur.fur. & ibi hoc pulcre tenet Bal.in fi.per illũ tex. Are.in §.item prodigo.q.vlt. inst. quib. non est perm. fac. testa. sed Dyn. in d.l.1. quem Bar. Paul. Alex.& Ias.sequuntur in l.is cui bonis.ff. de ver. obl. dicit, q̃ aut manifestum est q̃ redierit ad sanos mores, & tũc desinit cura,aut non est certum, & tunc requiritur iudicis declaratio. Quinto tu habes † q̃ curator datur pupillo ad iudicium,similiter poterit dari ad negocia, casum habes sing. in l.1.§.si curator.ff. de eo qui pro tut.quem not.Ro.sing.238. & quãdo contra

infantẽ iudiciũ est instituendũ,quo cõsultum est agere volenti,vt iudiciũ rectè fundetur, explicat Neuiz.consi.17.nu.20.cũ sq.Rot.Ped.deci.89.

7 Sexto not.cautelã † se excusandi à tutela vel cura, quã pauci sciunt,q̃ infra 50.dies,de qb.in l.scire oportet.ff.d̃ excus.tut.& inst.eo.§.q aũt, q̃ volẽs se excusare faciat dare à iudice curatorẽ huic liti pupillo vel adulto, & cũ illo curatore litiget, ita q̃ illo curatore defendente cãm pupilli vel adulti feratur sníа,& excusetur,arg.§.fi.inst. de aut. tut. & hoc videtur de mẽte gl.in l.1.C.si ex fals.alleg. aliàs si cõtra fieret excusationis sníа esset nulla ipso iure tanq̃ cõtra pupillum lata vel adultũ indefensum.l.acta.§.fi.& l. contra pupillũ,in prin.ff. de re iud.qd̃ no.q̃a sepe videbis errare in pratica vt not.Math.no.136.Et an Auus maternus prefe ratur patruo in tutela,stante statuto,q̃ in successione parruus ei pferatur? cõsuluit Goz.cõsi.54.

8 Septimo curator † datus ad litem põt eodẽ mõre uocari,sicut & procurator.l.siquis eum.§.Iulianus ait.ff.de procu.secũ Bar.ibi. Curator tñ simpliciter datus nõ põt reuocari,nec alius sibi adiũgi.l.curatores.1.C.q̃ dar.tut.poss. Octauo si pu-

9 pillus † decedat sine hærede tutor succedit tanq̃ pximior & nõ fiscus no.in l.quo tutela redit.ff.d̃

10 reg.iu. Nono si minor † alienauerit absq; solẽnitatib.requisitis & sic nulliter,vt in casu in quo consuluit Goz.consi.16.Tunc si maior factus tacuit p̃ quennniũ,nõ poterit amplius retractare.l.fi. C.si ma.fac.in.decr.arg.tex.l.1.C. de contr.iud. Non procedit d.l.fi. Primo q̃n interuenit dolus. Secũdo q̃n alienatio irrita efficitur alio defectu q̃ omissionis decreti,Curt.Iun.consi.50.& 51.cui in hoc q̃ d̃ decreto dicitur aduersatur Corn.cõs. 36.lit.l.lib.2.dicẽs illã intelligi de oĩ defectu,qd̃ et sentit Paris.cõsi.49.nu.24.lib.1.q̃n interuenit dolus, approbatur cõiter Ruy.consi.170.nu.29. lib.1.Paris.cõsi.100.nu.69.& seq.lib.1.late Natta consi.195.col.1.& 2.Corn.consi.207.p totum lib.3.Rot.Pede.decis.177.nu.13. Decimo q̃uis tutor cũ est pupilli creditor possit tibi soluere.l. quoties.§.si tũ dũ.ff. de admi.tut.l.fistulas.§.fundũ.ff.de contrah.emp. Tñ illud est verũ,nisi pecu-

11 nia † (ex qua vellet sibi soluere tutor) esset ad emptionẽ p̃diorũ destinata casus est vni.in l.3.§.qd ergo.ff.de cõtrario iud.tu. Vndecimo excusatur

12 tutor † si vendit rẽ minoris viliori p̃tio p̃cedente iudicis æstimõne,tex.est vna cũ gl.& Bar.ibi exclamat,in l.fi.ff.de mag.conuen. Duodecimo q̃n

13 vna pars probat † furorẽ,& alia sanã mentẽ cuius probatio sit melior,vide Bal.in l.furiosum,& posteriores.C.q̃ test.fac.poss.Abb.in c.cũ dilectus, col.vlt.de succes.ab intest.& in c.super hoc,de renunc.Decimotertio si pupillus vendiderit solenniter alicui, q̃ nõ possit illius rei pretiũ soluere,

14 poterit tunc tutor solus talẽ rem emere,ex quo † semel facta est alienabilis,tex.est valde sing.in l. tutor rerum,vbi Bar.ff.de adm.tut.quẽ sing.reputat Rom.in l.singularia,vbi alij.ff.si cer.pet.De-

15 cimoquarto, vt tutor † cautius se gerat in explicãdo aliquo actu,si dubiũ est an possit nocere pupillo, adhibeat consensum matris pupilli & consanguineorũ, tunc licet malè succedat pupillo ipse nõ tenebitur,gl.est no.in l.2.verb.pupillo,cir. med.C.de his qb.vt ind.& ibi Pa.de Ca.dicit illã gl.sing.ad hoc Bal.in 3.opp.in rub.C.d̃ pẽn.iud. q̃ male iud.Sal.in l.fi.C.e.tit. Decimoquinto,qñ

16 creatur † tutor vel curator dẽt exprimi in instrõ tutelæ,q̃ aget vtilia & inutilia p̃termittet,& subibit defensionẽ,vnde si hoc nõ exprimatur non valet tutelę instrm̃ tex.est valde sing.secũm Bar.in l. sancimus.§.oẽm.C.de adm.tut.p quẽ tex.dicit se cassasse plura tutelæ instrã, sufficit tñ expsio per eq̃pollẽs. Guid.Pap.vult q̃nq; req̃ri anteq̃ tutor administret,in decis.330.Capy.vero nouẽ in decis.50.quẽ seq̃tur Carauita sup̃ ritu 275.vic.nu. 22.Rom.consi.425.Soc.Iun.cõsi.148.lib.1.& si aliqua ex illis omittantur, tanq̃ modicæ solẽnitatis,nõ vitiant, Carauita super ritu 294.vic.nu.4.

17 Decimosexto,tutor † non põt agere nõ confecto inuentario.l.fi.§.fi.l.arb.tut.Goz. consi.17.Rot. Ped.late decis. 58.ideo litigãs cũ tutore vel curatore adulti debet copiã habere inuẽtarij si hoc petat vt tenet Bar.vbi ponit praticã in l.1.C. d̃ cur. bon.dand. ex quo si tutor vel curator non cõficit inuentariũ,remouetur vt suspectus,est infamis & in vinculis cõijcitur,vt dicit gl.in d.§.fi.verb. suspecti.Et si p testatorẽ esset Tutori remissa confectio inuẽtarij,nihilominus tenetur facere simplicẽ descriptionẽ bonorũ pupillariũ instãtib.agnatis pupilli, & ad hoc offõ iudicis poterit cõpelli, Curt.Sen.in trac.de sq̃st.col.4.vers.illud tñ sciẽdũ pro qua sníа allegat tex.in l.1.§.rectè.ff. vsuf.

18 quẽad.ca.Vlt.pronunc.not.q̃ pecunia † est de his reb.q̃ seruãdo seruari nõ p̃nt vt p gl.in l.1.§. fuit q̃situ.ff.ad Treb.& ppea põt sine decreto alienari l.lex q̃ tutores.C.de admi.tut.qd̃ tñ limita nisi il-

19 la pecunia † sit deposita apud Cãpsorem,& destinata ad emptionẽ rerũ immobiliũ,q̃a tunc interes,quæ seruando seruari p̃nt cõputatur,casus est sing.secũdum Rom.sing.103. quem solum dicit notasse in l.3.§.quid ergo.ff.de contrar.iud.tut.

DE PROHIBITO OFFICIO procurationis, & syndicatus iudæorum. Cap. X.

ITEM prohibemus, ne iudæus [a] in aliqua causa ciuili, vel criminali, vel mixta, vt sindicus, procurator, vel defensor pro alio admittatur, sed repellatur omnino, etiam si pro iudæo quantuncunq; sibi conIuncto, vel socio interuenerit, & quicquid

a

per iudæum alieno nomine in iudicio factum fuerit, non valeat ipso iure, & christianus, qui pro iudæo, vel vsurario fuerit in iudicio procurator, teneatur in animâ suâ iurare de calumnia, & malitiæ iuramentum præstare, & sub eo positionibus, & interrogationibus respondere: nõ obstante q̃ principalis vellet respondere, vel respondisset.

GLO. CAP. X.

a IVDEVS] Hæc & sequens cõstitutio in vsu amplius nõ erunt, quandoquidem Pius V. (verè pius) Iudæos à toto Dominio ecclesiastico expulit, reseruatis forte ad tempus habitantibus Romæ & Anconæ, quorũ voragini nec aliter remedium adhiberi poterat, nisi per illã expulsionem, & nisi Paulus IIII. viam hanc aperuisset tota ecclesiastica Ditio ferè in pessum iuisset. De Iudæis & Saracenis tractatũ edidit Marquardus Susannus Vtinensis, quem tunc legi, cum mihi ardua quædam causa apud Spilimbergum in Patria Forijulij cuiusdam Iudæi cõtigisset, cuius bona & vxor rapta fuere, illa sacris lustricis initiata nupsit Christiano, cuius facinoris examini semper astiti coram Capitaneo Patriæ.

QVOD IVDAEI POSSINT fieri procuratores ad constituendum christianos. Cap. XI.

CONSTITVTIONI quòd iudæi non possint esse procuratores, quæ incip. Prohibeus, vt materia dubitationis, quæ aliàs in curia fuisse dicitur, volumus, & declaramus iudeos ipsos posse ab alijs constitui syndicos, procuratores, vel defensores ad substituendos alios christianos in iudicio: non tamen q̃ ipsi de per se, aut per alium iudæum substituendum ab eis possint in iudicio ad actus iudiciales, præter constitutionem procuratorum, vt supra, in teruenire.

DE EXCEPTIONIBVS, QVAE non impediunt litis ingressum, & reseruantur. Cap. XII.

a TATVIMVS q̃ nulla exceptio [a] peremptoria, dilatoria, vel declinatoria cuiuscunque generis, quæ opponeretur in futurum, vel iam opposita esset coram rectore, vel quocunque suo iudice ordinario, vel delegato in quacunque causa ordinaria, vel extraordinaria, ciuili, vel criminali, vel cuiuscunque generis non impediat, vel retardet litis ingressum: videlicet in ordinarijs litis contestationem, & in summarijs cognitionem negocij principalis, & dilationem termini ad probandum, & prædictæ exceptiones omnes, de quibus dictum est, q̃ non impediant litis ingressum, vel processum, si oppositæ sint, vel fuerint, auctoritate præsentis constitutionis intelligantur esse, & sint reseruatæ in processu causæ cognoscendæ, probandæ, & terminandæ post litis contestationem, & dationem termini ad probandum vnà cum negocio principali: saluo si esset exceptio, b quæ opponeretur contra personam interuenientem in iudicio nomine alieno de eo quod negaretur habere mandatum: quo casu si non produceretur aliquod mandatum per eum, qui vult admitti in iudicio, non admittatur sine mandato nisi in casibus à iure permissis. Si vero per eum produceretur instrumentum in forma publica, & debita figura, quo contineatur mandatum, q̃d videatur in forma sua legitima: & quod videatur scriptum manu alicuius notarij in prouincia degẽtis, vel domicilium habentis, præsumatur pro tali instrumento, & procedatur in causa tanquam cum legitimo, non obstante q̃ negaretur, vel opponeretur illum, qui scripsit, non fuisse notarium, vel non scriptum manu eius, qui dicitur scripsisse: vel non fuisse iudicem, vel officialem eum, qui dicitur interposuisse auctotitatem, vt in iudice auctorizante curam, tutelam, vel inuentarium, nisi opponens probaret in continenti tali auctoritate fuisse priuatum, vel inhabilem, & nisi iudici de causa cognoscenti videretur tale instrumentum non esse dignum fide, seu eidem instrumento non esse credendum. Et q̃ omnia, quæ opposita essent, vel opponerentur contra instrumenta pertinentia ad mandata, vel ad legitimationem mandatorum, vel contra dictas auctoritates non admittantur, sed reijciantur omnimodo, & nisi specialiter opponens iuraret in suam animam, q̃ illas animo calumniæ non proponat: & demum debeat probari, & terminari infra tres dies post oppositionem, aliter habeantur

habeantur pro non oppositis. Per prædicta autẽ non præiudicetur illi, contra quem talia instrumenta producerentur, quin dicta instrumẽta producta possit accusare de c falso, [c] & causam talis accusationis peragere: per quam non suspendatur primus processus: sed si cõuincatur instrumentum de falso per sententiam ferendam super accusatione falsi condemnatoriam, reuocentur omnia gesta prætextu illius instrumenti: & pars producens condemnetur ad interesse: nihilominus (vt conuenit) q̃ criminaliter puniatur.

GLO. CAP. XII.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio dicitur actionis exclusio, & est duplex.*

a 1 EXCEPTIO] dicta est †quasi actionis exclusio, quæ duplex est dilatoria veluti exceptio procuratoria, quæ iudicium differt, peremptoria, quæ iudiciũ perimit de quibus exempla habes apud iurisc. in l. 2. §. fi. cum l. seq. de except. de quibus omnibus & multiplicibus speciebus vide apud Rebuf. in arbore exceptionum insertam in initio. ff. Noui. Hęc constitutio confirmat regulam & exceptionẽ corrigit, de qua in c. 1. de lit. cont. lib. 6. vbi Papa vult nullam exceptionem impedire litis ingressum, nisi de re iudicata transacta seu finita excipiat litigator, & propterea nulla exceptio vigore huius cõstitutionis litis ingressum impedit, quamuis de iure aliquæ reperiantur, & vide in seq. glo.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio procuratoria est dilatoria.*
3 *De mandati inualiditate semper opponi potest.*
3 *In quocunque iudicio etiam summario legitimandæ persona.*

b 1 EXCEPTIO] procuratoria †est dilatoria §. pen. inst. de except. & in terminis illam opponendi habetur in l. ita demum, vbi Ias. egregiè. C. de procu. Hoc tamen intelligas quando dubitatur de habilitate personæ, quæ procurator constitutus est, sed si dubitatur de viribus 2 mandati †semper & quandocunque opponi potest, probat tex. in l. licet. C. de procur. & propterea vult constitutio, vt ante omnia discutiatur de validitate mandati, quoniam huiusmodi inualiditas semper reddit iudicium nullum, circa quam materiam vide Ias. in d. l. licet, & iuremerito inductum fuit, vt in quocunq; iudicio etiam 3 summario †legitimentur personę. l. 2. C. de edic. diu. Had. toll. & ibi Bar. col. fi. l. si queramus. ff. de testa. Aym. consi. 104. in prin. Marsi. in l. siquis nec quæstio, nu. 5. & seq. ff. de quæst. Alex. consi. consi. 77. in fi. & consi. 147. nu. 2. lib. 6. Dec. in l. fi. nu. 47. C. de edic. diui Adr. toll. Mara. in spec. 4. par. dist. 9. nu. 38. & dist. vlt. nu. 16. & in 6. par. memb. 9. in prin. & nu. 3. & de substantialibus procuratorij vide Io. de Grassis in suo peculiari tract. sub illo ti. nuncupato à quo doceberis, quomodo extendere debeas instrumentum procuræ. Et quamuis multæ sint exceptiones quæ nullum reddere solent iudicium, tamen (ne lites immortales fiunt) Pius IIII. statuit vt solũ tres exceptiones sint insanabiles, iurisdictionis, procuratoris, & citationis, de quibus late vide apud Vantiũ in tract. nullita. tit. de null. sent. ex defec. inhabil. seu mand. compa.

SVMMARIVM.

1 *Falsum dicitur tribus modis.*
2 *De falsitate nemo punitur, nisi alteri noceat.*
3 *Falsitas non committitur absque dolo.*
4 *De falso nemini nociuo punitur pœna extraordinaria.*
5 *Differentia inter falsum fabricans, & falso vtens.*
6 *Notarius non punitur de falso quando loquitur vt priuata persona.*
7 *Testis negans aliquid mendaciter, quamuis non noceat, punitur.*
8 *Crimen falsi præscribitur spatio. 20. annorum.*
9 *Falsum dicens tenetur parti vltra pœnam.*
10 *Cognoscitur de falso ciuiliter & criminaliter.*
11 *Quæ sit pœna falsi.*
12 *Optima cautela ad euitandum pœnam falsi.*

c 1 FALSO] falsum †accipitur tribus modis: Primo quicquid non est verum, potest dici falsum, etiam si non procedat ex mendacio alicuius, vel fraude. l. si is qui ducenta. §. vtrum, de reb. dub. l. siquid perfectum. ff. de solut. Secundo falsum accipitur pro immutatione veri fraudulenta quomodo omnia mendacia vocantur falsa, vt in auth. de instr. caut. & fid. Tertio est crimen graue, quod appellatur falsum quoties animi dolum sequitur facti executio ad peruertendam veritatem, & simulandum id quod non est, vt describitur in l. quod sit falsum. ff. de falsi. super quo tit. scripsit Marsi. à quo multa habebis in pratica. Ha 2 beas tamen pro fundamento vero, q̃ de falso †qs puniri non potest, nisi tale falsum sit alicui nociuum, nam si alteri damnum non inferat, licet falsum commissum sit, & dolosè, tamen talis falsitas non punitur, vt est tex. cum gl. & ibi Cy. Bar. Bal. & Sal. in l. damus. C. de falsi. idem tenet Gãd. de malef. tit. de falsi. quia falsitas †non committitur sine dolo, allegat tex. in l. 1. §. fi. ff. de dol. & In 3 no. hoc not. in c. vergentis, de hæret. Ang. de malef. verb. falsario, versi. quæro quot modis, &c. Lanfr. in c. quoniam contra, verb. testium depositiones, nu. 31. de præb. quod not. perpetuò, intelige semper si noceat, Bal. in l. falsos. C. de falsi. dicit tamen Cyn. multum eleganter in l. 1. C. de sepul. q̃

pul. ꝙ licet ex scriptura falsa, vel dicto testium nullum præiudicium paretur alicui,& pœna falsi regulariter puniri non debeat, tamen pœna extraordinaria † crimine stellionatus puniri debet
4 l.3.§.generaliter.ff.de crim.stel. Et no.ꝙ ita communiter cõmittit falsum qui vtitur falso instrumento sicut ille,qui fabricauerit, vel fieri fecerit
5 l.si falsus.C.de fals. Sed differentia est † quia ille qui fuit auctor falsitatis abstinẽdo postea ab vsu non excusatur,quia falsitas fuit commissa in eius fabricatione. Sed vtens simpliciter falso instrumento,& postea abstinens releuabitur ab ea pœna,vt d.l.si falsus, & ibi glo.& doct. Vnum not.
6 perpetuò, ꝙ si Notarius † hodie conficiat instrumentum mutui,& asserit,ꝙ heri in sua præsentia fuit numerata pecunia,non probat de numeratione, quia tempore numerationis nõ fuit rogatus, de ipsa numeratione, sed hodie,& non potest attestari in instrumento,nisi de visis tempore rogationis,& ideo licet falsum dicat, non punitur de falso,quia loquitur vt priuata persona,ita not.dicit Bal.in l.ex his,col.2.C.de test.mil.No.vnum quod dicit Iac.Butrig.in l.lucius,ff.de infa.Si ali
7 quis sit meus affinis † aliqua affinitate, quæ nota & manifesta non repelleret eum à ferẽdo testimonio pro me, si tamen in eius depositione dictam affinitatem negauit mentiendo (non tamen propter hoc eius dictum annnullatur) puniri poterit pœna stellionatus, quod dictũ pro valde not. refert & sequitur Rom.sing.194. & Ias.in l. si ex falsis,col.vlt.C.de transf.Marsi.sing.76. Crimen
8 † falsi præscribitur spatio 20.ann.l.querelam.C. de fals.c.venerabilis,de except.hoc fallit in ecclesia,contra quam nunquam præscribitur, dictum est sing.spec.tit. de sent.§.quoniam, vbi allegat
9 tex.in c.vere omnis.30.q.2. Nam licet † ille qui dicit falsum testimonium in foro cõtentioso teneatur de falso testimonio & de omni damno cõtingente ex illo, & per consequens de delicto & omni exitu ipsius delicti glo.in c.presbiterum, de homi.& in c.imputari, de reg.iu.lib.6. habetur in c.sicut, de testib. & est casus peregrinus & melior de iure in c.1. de cust. euchar. facit quod voluit Bar.in l.furem.ff.de furt.& Sal. in l. quoniam multa.C. de vi pub. Nihilominus in foro cõscientiæ nõ tenetur de dicto falso testimonio & ex de omni illo dãno, quod ex illo sequitur, illud fuit sing.dictum Vincent.in d.c.1. quem omnes sequuntur communiter. Cognoscitur de fal-
10 so † duobus modis ciuiliter, in quo iudicio suspicio falsitatis habetur pro falsitate & plena probatione, quoad tollendam fidem instrumenti. l. vbi.C.de fals.Bar.in l.siquis ex argentarijs.§.fin. ff.de eden.Bald.in l.si veritas, col.1.C. de fideic. Abb.in c.porrecta, no.3.de conf.vtil.vel inutil. & ibi Dec.not.3. Alex. consi.77. col.pen. lib.1. consi.62.nu.7.lib.3.Curt.Iun.consi.132.nu.10. consi.166.nu.6.& consi.178. nu.17.Dec. consi. 75.& 179.Ias.consi.168.nu.2.lib.4. Ruy.consi. 35.lib.4. Soc.Iun.consi.189. nu.61.lib.2.Paris. consi.12.nu.16.lib.4.Neuiz.cõs.8.nu.38.Aym. consi.28.& 134.nu.26. Rot. Pedem. decis.117. qui supra citati doct.varias coniecturas referunt ad arguendum instrumentum de falso. Et criminaliter.l.damus.C.de fals.c.tuæ, de procur. Pœ-
11 na † falsi in libero homine est deportatio & omnium bonorum publicatio.l.1.ff.eo.quandoque est pœna capitis.l.1.C.eo. quandoque flammarum adustio.l.2.C.eo. in seruo autẽ est vltimum supplicium.l.1.§.fin.ff.eo. & pari pœna punitur faciens & fieri faciens.l.filius,in prin.ff.eo.l.1.§. deiecisse.ff.de vi & vi arma. Rot.Pede. decis.67. Iul.Clar.in sua prat.§.falsum. Item eadem pœna punitur qui potest prohibere & non prohibet.l. lege Cornelia.ff.eo.item eadem pœna punitur fabricans & eo vtens.l.qui codicillos.C.eod. nisi vtens destitit ab vsu ante sententiam, vt ibi & arg.l.si cum exceptione.§.siquis.ff. quod met.ca. quod intellige si talis vtens sit, qui non fabricauit,si enim fabricauit non excusatur abstinendo. d.l. qui codicillis.l.2.C. de fid.instr.l.falsi.ff. de fals. Sed de iure canonico vtens,qui non fabricauit mitius punitur.c.ad falsariorum, de crim.fal. vide spec.tit.de instr.edit.§.videndum,versi.ꝙ si velis,dicens,ꝙ si velit sine pœna vti instrumento quod falsum dicitur, dicet sic. Ego talis dico &
12 protestor † instrumentum tale, quo vtor, manu talis notarij verum & verax esse,sed si apparuerit esse falsum,tunc nolo eo esse vsus, & proinde esse volo ac si eo vsus non fuerim, arg. d.c. ad falsariorum.

DE PRAESCRIPTIONE SEX annorum contra instrumenta iudeorum, & vsurariorum. Cap. XIII.

NOtoria fama, & multorum conquestione percepimus,ꝙ multi iudei,& alij vsurarij, vsurarios contractus extorquẽtes,varijs titulis,nedum per eorum voraginem sortem exigunt,& vsuras,sed etiã post aliquod tẽpus elapsum, mortuo forsitan debitore, qui soluit, vel ipsorum vitio non valente remissionem,vel solutionem, ostendere,quam confidenter, & absq; notario, & testibus fecerat, iterato exigunt iam solutum. Huic morbo volentes conuenientem adhibere medelam statuimus, ꝙ cõtra quemlibet contractum iudæi, vel cuiuscunq; vsurarij, qui producatur in iudicium per modum,vel formam,aut ꝓbaretur per testes vltra sex annos à die inhiti cõ tractus,

tractus,talis iudæus, siue vsurarius nullum consequatur effectum, & contra ipsum sex annorum præscriptionem concedimus inchoandam in prędictis contractibus ab hodie,& in futuris à die cõtractus: cuius obiectus etiam si non opponatur iudicis officio contractus huiusmodi repellantur, & viribus vacuentur,qui autem sint iudæi,& qui vsurarij manifesti,vel non,sufficiat in qualibet causa nedum plena, & exacta iuris probatio,sed etiam sola fama probata per quatuor testes fide dignos.

DE NON PROCEDENDO contra contumaces ad tenutam, nisi facta fide de credito. Cap. XIIII.

IOannes Cardinalis Andegauensis,dum vixit, existẽs Legatus in Marchia,inter suas constitutiones edidit infrascriptã videlicet: INsvper quum sæpe contingat prouinciales legitimis causis impeditos ad terminum præfixum non posse coram iudicibus, & magistratibus comparere: & propterea de causis suis ob contumaciam decidere, statuimus, & ordinamus,ꝙ nulla sententia contra debitores in eorum contumaciam lata executioni mandetur ad instantiam cuiuscunq;, etiam ad uocati, vel procuratoris, vel notarij, nisi
a prius legitime[a] facta fide iudici de debito per creditorem postulato. Cui constitutioni Antonius de S.Maria in Marchia ex postea Locumtenens statuit,ꝙ decætero nullus citatus in quacunque causa ciuili, vel mixta possit reputari, seu pronunciari eontumax: nec contra ipsum executio committi pro aliqua re, seu quantitate contra ipsum petita, nisi primo ipso debitore per nomen,& cognomen vocato, & exclamato ad banchum iuris iudice sedente pro tribunali alta voce,& intelligibili: & trina voce per vnum ex cursoribus, seu baiulis dicte curiæ: de qua vocatione,& nomine baiuli exclamantis,per notarium in actis fieri debeat expressa mentio, & si secus factum fuerit,pronuncia,seu commissio contumaciæ, & executionis, nullius sit roboris, vel momenti, quacunque consuetudine hactenus seruata non obstante.

GLO. CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Actore non probante reus absoluitur.*

a EGitime] .s. testibus vel instrumentis.l.in exercẽdis.C.de fid.instr. & per omne aliud genus probationis, de quibus per scrib. in l. admonendi.ff.de iureiu. Fel. Dec. & Marsi. in rub. de prob.quæ decisio iuri communi congruit, quo-
1 niam actore † non probante, etiam si reus nihil præstiterit, absoluẽdus esset.l.qui accusare.C.de eden. Vide per Alex.in l.3.§.dato.ff.de iureiu.

QVOD IN VNO CITATORIO, seu præcepto non possint cumulari nomina debitorum vltra quatuor: & de salarijs procuratorum pro contumacia. Cap. XV.

IDem Antonius Locumtenens statuit, ꝙ aliquando in vno, eodemq; citatorio plures, & varij continentur debitores: etiam ex varijs,& diuersis causis obligati contra eos proceditur ad pronunciationem contumaciæ, & executionis com-
a missionis, seu tenutę[a] dationem, vigore eorum contumaciæ sub vno,& eodem libello,seu petitione,tunc salarium procuratoris, si non vltra,quàm ad tenutam processum fuerit,fit,& esse debeat vnus carlenus pro quolibet vsque ad carlenos tres: ab in de supradicta summa diuidatur inter omnes. Si vero processum fuerit ad venditionem tenutæ, vel ad adiudicationem,tunc salariũ procuratoris sit,& esse debeat inter omnes dimidium eius,quod per constitutiones antiquas cautum est: & pro rata omne inter omnes diuidatur: & si forte dicti rei vellent eorum contumaciam purgare super expensarum refectione recuperare, & litigare,tunc primus volens,suam cõtumaciam (vt supra) purgare teneatur: pro salario procuratoris reficere,carlenos duos, prout aliàs solitum est: & literas executoriales de suo soluere, si factæ fuerint: alij vero duos bonon. pro quolibet duntaxat soluere teneantur,dummodo inter omnes pro dicto salario vnum florenum monetæ non excedat. Si vero contra vnumquẽque dictorum reorũ esset dandus libellus separatus, seu petitio in diuersis acceptionibus

pro recuperatione tenutæ, seu contumacię nó plus soluatur, quam vt supra cótinetur. Litigando autem tunc quoad salarium huiusmodi, dicimus seruari cóstitutiones antiquas de materia loquentes ex addition. Bagaroti locumtenentis in Marchia. Volumus nanq;, & ordinamus in vno, eodéq; citatorio non posse, nec debere cumulari vltra numerũ quatuor debitorum ad plus ex varijs, & diuersis causis obligationum, & si secus fiat, citatio non valeat ipso iure, exceptis causis patrociniorum, in quibus, noua patrocinia non debeantur, & q̃ post primum decretum veteres constitutiones obseruentur.

GLO. CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 *De effectu primi & secundi decreti.*

a 1 TENVTAE] Decretum † primum in contumacem solet expediri, vt is tædio affectus cópareat, & sui copiam faciat in iudicio, ius ipsius contumacis nó perimés. l. 3. §. fi. ff. de acq. poss. Decretum secundum constituit bonorum possessorem quæ ex primo decreto detinebat incoli hactenus contumacis iure, vide c. 1. de eo qui mit. in poss. Bar. tractat hanc materiam & alij interpretes in l. si finita. §. Iulianus. ff. de dam. inf. & vide Spec. tit. de primo & secũdo decreto, vide supra eo. c. 6. gl. C.

DE TERMINIS SERVANDIS in causis ciuilibus. Cap. XVI.

ANGELVS Sedis Apostolicę, pthonotarius, & in Marchia Gubernator pro modo seruando in causis ciuilibus statuit, & ordinauit, q̃ omnes causæ, quæ in curia nostra coram quocunque auditore, seu commissario, aut quocunque alio iudice nostræ curię tractarentur, seu mouerentur, sint, & esse intelligantur summariæ, & in eis procedi debeat summariè, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij, seruata tamen infrascripta forma, & modo: videlicet. Quòd producto libello, & producta copia danda parti per actorem, reus habeat terminum duorum dierum ad excipiendum, a & producendum exceptiones, & data ipsarum copia, vel oblata, actor habeat terminum ad primam iuris à die datæ, vel oblatæ copiæ ad replicãdum, & producendum replicationes: & oblata copia ipsarum, reus similiter habeat duorum dierum ad duplicandũ, & prædictis (vt præfertur) factis, & legitimatis personis habeatur perinde, ac si lis fuisset contestata, b & terminus c ad probandũ & probatum habẽdum dari debeat ad petitionẽ petẽtis 15. dierũ vtilium, d & dato dicto termino, terminus curat ipso iure: & iudex non possit aliquo modo pronunciare terminum non currere: infra quem terminum si producentur positiones, & capitula, & petatur per producentem, vt per procuratorem partis aduersę respondeatur, eisdem procurator partis aduersę teneatur rñdere statim exhibitis articulis, si vult, omnibus, vel ipsorum parti: alias citetur principalis cum termino peremptorio, & non nisi semel: & procurator non admittatur vlterius, & si principalis non comparuerit, & responderit in termino dictæ vnicæ citationis, habeatur pro cófesso, nisi ille procurator suis expensis voluerit q̃ notarius accedat ad recipiendum responsionem à principali, & moueatur pars aduersa ad faciendum interrogatoria, quæ facere teneatur infra duos dies à die datæ, vel oblatæ copiæ, ac etiam ad videndum iuramẽta testium productorum, & producendorum toto durante termino, & cómittatur notario vt recipiat eosdem toto durante termino ad iuramenta, & dicta: eosque examinet durante dicto termino sub pœna decem ducatorum, & interesse partis, quo termino elapso publicetur processus ad instantiam petentis, & cótra testes, & eorum dicta volens opponere, e habeat terminum ipso iure quatuor dierum ad opponendum: infra quem terminum possint produci iura, & instrã publica, & post dictum terminum habeat terminum ipso iure sex dierũ vtilium ad probandum, & probatum habendum exceptiones contra testes, & eorum dicta, & totum processum, quo termino elapso statutus intelligatur terminus ipso iure duorum dierum ad allegandum: f quo elapso intelligatur esse conclusum g in causa, & iudex coram quo causa vertitur, teneatur causam expedire per sententiam tempore secundæ monitionis sub pœna arbitrij domini Gubernatoris, & elapso termino allegatorio, sit in arbitrio iudicis vel audire allegationes, vel non audire, nisi sequenti die post dictum terminum códuxerit ad uocatum: quia tunc iudex teneatur ipsum audire: & omnes dicti termini intelligantur peremptorij, & vtiles.

GLO. CAP. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio est actionis exclusio.*

a 1 EXCIPIENDVM] Exceptio † est actionis exclusio. l. 2. ff. de excep. Replicatio contraria est exceptioni, & quasi exceptionis exclusio, inst. de replica. dicitur enim aduersus exceptionem, per eamque exceptio diluitur. l. itaque. ff. de procur. Duplicatio est allegatio, quæ datur reo ad infirmandam replicationem actoris. §. rursum inst. de replica.

SVMMARIVM.

1 *Quando dicatur lis contestata.*
2 *Quid sit litis contestatio.*
3 *Ante litem contestatam non dicitur agi, sed velle agere.*
4 *Duplex est litis contestatio.*
5 *Cautela vt reus excipiendo semper dicat animo litem non contestandi.*

b 1 CONTESTATA] dicitur litis cõtestatio cum ab actore primum deinde à reo negocij principalis facta narratione iudex de causa cognoscere incipit. l. 1. C. de lit. cont. Estq; in iudicio necessaria. Bal. in c. 1. col. 1. de lit. cont. gl. glo. in c. dudum, il secondo, de elect. Bar. in l. prolatam. C. de sent. Nam ratio naturalis dictat, vt nemo violenter, aut tumultuariè obruatur iurisdictione, quæ ordinatio Dei est, ad Rom. c. 13. quare sicut olim certa scientia & solenniter testibus adhibitis consueuerunt accipere iudicium (vnde litis contestatio est) ita & hodie diligenter obseruari, & apud acta nominatim scribi debet d. l. 1. C. de lit. cont. l. sed etsi restituatur. §. ex quibus autem. ff. de iud. Nihil aliud est igitur litis † cõtestatio quàm testari, q̃ vult litigare cum alio, estq; litis cõtestatio litis initium. c. ex parte 2. de verb. signifi. c. super q̃onum. §. 1. versi. q̃ si delegatus, & c. relatum, de off. deleg. Ante litem † contestatã non dicitur quis agere, sed agere velle l. non amplius vbi Bar. ff. rem rat. hab. Et tunc videtur facta litis contestatio, cum iudex per narrationẽ negocij causam audire ceperit. d. l. 1. C. de lit. cont. non autẽ fit per simplicem narrationem & simplicem responsionem, sed per petitionem in iure propositam & responsionẽ inde secutam, glo. in c. olim, de lit. cont. & glo. in d. l. 1. Duplex † est litis contestatio expressa, vt cum dico nego, & de tali loquitur. l. 2. in prin. C. de iur. cal. l. rem non nouam. §. patroni. C. de iud. l. eleganter. §. si quis post. ff. de cond. ind. Quædam est tacita, vt cum exceptio pacti vel similis opponitur, sic intelligitur. l. non vtique. ff. de except. §. sancimus, in auth. de exhib. reis. l. siquidem. C. de except. Hodie quando fit litis cõtestatio secundum consuetudinem curiarum dicitur, nego narrata prout narrantur, dicens petita non debere fieri, de iure tamen sufficeret dicere nego contenta in libello, ita dicit Petr. Iac. in tit. de const. pecu. versi. & est not. Cautelam tamen not. † q̃ semper reus in respondendo libello apponat illa verba non animo litem contestandi, nam per responsionem illam, nunquam inducitur litis contestatio, ex quo ipse non cõsentit not. glo. in d. l. 1. C. de lit. cont. quam doct. communiter tenent, & specul. tit. de lit. cont. §. nunc dicamus. versi. cautus ergo sit nouus aduocatus.

SVMMARIVM.

1 *Omnes dilationes de iure sunt arbitrariæ.*
2 *Dilatio danda est à iudice pro tribunali sedente.*
3 *Dilationum plures sunt species.*
4 *Dilatio in dubio non porrigitur ad testes in remotis partibus.*
5 *In dilatione deforis potest iudex exigere iuramentum à parte.*

c 1 TERMINVS] omnes † dilationes à iure statutæ sunt arbitrariæ non q̃ iudex possit eis penitus derogare, sed consideratis locorum distantijs, personarum, temporis, viarum, & negotij qualitatibus, potest eas (cum expedire viderit) moderare, vel prorogare, vt probatur in c. quod ad consultationem, de re iud. c. personas, de appel. l. 2. cum ibi not. per scrib. ff. de re iud. not. specul. tit. de citat. §. nunc, versi. nam omnes.
2 Not. q̃ dilatio † danda est à iudice pro tribunali sedente causa cognita & vtraque parte præsente. l. à procedente. C. de dilat. Et si iudex mihi simpliciter assignat terminum ad aliquid certa die faciendum, tota dies mihi cedit. §. in diem, inst. de verb. obl. Vna dilatione pendente alia non potest assignari. l. siue pars. C. de dilat. Et tempus à iure vel hac constitutione limitatum non potest arctari nec etiam extendi sine causa per dictum Bar. vbi alij in proprijs terminis in l. 2. ff. de re iud. Insuper est aduertendũ, q̃ dilationum † aliæ sunt expectatoriæ, aliæ dantur ad excipiendum, aliæ ad reprobandum, aliæ ad agendum, & aliæ probatoriæ, de primis loquitur tex. in auth. qui semel. C. quam. & quando iud. de secundis loquitur tex. in l. Titia. ff. de accus. de tertijs loquitur tex. in l. fi. C. qui accus. non poss. de alijs loquitur tex. in l. in l. C. de dilat. & l. fi. ff. eo. tit. Nulla dilatio expectatoria est de se peremptoria, secũdum Ang. in l. fi. ff. de fer. Bar. in l. si finita. §. Iulianus, nu. 9. ff. de dam. inf. & in l. cessante, nu. 6. C. quo. & quando iud. Carauita super ritu. 198. vica. probatoria vero de sui natura est peremptoria, Bar. & Ang.

& Ang.in d.l.fi.Affl.super constit.regni, siquam nostrorum,not.7.Hodie tamen omnes istæ dilationes sunt peremptoriæ, quia dantur à lege seu constitutione,ideo sing. dicit ibi Ang. ꝙ omnis dilatio quæ datur à lege seu statuto non requirit ministerium iudicis,& est peremptoria.l.manci piorũ, de opt.leg.l.peremptorias.C.sent.rescin. non poss.& dicit specul.tit. de dilat.§. videndum versi. item not. ꝙ si data est dilatio partibus ad probandum intelligitur peremptoria, licet dictum non fuerit,quod & innuit const.infin. Aduerte ad vnũ, ꝙ si † præfixus sit certus terminus, 4 puta (vt hic) quindecim dierum ad probandum & probatum habendum, ꝙ hæc dilatio non porrigitur ad probationem fiendam per testes, qui sunt in remotis partibus,maximè quia impossibilitas & absurditas non dicitur in lege,vel illius dispositione comprehendi,arg.l.fi.ff.ad exhib.l. filiusfam.§.apud Marcellum,versi.absurdum.ff. de leg.1.l.fin.ff.quæ sent.sin. app.rescind.l.cum iure.C.qui pet.tut.& c. quanto, de iureiu.not. Prat.Papiẽ.in form.prod.instr.verb.in termino, quare dicit not.Bal.in l.cum ipse.ff.de excus.tut. ꝙ si statutum sit in ciuitate, ꝙ infra tres menses causa decidatur,& aduersarius causa testium producendorum existẽtium in longinquis partibus petierit dilationem,quæ vltra sex menses extendatur, ꝙ nihilominus poterit iudex testes examinatos suscipere, & de causa cognoscere etiã post tres menses. Tamen si iudex dubitet,an pars petat hanc dilationem malitiosè.s.causa prorogandi litem, potest super hoc † iuramentum exigere,cum materiam dilationis iudex amputare debeat,ita not.spec.tit.de dil.§.1.in prin. Et multa habebis à Rebuf.tract.de dilat.tom.3.

SVMMARIVM.

1 *De iure in dubio terminus est continuus.*

d VTILIVM] regulariter in dubio terminus
1 † de iure est continuus secundum gl.sing. in l.2.C.de diuers.& temp.prescrip.& ideo feriæ in numero connumerantur, Bal.in l.1.ff.de fær. Verum cum hic terminus habeat dies vtiles non connumerabuntur. Et not.ꝙ dies vtiles dicũtur, quibus iudex sedit, & copia eius haberi potest.l. iure mariti.C.de adult.& est tex.in l.1.in prin.ff. de diu.& tẽp.prescrip.& à iure ob eam causam, tales dies dicuntur aliquando dies sessionum.l.is cui.§.sex autem mensim.ff. vt in poss. leg. Soc. Iun.consi.19.nu.16.cum seq.lib.3.dixi in libello de æd..act.cap.2.nu.31.& seq.

SVMMARIVM.

1 *Iuris allegationum quando parti est danda copia.*

c ALLEGANDVM] Not.ꝙ parti iurium al
1 legationum copia dari non debet si iudici sint productæ, si autẽ apud acta copia dari debet,sic se resoluunt Scrib.in l.2.C.de edend.

SVMMARIVM.

1 *Praxis opponendi contra testes & dicta eorum.*
2 *Testi producto de cõsensu partium nihil opponi põt.*
3 *Idem si producatur contra eum, qui alias illum produxit.*

f OPPONERE] Not. † ꝙ aliud est oppone
1 re contra personas testium, & aliud contra eorum dicta. Qui opponit contra personas testium,dicit ꝙ sunt periuri,falsarij, inimici capitales eius contra quem producuntur, item domestici producentis,partis consanguinei,viles,pauperes,procuratores, & solicitatores causæ, proxenete contractus celebrati, impuberes, monachi,fratres mendicãtes,& socij eisdem criminis. Qui opponit in dicta testium dicit eos singulares,varios,non reddentes rationẽ, & similia quæ & alia leges apud Rebuf. tract. de repr.test.tom. 2 3.Interim duo not. Primo,ꝙ † vbicunque testis aliquis est productus de consensu partium non potest ei opponi crimẽ,seu aliquis defectus,ista est gl.celebris,in §.& licet,in auth.de testi. quam reputat sing.Ang.in l.1.C.de test.& Bal.in l.siqs testibus.C.de testi. Secundo si † aliquis produxe 3 rit testes aliquos contra aliquem, si postea idem testis producatur contra eundem,aliàs producentem in diuersa causa, non poterit opponere contra personas testium,quas semel approbauit,contra eorum dicta bene potuit opponere, quia illa non approbauit ita tenet Cy.in l.siquis.C.de testi. idem Cano.in c.præsentium,de testi.lib.6.

SVMMARIVM.

1 *Qñ dicatur concluſum in causa & de eius effectu.*
2 *Noua exceptio opponi põt publicatis attestationib.*

g CONCLVSVM] in causa † dicitur,vbi par
1 tes renunciauerunt omnibus exceptionibus,& allegationibus facti,& iuris,ita tenet Inn. in c.pastoralis, de caus.poss. & prop. & ibi Abb. & idem glo.§.quia vero, verb. concluserint, in auth. de testi. quam ibi sequitur Ang.adde Spec. tit. de renunc. & conc. versi. & scias, vbi dicit, quòd post conclusionem nulla admittitur exceptio, vel allegatio facti, neque testes, vel instrumenta, nisi aliqua euidens ratio moueat iudicem, vt in d.c. pastoralis,& nisi in exceptione excommunicationis.c.exceptionem, de except. c.1.eod.lib.6.& nisi iudex ex officio suo aliquid inquirat,vel interoget super iam actitatis, & nisi aliquid iudicis negligentia sit omissum.c.per tuas,de testi. & nisi Princeps per se de aliqua exceptione cognoscat,secundum Inno. in c.ad petitionem, de accus.eo enim ipso ꝙ est allegationibus renunciatum,intelligitur esse concluſum, item per lapsum termini à statuto præfixi ad probandum,vt ponit Bal.in l. si accusatoribus,in fi. C.de accus. Inno.in c.super eo, il secundo,verb. certum,de app.Rom. latè cons.176.similiter sit, quando committitur causa ad consilium sapientis,

tis Card.consi.25.Fel.in c.cum dilectus,nu.30. de fid.instr.item per iudicis interlocutoriam, vt dicit gl.in clem.sæpe, verb.concluſione,de ver. sig.circa quam materiam vide Carauita super ritu.238.& seq. vica. Vbi solum essent publicatæ 2 attestationes,posset de nono nona † exceptio opponi & probari,istud est dictum Bal.in l.officiũ ff.de rei vend. & in hoc tacite assentit Ang. & est ratio,quia post publicationẽ attestationũ prohibetur productio testium timore subornationis, auth.qui semel.C.de prob.clem.si.de testib.cum autem nulli fuerint testes recepti vel producti super præsenti exceptione, nulla põt timeri subornatio,ergo possunt produci,Lanfr.in d.c.quoniã contra,verb.exceptiones, de prob.

DE OBSERVATIONE TERminorum Angelinæ per Commissarios Apostolicos, ex constitutione Andegauen. Cap. XVII.

TERM statuimus, & ordinamus, ꝙ circa omnes causas ab Apostolica Sede delegatas tam in prouincia, quàm in curia obseruentur termini iuxta constitutionem prædictam tam in prima, quàm in secunda instantia,& si contigerit aliquem de iudicibus, seu delegatis prædictis suspectum [a] allegari, tunc arbitri iuxta formam a iuris eligantur, & si secus fuerit actum tam in non obseruando terminos, quàm arbitros non eligendo, processus, sententia inde secuta sit ipso iure nulla absque aliqua iudicis pronunciatione, & Legatus, Gubernator,& Locumtenens,qui pro tempore erit,iudices, & delegatos prædictos puniat,& multet quemadmodum sibi videbitur expedire. ¶ Huic constitutioni addentes NOS Rodulphus Cardinalis Legatus dicimus, & statuimus, ꝙ arbitri ad decidendas causas huiusmodi suspitionum allegandarum, eligantur in loco residentiæ, seu habitationis delegati apostolici recusati,si periti essent: sin autem in loco vicinio ri: aliàs (vt supra) sententia sit nulla: & annullari possit per Legatũ, Gubernatorem, & Locumtenentem pro tempore existentem absque aliqua alia commissione.

GLO. CAP. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Forma recusandi iudicem.*
2 *Differentiæ inter ius ciuile & canonicum in materia suspitionis.*
3 *Quæ sint causæ legitimæ recusandi iudicem.*
4 *Proposita recusatione statim sunt ligate manus iudicis.*

a VSPECTVM] forma † recusandi iu
1 dicem de iure talis est. Nam allegans iudicem suspectum debet causam iustæ suspitionis coram eo in scriptis assignare,qua recusatione porrecta eligi debent per partes arbitri ilico,hoc est infra triduum, & si aduersarius non sit,quia iudex procedit ex officio cõtra aliquem,per iudicem & per partem, quibus quidem arbitris iudex potest statuere terminum vt in illos concordent vel tertium ad vocent,alioqui iudex in principali negotio procedere potest,hæc habentur in l.apertissimi & in l. fi.C.de iud.c. secundo requiris. c. cum spetiali, de app.&c.legitima,eo.lib.6. Est tamen differen 2 tia † inter ius ciuile & canonicum, quia de iure canonico,siue delegatus siue ordinarius recusari potest, vt d.iuribus & c. suspitionis, de off. del. De iure ciuili ordinarius non recusatur sed ei ad iungitur Episcopus, vt in auth.si cõtigerit.C.de iud.quæ non seruatur de cõsuetudine secundum Cal.ibi. Est & alia differentia. Nam licet per exceptionem recusationis de iure ciuili nõ sint causæ spetialiter exprimendæ,sed sufficit coram arbitris illas proponere & probare,vt not. in d.l. apertissimi,Tamen de iure canonico seruatur cõtrarium,vt in dictis iuribus,& not.glo. in c.2.vt lit.non contest. quæ opinio probatur in l. si pater.ff.de lib. caus. Corn.consi.147. dub.7.lib.1. 3 Causas † legitimas recusandi iudicem Fil.Franc. in c.postremo, de app. enumerat. 40. Maran. in specul.part.6.verb.appellatio,nu.28. Capy. decis.137.& 138.Lanfr.c.quoniam contra,verb.recusationes,de prob.Carauita sup ritu.265.vica. quas longum esset hic inserere, ponam infrascriptas,quas inuenio solum in iure expressas.Prima si iudex fuerit consanguineus vel affinis alterius partis. Secunda si illius fuerit inimicus Capy.d. decis.137.138.& 146.Rot.Pedem. decis.15.& quælibet inimicitia sufficit probabilis allegata ta in specie Fran.in d.c. postremo, in 32.cau.gl. & Gem. in c.2.de prob. in 6.Capy. d.decis.138. nu.3. Tertia si fuerit affinis inimici mei hæ causæ probantur in c.accedẽs,vt lit.non cont. Quarta si iudex sit cõsanguineus alterius partis d.c.accedens. Quinta si iudex est dominus, vel superior alterius partis, cap. causamq;,de off. deleg. Sexta est similitudo causæ.c.cum causam,de iud. Septima si fuerit familiaris alterius partis.c.insinuante, de off.dele.licet in iure non sint expressæ aliæ,tamen si reperientur aliæ legitimæ, quæ inducant causam suspicionis,licet non sint expressæ,tamen debent admitti,Inno.in c.cum speciali, de appel. & hoc resident in arbitrio iudicis.

Anch.

Anch.consi.263.& Alex.consi.104.lib.5.Propo
4 sita recusatione statim sunt ligatæ manus iudi-
cis,ita q̃ vltra procedere non potest, donec fue-
rit cognitum de causa suspitionis,alias processus
esset nullus,vt not.Arch.in c.cum plures.,de off.
del.lib.6.licet nõ fuerit appellatum, Host. Butr.
in d.c.cum speciali,& clarius Bar.in l.quia pote-
rat.ff.ad Treb.qui allegat casum & ibi Bal.in l.1.
C.si quac.præd.dign.idem sunt Gem. hoc late di
sputans in c.iudex, de off.del.lib.6. post alios &
aliquid in d.c.legitima,dicens,q̃ post recusatio-
nem omnio impeditur exercitiũ iurisdictionis,
& processus factus per iudicem recusatum est ip-
so iure nullus Old. consi.147.nu.1.& 3.& consi.
303.nu.2. Corn. consi.247.col.pen.lib.1.Alex.
consi.89.nu.3.lib.1. Dec.consi.175.col.1. Van-
tius de null.sent.ex defec.iur.ord.nu.140. cum
seq.vide tamen Rot.Pedem.decis.84.qui discri-
men cõsiderat inter ius ciuile & canonicũ, Rom.
consi.220.nu.3.Lapus.alleg.1.Maran. vbi supra
nu.24.& in 4.par.dist.16.nu.4.Cæterum ad pro
positum vide Rebuf.in tract.de recusa.tom.3.&
Dida.lib.prat.quæst.c.26.

DE CAPITVLIS ADMITTENDIS ne causæ in longum protelantur. Cap. XVIII.

ODVLPHVS Cardinalis Legatus. Quũ pluries audiuerimus inter causidicos nr̃æ generalis curiæ, tam coram nobis, quàm auditoribus iudicibusque nostris, alijsq; delegatis etiam apostolicis fore disceptatum super capitulis, & articu
2 lis [a] admittendis,quandoque q̃ sint eadem cum primis, vel contraria, quandoque q̃ tendant contra instrumenta iuramento roborata,quandoque ex alijs causis, propter quas causæ in longum protrahuntur in dãnum, & præiudicium collitigantium. Volentes in præmissis debitum adhibere remedium, & protelationes huiusmodi in totum extirpare, statuimus, & decernimus quæcunque capitula inquacunque causa, (præterquã in re iudicata) admittenda esse per se,& in quantum de iure, & saluo iure impertinẽtium, & non admittendorum, ita q̃ si contingat super huiusmodi capitulis examen fieri,& huiusmodi capitula admitti non debuissent, q̃ huiusmodi examen habeatur pro non facto: & modo aliquo non probet, nec fidem faciat in iudicio, & extra,& omnis sententia si proferẽ. occasio
ne dicti examinis contra aliquem fuerit,sit
ipso iure nulla, & nullius valoris, roboris, efficaciæ, vel momenti, etiam q̃ ab ea non fuerit appellatum,nec de nullitate dictum. Addimus tamen, q̃ pars, quæ petierit processum publicari, non possit modo
b aliquo producere [b] aliquos testes tam in illa instantia,quã in alijs sequentibus,sed bene partes elapso termino probatorio possint, & valeant reproduce testes, & contra
c ipsos, & ipsorum personas opponere, [c] & probare sm formam constitutionis præcedentis Angelinæ nuncupatæ supra c.16.

GLO. CAP. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur articuli.*
2 *Sunt multiplices.*
3 *Si sunt omnino impertinentes non debent admitti.*

a ARTICVLIS] Hanc vocem † pragmatici accipiunt, dum probanda testibus instrumentis vel similibus in articulos digerunt,& hoc sensu accipitur in c.præsentium.§.testes, de testi.li.6.& in c.veniens,secundo co.tit.& vbique gl. pro membro illo probando accipitur, & in hunc sensum intelligendi sunt tex. in l.si cum dotem §.transgrediamur.ff.sol.matr.in l.cũ oportet.§.sub hac. C.de bon.quæ lib. cum sim. Articulus dictus est ab artu (idest) membro secundum Bal. in l. non possunt in prin.ff.de legib.& sic articulus dicitur distincta pro membra oratio,refert Carauita super ritu.70.vica.nu.2.qui summi debent per aduocatos à prima petitione quam offerunt in causa,vt docet Bal.in l.vinũ, col.5.vers.nunc venio. ff.si cer.pet. hodie praxis seruat,vt producatur libellus articulatus, in quo concipiendo multum aduerti debet,quia tota vis causæ in eo consistit.
2 Articulorum † quidam sunt impertinentes, qui nihil ad rem faciunt, probata non releuant, glo. in c.fi.de conf. lib.6. alij sunt captiosi, quos siue neges siue cõfitearis suum detegunt dolum, atq; ita se decipiunt & captant. l. in duobus.§.fi.& l. qui iurasse.§.si pater. ff.de iureiu. alij sunt multiplices,alij sunt iuris,alij impossibiles, alij super crimine, quibus omnibus reum respondere non fore cogendum,glo.in d.c.fi,scribit,per illũ tex. & alios citat, & vide infra cap,19. Est in illa sententia Dec.consi.162.q̃ si articuli † sunt omnino
3 impertinentes & notorie constet reijci debent, si autem est dubium admitti debẽt saluo iure impertinentium,& vide Alex. consi.166.nu.7. lib. 6.vbi Apposit. pulcrè ad propositũ (quia ex hoc limitatur constit. nostra) per Gram. decis. 45. nu.4.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Super ijsdem articulis vel directo contrarijs post dicita testificata testes non admittuntur.*
2 *Qui si examinati fuerint non faciunt præsumptionẽ.*
3 *Sed an valeat consuetudo in contrarium.*

b PRODVCERE] Not.† q̃ ille, qui per con-
1 tatus est dicta testium in causa sua non admittitur vlterius per testes super eisdem articulis vel cõtrarijs ad probandum, auth.quia semel C.de prob. clem.2. de testi. Not. præterea q̃ te-
2 stes † examinati post didicita testificata non faciunt præsumptionem,istud est dictum Inno. in c.cum dilecti,de accus. sed an valeat consuetudo
3 † q̃ testis recipiatur publicatis attestationibus, & videtur q̃ non,quia consuetudo quæ dat occasionem delinquendi non valet c.pen.& fin. de consuet.sed hæc dat occasionem delinquẽdi propter subornationem ergo &c. contrarium est verum secundum Butr.in c.series, de testi.Spec.tit.de testes §.satis, vers. quid ergo &c. vide tamen Rot. Pedem.decis.14.

SVMMARIVM.

1 *In iudicio summario non admittitur reprobatio testium.*
2 *Si protestor contra testes me aliquod obiecturum, facile non creditur si pro me deponant.*
3 *Delegatus ad examen testium non potest recipere obiectus.*
4 *Quomodo opponi debeat contra testes.*
5 *Quando opponitur contra personas testium debet opponi specifice.*
6 *Testis facit se inhabilem per suam confessionem, quamuis pars non opponat.*

c OPPONERE] licet reprobatio testium sit
1 permissa.c.præsentium, de testi.lib.6. & l.liquis testibus.C.eod.hoc fallit in iudicio summario, in quo non admittitur reprobatio, quoniam illud venit postea examinãdum in iudicio ordinario, dictũ Abb.est antiqui,quem referunt ibi Host.Io.And.& Butr.in c.veniens,de testi.& ratio est quia si hoc admitteretur, non esset summariè procedere,sed magis differre. Exemplum pone in filio alimenta petente & probante se filiũ per l.si iudex.ff.de his qui sunt sui vel alien.iu. & l.siquis à liberis.ff.de lib.agno.quæ filiatio venit postea probãda in iudicio ordinario.Item exemplum in tertio comparente ad impediendam exẽcutionem.l.à diuo Pio.§.si super rebus.ff. de reiud. & est ratio quia exceptiones quæ requirunt altiorem indaginem non admittuntur in causa summaria.l.3.§.pen.ff.ad exhib.Rom.sing.383. Intellige tamen hoc secundum q̃ declarat Affl. decis.351.bis fuit dubitatum,& ita etiam intelligas decisionẽ Capy.decis.55.vide Did.lib.prat. quæst.c.17.nu.5.vers.septimo est. Not.q̃ si ad-
2 uersus testes † cõtra me productos aliquod obiecturum protestor licet postea pro me deponant, non est facile credendũ eis,vt est casus secundum Rom.sing.677. in c.præsentium,de testi. lib.6. quod est verũ,dicit si sunt ignobiles, secus si nobiles, qui mei protestantis potentiam non timeant,ita sing.determinat Arch.in c.si quis 37.dist.
3 Not.præterea,q̃ delegatus † ad recipiẽdos & examinandos testes duntaxat datus, non potest obiectus recipere,secundum Inno.in c.licet,de prob. refert & sequitur Ioan.Fab.in auth.apud C.de testi. Considera etiam illud quod egregiè cõsuluit Ang.consi.1. porrecta fuit petitio, col.2. quòd
4 reus † facere non debet oppositiones contra testes, quòd non sunt omni exceptione maiores, quoniam est inepta exceptio, & nihil valet, cum sit obscura, quia dicendo (non sunt) duntaxat tempus præsens respicit, & sic stat simul, quòd nunc non sunt omni exceptione maiores, & tamen fuerunt tempore eorum depositionis. Immo fortius dicit Ang.consi.308. factum tale est, quòd si reus excipiens dicat, quòd non sunt nec fuerunt omni exceptione maiores,adhuc nõ obstat talis exceptio, quia illud verbum fuerunt, quamuis sit præteritum, tamen potest intelligi post depositum testificatum, vt tibi sing. p̃eum, quod obliuioni non tradas. Et quando exceptio obscura non releuet,vide plene Iaſ.in l.Titiæ textores,col.2.vbi limitat.ff.de leg.1. Attende tamen quòd quando † opponitur contra personas
5 testium,debet opponi specifice,aliàs nihil valeret,ideo debet specificari crimen,quod ei obijcitur, hoc modo. Dico q̃ Titius non potest esse testis quia commisit furtum arripiendo vnam vestem Seio, vel quòd commisit adulterium cum Berta.d.c.præsentium,vnde si aliquis esset criminosus, vel inhabilis ad testificandum, si non est oppositum contra illum valet dictum suum, secundum Ang.§.quia vero, in auth.de testi.saluo tamen secundum eundem ibi, si ex confessione eiusdem appareret de sua inhabilitate,tunc repellitur,dato, q̃ non fuisset opposita exceptio con-
6 tra eum. Exemplum interogatur testis † si est debitor producentis,si respondeat quòd sic, repellitur,nec fidem facit, licet non fuerit opposita exceptio, & est ratio, quia vbi aliquid fuerit notorium ex actis iudici, potest supplere de facto, istud est dictum Inno.in c.ex insinuatione, de appel.in c.per tuas, de testi. sequitur Rom. in rep. rub.ff.de arb.col.9.vbi etiam dicit,quòd ipse iudex de conditione personæ testis inquirere tenetur,& dicit esse glo.in l.1.ff.de mag.cõuen. Ang. in l.quos prohibet.ff.de postul. adde similem gl. in c.quærendum.2.q.7. Anch. in rep.c. testimonium,col.6. de testi.

DE

DE RESPONSIONE fienda positionibus, & articulis. Cap. XIX.

2 POSITIONIBVS[a] omnibus, & singulis, quæ fierent in causis ciuilibus præstito iuramento à parte ponente, ꝙ eas animo calumniæ non ponit, & credit eas veras, & pertinentes ad causam, in qua ponuntur, aduersa pars respondere teneatur, & compellatur per iudicem, non obstante ꝙ allegaretur, vel opponeretur ipsas esse impertinentes: iudex tamen possit, & pars reseruare, ꝙ si non sunt pertinentes, responsio in nullo præiudicet, & habeatur pro nó facta: saluo ꝙ si iudex viderit positionem manifestè impertinentem, seu calumniosam, & ei non esse respondendum, possit (si sibi placuerit) partem, contra quam ponitur, releuare à responsione prædicta: & omnibus positionibus, quibus videretur iudici esse respondendum, debeat responderi antequam ostendatur aduocato, vel alicui personæ, nisi solum respondenti, qui tenea
b tur respondere statim,[b] & in continenti positionibus sibi lectis, vel ostensis, nisi iudici videretur super aliquibus, de quibus pars dubitaret dare terminum ad respondendum. Statuimus etiam, ꝙ siquis fuerit bis per literas requisitus, ꝙ veniat ad respondendum positionibus, & non responderit infra terminum literarum, tales positiones
c habeantur pro confessis[c] ipsofacto, etiam sine aliqua probatione. Volumus etiam, ꝙ in causis, quæ sunt mixtæ, ciuiles, & criminales possint fieri positiones, quæ non tangant directò crimen, & eis debeat respoderi, sicut in causis mere ciuilibus. Huic constitutioni Ioannes Cardinalis Papien. legatus addidit, ꝙ productis positionibus debeat pars citari ad instãtiam producentis, & eo die debeat dari terminus per iudicem secũdum distantiam loci suo arbitrio, assignandus ad citandum, & si facta prima citatione procurator partis aduersæ voluerit respõdere dictis positionibus (dummodo ante commissionem secundarum literarum) possit, & valeat respondere, ac si esset principalis, & ad ipsas responsiones faciendas auctoritate huius nostræ constitutionis intelligatur habere sufficiens, & specia
le mandatum: & immediatè ꝙ obtulerit se, respondere teneatur. Si vero non rñderit, tunc vlterius non admittatur, sed mittantur secundæ literæ cum termino, vt supra, cum effectu in constitutione contento, & quomodocunque contigerit respondere, respondeant per verbum credit, vel non
d credit, simpliciter,[d] sine aliquo adiumẽto. & quod responsum fuerit per principalem corrigi non possit per procuratorem, nec per ipsum principalem, nisi aliud ipsi iudici de causa cognoscenti pro qualitate, & simplicitate respõdentis obseruandum visum fuerit: cuius conscientiam oneramus, stante iudice tempore responsionis ad bancum, vel in alio loco antequam iudex recedat de loco responsionis. Huiusmodi constitutionibus etiam super huiusmodi materia positionum fuit additum per constitutionem Angelinam supra Cap. 16. tamen Iulianus Episcopus Xantonensis, & Gubernator etiam addendo statuit, ꝙ in notificatorijs super instrumentis in forma Cameræ fiendis, positiones non inserantur: & si sint insertæ, & debitor non comparuerit, non possint haberi pro confessis, nisi præcedente bina citatione iuxta formam constitutionum prædictarum, Angelina non obstante. Item, ꝙ si pars petierit in quacunq; causa principalem, tanquam melius informatum cogi ad respondendum positionibus, cogatur ipse, omni iuris remedio, etiã multa indicta, & pignoribus captis respondere per verbum credit, vel non credit. Prędictis constitutionibus addendo dicimus, & declaramus non vendicare sibi locum illas ad personas priuilegiatas de iure, quas excipimus: & ad eas mandamus notarium
e transmitti per producentem sumptibus[e] ipsius producentis. Si vero dicta persona respondere recusauerit coram dicto notario, facta fide per eundem notarium de recusatione prædicta iudex possit, & valeat positiones haberi, & pronunciari pro confessis sine aliqua alia requisitione.

GLO. CAP. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit positio.*
2 *De quibus rebus fiat.*
3 *Positioni incertæ quis non tenetur respondere.*
4 *Differentia inter libellum incertum & positionem incertam.*

Idem

5 *Idem impertinenti, contrariæ 6. continenti factum alienum. 7. Iuris. 8. superfluæ. 9. Captiosæ. 10. negatiuæ. 11. multiplici. 12.*
13 *Ponens iurat & respondens aliàs puniuntur.*

2 1 POSITIONIBVS] positio † à ponendo (quæ græcis dicitur thesis) est alicuius particularis rei ad causam pertinens assertio, autore Bar. in l. 2. §. ꝙ obseruari. C. de iureiu. propter cal. Vbi præterea rectè dicit huius vocabuli vsum adeoque rem ipsam consuetudine magis quàm scripto iure in iudicijs receptum esse. Fiunt autem positiones, vt per confessionem aduersarij releuetur ponens ab onere probandi, secundum glo. in c. 1. de conf. lib. 6. per illum tex. & l. eum qui, primo respon. ff. de iureiu. Et fiunt † positiones de omnibus his, quæ ad causam pertinent principaliter,
2 vel incidenter, & quæ probabilia sunt, quia id de mum est possibile, quod est probabile, & non aliter. l. confessionibus, & l. seq. ff. de interog. act. gl. in d. c. primo, fallit in pluribus not. per glo. in c. fi. eo. ti. & per Inno. in c. dudum, el. 2. de elect. per Bar. in l. Marcellus. ff. rer. amo. per Bal. & doct. in l. 2. §. ꝙ obseruari. C. de iureiu. propter cal. qui casus sunt infrascripti. Primus est, ꝙ positioni
3 † incertæ non tenetur quis respondere, & si non respondeat, non habetur pro confesso, arg. l. 1. §. siquis argentum. ff. depos. Et in hoc est differen-
4 tia † inter positionem & libellum, quia libellus incertus procedit, positio incerta nequaquam in distinctè, est ratio, quia positio habet vim probationis, sed probatio incerta nihil releuat. l. ad probationem. C. de prob. c. in præsentia, eo. ti. Est & alia differẽtia, quia libellus debet continere conclusionẽ, positiones autem solum narrationem, cum positio sit breuis narratio factum cõtinens ad eliciendam veritatem concepta, ita diffinit Io. And. in c. si post, de iur. cal. Item quia sola responsio facta libello inducit litis cõtestationem, non autem facta positioni, ita determinat gl. in
5 c. 1. de lit. cont. & idem Bal. in d. §. quod obseruari. Secundus casus est positioni † impertinenti non est respondendum, & dicitur impertinens, quæ non facit ad causam, & est ratio, quia petitio debet fundari & extrahi de libello, vnde volens facere positionẽ debet semper habere libellum præ oculis, & qui non intelligit libellum, nunquam scit facere positionem, vt tradit Bal. in l. 2. §. ꝙ si actor. C. de iureiu. propter cal. vnde si illud quod ponitur non sit contentum in libello. in positione non debet deduci, & si deducatur non debet respondere, specul. tit. de posit. §. Septimo versi. Secundo considerandum est. Tertius casus
6 est positioni † contrariæ non est respondendum, veluti siquis respondisset vni positioni, si postea fiat aliqua alia positio, cui respondens est sibi contrarius, potest & aliter intelligi contraria po
sitio, si actor fecit vnam positionem, & reus fecit contrariam, non tenetur respondere reus, quia ponendo actor dicitur esse confessus. Quartus ca-
7 sus positioni † continenti factum alienum, quis non tenetur respondere, quod est verum si per terminum datum ad deliberandum non posset quis certificari, aliàs autem si posset certificari respondere tenetur. l. qui interogatus, cum glo. ff. de int.
8 act. Quintus est, positioni † iuris non est respondendum. l. ornamentorum. ff. de aur. & arg. leg. quod est verum in iure scripto, seus est in consuetudine, quæ potest per positionem in ius deduci, & allegari, Bar. & glo. in l. præscriptione. C. si contra ius vel vtil. pub. Et est ratio huius regulæ, quia ius est certum & probatum, ex hoc infertur secundum Bal. in d. §. quod obseruari, ꝙ quotiescunque in aliqua positione ponitur aliquod aduerbium solenniter vel legitimè, nunquam tenetur quis tali positioni respondere, quia tunc talis
9 positio dicitur iuris. Sextus est, ꝙ positioni † superfluę nunquam est respondendum, vnde siquis semel responderit vni positioni, si ad huc de nouo ponatur eadem positio, non tenetur respondere, ex quo infert Bal. in l. ampliorem. §. in refutatorijs. C. de temp. app. ꝙ vbi positio vna facta est in causa principali, eadem positio non debet fieri in causa appellationis, nec tenetur quis respondere, infert etiam Bal. in l. in contractibus. §. illo. C. de non num. pecu. ꝙ vbi quis habet intentionem fundatam non tenetur respondere, exemplum, si produxi instrumentum mutui, & aduersarius faciat mihi positionem, pono ꝙ tu nõ mutuasti, certe non teneor respondere, quia super illo, quod ponitur est fundata intentio mea. Se-
10 ptimus est, ꝙ positioni † captiosę non est respondendum, & dicitur captiosa positio, quando responsio quæ fit non potest fieri affirmando vel negando cum sibi præiudicet. Verbi gratia, pono ꝙ tu es vsurarius, si dicis, ꝙ sic detegis turpitudinem tuam, si dicis ꝙ non, sic es periurus, cum sis vsurarius & sic de similibus. Bar. in l. qui iurasse. §. si pater, & ibi Alex. & Iaſ. ff. de iureiu. Rot. Pedem. decis. 66. nu. 2. Capy. decis. 127. nu. 9. Carauita super ritu. 300. Vica. nu. 11. allegat Bar. in d. l. Marcellus. §. qui rerum, nu. 3. ff. rer. ammo. p tex. in l. quoties. §. Prætor. ff. de noxal. Et aduerte, ꝙ in causis criminalibus nõ fiunt positiones, Iac. de Aret. in tract. posi. §. 7. nu. 1. Iul. Clar. §. fi. q. 45. versi. sed incidenter, & ita vsus obseruat iu-
11 diciorum. Octauus est, petitioni † negatiuę non est respondendum, quod est intelligendum de negatiua improbabili, & si æquum iudici non videatur, alias autem si æquum iudici visum fuerit vt rñdeat, tunc tenetur respondere. c. 1. de conf. lib. 6. Et est aduertendum ꝙ dictio absque est negatiua & facit contra aduocatos calumniatores, qui volentes facere positionem negatiuam, ne pars posit rectè respondere, faciunt positionem

per

per dictionem absque hoc modo, pono ꝙ fuit absque eo ꝙ petens mutauit decem, quod est superfluum, nam secure possunt dicere, pono ꝙ Titius non mutauit decem vt tenet Bar. in l. inter stipulantem. §. 1. ff. de ver. obl. idem tenet Cy. in l. actor. C. de prob. Bal. in d. §. quod obseruari, & est glo. sing. in l. 1. §. 1. ff. de dol. exc. pra. Pap. in for. excip. contra positiones, verb. ac negatiuè.

12 Nonus est Positioni † multiplici, non est respondendum, sed potest petere respondere debens vt illa multiplex positio distinguatur, & vide Io. And. in c. 2. de conf. lib. 6. Bal. in d. §. quod obseruari, pro quibus facit tex. in l. is qui ducenta. §. verum. ff. de reb. dub. Et circa materiã positionum vide Neuiz. conf. 5. & conf. 7. & plene per Rebuf. in tract. de respon. per credit vel non, tom. 3.

13 Not. præterea, ꝙ facit Iudex † iurare ponentem verum esse quod ponit, & aduersarium, ꝙ verum respondebit, quid si nolit iurare reus vel actor? Dic ꝙ pœna nolentis iurare de calumnia, est ꝙ actor ab instituta cadat actione per sententiam, reus vero condemnationem patiatur, quia pro confesso habetur. l. 2. §. ꝙ si actor, & §. sin autem reus. C. de iureiu. propter calum. c. fi. de iur. cal. not. specul. ti. de iur. cal. §. superest, in prin. Quando publicatis attestationib. positiones fieri possint vide not. dist. per Gerg. Nattam in clem. sæpe, verb. interogabit, de verb. sig. Maran. in spec. aduo. in 4. par. 9. dist. nu. 3. & 32. Rot. Pedem. decis. 10. Et quando dominus ex cõtumacia procuratoris non respõdentis positionibus restitui, posit in integrum declarat Rot. Pedem. decis. 9. Not. etiam, ꝙ positiones in prima instantia productæ quibus ponentis negligentia non fuit responsum, non possunt in secunda instãtia reproduci, Rot. Pedem. decis. 14.

SVMMARIVM.

1 *Quando teneatur respondere distinguitur.*

b STATIM] De iure communi solet † fieri ta
1 lis distinctio, aut positionibus est respõdendum per verbum assertiuum & debet dari terminus ad deliberatè respondendum, vt l. qui interogatur. ff. de interog. act. & l. iusiurandum & ad pecunias. ff. de iureiu. secus si per verbum credit, glo. est sing. in c. quasdam, de præsump. qa um refert & sequitur Rom. sing. 789. Carauita super ritu 70. vica. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *An admittatur purgatio moræ in respondendo positionibus.*

2 *Vt habeatur pro confesso requiritur sententia.*

c PRO CONFESSIS] Vide late Neuiz. cõs. 6. sed quero quando aliquis tenetur respon
1 dere positionibus infra certum terminum & nõ rñdeat, an admittatur † purgatio moræ? Lanf. in d. e. quoniam contra, verbo rñsiones, n. 16. tenet, ꝙ admittitur purgatio vsque ad sententiam, & allegat Cy. in l. 2. §. ꝙ si actor. C. de iureiu. propter cal. est ratio secũdum eum, quia legalis pœna potest purgari vsque ad sententiam. l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoff. test. l. alia. C. de his quib. vt ind. Rip. in l. si insulam, nu. 27. ff. de verb. oblig. Rot. Pedem. decis. 5. nu. 4. ista est pœna quæ infertur à lege ergo, &c. Abb. in c. fin. col. 5. de iur. cal. Lanfr. c. qm̃ contra, verb. rñsiones, nu. 16. Aduerte ad vnũ, ꝙ contumacia procuratoris in non rñdendo positionib. nocet dño. c. si post præstitũ de conf. lib. 6. Ias. in l. vn. §. si procurator, nu. 4 ff. si quis iusdic. non obtemp. eadem cõtumacia nocet etiam mulieri Ias. in l. fi. nu. 2. C. de iu. & fac. ignor. Rot. Pedem. decis. 87. vbi idem dicit in rustico, & quando possit per procuratorem responderi positionibus firmat Barto. in l. qui bona. §. si alieno, nu. 15. ff. de dam. inf. quem ibi scrib. & alibi, communiter sequuntur Soc. Iun. consi. 134. lib. 3. fallit vbi constitutio loqueretur, per verba personalitatem importantia, quia tunc procurator non posset. Grat. consi. 28. n. 10. cum seq. lib. 1. Rot. Pedem. decis. 113. Et pro ista parte facit, ꝙ in actibus iudiciarijs admittitur purgatio moræ. l. etsi post tres. ff. si quis caut. & etiam in extra iudicialibus, vt plene not. in l. si insulã. ff. de ver. obl. in l. magnam. C. de contrah. & cõ. stip. Contrarium tenet Prat. Pap. vbi supra in glo. Primo, quia elapsa sunt tempora, & ita determinat gl. in c. cupientes. §. ꝙ si per 20. de elec. lib. 6. sup verb. expectari. Inno. in c. tua, qui matr. accus. poss. & per Bart. in l. siquis instituatur. ff. de hær. inst. qđ etiã sequitur Bar. in l. qui ob rem. ff. de cond. ind. Ang. in d. l. etsi post tres, & huius est ratio, quia quando in dispositione inest dies cum pœna nõ admittitur purgatio morę. l. traiectitie. §. de illo. ff. de act. & obl. adde Bal. consi. 182. statuto cauetur lib. 1. vbi tenet, ꝙ contumax in respondendo positionibus cum termino sibi præfixo à statuto non potest moram purgare, & idem videtur tenuisse spec. tit. de posit. §. vlt versi. quid si pro illo, & ita iudicauit Senatus Pedem. vt patet in fi. d. decis. 5. stante decreto ad respondendum in termino præfixo. Aduerte ꝙ secundum Lanfr. vbi
2 supra ꝙ ad hoc vt quis habeatur pro confesso † requiritur sententia, ex sola non responsione non habetur pro cõfesso, vt tenet gl. in d. §. ꝙ si actor, & ibidem Cy. & Bal. glo. pen. in c. si post, de iu. cal. tenet contrarium, ꝙ ipso iure habetur pro confesso. Vt omnium seruetur opinio, bonũ est vt fiat comminatio, vt positiones nõ respondendo habeantur pro confessis absq; alia sententia.

SVMMARIVM.

1 *Responsio credit prout in instrumento.*

2 *Si respondeat non credit vt ponitur.*

d SIMPLICITER] Actor facit positionem, ꝙ reus est sibi obligatus in decem per publi
cum

1 cum instrumentum. Respondet reus, ꝙ ipse † fatetur prout in instrumento continetur, an sit sufficienter responsum? Bar. dicit ꝙ non in l. 1. §. siquis simpliciter, vbi omnes scrib. de hac materia not. ff. de verb. obl. & in l. 2. ff. de vulg. fubst. ad quod facit. l. coiri. ff. pro soc. & l. inter stipulantem, in prin. ff. de verb. obl. Deinde quæro,
2 quid si reus respondeat, ꝙ † non credit vt ponitur, an sic sufficienter respondeat? Et videtur ꝙ sic, ac si simpliciter dixisset non credit, quia ista sunt paria, dicere ꝙ non credit vt ponitur, vel nõ credit quod ponitur. Constat autem sufficienter responderi si dicit non credit vt ponitur (nisi dicatur, ꝙ is qui respondet non credit vt ponitur, videtur quasi tacitè credere fateri aliquid ex his quæ ponuntur non in totum is vero qui dicit non credit quod ponitur videtur in totum omnia absolute negare) Quidem dicunt non valere responsum factum per illa verba vt ponitur, licet valeat per relatiuum quod ponitur. Statutum disponens debere simpliciter respondere positionibus, interpretari debet, si positio fuerit simplex, secus si duplex, seu qualificata, qui, eodem modo responderi potest, quo fuit formata positio, Alex. in l. 1. §. siquis simpliciter, col. 2. versi. secundo lim. vbi Alcia. nu. 9. & seq. ff. de ver. obl. Soc. in l. 1. col. 5. vers. Secundo limita. ff. de vulg. fubst. vbi Rip. nu. 26. Boss. tit. de falsis, nu. 158. Rot. Pedem. decis. 176. nu. 4.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio quando mitti debet expensis petentis quando communiter, & quando non.*

e SVMPTIBVS] Hæc constitutio decidit dubium, quod est inter scrib. Aliqui dicunt ꝙ
1 expensis petentis mitti debet notarius arg. eius quod dicitur in l. generaliter. §. his. C. de reb. cred. ꝙ † quando est quæstio de Tabellione mittendo ad aliquem debet mitti expensis petentis, glo. & Bar. in l. 2. §. defendi. ff. ex quib. caus. in poss. eat. vbi dicunt, ꝙ omnis actus iudicialis debet fieri expensis illius qui illum fieri procurat, facit. l. sed etsi. §. 1. ff. ad exhib. Præterea nullus tenetur ad expensas, quas subit inuitus, sed actor astringit reum subire iudicium inuitum. l. inter stipulantẽ. §. si sticũ. ff. de verb. obl. ergo &c. Alii qui dixerunt cõtrarium Capel. Thol. decis. 273. tenet ꝙ in casu isto in quo est respondendum positionibus partis, si mittitur ad domum absentis, quoniam absens est de personis priuilegiatis quæ excusantur venire ad iudicium, vel ratione dignitatis, sexus, vel infirmitatis, fiet expensis communibus, secus si absens voluntarie litigabat per procuratorem, quia tunc mittitur ad ipsum ipsius absentis expensis, specul. tit. de iura. cal. §. restat, versi. pen. & cum constit. nostra concordat tex. in c. 2. de iud. lib. 6. Affl. decis. 177. Carauita super ritu. 235. vica. nu. 15. & vide ad materiam. l. ad personas, cum ibi not. ff. de iureiu.

DE IVDICIIS, ET PERTINENTIBUS AD EA. Cap. XX.

a IDEM Iulianus Xantonen. & Gubernator &c. Quia multoties euenit, ꝙ incausis etiam magnis fit iudiciũ super præceptis [a] absq; aliqua præambula petitione, ita ꝙ difficile est percipere remedia intentata, statuimus ꝙ in causis excedentibus summam vigintiquinque florenorum monetæ non possint aliquo modo reproduci præceptum, seu literæ loco petitionis, & libelli, sed debeat fieri petitio iuxta formam sacrarum constitutionum: alias iudicium sit nullum.

GLO. CAP. XX.

a PRAECEPTIS] facit in arg. tex. in l. 1. C. de exec. rei iud. cum ibi not. Nam regulariter ab executione inciendum non est. l. si cum nulla, vbi Pa. de Cast. ita summat. ff. de re iud. ratio est, quã ponit tex. in l. 1. C. de prohi. seq. pecu. quia oportet primo debitorem conuinci, & demum ad solutionem pulsari. Limitatur primo hoc dictum, vt non procedat in sentẽtia diffinitiua & interlocutoria, d. l. si cum nulla, cum glo. ratio est, quia sentẽtia diffinitiua habet executionem paratam, si transitum fecit in rem iudicatam. l. 2. C. de exec. rei iud. Mara. in spec. par. 6. c. fi. in prin. idem in sententiam interlocutoria, si fecit transitum in rem iudicatam, gl. & Bal. in l. à procedente. C. de dila. Maran. vbi supra, nu. 172. cum seq. Secundo fallit, quando aliquid debetur fisco pro functionibus fiscalibus. l. nemo. C. de exact. trib. Maran. vbi supra num. 12. Rebuf. in tract. de appel. art. 7. nu. 14. Tertio fallit, in instrumento in forma Cameræ secũdum ꝙ supra disponitur. c. 5. Fallit in pluribus alijs casibus, de quibus per Ant. de Carina. in tract. de execu. instr. Carauita super ritu 127. vica. & vide ad materiam Rip. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de nou. oper. nunc. vbi vtiliter loquitur.

DE CAVILLOSIS, SEV CALUMNIOSIS EXCEPTIONIBUS REFRENANDIS. Cap. XXI.

a EXCEPTIONES cauillosæ, [a] seu calumnioſæ [b] nullatenus opponantur, & maximè per quas negetur paternitas, filiatio, [c] fraternitas, prælatura, [d] seu possessio

sio prælaturæ, vel eum (cuius manu inueni tur publicum instrumentum) esse notarium vel alia similia, & si huiusmodi exceptiones inuenirentur non veræ, sed calumniosæ, statim hoc comperto opponens de facto condemnetur aduersæ parti in expensis, & eas reficere cum effectu compellatur: & in decem libris Cameræ condemnetur, & quando iudici videbitur, ꝙ tales exceptiones sint calumniosæ, statim possit tales exceptiones reijcere: & eis non obstantibus ad vlteriora procedatur, prout videbitur conuenire.

GLO. CAP. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Quid est cauillatio.*

a 1 CAVILLOSAE] Cauillatio † est quando ab euidēter veris per breuissimas mutationes, disputatio ad ea, quæ euidenter falsa sunt, producitur. l. ea est natura. ff. de reg. iu. vbi not. Dec. Cagn. Ferra. & Mayn. de quo argumenti genere tract. Cic. lib. 4. Accad. quæst. Aristot. de elenchis.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicatur calumniosa exceptio.*

b 1 CALVMNIOSAE] calumniosa † exceptio est, cum quis ex certa scientia & dolo iniuste excipit, Azo in sum. C. de iureiur. propter cal. l. 1. §. per calumniam. ff. si mul. vent. nomi. l. 2. in prin. ff. de iureiu. propter calum.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio quomodo probetur.*

c 1 FILIATIO] † per communem nominationem parentum, & ꝙ natus est in domo mariti commorantis vxori. l. filium. ff. de his qui sunt sui vel ali. iur. vbi Bar. c. michael, de fil pṡb. & quomodo præbetur filiatio, late per Dec. in c. per tuas, de prob. Curt. lun. consi. 31. Goz. consi. 12. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit prælatura.*
2 *Prælati qui dicuntur remissiue.*

d 1 PRAELATVRA] est † prioratus guardianatus, secundum diuersitatem ordinum. c. nullus, de elect. lib. 6. Est & prælatura omnis, ꝙ propter administrationem est honor. c. quæ episcopatum. 7. q. 1. Et prælati † qui dicantur vide. c. quæ ecclesiarum, de off. ord. c. decernimus, de iud. & an omnis habens curam animarum dicatur prælatus, not. Abb. in c. 2. de iud. dixi supra lib. 2. c. 5. glo. B.

QVOD AVDITORES, ET IVdices teneantur terminos constitutionis Angelinæ obseruare, & quolibet die accedere ad bancum iuris. Cap. XXII.

ITEM ꝙ in causis ciuilibus, & mixtis, seruetur termini constitutionis Angelinæ cum addition. Andegauen. & Bononien. & ne ex tenore dictarum constitutionum causæ fiant immortales, decernimus, & ordinamus, ꝙ auditores, & iudices nostræ curiæ quolibet die tenantur iuridico, qui sunt in curia simul, & coniunctim, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ accedere ad bancum iuris: & pulsata campana bis, iuxta consuetudinem, & stilum hactenus obseruatum se ponere, & sedere ad bancum iuris, & pronunciare illam diem currere, & protestari, si procuratores recusant ad bancum iuris accedere, illam diem currere: & per custodem archiuij [a] annotari facere pro die iuridica, & vti li, & omnes dicti termini ad vnguem obseruentur, prout obseruari mandamus, sub excommunicationis pœna etiam in causis pendētibus: per pṡentes decernentes nullum, & inane quicquid fieri contigerit contra formam dictæ constitutionis, nisi aliud per nos in aliqua causa pupillorum, vidua rum, & miserabilium personarum, vel alicuius forensis extra prouinciam fuerit decretum, statutū, & ordinatum: quibuscunq; commissionibus per nos factis, & faciendis, etiam illis, in quibus dictis constitutionibus foret expresse derogatum, non obstantibus.

a

GLO. CAP. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Archiuium publicum quod sit.*
2 *Scripturis in eo inuentis datur maior fides.*

a 1 ARCHIVII] Archiuium † publicum est locus, in quo instrumenta publica deponuntur & adseruantur. l. moris. §. nonnunquam. ff. de pœn. Et scri
2 pturis † in hoc loco inuentis solet maior fides adhiberi. l. in fraudem. §. quoties. ff. de iu. fis. in c. ad audientiam, de præscrip. §. si vero, in auth. de his qui ingr. ad app. l. celsus. ff. de prob. auth. ad hæc. C. de fid. instr. Alex. consi. 16. lib. 5. Rom. consi. 165. consi. 319. Gem. consi. 82. nu. 6. plene Mod. in consi. par. §. 5. & in d. c. ad audientiā, de ꝓscrip. Fel. asserit, col. 4. versi. prima cōcl. ꝙ ad hoc vt scriptura reperta in archiuio publico probet tria sunt necessaria. Primū, ꝙ illi archiuio sit præpositus officialis publicus. Secundū, ꝙ scripturę fuerint positæ inter scripturas autēticas. Tertiū, ꝙ ex cōsuetudine faciat fidē, sequitur Soc. consi. 258. nu. 5. & 6. lib. 2. Dec. in c. cū causam, col. 3. versi. 4. fallit, de prob. & in consi. 458. nu. 5. Quartum ēt requiritur, ꝙ talis scriptura habeat testimoniū publicū, qa officialis archiuij attestatur esse scripturas archiuij. Corn. consi. 142. in prin. lib. 3. Dec. refert in auth. siquis in aliquo, col. 5. versi. 6. fallit. C. de eden. Aym. de antiq. temp. par. 1. nu. 194. & latius prosequitur Rot. Pede. decis. 69. quæ omnino videda est, q̄ in termini loqtur.

DE DIEBVS IVRIDICIS seruandis. Cap. XXIII.

RODVLPHVS Cardinalis Legatus. Licet per antiquas constitutiones, & modernas optime fuerit prouisum, ꝙ expeditione causarum, ne immortales fierent, tamen quandam consuetudinem introductam esse comperimus etiam in contradictorio iudicio seruatam, ꝙ nisi ambo procuratores partium ad bancum iuris affuerint, vel ius per iudices sedentes pro tribunali ambobus procuratoribus partium fuerit redditum, termini non cōcurrerent, & non essent dies vtiles, prout dispositum est per dictas constitutiones. Quam consuetudinem tanquam iuri dissonam penitus reprobantes, statuimus, & perpetuò obseruari mandamus omnes dies Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, & Sabbati, Veneris excepto propter allegationes, fore, & esse iuridicos, & cōputari debere in metis causarum, nisi fuerint feriati in honorem Dei, a vel propter ferias [a] aduentu superioris, vel aliter repentinas etiam ꝙ non fuerit sessum tam facto iudicum, quàm negligentia procuratorum: etiam ꝙ procuratores ambarum partium non fuerint ad bancum iuris, quoniā vidimus dictos procuratores qualibet hora prosequi eorum causas coram nobis, iudicibus, & auditoribus nostris, & in eis actitare, & terminos seruare pro eorum libito: idem seruari mandamus tempore feriarum, messium, & vindemiarum, si dictis feriis extiterit derogatum.

GLO. CAP. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Feriæ quæ sint.*
2 *Feriarum species.*

a 1 FERIAS] Feriæ † sunt re vera dies, in quibus & à negocijs, & à forensibus causis cessandum sit. l. fin. C. de fer. excepta pietate & charitate, qđ postmodum Iudæi non intellexerunt reprehensi à CHRISTO apud Lucam, pulchrè respondet dictum Sceuolæ. Is enim consultus, quid non ferijs agi liceret? respondit, quod prætermissum
2 noceret. Feriæ † quædam sunt in honorem Dei constitutæ, quædam vero hominum vtilitati tribuuntur, diuinæ Maiestati dedicatæ sunt, de quibus infra lib. 6. c. 23. & in c. 2. de fer. Et hisce diebus q̄quid volentibus, aut inuitis litigatoribus factum esset apud iudices, id omnibus modis irritum erat, & infirmum. l. 2. l. omnes dies, & l. fi. C. de fer. Hominum vero causa constitutum est. Ne quis messium, vindemiarumq; tpe aduersarium cogat ad iudiciū venire, quia occupati circa rem rusticam in forum venire cōpellendi non sunt. l. 1. in prin. ff. de fer. Et hæ feriæ pro consuetudine cuiusq; loci moderandę sunt, cū nō vbiq; vna sit messis vindemiarūq; ratio. l. prę fides pronunciarum. ff. eo. tit. Feriarum aliæ solennes, aliæ repētinæ, & q̄ extra ordinē indicebantur. l. sed & hæc. §. si feriæ. ff. ex quib. cau. maio. l. 3. C. de dilat.

QVOD NVLLA SENTENTIA proferatur, nisi prius confecto registro, & dato vtrique parti. Cap. XXIIII.

IDEM Benedictus Cardinalis Rauennatensis. Item ꝙ domini auditores, & iudices, & alij causas cognoscentes modo aliquo non audeāt, vel præsumant pro
a ferre, & promulgare aliquam sententiam [a] in aliqua causa ciuili, criminali, & mixta, nisi prius confecto registro, & dato vtri que parti cum termino arbitrio iudicis statuendo ad illum videndum, sub pœna excommunicationis, suspensionis officij, & nullitatis dictæ sententiæ. Addentes ꝙ dicti domini auditores, & iudices teneantur sententias in quibusuis causis ciuilibus, criminalibus, & mixtis proferre ad bancum iuris, & ipsas legere, secundum cedulam aperiendam neque in domo, siue in camera, nec in alio loco: nec possint modo aliquo eligere alium locum pro iuridico, &

tribunali, nisi tribunal iuris causarum, & si aliter dictæ sententiæ promulgarentur, sint ipso iure nullæ, & nullum sortiantur effectum: de quibus quidem nullitatibus ante omnia super eisdem cognosci debeat, discuti, & terminari. Huic cõstitutioni sanctissimus dominus noster Paulus Papa Tertius addidit, q̃ auditores, & iudices curiæ generalis sententias in scriptis vnico contextu ferant, & legant, prout iuris fuerit, & q̃ sententiæ in criminalibus ferantur ad bã cum iuris seruatis seruandis.

GLO. CAP. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia quid sit, quotuplex sit. 2.*

E

1 SENTENTIAM] sententia † est iudicialis pronunciatio, cum ex lege vel ex æquo & bono iudicatur, tunc enim iudex sancit declarat quid ius velit animi quadam censura secundum facti qualitatem, quo pertinet quod Paul. in l. sententiam. ff. de arb. dicit, sententiam dicere æstimatur is, q̃ ea mente is pronunciat, vt secundum hoc discedere eos, qui litigant à tota controuersia velit.

2 Quæ iudicialis sententia † est duplex, diffinitiua & interlocutoria, sententia diffinitiua est, quæ finem cõtrouersiarum pronunciatione iudicis accipit, quod vel condemnatione, vel absolutione contingit. l. 1. ff. de re iud. Interlocutoria dicitur, quæ inter principium & finem causæ super incidentibus quæstionibus fertur, veluti de libello exhibendo, vel corrigendo, de dilatione danda, vel deneganda, aut similibus. c. significantibus, de off. del. c. significauerunt, de testi. Et quoniam amplissimè de his scripserunt Rip. & Rebuf. in l. quod iussit. ff. de re iud. idẽ Rebuf. tract. de sent. tom. 3. hic aliqua dicere supersedeo, quibus adde Alex. & Marsi. & l. iudex posteaquam ff. de re iud.

QVAE FORMA SIT SERVANDA in alinationibus, & contractibus minorum. Cap. XXV.

a VT minorum [a] facilitati modis omnibus conuenientibus, & expedientibus succuratur, ne in eorum contractibus, & negocijs leuiter damnificari valeant, siue lædi, sicut in plærisque factum esse comperimus, statuimus, & hac præsenti constitutione firmamus, q̃ donationes, venditones, & alienationes, remissiones, cessiones, & quietationes quarumcunq; rerum, actionum, & iurium sub quacunque forma contractuum, vel verborum à puberibus, seu adultis factæ sine iuramento corporaliter præbito: & etiam sine conscientia duorum vel trium proximorum cõsanguineorum si assistant, vel saltem affinium, si consanguinei non assistant, & sine decreto competen

b tis iudicis, & insinuatione [b] faciẽda in actis cum quibuscunque vniuersitatibus, collegijs, & communitatibus, & quibuscunque personis spiritualibus fieri non valeant nec aliquatenus celebrari, & si factæ, vel celebratæ fuerint non seruatis solennitatibus supradictis, præsumantur, & fingantur dolose [c] extortæ & nullam obtineant firmitatem, & nihilominus contrahens cum minori contra formam superius annotatam, iudi

c cis arbitrio puniatur. Quam quidem constitutionem NOS Rodulphus Cardinalis Legatus obseruari mandamus in omnibus, & quibuscunque instrumentis fiendis quomodocunque, & qualitercunque per dictos minores viginti quinq; annis, etiam cum duplici iuramento appositio super dictis instrumentis, & per dictos minores præstito, declarantes locum non habere in maiore viginti annis mercatore', & apotechas mercium habente. Eandem formam seruari volumus, & mandamus in contractibus mulierum, etiã maiorũ, & in quibuscunq; contractibus donationum, bonorum, & iurium quorumcunque per quoscunque tam maiores quàm minores ad obuiãdum fraudibus, quæ quotidie fiunt etiam contra Cameram Apostolicam, & alias quascunque priuatas personas.

GLO. CAP. XXV.

a VT MINORVM] præstant argumentum huic constitutioni ea, quæ late tradit Tiraquel. de legib. connub. à glo. 4. vsque ad fin. operis, ad quem te relego vsquequo peculiarem de his tractatum nos in publicum dabimus.

b INSINVATIONE] de qua tractat Bened. de Barz. tract. de insinuat. & Rebuf. in trac. vt donat. insin. tom. 2. & vide Pra. Papien. in form. lib. de donat. glo. solenniter.

c DOLOSE] vide late Curt. Iun. consi. 118. cum seq. & Neuiz. consi. 21. nu. 23. nom seq. *de Hond. cons. 5. nu. 40. vol. 1°*

DE

DE SIMVLATIS CONTRACTIBUS. Cap. XXVI.

a QVVM, iure testante, plus valeat q̃d in veritate agitur, quàm quod simulatè [a] concipitur, ad reprimendas fraudes, & malitias peruersorum, contractus non veros, simulatos, & fictitios, seu per apodium celebrantium, præsenti constitutione duximus ordinandum, q̃ nulla ciuitas, cõmunitas, vniuersitas, vel quæuis spiritualis persona prædictos tales cõtractus simulatos, fictitios, vel dolosos inhire, vel facere audeat, vel præsumat: nullusq; ex ipsis cõtractibus, promissionibus, vel obligationibus, seu conuentionibus quibuscunque tanquam à iure reprobatis possit agere, vel aliquatenus experiri: nec ex ipsis emolumentum vel damnũ aliquod personis, vel rebus aliquibus sequi possint, & siquid ex prædictis contractibus per aliquos, vel aliquem perceptum fuerit, vel obtentum, ad ipsos contractus rescindendos cum perceptorum, & obtentorum restitutione taliter contrahentes, summariè de causa cognito, & sine iudicij strepitu compellatur, de quibus simulationibus, fictionibus, & fraudibus, & quolibet prædictorum per euidentia, & verisimilia indicia, quæ animum iudicantis moueant, cognoscatur, & sententietur, cõsideratis personarum, locorum, temporum, & causarum conditionibus, qualitatibus, & verisimilibus coniecturis. Contrafacientes autem huiusmodi, & obligationes recipientes, vel recipi mandantes fictitias, seu simulatas, si ipsum contractũ, vel obligationem in fraudem promittentis, seu contrahentis alterius negauerint simulatè, seu fictitiè conceptum, seu concepta, vel facta, in viginti quinque florenis auri, & plus, vsq; ad valorem quantitatis, siue rei in contractu, vel promissione deductæ iudicis arbitrio puniatur.

GLO. CAP. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Quis sit simulatus contractus.*

a SIMVLATE] tot. tit. plus val. q̃d agi.

1 Estq; simulatus † contractus propriè cum in specie aliquid agimus, causamq; iustam prætendimus, cum tacitè aliquid illicitum agatur, vt cum fœnerator, quod pignoris causa acceptam est, emisse videri vult. l. 3. C. plus val. & vide Cæpol. in tract. de simul. contract. scrib. in l. nemo potest. ff. de leg. 1. Et an simulatio contractus præsumatur ex modicitate precij citra dimidiam iuncto pacto de retrouendendo intra certum tempus appositio omnium nouissimè disserit Rot. Pedem. decis. 42. de quibus & nos quotidie tractatum molimur.

DE NON FACIENDO CONTRACTUM cum illo, cui interdicta fuerit bonorum administratio. Cap. XXVII.

a VT VIA tollatur fraudibus, statuimus q̃ nullus faciat aliquem contractum cum aliquo, cui per aliquem habentem iurisdictionem interdicta [a] fuerit administratio suorum bonorum absque licentia iudicis competentis, iurisdictionem habentis. Si vero contrafactum extiterit, vel fieri mandatum fuerit, contractus ipse nullius momenti sit: & contrafaciens, si scienter, in tantum quantum est quantitas, vel valor rei in contractu deductæ: si ignoranter, mitius iudicis arbitrio puniatur. Hanc constitutionem NOS Rodulphus Cardinalis Legatus obseruari mandamus, etiã in minore viginti quinque, vel viginti annis, habente, vel non habente curatorem sine solennitatibus, supra in constitutione, Quę forma sit seruanda in contractibus minorum, cap. 25. etiam si iurauerit se maiorem, vt supra, quod iuramentum dicimus per dolum fuisse, & esse extortum à dicto minore: & nullum fuisse, & esse, & nullius valoris vel momenti: & talis contractus factus non valeat, nec teneat modo aliquo.

GLO. CAP. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur prodigus.*

2 *Not. casus.*

3 *Si prodigus notorius contrahat.*

a 1 INTERDICTA] prodigus est, qui neque modum neque finem expensarum habet, sed bona sua dilapidando profundit. l. 1. ff. de cur. fur. & scrib.

2 late tractant in l. is cui bonis. ff. de verb. obl. Et † not. vnum sing. in materia, q̃ si ad suggistionem

aliquorum fuerit interdicta alicui tanquam prodigo administratio, eisdem præ ceteris nocet, vnde si talis prodigus faciat testamentum, in quo sint instituti, vel substituti illi, qui suggesserunt, testamentum non valet, sed succedunt ab intestato venientes, qui in iudicio allegarent, ꝙ prodigus non potuit facere testamentum, quamuis replicarent, ꝙ non erat prodigus, & sic nulla fuit interdicto ꝙ non audiūtur, quia non possunt venire contra illud quod solicitauerunt, Domini de Rot. de testa. decis. 4. in antiq. Sednumqd
3 si prodigus † notorius ante interdictionem contrahat. Num possit postea eius curator aduersus illos contractus restitui? & videtur ꝙ sic per gl. in l. patri pro filio. ff. de minor. cir. princ. Sed dic ꝙ illa glo. nihil facit, quia loquitur in prodigo & minore. Et ideo in hoc dicerem, ꝙ si iste prodigus iustam causam allegaret restituendus esset l. 1. l. nec non. ff. ex quibus. cau. maio. quare si ille prodigus fuerit minor, cui bonis interdici poterat, cognati & affines possunt in integrum restitutionem petere aduersus suos contractus eo inuito, tex. est in d. l. patri. Ex quibus intelligis, ꝙ prodigo etiam notorio non est interdicta administratio ipso iure, nisi fuerit cum causæ cognitione interdicta quemadmodum furioso. l. Iulianus. ff. de cur. fur. & hanc opinionem tenent gl. & Bar. in d. l. is cui bonis, & in l. 1. in prin. ff. de cur. fur. & in l. furioso. ff. de re iud. & est verior secundum Prat. Papien. in for. lib. act. realis glo. verus & legitimus.

DE ACTIS, ET INSTRVMENTIS productis qualiter restituantur: & de termino ad accipiendam copiam. Cap. XXVIII.

a ACTIS,[a] & instrumentis, & quibuscunque scripturis productis in iudicio, iudex, causæ quandocunqi ad petitionem producentis teneatur dare aduersæ parti terminum cōuenientem ad accipiendam copiam de productione, & termino elapso parti producēti ad eius petitionem notarius causæ productæ registrare, & restituere teneatur, pœna sex florenorum auri: & iudex causæ sub simili pœna dare dictū terminum, & cogere dictam notarium ad restitutionem prædictam, & hoc locum habeat in causis ciuilibus, criminalibus, & spiritualibus, & omni genere causarum.

CVI constitutioni addendo NOS Rodulphus Cardinalis Legatus, prohibemus, & mandamus omnibus, & quibuscunque iudicibus, ne aliquo modo tempore productionionis dictorum actorum mandent illa registrari, & registrata restitui: sed elapso termino dato ad opponendum, & parte citata ad talem actum, ad instantiam petentis mandet registrari: aliter copia, quæ remanserit, nullam fidem faciat, nec in registro describatur, pœna decem ducatorum auri ornamento palatij omnino applicanda, & irremissibiliter exigenda.

GLO. CAP. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dicantur acta.*
2 *Omnes scripturæ produci debent parte præsente vel citata.*
3 *Et illorum debet dari copia parti cum termino ad opponendum.*
4 *Productio instrumenti ante litem contestatam non prodest, nisi reproducatur in termino ꝓbatorio.*

a 1 ACTIS] acta † sunt libri iudicialium scribarum, in ꝙbus partium iura, & iudicum pronūciata scribūtur. l. acta cum l. seq. ff. de re iud. l. is apud. ff. de eden. Hinc formularij acta & actitata appellant suorum scriptorum volumina de his tex. est in clem. sæpe. §. sententiam, de verb. sig. Et aduerte
2 ꝙ † omnes scripturæ instrumenta & aliæ probationes debent produci parte præsente, vel citata, aliàs non probant. 3. q. 9. c. chartas. l. iudices, & ibi Bal. not. 4. C. de fid. instr. l. properādum. §. sin autem reus. C. de iud. & ibi Ang. Alex. consi. 64. nu. 8. lib. 3. Et est necesse † ꝙ detur copia parti
3 cum termino ad opponēdum ita sing. dicit Bart. in extrauag. ad reprimendū, verb. de plano, quod not. quia non sufficit producere parte præsente vel citata, sed debet dari copia parti cum termino ad opponendum, no. Marsi. sing. 81. & Bar. sequtur Iaſ. in l. ait Prætor. §. si iudex. ff. de re iud. nu. 21. per tex. in l. fi. C. de fid. instr. Cassad. decis. 12. nu. 10. Bellam. decis. 27. late Soc. Iun. consi. 134. nu. 3. cum seq. lib. 2. Rot. Pedem. decis. 1. nu. 47. Quid si produceretur instrumentum in parte & partibus pro producendæ tm̄ facientibus, quid operetur? Rot. decis. 282, in no. Alex. consi. 124. nu. 5. lib. 7. Iaſ. in l. 1. §. editiones, num. 18. ff. de eden. Dec. c. cum venerabilis, col. 15. in prin. de except. Rip. in c. cum M. nu. 79. de constit. Parisi. consi. 125. nu. 22. & seq. lib. 1. Rot. Pedem. decis. 39. nu. 7. 10. 26. & 33. Et vlterius not. ꝙ productio † instrumenti ante litem contestatam non
4 prodest, nisi post litem contestatam reproducatur, not. Fed. de Senis consi. 160. Marsi. sing. 168. & de iuribus producendis vide Rebuf. tract. de part. produc. tom. 3.

QVOD

QVOD AVDITORES, ET IVdices non expediant causas extra curiam. Cap. XXIX.

VONIAM (prout audiuimus) multoties fuerūt propositæ querelæ super expeditione causarum in curia pendentium extra curiam cū maximo collitigantium onere, & grauamine. Volentes in præmissis salubriter indemnitati collitigantium prouidere, statuimus, & hac nostra cōstitutione perpetuò valitura sancimus, ꝙ nullus auditor, siue iudex, vel alius quicunque commissarius quomodolibet equitans per prouinciam Marchiæ possit, & valeat extra curiam, & locum curię aliquas causas, controuersias, seu differentias cognoscere, decidere, & terminare, nisi ei specialiter causam, & causas prædictas Superior pro tempore existens specialiter, & non per generalem commissionem cōmiserit, & de mandauerit, & si secus actum fuerit, omnis processus, sententia sit ipso iure nullus, & nul-
a la[a] absque aliqua iudicis pronunciatione.

GLO. CAP. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *De exceptione nullitatis remissiuè.*

a VLLA] de exceptione nullitatis cōtra sententiam vide apud scrib. maximè Rip. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. & apud Vant. trat. nullit. Iaſ. & alios in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. vide infra lib. seq. c. 1. glo. 2.

DE ALLEGATIONIBVS non fiendis voce per aduocatos, nisi aliter eis fuerit iniunctum. Cap. XXX.

AD OBVIANDVM discordijs, & superfluis verbis, quæ quotidie accidere solent inter aduocatos ad inuicem in eorum causis allegantes, & pro concordia inter eos manutenenda, statuimus, & in fu
a turum mandamus allegationes[a] huiusmodi non debere modo aliquo fieri per aduocatos ad inuicē allegantes, sed vnusquisq; iudicem informet in iure, & in facto more Romanæ curiæ, nisi aliter per iudicem causæ eis pro maiori informatione fuerit iniunctum, & mandatum, ac statutum.

GLO. CAP. XXX.

a ALLEGATIONES] sunt iurium productio. l. minor. 25. ann. omissam, cū gl. in 3. expositione. ff. de minor. quę in iure informationes vulgò appellantur, de quibus extant ingentia doc. volumina vulgò consilia nuncupata, in quibus ille sapientior reperitur, qui (vt dicunt) vno spiritu sexcentos iuris locos allegauerit contra iurisconsi. consilium in l. ita vulneratus, ad fi. ff. ad l. Aquil. sed transeat hic communis error.

DE OBSERVATIONE CONstitutionis super prescriptione instrumentorum hebræorum, & vsurariorum. Cap. XXXI.

ICET superfluè fuerit prouisum per constitutionem supra capitulo tertiodecimo contra instrumenta iudæorum, & vsurariorum, tamē quia quotidie habuimus querelas de huiusmodi instrumentis prætextu ꝙ dicti hebræi, & vsurarij à Sede Apostolica, & Sāctissimo Domino Nostro obtinuerint derogationem dictæ constitutionis, & ipsius vigore vidimus multos hebræos, & vsurarios, mortuis ipsorum debitoribus, & satisfactis eis de eorum creditis molestasse, & inquietasse hæredes debitorum defunctorum inscios de solutionibus factis: & sic coactos fuisse ad iterū soluendum, & postmodum ab eis via iuris repetere. Volentes dictorum vsurariorum, & iudæorum voraginē refrenare, & oppressorum indemnitati prouidere cum bona venia, & gratia Sanctissimi Domini Nostri, & sanctæ Sedis Apostolicæ, dictam constitutionem, De præscriptione (vt supra) obseruari mandamus: non obstantibus quibuscunque capitulis, & tolerantijs hucusque hebręis, & vsurarijs concessis per quoscūq; etiam per Sāctissimum Dominū Nostrum, & sanctam Sedem Apostolicam, & in futurum concedendis, nisi dicta constitutio, &

hæc nostra declaratio, & additio fuerit de verbo ad verbum in derogatione forsan obtinenda, & non per verba effectum huius constitutionis importantia, & nisi fuerit facta dicta derogatio per Sanctissimum Dominum Nostrum modo, & forma prædictis: & si forsan ad instigationem, & falsam expressionem dictorum hebræorum, & vsu rariorum idem Sanctissimus Dominus Noster forsan derogauerit, dicimus dictam derogationem admitti non debere, nisi fuerit facta per literas sub plũbo, & Sua Sanctitate iteratò consulta, maturius per oratorem prouinciæ, quem in casu prædicto destinare mandamus ad pedes Suæ Sanctitatis, & ad melius suam Sanctitatem informãdam.

LIBRI QVINTI FINIS.

SVPERILLVSTRI REGIMINI DE QVADRAGINTA ALMAE CIVITATIS BONONIAE

GASPAR CABALLINVS S.

PArentibvs (*Superillustres viri*) *debitores sumus, à quibus hanc mortalem vitam suscepimus, sed multo magis Præceptoribus, à quibus rectè viuere didicimus. Ego enim cum ex ephebis excessissem, ijsq; literis imbutus fuissem, quibus adolescentia informari solet, (cum quam personam gerere velimus secundum Marcum Tullium in offic. à nostra voluntate proficiscatur, itaq; se alij ad philosophiam, alij ad ius ciuile, alij ad eloquentiam applicant, ipsarumq; virtutum in alia alius mauult excellere, quorum vero Patres, aut Maiores aliqua gloria præstiterunt, eorum pleriq; in hoc genere laudis student excellere) Iuris Ciuilis scientiam elegi, Aui mei paterni vestigia insectatus, in quo studij genere postquam Papiæ, Maceratæ, Perusiiq; aliquot annos consumpsissem, ad vestrum postmodum Bononiense gymnasium me contuli, vbi quatuor annos plus minus commoratus inter cæteros audiui nunc Illustriss. ac Reuerendiss. Cardinalem Paleottum, quem honoris causa hic nomino, cui me multum debere cognosco, sic me vnice diligebat, gratoq; animo excipiebat, admonebat, excitabatq;, vt meus in hac legali philosophia profectus totus ab illius disciplina processerit. Postmodum infulis doctoralibus susceptis, Italiam aliquot annos peragraui, publicisq; officijs functus, nunc aliquid otij nactus, quasdam in constitutionibus Ægidianis lucubrationes meas adieci, quarum (ne ingratitudinis vitio notari possim) has sexti libri glossas vobis dicare constitui meorum studiorum primitias, in sua alma ciuitate bonarum artium alumna, & à signifero nostro*

stro Accursio studiorum matre nuncupata, acquisitas. Eo igitur animo quas trado accipite, spero etenim indies honoris vestri causa maiora suscipere munia. Quod vt certo sciatis vestrum est de me periculum facere. Interim his fruimini, atq; à Vitilitigatorum morsibus protegite, meiq; memoriam tenete. Valete Gardæ apud Lacum Benacum Decimo Kalendas Nouembris. MDLXX.

CONSTITVTIONVM MARCHIAE ANCONITANAE,

CVM GLOSSIS GASPARIS CABALLINI IVRISCONSVLTI.

LIBER SEXTVS.

QVOD AD IPSVM RECTOREM possit liberè appellari. Cap. I.

ANTIQVIS constitutionibus iuri consonis, & ab antiquo seruatis extitit ordinatum, q̃ ad Rectorem prouinciæ generalem, & eius iudicem super appellationibus[a] possit libere appellari ab omnibus, & singulis potestatibus, capitaneis, iudicibus, & officialibus quarumcunq; ciuitatum, castrorum, & locorum ipsius Rectoris regimini commissorum, & à quibuscunque communitatibus collegijs, & vniuersitatibus, & arbitris, & arbitratoribus, & à quibuscunque grauaminibus, & oppositionibus iudicialibus, & extraiudicialibus: siue à quibuscunq; impedimentis, vel obstaculis, vel ab alijs iudicibus ipsius Rectoris tã generalibus, quàm præsidalibus: & de nullitate[b] omnium prędictorum queri, & agi, & in integrum restitutio postulari, quãdo de iure competit coram dictis rectore, & iudicibus, seu altero ipsorum; & dictus iudex appellationũ possit, & valeat de prædictis omnibus, & singulis cognoscere, sententiare, & diffinire, & in prædictis omnibus & etiam super omnibus contentis in constitutionibus, in hoc sexto libro insertis, sit, & esse intelligatur iudex competens, & ordinarius: non obstantibus aliquibus statutis, constitutionibus, & iuribus, priuilegijs, vel obstaculis quibuscunque.

a

b

GLO. CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio quid sit.*
2 *Appellatio est triplex.*
3 *Appellationum tempora sunt quatuor.*
4 *Appellandi vsus frequens.*
5 *Tempus appellandi est decem dierum.*
6 *Quod currit de momento ad momentum.*
7 *Omni tempore appellatio interponi potest.*
8 *Appellatio interponi potest coram notario, si iudex abest.*
9 *Omnis grauatus per sententiam appellare potest.*
10 *Sententia aliquando nocet tertio.*
11 *Res inter alios acta facit qualemqualem præsumptionem.*
12 *Sententia non præiudicat tertio si lata est contra contumacem.*
13 *A citatione verbali non potest appellari.*
14 *A reali potest appellari.*
15 *Detentus in carcere appellans non est relaxandus.*
16 *Non dicitur innouare qui prosequitur ius suum.*
17 *A grauamine quod habet vim sententiæ infra decem dies est appellandum.*
18 *Non omnis vox iudicis est sententia.*
19 *A pronuncia de competentia vel incompetentia an possit appellari.*
20 *A denegata audientia an possit appellari.*
21 *A pronuncia appellationem esse desertam potest appellari.*
22 *Differentiæ quædam inter appellationem à diffinitiua & interlocutoria.*
23 *Appellatio ab vno ex consortibus facta quando prosit alijs.*
24 *Appellatio interposita à confesso non prodest socio.*

PPELLATIONIBVS] Appellatio † (diffinitore Hermogeniano) est iniquitatis sententiæ querela, l. præfecti. ff. de minor. Hæc diffinitio, vt breuis, ita vera ē, Bar. vero ita diffinit in l. 1. ff. de app. vt sit ius, quo interim prima sententia extinguitur, & interim causæ cognitio ad superiore iudicem deuoluitur. Hanc rectius cōtra Bart. definisse plerisq; visus fuit Iulius Pont. in c. placuit. 1. 2. q. 6. vt sit a minore iudice ad superiorem prouocatio. Hermog. & Iul. definitiones, vt rectæ aptæq; sunt in omnibus probatæ.

2 Appellatio † est triplex, secūdum Bar. in l. 1. nu. 4. ff. de appell. Quædam à sententia diffinitiua, de qua tractatur. ff. & C. de appell. Quædam ab interlocutoria, quam requirein l. 2. ff. de appell. recip. Quædam denique ab actibus extraiudicialibus cuius mentio fit in l. 1. §. solent. ff. quando appel. sit l. 1. ff. si tut. vel cur. & l. nominationes. C. eo. tit. Vnde cōsequens est, q̄ constitutio simpliciter loquens de appellatione & sic in genere semper & regulariter comprehendit omnes eius species, vt dicit Rebuf. in tract. de appel. in prin. num. 13. tom. 3. Dec. in rub. nu. 18. & in c. cum sit Romana, not. 7. de appel. sunt qui duo tantum genera constituunt iudicialem puta & extraiudicialem quibus accedo. Appellationum tempora † quatuor sunt. Primum intra quod appellare

3 oporteat (& intra decem dies appellare Iustinianus constituit auth. hodie. C. de appell.) Secundum tempus intra quod petendi sunt Apostoli de quo in l. iudicibus. C. de appel. Tertium tempus est introducendæ appellationis cuius meminit. l. 2. & 3. C. de temp. app. Quartū tempus terminandæ appellationis. §. sancimus, in auth. de

4 appell. Appellandi vsus † frequens & necessarius est, qua quidem appellatione per iudicem ipsius iniquitas sententiæ & imperitia iudicantis corrigitur, licet plerunque iudices appellationum sententias benè latas soleant in peius reformare. l. 1. ff. de appel. Et propterea a Bal. in l. 1. C. si de mom. poss. fuer. app. dicitur tyriaca aduersus venenum. i. sententiam iudicis. Hæc appellatio debet continere personam appellantis, iudicem à quo appellatur, & sententiam à qua appellatur d. l. 1. §. fin. Aduerte ad vnum, q̄ quando appellas in scriptis inseras semper verbum appello, quod si non inferatur nulla est appellatio, iftud est dictum Ang. in l. errore. C. de testa. Primum

5 † tempus interponendę appellationis est decem dierum d. auth. hodie, & illud tempus incipit currere à tempore scientiæ & sententiæ, vt vult glo. in d. auth. hodie. c. cū dilecti, in fin. de elec. c. significauerunt, de testi. c. quoad consultationem, de re iud. quod tempus † de momento ad

6 momentum currit, vt est glo. not. in l. 1. §. dies. ff. quando appel. sit hoc tenet Bal. in l. si quando. C. de testi. idem tenet Ang. in d. auth. hodie, spec. tit. de appel. §. restat, versi. sed nunquid, & versi. seq. Not. q̄ dies sententiæ computatur in numero decem dierum, attenditur tamen tempus & hora prolationis, (verbi gratia) sententia fuit lata die iouis hora nona, sequenti die illa hora poterit appellari. Et q̄ dictum est tempus appellandi currere à tempore scientiæ, fallit in eo qui per procuratorem defensus est, q̄ vix post decem diū appellare pōt, not. idem spec. d. tit. §. 1. versi. illud. & §. restat, versi. sed nunquid. Sed an omni tempore † poterit interponi appellatio? Respondeo q̄ sic etiam die feriata ob honorem Dei po-

7 test offerri libellus appellatorius per l. mile s. §. sexaginta. ff. de adult. in quo die feriato potest offerri libellus vt ibi dicitur, quod intelligo verum in libello, qui porrigitur iudici, in libello aūt porrigendo parti non, quia die feriata talis actio non potest explicari, not. Bar. & alij Cano. in c.

8 præterea de dilat. Quæro præterea vtrum † appellatio possit interponi coram notario, si ibi non sit iudex appellationis? dico quòd sic, casus est in auth. quæ supplicatio. C. de precib. Imp. off. & ibidem Raphael dicit se obtinuisse de facto, quia iudex, à quo vltimo die, quo debebat interponi appellatio latuit, vt non interponeretur, vnde fecit q̄ appellaret coram notario iudicis. c. fin. §. nunc dicamus. de appel. Cyn. in l. 2. C. de his qui propter met. Bar. in l. de pupillo. §. siquis ipsi Prætori, in prin. ff. nou. oper. nunc. Guid. Pap. decis. 436. nu. 64. Quæro etiam, qui potest appellare à sententia lata per iudicem? Respon-

9 deo, q̄ omnis † qui grauatus est per sententiam potest appellare, adeo etiam, q̄ tertia persona, quæ non fuit in iudicio potest appellare, si sibi ex sententia afferatur præiudicium. c. cum super, de re iud. l. si susceptā. ff. de inof. testa. & l. si parentes. C. de euict. Et latè hoc explicat Didac. lib. prat. quæst. c. 15. Pro cuius intelligentia præmitto, q̄ res inter alios acta alijs præiudicare non debet regulariter, vt in rub. & nig. C. res int.

10 al. act. Fallit † tamen in casu in quo sententia facit ius, quia tunc etiam nocet alijs, inter quos non est actum, veluti est querela inofficiosi testamenti decisa per sententiam, quæ nocet legatarijs scientibus, secus ignorantibus, vt no. Imo. in d. c. cum super. Secundo fallit vbi defensio primo spectat ad alium & sciens causam agitari permisit alium subire defensionem, exemplum est in debitore permittente creditorem experiri hypotecaria contra extraneum possidentem, & in marito permittente vxorem vendicare rem dotalem constante matrimonio. Nam sententia lata nocebit marito & debitori licet nunquam fuerint in iudicio l. sæpe, vbi plenissimè Alex. ff. de

11 re iud. Vbi autē dicitur, q̄ res † inter alios acta alijs non præiudicat verum quoad plenum præiudicium, tamen præiudicat alijs quoad qualem

qualem præsumptionē. l. si duo patroni, in prin. ff. de iureiu. ita not. Bar. & alij scrib. sequuntur in l. 2. C. de eden. ita tenet Innoc. in d. c. cum super, Lanfr. in d. c. quoniam, in verb. interloc. Ade vnum q̄ in omnibus casibus in quibus sententia lata contra vnum plenè præiudicat † tertio

12 est verum quando est lata contra præsentem, secus si contra absentem etiam per contumaciam, quia tunc fingitur esse iniusta quoad præiudiciū tertij. l. qui repudiantis, in fin. ff. de inof. testa. l. si prolusorio. ff. de appel. l. præsens. C. de pign. Ex hoc sequitur, q̄ sententia principis lata contra absentem nō præiudicat tertio, nec facit ius commune, secus si contra præsentem. l. fin. C. de legib. & ibi glo. not. Cauo. in c. in causis, de re

13 iud. Quæro vtrum possit appellari † à citatione? Dic secundum Bart. in l. 2. ff. de appel. recip. q̄ à citatione verbali non potest appellari, quia comparendo potest suum grauamen iustificare, Carrer. in sua pra. cri. in princ. versi. 14. quod verum est secundum Bal. in l. 2. C. de epis. aud. nisi citatus non possit securè comparere, quia tunc poterit appellare coram honestis personis, arg. vt in rub. & nig. C. de his qui per met. iud. non

14 app. A citatione autem † reali (vt quando quis capitur personaliter) potest appellari, quia tale grauamen per obtentū in diffinitiua non potest reparari, cum carcer dicatur mala mansio. l. si hominem. ff. depos. Sed nunquid interposita appellatione ab incarceratione iudex debeat supersedere & non incarcerare (quia appellatione pendente nihil debet innouari) vel incarceratum de carcere detrahere? Respondeq̄ non, immo de-

15 bet stare detentus † in carcere, & hoc quia pendente appellatione ab interlocutoria potest innouari, & omnis processus factus post illam valet atque tenet, nisi fortè facta fuerit inhibitio per superiorem, quia pendente appellatione nihil debet innouari, vt est casus expressus in c. nō solum, de appel. lib. 6. vide Ang. de malef. verb. presente Caio. versi. quæro an appellatione, vbi dicit, q̄ iudex detinens carceratum post appellationem etiam à diffinitiua non dicitur innoua

16 re, quia non dicitur † innouare qui prosequitur ius, in quo erat, vt est glo. not. in d. c. non solū, in glo. fi. cir. med. ibi dic tamen, & in l. fin. C. de pig. act. sed tempore primæ sententiæ, & ante iudex à quo erat in quasi possessione detentationis istius carcerati, perseuerando ergo in sua detentione, non dicitur innouare, & poterit talis incarceratus, qui etiā stetit per multum tempus in carcere appellare licet grauamen iam sit illatum, quia non dicitur appellare ab illato sed à grauamine instante & successiuè, quia ista incarceratio & detentio habet causam successiuam, & ideo ratione futuræ incarcerationis appellat. Not. etiam illud quod dicit specul. titu. de appel. §. restat, versi. sed quid dices, q̄ si gra-

17 uamen † habet vim sententiæ, (puta) si iudex dicit non esse respondendum libello vel petitioni, seu dicit præcipio, volo, vel similia, tūc infra decem dies est appellandum. Hæc enim habet vim interlocutoriæ, argu. l. qualem. ff. de arb. l. 2. ff. mand. l. fin. C. communia de leg. vbi vero aliàs grauat, vel comminatur nunquam grauaminis illatio in rem transit iudicatam, arg. c. cum accessissent. §. 1. de consti. dummodo grauamen nō

18 habeat vim interlocutoriæ, quia non omnis † vox iudicis est sententia. l. ex stipulationibus. C.

19 de sent. & interl. omn. iud. Quæro si iudex † pronuntiat se iudicem competentem vel incompetentem an possit appellari? Respon. q̄ sic gloss. est in auth. habita. C. ne fil. pro patri. tex. est in c. significantibus, de off. deleg. & ratio quare à sententia iudicis pronuntiantis incompetentem possit appellari est de iure ciuili, quia quotiescunque post interlocutoriam non spectatur aliqua diffinitiua, à tali interlocutoria potest appellari, tex. est in l. prætor. §. permittitur. ff. de mino. sed quando pronuntiat se iudicem incompetentem non speratur amplius aliqua diffinitiua ergo &c. Quando quis pronūciat se iudicem competentem ideo appellari potest, quia per appellationem à diffinitiua non tollitur huiusmodi grauamen, quod est verum, nisi esset quæstio inter duos iudices de iurisdictione, & superior cognosceret & pronuntiet iurisdictionem ad alterum pertinere, tunc non posset alter ab huiusmodi sententia appellare, ita dicit sing. Ang. in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. Item

20 quæro, an à denegata audientia possit appellari? pone iudex non vult dare dilatiorem ad probandum, vel non vult admittere probationes, dico quòd potest appellari, secundum Bal. in d. l. 2. Item à sententia lata ab obseruatione iudicij potest appellari, quæ dicitur interlocutoria, glo. est sing. in l. eorum. ff. si seru. vend. Bal. in l. 2. C. de epis. aud. Guid. Pap. consi. 69. nu. 1. & decis. 220. nu. 3. ratio est, quia non obstante dicta sententia, primeua actio semper remanet, & de nouo agi potest, Carauita super ritu 248. nu. 19. propterea inoleuit praxis, q̄ iudex in sententia semper reseruat actori ius aptius agendi. Alex. consi. 75. lib. 1. & generaliter secundum Bal. ab omni interlocutoria excludēte processum. Item potest appellari à taxatione expensarum secundum Inno. in c. fi. quod met. cau. Rip. in l. qđ iust.

21 sit. ff. de re iud. Si iudex † pronuntiat appellationem desertam à tali sententia potest appellari, Bal. in d. l. 2. quia ista interlocutoria habet vim diffinitiuæ, à qua datur appellatio. l. intra vtile. ff. de minor. Not. quinque effectus desertionis appellationis. Primus est, quia deserta appellatione sententiæ in causa lata rata manet, Guid. Pap. cōs. 77. dub. 4. præcedente tamen iudicis ad quem declaratione, si iudici à quo inhibuit, &

processus

processus causæ fuit illi præsentatus.l.præses.C. quo. & quando iud. Bal. consi. 338. reparatio, lib.3. Secundus est, quia iudex ad quem appellatione deserta nullam habet iurisdictionem in causa ipsa principali, Bal. in tit. quo temp. miles. §.fi. Guid. Pap. d. consi. 77. nu. 5. Bal. consi. 20. lib. 1. immo tũc, nec de nullitate cognoscere. Guid. Pap. consi. 10. Cagnol. l. 2. q. 166. C. de pac. int. empt. Bru. consi. 50. nu. 8. sed eã ad ordinarium remittere, Anch. cõs. 345. Tertius est, quia appellatione deserta, appellans non habet tẽpus, quod dari solet iudicatis l. quoniam. C. de appel. Alex. consi. 61. lib. 3. Ias. in l. debitoribus, limit. 4. ff. de re iud. Rebuf. d. tract. de app. 5. glo. vn. nu. 26. Quartus quia desertio appellationis fingit retro Bal. in l. furtũ. §. 1. no. 2. per illũ tex. ff. de his qui not. infa. Quintus quia reus appellans appellatione deserta debet condemnari in expensis instãtiæ desertionis. c. ex parte. 2. rescrip. & c. cum appellationibus. eo. ti. in 6. Fed. de Sen. cõs. 133. casus talis, Guid. Pap. consi. 48. col. 2. Carauita super ritu. 264. vica. scias tamen, q̃ in dubio appellatio non præsumitur deserta. Ias. in l. 1. not. 6. ff. siquis caut. Dec. consi. 34. nu. 5. Rebuf. d. art. 5. glo. vn, nu. 27. Nota infrascriptas differentias
22 † inter appellationem ab interlocutoria, & appellationem à diffinitiua. Prima est, quia appellatione pendente à diffinitiua nihil debet innouari, secus in appellatione ab interlocutoria, quia appellatione pendente potest innouari, nisi expresse sit prohibitum per superiorem. c. non solum, de app. lib. 6. Secunda quia in appellatione à diffinitiua non requiritur expressio causæ. l. scio. ff. d̃ app. in appellatione ab interlocutoria debet de iure exprimi & specificari causa. c. vt debitus de app. c. cordi eo. tit. lib. 6. facit quod not. Bald. in l. minoribus. ff. de his quib. vt iud. Tertia quia appellari debet de iure ab interlocutoria in scriptis. d. c. vt debitus, vbi appellatur à diffinitiua incõtinenti potest appellari viua voce. l. 2. ff. de app. alias non. Quarta est, quia in causa appellationis à diffinitiua pot fieri iustificatio ex nouis probationibus. l. eos. §. 1. C. de app. l. per hanc. C. de temp. app. in appellatione autẽ ab interlocutoria non possunt fieri nouæ probationes immo debet ipsa appellatio iustificari ex antiquis actis, clem. appellanti, de app. Capy. de cis. 5. nu. 14. Et illam. l. per hanc intellige quando permittit non deducta deduci, & non probata probari, vt procedat quando deducitur aliquid de nouo circa iam petita, secus si de nouo aliquid peteretur non petitum in causa principali, quia hoc non pertinet ad iudicem appellationis. d. l. eos, ita sing. dicit Abb. in c. significauerunt, de except. quod not. quia pauci aduer-
23 tunt. Vtrum † appellatio interposita per vnum ex consortibus prosit alteri non appellanti? dico q̃ sic, vbi est eadem causa defensionis, & causa non est separata, aliàs non prodesset, tex. est in l. si qui separatim. §. quotiescunque. ff. de appel. ita determinat Bal. in l. 1. C. si vnus ex plur. Quod limita secundum specul. tit. de appel. §. 1. versi. item si plures, q̃ licet consors qui appellauit cõpareat cum actore & alter consors vult appellationis causam exercere potest, & idem tenet ibi
24 Io. And. Et appellatio † interposita per confessum non proderit consocio, qui non fuit confessus in causa principali, secundum Bal. in d. l. 1. quæ not. quia quotiana sunt. l. legaui. ff. de lib. leg. alia quæ hic desideras vide per Rebuf. in d. tract. de app. tom. 3. Ad vnum interim aduertas, q̃ quando iudex interloquitur super non admissione appellationis debet ab illa non admissione iterum appellare secundum Inn. in c. pastoralis. §. præterea, col. 2. de off. del. vnde Card. ibi col. 6. dicit, q̃ ad hoc euitandum debet appellans appellare etiam à reiectione, & sic quando iudex reijcit, dicet notario, scribe me præsente & contradicente, & inquantum expediat ab hac reiectione iterum appellante, & Apostolos petente, refert Capy. decis. 34. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Si statutum prohibet dici de nullitate, non procedit in nullitate euidenti.*
2 *Statutum permittens dici de nullitate infra decem dies intelligitur à die scientiæ:*
3 *Impeditur nullitas per viam agendi non autem excipiendi post tempus.*
4 *An includat nullitatem euidentem disputatur.*
5 *Non militat tale statutum contra tertium.*

b NVLLITATE] Duo hic not. duxi, quæ frequentius in praxi contingere solent.
1 Primum illud est, si statutum † prohibet dici de nullitate, non procedit in nullitate euidenti, quæ ex actorum lectura apparet, q̃n illa nunq̃ censetur reiecta à statuto, & ita iurium interpretes intelligunt communiter, Bar. in Extrau. ad reprimendum, verb. summariè, col. fi. versi. quædam sunt, Paul. de Castr. post Bal. in auth. quæ supplicatio, nu. 3. C. de præc. Imp. off. Abb. consi. 64. col. 3. versi. nam quando, lib. 1. dicens, q̃ quando statutum tollit nullitatem, hoc non facit, q̃ velit confirmare actum nullum, sed vt tollatur fraudis præsumptio, quæ cessat, si probatio est euidens ex actorum inspectione, Alex. consi. 91. nu. 1. & seq. lib. 6. Ias. consi. 44. in prin. lib. 3. Fel. in c. inter cæteras, nu. 10. & seq. de re iud. Guid. Pap. q. 50. Boer. decis. 247. nu. 12. Late Ripa. in l. 4. §. condemnatum, nu. 15. & seq. & ibi Ias. col. 1. de re iud. Ruy. consi. 196. nu. 13. lib. 1. Natta consi. 173. nu. 3. & seq. Affl. decis. 285. nu. 1. & 2. Grat. consi. 80. nu. 8. & 9. lib. 2. Neuiz. consi. 41. nu. 44. Rebuf. de liter. ciuil. glo. 3. Rot. Pede. decis. 147. nu. 33. Et hoc adeo verum est, q̃ etiam talis notoria nullitas potest semper opponi contra tres

sententias conformes, contra clem. 1. de re iud. huius opinionis actores sunt, Old. consi. 106. Bal. in l. 1. C. ne lic. ter. prouo. Card. in d. clem. 1. Franc. in c. dilecto. q. 52. de appel. Corn. consi. 202. lib. 1. Dom. consi. 24. & consi. 95. col. 1. Ias. d. consi. 44. col. 1. Grat. cõs. 72. consi. 80. & consi. 85. col. 1. lib. 2. tex. optimus & ibi Fel. in d. c. inter cæteras, Ias. in l. 1. nu. 8. ff. de nou. oper. nunc. idem Ias. in l. fi is ad quẽ, col. 3. ff. de acq. hæred. Curt. Sen. consi. 59. col. 6. Curt. Iun. in l. sub prætextu. C. de trãs. Aym. consi. 3. col. 1. Io. de Amic. consi. 128. & hanc communem doct. opinionem appellat Didac. lib. prat. quæst. c. 26. nu. 2. Portius consi. 209. Secundum est, quod not. duxi, q̃
2 † statutum † quando permittit dici de nullitate intra decẽ dies, primo intelligẽdum est, vt afficiat præfatum statutum à die notitiæ habitæ exemplo appellationis, vt concludit Rebuf. trat. de suppl. gl. 35. adducit tex. in c. concertationi, iuncta glo. in verb. sciuerit, de appel. lib. 6. & talis scientia debet esse per intimationem instrumenti sententiæ, vt concludit Ias. consi. 159. lib. 2. & in l. 1. nu. 3. ff. de eo per quem fac. erit, Fel. in c. quod ad consultationem, nu. 22. de re iud. Dec. consi. 34. nu. 3. Natta consi. 162. nu. 33. Rot. Ped. d. decis. 142. nu. 32. Secundo intelligendum est,
3 vt impediatur † proponi talis nullitas, per viam agendi, secus autem per viam excipiendi, cum annalia ad agendum, sunt perpetua in excipiendo. l. pure. §. fi. ff. de dol. except. Alex. consi. 82. lib. 3. ita in terminis consuluit Soc. consi. 46. nu. 42. lib. 4. Ruy. consi. 37. nu. 7. & consi. 62. nu. 29. lib. 5. Tertio intelligẽdũ est, vt lapso dicto tempore à statuto præfixo dicendi de nullitate non
4 possit † dici de nullitate etiam si euidens esset. Alex. consi. 105. nu. 4. & 5. lib. 5. quem simpliciter refert & sequitur Curt. Iun. consi. vlt. post, nu. 4. versi. nec obstat, Prat. Papien. in for. app. à diffin. verb. & in quantum sit aliqua, nu. 2. eandem sequitur (aliud agens) Rot. Pedem. decis. 22. nu. 14. difusiss. imè Calca. consi. 16. Soc. consi. 121. dub. 1. lib. 3. sed contrarium est verius, vt consuluerunt Abb. consi. 55 lib. 2. & Anch. consi. 211. quos (in statuto Anconæ sic loquente consulendo) secutus est Goz. cõsi. 72. nu. 12. idem tenent Barb. consi. 38. lib. 2. Ruy. d. consi. 37. nu. 7. & 15. lib. 5. & in omnem euentum, q̃ verum esset dictum Alex. non procedit, quando talis nullitas prouenit ex defectu iurisdictionis, d̃ qua semper opponi potest, & nunquam censetur exclusa, vt in casu in quo consuluit Goz. d. consi. 72. Vant. late in suo tract. nullit. Dom. consi. 24. col. 5. Fel. in c. ea quæ, col. 2. de re iud. idem in c. pastoralis, col. 4. de except. Rom. consi. 42. & consi. 115. Marsi. sing. 10. & in l. fi. nu. 46. ff. de iurisd. am. iud. glo. celebris, in clem. 1. versi. non obstante, de seq. poss. & fruc. Dida. lib. prat. quæst. c. 25. nu. 4. Ruy. d. consi. 37. nu. 15. Memini dum Macerat̃æ ob quædam negotia commorarer, audiuisse quendam non infimæ classis aduocatum, q̃ ipse in diuersis tribunalibus solet vtranque opinionem sustinere, Alex. s. & Goz. quod quidem pudendum verbum, res enim sanctissima est ciuilis sapientia, quæ prætio numario æstimari non potest, merito igitur dicebat Bal. q̃ scientia cum conscientia est Angelica, sine vero cõscientia est diabolica, de quo illud dici potest, quod de Bartolomeo Socino dixit Decius (vt ipse refert in l. precib. in prin. C. de imp. & alijs subst.) nota hominis vocacitatem. Quarto intelligendum est, vt non procedat tale statutum contra †
5 tertium quoniam ipse semper de nullitate poterit dicere, sicut communiter scrib. concludunt, vt ille non impediatur dicere de nullitate trium sententiarum conformium contra clem. 1. de re iud. Card. ibi. q. 4. Fel. in c. veniens, el. 2. nu. 11. Alex. & Ias. in l. à diuo Pio. §. super rebus, col. vlt. de re iud. idem Fel. in c. cum super, nu. 18. de iud. Rom. sing. 291. Rot. decis. 441. in antiq. Dec. in c. sua, nu. 10. de app. intelligẽ tñ sano modo, vt ita demum procedat, quoties sententiæ nec ex natura causæ, nec ratione scientiæ tertio nocent etiam scienti, vt explicat Did. d. c. 25. nu. 9.

IN QVIBVS CASIBVS APPELLARE non valet. Cap. II.

BONAE memoriæ Aegidius Episcopus Sabinensis post compilationem cõstitutionem addendo, edidit infrascriptam, constitutionem.
a Quod nullus in notorijs [2]
b per facti euidentiam, nullusque in iudicio
c sponte confessus & conuictus, [b] nec aliquis
d manifestè contumax, [c] nemo etiã in causa
e momentaneæ possessionis, [d] nec à syndicatu [e] aliquo, nec ab aliquo præcepto, [f] vel
f processu, seu executione, prætextu fortificationis, seu reparationis vel custodię diurnæ, vel nocturnæ alicuius ciuitatis, castri, vel loci, seu occasione cuiusuis impositionis, vel executionis tallearum subsidiorum collectarum, vel aliorum onerum ralium, seu personalium per nos, seu aliquem nostrum in officio successorem, aut per rectorem alicuius prouinciæ Romanæ Ecclesiæ de nostra, vel alicuius ex successoribus huiusmodi licentia deinceps imponẽdarum, & exigendarum, nisi notoriè constaret de
g grauamine: [g] nec in aliquo ex casibus alijs
h à iure canonico [h] prohibitis valeat vocem appellationis, emittere, nec in aliquo ca

suum huiusmodi liceat appellare, ꝙ si secus per aliquem fuerit attentatum, iudex eius, ad quem appellatum fuerit, talem appellationem aliqualiter nō recipiat, nec admittat, & iudex, à quo in aliquo non deferat, quin potius contra appellantes huiusmodi in causa, in qua fuerit appellatū, impune possit procedere, suamq; sententiam, & processum, & actum, à quo, seu à qua extiterit appellatum, proinde executioni debitæ mandari, ac si talis appellatio interposita non fuisset. // Huic constitutioni addendo dicimus, ꝙ si in aliqua causa fuerit lata sententia super possessorio cum condemnatione expensarum, vel fructuum, i ꝙ eo casu possit ratione præfatæ mixturæ condemnationis, appellare, reclamare, &c.: etiam à tota sententia, & similiter in præfata causa possessorij liceat appellare k in omnibus alijs casibus à iure ciuili k permissis.

GLO. CAP. II.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter datur appellatio in quacunque causa.*
2 *Non procedit in notorijs per facti euidentiam.*
3 *In notorio per famam publicam & iuris habet locum appellatio.*
4 *Idem si allegetur causa rationabilis.*
5 *A sententia, in qua declaratur notorium appellatur.*
6 *Idem si iudex excederet in condemnando.*
7 *In delicto manifesto non tollitur appellatio.*

a 1 NOTORIIS] Regulariter †potest in quacunque causa appellari, nisi reperiatur specialiter prohibitum, vnde in casu non expresso in iure, ꝙ non possit appellari intelligitur permissa, tex. est in l. & in maioribus. C. de appel. gl. & Ang. in l. qui restituere. ff. de rei vend. fallit in viginti casibus quos ponit Lanfr. in d.c. quoniam contra, verb. interlocutoriæ, de prob. Soc. in tract. fallen. reg. 24. & vsque ad quadragintaquinque prosequitur Maran. in specul. par. 6. tit. de appel. à, nu. 280. vsque ad nu. 366. Constitutio nostra enumerat aliquot casus, in quibus non vult admitti appellationem, quos secundum ordinem literæ referemus. Hic primo dicitur, ꝙ in notorijs
2 †per facti euidentiam nemo apellare possit. c. cum sit Romana. c. peruenit, & c. consuluit, de appel. vbi Franc. & Dec. tex. & glo. in c. romana. §. sin autem, de app. in 6. vbi manifestus, & notorius criminosus, si de crimine conuincitur, non appellat, glo. & Bal. in l. addictos. C. de epis. aud. & C. de appel. Alex. post Bar. in l. constitutiones. ff. de appel. Franc. & Dec. in c. cum specia
3 li, §. porro, de appel. Abb. in c. q̃ perniciosum, de vsu Marsi. in rep. l. 1. verb. item notorie crimi nosus. C. de rapt. virg. Affl. in const. humanitate Ludo. Carrer. in sua prat. in prin. versi. Secundus casus. Iul. Clar. in prat. crim. §. fi. q. 94. versi solet etiam dici. Non procedit hoc dictum, & iste casus primo in notorio †per famam publicam, quia tunc admittitur appellatio vt in d.c. cum sit romana, in fi. Secundo in notorio iuris tantum quando resultat per confessionem rei, Grama. decis. 36. dub. 6. Tertio hoc verum est, ꝙ non ad-
4 mittitur appellatio, quando nulla causa †rationabilis allegaretur per appellantem, sed si talem allegaret, quæ obscuraret notorium, tunc admitteretur, vt not. in d c. romana. §. sin autē, de app. lib. 6. Abb. & Franc. in d.c. consuluit, & in d.c. cum speciali. §. porro, Rom. consi. 324. Quarto procedit quando quis vellet appellare a sententia condemnationis de crimine notorio, vt non
5 admittatur eius appellatio, secus †si appellaret à sententia, per quam declaratur crimen esse notorium, quia tunc posset, Dec. in c. cum non ab homine, in fi. de iud. Abb. & Franc. in c. peruenit, il 1. de app. Rom. consi. 492. Quinto non procedit, quando iudex †excederet in condemnando,
6 quia ratione illius excessus posset appellare, Paris de Put. trac. synd. verb. notorium, versi. tamen
7 credo. Vltimo non procedit †in delicto manifesto, quia in illo admittitur appellatio, glo. & Franc. in d.c. cum sit romana. §. præterea. ff. de appel. & differentiam notorij & manifesti delicti ponit Abb. in c. cum in diœcesi, de vsur. & habetur, in c. consuluit, de appel. Quid sit notorium, & quotuplex sit, diximus supra lib. 4. c. 36. in notorio an requiratur citatio, sententia, & quomodo probetur, habes apud Iul. Clar. in sua prat. §. fin. q. 9.

SVMMARIVM.

1 *Conuictus & confessus non appellat.*
2 *Conuictus dicitur qui manifesta probatione conuincitur.*

b 1 CONVICTVS] Conuictus †simul & cōfessus non auditur appellans nec à iudice, qui sententiam pronunciauit, nec ab eo ad quem prouocatum est, quæ quidem conclusio in criminalibus & ciuilibus admittenda est, ac iure procedit, tex. vbi omnes in l. 2. C. quor. app. non recip. Arer. in tract. malef. verb. præsente Caio, Itē Aret. in l. creditor. §. iussus. ff. de appel. qui fatetur hanc opinionem communem esse, Abb. & omnes in c. cū speciali. §. porro, de app. vbi Dec. itidem asserit hanc opinionem communem esse, quam late tradit Carrer. in sua prat. in prin. Did. lib. prat. quæst. c. 23. nu. 5. Igneus in l. & si certus, in prin. nu. 19. ff. ad Syl. Duenas reg. 156. in fi. Butr. tract. de notorio. art. 4. nu. 56. Ant. Gomes

c. 13. delic. nu. 31. Capel. Tolos. decis. 176. Iul.
3 Clar. in d. §. fi. q. 94. in prin. & ille † dicitur conuictus, qui manifesta probatione conuincitur. l. cum reis. C. de pœn. & quomodo hoc sit colligitur ex l. qui sententiam. C. eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *Verus & manifestus contumax non appellat.*
2 *In certis casibus contumax habetur per confesso de iure.*

c 1 CONTVMAX] verus †& manifestus contumax nō appellat. l. ex consensu. §. fi. vbi Bar. & Alex. ff. de appel. l. & post edictum. §. fi. ff. de iud. & l. properandum. §. sin autem reus. C. eo. Et dicitur manifestus contumax, qui personaliter inuentus dixit se nolle venire Bar. in l. fi. ff. de test. in integ. vel ille, qui fuit citatus peremptoriè, & nouit se citatum, & tali tempore, quo potuit comparere & cōtradicere noluit, vt no. Bar. & Ang. in d. §. fi. Capy. decis. 139. nu. 2. Quando
2 †testis deponit falsum, super quo crimine, citatur, & est contumax, si ex actis constet de falsitate condemnari potest de falso non obstante contumacia, Capy. decis. 60. In crimine hæresis. si est contumax citatus habetur pro confesso, & vt hæreticus damnatur si per annum perseuerat, vt habetur in c. cum contumacia, de hæret in 6. si quis per annum perseuerat in excommunicatione, punitur vt suspectus de hæresi. c. si quis in excommunicatione, eo. tit.

SVMMARIVM.

1 *A sententia possessorii non admittitur appellatio quoad medium suspensiuum.*
2 *Et ratio est quia grauamen reparatur in petitorio.*
3 *Multi tenent quoad neutrum medium non admitti.*
4 *Vbi appellatio prohibetur, intelligitur quoad effectum deuolutionis & suspensionis.*
5 *Intellectus. l. 1. C. si de mom. poss.*
6 *Super remedio. l. fin. C. de edic. diui Adr. absolute non admittitur,*
7 *Dubitatio non incongrua.*

d POSSESSIONIS] Dum quæritur, an à sententia lata in iudicio possessorio possit
1 appellari dicas, †ꝙ negatiuam sententiam (ꝙ appellari non possit) tenent Bart. in l. vn. C. si de mom. poss. fuer. app. gl. in c. 1. verb. momenti, de caus. poss. & propr. glo. in c. cum ad sedem, verb. interdictum, in fi. de rest. spol. Bal. cons. 379. col. fi. lib. 1. Alex. consi. 81. in prin. lib. 3. Corn. consi. 190. lib. 1. Capel. Tolos. q. vlt. Rip. in c. sæpe, de rest. spol. nu. 6. Dec. consi. 28. & in l. fi. nu. 49. C. de edi. di. Adr. toll. Calca. consi. 83. in prin. Soc. consi. 299. col. 2. lib. 2. Ias. consi. 187. lib. 2. Curt. Iun. consi. 168, in fi. Grat. consi. 16. vlt. dub. lib. 2. Cotta. in memor. verb. appellari non licet, Paris. cons. 108. col. 2. lib. 1. Vantius tract. de nullit. tit. quis possit dice. de null. nu. 34. Natta consi. 121. nu. 4. Berous. q. 52. in interdicto retinende loquitur Affl. decis. 269. in interdicto recuperande, Guid. Pap. q. 37. & in interdicto adipiscende Goz. consi. 5. col. 1. // In hoc tamen fere omnes doctores conueniunt, appellationem à sententia lata in possessorio non prohiberi, sed tamen per illam sententiæ executionem non impediri, quo ad medium vero deuolutiuum admitti Bar. in l. 2. ff. de app. recip. Corn. cōs. 10. nu. 1. lib. 3. Abb. consi. 55. lib. 2. Dec. in l. 1. not. 3. C. de bon. poss. secundum tab. ita testantur. Dida. lib. prat. quæst. c. 23. nu. 8. Roland. à Valle cons. 77. nu. 15. lib. 2. Iac. Menoch. de recup. remed. 9. q. 49. nu. 322. Rot. Pedem. decis. 25. qui omnes multos in hanc sententiam citant. Maran. in specul. par. 6. de appellat. nu. 244. Rebuf. tract. de sent. execut. art. 5. gl. 3. & art. 9. glo. 5. tom. 1. & in tit. de mat. poss. art. 7. gl. 1. nu. 18. & seq. tom. 3. vbi attestatur ita in gallia in pratica seruari. Et ratio est secundum aliquos quare non appelletur à sententia lata super possessorio, quia talis sententia est interlocutoria à qua non appellatur de iure ciuili, Hæc ratio non est bona, quia sententia lata super possessorio est diffinitiua, cum in ea offeratur libellus, & lis contestetur. l. 1. & 2. ff. vti possid. §. hodie, inst. de interd. & ita tenēt gl. & doct. in d. l. vna, Est verum, ꝙ causa possessoria debet summariè agi, tex. est in l. momentaneæ. C. vnd. vi. glo. in l. 1. C. quo. bon. Est ergo illa & verior
2 ratio, quia † grauamen reparatur in petitorio. l. qui petitorio. ff. de rei vend. quæ quomodo intelligatur. Rot. Pedem. explicat d. decis. 25. nu. 6. & Rolan. d. consi. nu. 14. cir. med. cum seq. Fuere
3 nōnulli qui conati sunt asserere †quoad neutrum medium scilicet suspensiuum & deuolutiuum non admitti appellationem, & sic reprobant opinionem Bar. in d. l. 2. & in d. l. 2. in specie reprobat Cuma. inquiens opinionem Bar. esse contra casum. d. l. vni. quæ vult, appellationem non impedire, quin sententia suum sortiatur effectum, & reseruatur solum quæstio proprietatis, & per Bal. in d. l. vn. col. 1. versi. alij dicunt, vbi inquit, ꝙ Bar. malè loquitur, dum dicit, ꝙ illa lex non dicit, ꝙ non possit appellari, sed ꝙ possit exequi, non obstante appellatione, vt not. per eum in d. l. 2. quia litera dicit sortiatur effectū suum. Nam sententiam transire in suum effectum, non est aliud quàm transire in rem iudicatam, & dicit Ang. in d. l. fi. §. pen. ff. de app. ꝙ Bar. loquitur cōtra communem, & similiter Ias. d. consi. 147. col. 5. in fi. dicit sententiam Bar. falsam, Dec. consi. 28. nu. 4. versi. non obstant allegata, dixit contra Bar. esse cōem sententiam, & in hanc opinionem videtur inclinare Rolan. d. consi. num. 16. illam hoc medio cōprobans, per ea, quæ voluit Abb. in c. ad reprimendum, de off. ord. vbi dicit, ꝙ vbi
4 appellatio † prohibetur, intelligitur prohibita quoad vtrunque effectū deuolutionis, & suspensionis

sionis, sequitur Dec. in rub. de appel. nu. 5. quæ opinio velut rigorosa omnino explodenda est, quamuis cum ea videatur inclinare Mod. Apost. ad c. super eo, il 1. in glo. terminorum, de appel. & quia ad conuincendum hanc opinionem insistendum est super intellectu d. l. vni. in qua potissimum fundamentū faciūt aduersantes in illis verbis, & integra omnis proprietatis causa seruetur. Non dicit, vt integra seruetur causa possessionis, & sic solum ibi reseruatur ius proprietatis, & sic patet opinionem Bar. verissimam, & probari in d. l. vni. dum dicit tamen lata sententia sortitur effectum, ita tamen possessionis reformationem fieri oportet, vt proprietatis causa integra seruetur, vult dicere faciendam etiam esse reformationē possessionis post executionem & sic de possessione cognoscetur, etiam postquam sententia possessoria fuerit executioni data, & ita ponderat Rebuf. in d. tit. de senten. execut. art. 5. glo. 3. num. 2. cuius ponderatio comprobatur ex illo verbo reformationem, quod denotat actus replicationem. Cano. in rub. de rescrip. vbi Rip. præcipuè dum interpretatur illud verbum rescriptum, nam non potest reformari quod antea non fuit, sed tunc potius diceretur fieri quam reformari, & hoc pateat ad sensum, & cum quilibet diligens speculator hoc percipere possit vlterius aliquid dicere supersedeo. Illud est apud vtriusque iuris
6 interpretes absque controuersia ꝙ appellatio † non admittatur à sententia lata super remedio. l. fi. C. de edi. diu. Adr. toll. vbi Bar. in fi. hoc tenet communiter ibi sequutus, Bald. in consi. 141. nu. 1. lib. 1. & consi. 203. lib. 4. Tiraquel. in tract. le mort sais le vif, par. 6. decla. 6. Paris. consi. 54. nu. 39. lib. 3. Zuccard. in d. l. fi. nu. 435. & 441. versi. & sic erit conclusio, Did. d. c. 23. nu. 8. vers. tertia concl. Rolan. in d. consi. 77. nu. 12. l. fi. ff. de appel. recip. l. quisque. C. quorum appel. non recip. Stante hac recepta opinione, & in praxi frequenter comprobata, quòd appellatio admittatur solum quoad remediū deuolutiuum, pulchrè contingit dubitari, an saltim (circunscripto iure
7 communi) vigore † huius constitutionis impediatur etiam appellatio quoad medium deuolutiuum, vt videatur aliquid addere iuri communi. Et Grat. consi. vlt. nu. 16. & seq. lib. 2. tenet arg. à simili, ꝙ si cōstitutio vel lex municipalis admittit appellationem à sentētia in possessorio, illam operari non modo effectum deuolutiuum, sed etiam suspensiuum, ita à contrario, si tollat appellationem, censeatur illam tollere non solum quoad medium deuolutiuum, sed etiam suspensiuum, de cuius sententia ambigit Iac. Men. in d. q. 49. num. 330. & seq. Et qm̄ apud nos vsus interpretatus est hanc constitutionem intelligi secundum ius commune cessat huiusmodi qō. Ab hac regula deflectimus aliquando, cuius fallentias infra in glo. fin. (vbi locus cadit) referemus.

SVMMARIVM.

1 *Quare à syndicatu non detur appellatio.*

f SYNDICATV] Ratio quare † non appelle
1 tur à syndicatu est, quia, cum requiratur liquidissima probatio contra officialem, præsumendum est pro sententia, vt docet Ias. in l. 1. C. vt omnes iud. tam mil. quā ciuil. Maranta in spe. par. 6. tit. de app. nu. 204. de syndicatu aliqua dixi supra lib. 2. c. 40. Carrer. in sua prat. in prin. versi. octauus casus.

SVMMARIAM.

1 *In causis celeritatem requirentibus non admittitur appellatio.*
2 *Ab excubijs non eximuntur personæ ecclesiasticæ.*
3 *Collectæ habent executionem paratam.*
4 *Declaratio l. 3. C. de pedan. iud.*

f PRAECEPTO] ideo non appellatur, quia
1 † celeritatem desiderat, vt in excubijs, fortificatione, gabellisq;, & de iure in casibus qui celeritatem desiderant, non admittitur appellatio, specu. tit. de appel. §. in quibus, versi. 7. doct. in c. qua fronte, de appel. pro quibus est tex. in l. fi. ff. de appel. recip. in l. siquis à liberis. §. siquis ex his
2 ff. de lib. agnos. Excubiæ † adeo sunt necessariæ, vt nec ab eis clerici eximantur minusq; à fortificatione. c. fortitudo. c. siquis. c. nō inferenda. 23. q. 3. dixi supra lib. 3. c. 23. Collectæ † habent exe
3 cutionem paratā, & in eis incipitur à præceptis executiuis. l. missi opinatores, & l. fi. C. de exact. trib. lib. 10. Bal. consi. 449. licet iudex, lib. 3. Rot. Pedem. decis. 86. nu. 4. Non obstat † tex. in l. 3. C. de pēd. iud. quem ad hoc inducit Rom. sing. 775. quia in causis, quæ celeritatē desiderant (vt sunt
4 enumeratæ hoc tex.) non licet appellare, secus in alijs, quæ sunt mixti Imperij, quia tunc poterit appellari, & ita procedat tex. in d. l. 3. & ideo hoc est, quia tales causæ sunt valde priuilegiatæ, in quibus solet etiam in diebus finalis procedi, Fel. in c. ecclesia Sanctæ Mariæ, col. 22. de const. Gramat. decis. 58. in fin.

SVMMARIVM.

1 *A notorio grauamine datur appellatio.*
2 *Defensio legittima nemini auferenda.*
3 *Confessus aliquando appellat.*

g GRAVAMINE] omnes supra enumerati casus limitantur, & restringuntur, vt ita demum in eis non admittatur appellatio, nisi ap
1 pareat de notorio † grauamine, quia tunc posset appellari tanquam à Iudicis dolo, arg. l. nemo. §. cum prætor. ff. ad Treb. & si hoc nō fieret vi appellationis, debet fieri officio iudicis superioris, Rebuf. tract. de sent. execu. art. 9. gl. 5. nu. 9. tom.
2 1. & comprobatur ratione, quia defensio † legitima nemini est auferenda, cum sit de iure naturali. l. vt

li. l. vt vim. ff. de iust. & iu. l. 1. C. vn. vi. clem. pastoralis, de re iud. facit. l. scientiam. §. qui cum alter. ff. ad. l. Aquil. Quare Io. And. in add. Specul. tit. de appel. §. vt autem, versi. quandoque, dicit quòd si statutum sit in ciuitate, quòd contra præceptum factum in confessum non possit opponi exceptio nullitatis, nisi de falso vel soluto, poterit opponi exceptio nullitatis, & propterea quā-
3 uis confessus † non possit appellare, tamen hoc ei permittetur ex causa allegata (puta) qa dicit, Dom. Iudex lata est contra me sententia, quia confessus sum, ego appello quia mea confessio est facta per metum, glo. est sing. in c. romana §. sin autem, de appell. lib. 6. quam glo. sequuntur ibi doct. facit tex. in c. inter cæteras, & ibi Cano. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio de iure canonico solùm admittitur ex rationabili causa.*
2 *A sententia excommunicationis ad impediendam executionem non appellatur.*
3 *Excommunicatio in duobus casibus non trahit secum executionem.*
4 *Appellatio non admittitur in causa hæresis.*

h CANONICO] vult constitutio vt non admittatur appellatio in casibus, in quibus de iure canonico prohibita est appellatio. Con
1 stat planè, quòd eo iure non appellatur † nisi ex rationabili causa. c. vt debitus, de appel. vbi Cano. vnde vbi non erit rationis causa appellatio reijcienda erit, Cano. in c. super eo, el. 2. de appel. casus autem in quibus à iure prohibeatur appellatio poteris colligere ex specul. tit. de appel. §. in quibus, Marsi. in l. vni. nu. 138. C. de rept. vig. Nicell. in concord. glos. concord. 9. Maran. in specul. par. 6. cap. de appell. nu. 269. Regula siquidem iuris est, ꝙ appellatio admittitur semper, nisi specialiter sit iure prohibita, gl. in l. qui restituere, ff. de rei vend. quæ singul. est secundum Franc. in rub. de app. col. 5. Dec. in c. romana, de appella. col. 4. Soc. consi. 195. colum. 3. vers. sed præmissis consi. 300. col. fi. lib. 2. & cōsi. 39. nu. 1. & seq. lib. 4. Dec. consi. 28. nu. 8. consi. 356. nu. 1. & 2. consi. 677. nu. 1. & 2. Aym. consi. 203. nu. 14. Abb. & Dec. c. de appellationibus, de appel. Not. vnum sing. quòd de iure canonico
2 non potest appellari † à sententia excommunicationis. c. postoralis, de sent. excom. quod intellige quoad hoc, quòd sententia suspendatur, quòd esse non potest, cum secum trahat executionem, immo non obstante tali appellatione denunciari potest. c. pastoralis, de appel. operatur tamen talis appellatio, vt transferat causam ad superiorem. c. per tuas, in prin. de appel. & etiam vt eximat appellantē à iurisdictione eius à quo appel-
3 latur. c. ad hæc, de appel. In duobus casibus † excommunicatio non trahit secum executionem, Primo cum lata est post appellationem legitimam. Secundo quando continet intollerabilem errorem (puta) excommunico te, quia credis in Deum, vel facis eleemosinam, vt habetur in c. per tuas, de sent excom. His casibus cum non teneat excommunicatio, non habebit secum executionem, nec requiritur appellatio. Similiter à
4 sententia † lata in crimine hæresis non datur appellatio. c. inquisitionis, de hæret. lib. 6. idque in tanti criminis detestationem institutum est, repertorium Inquisit. verb. appellare.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio de iure in parte admittitur à sententia possessorij.*
2 *Aliquando à tota ratione mixturæ.*

i FRVCTVVM] Quando lata est sententia in iudicio possessorio circa possessionem ipsam restituendam, & ipsius rei fructus percep
1 tos. Nam licet † appellatio non sit admittenda, qua ex parte sententia possessionem tangit, tamen rectè proponitur, & est recipienda quatenus sententia ipsa condemnat possessorem ad fructus restituendos, quod not. Bald in dict. l. vni. C. si de mom. poss. fuer. appel. Barto. in l. creditor. §. iussus. ff. de appel. Affl. decisio. 77. ad fin. Didac. lib. prat. quæst. c. 23. num. 8. versic. idem erit, Soc. reg. 18. fal. vlt. Aufr. in add. Capel. Tolos. decis. vlt. Rip. in c. sæpe, col. fin. de rest. spol. Ias. in d. consi. 186. col. 2. versic. item quando. Maran. in d. specul. part. 6. cap. de appel. nu. 298. Roland. in citato consi. 77. num. 13. Et hoc verum est de inde communi, At constitutio plus addit, quòd immo stante huiusmodi sententia,
2 possit † appellari à tota sententia ratione huius mixturæ, Iac. Menoch. d. q. 49. nu. 326. cum seq. vbi contendit contra Rip. etiam inspecto iure comuni ciuili ratione talis mixturæ admitti appellationem si in sententia vnico contextu dictum sit occupatorem in illius constitutionis pœnam incidisse, nam eo ipso, quòd ita declaratum est, vna simul duo continentur, possessionis restitutio & pœna, allegat Dec. consi. 344. nu 3. versi. tertius casus, quod fortè absque dubio in illo remedio. l. siquis in tātam procedit quod habet causam proprietatis admixtam, inquit Ang. in l. incerti. C. de interd. illud interdictum dicitur sapere naturam proprietatis, quod competit soli domino, tex. est in l. 2. §. quædam. ff. eo. & dicam in glo. seq.

SVMMARIVM.

1 *A sententia lata in possessorio de iure canonico*

appellatur.
2 *Similiter ab illa quæ habet admixtam proprietatem.*
3 *Idem quando non expectatur iudicium petitorium.*
4 *Admittitur ab inordinato processu possessorij.*
5 *De nullitate illius dici potest.*
6 *Procedit si non fuerit oppositum à parte.*
7 *Appellatur etiam quando vi pacti possessio aduocatur.*
8 *Idem si iudex à quo detulit appellationi*
9 *Appellatio conceditur quando sententia habet effectum perpetuum.*
11 *Non procedit in possessorio summarissimo.*
10 *Fallit etiam in remedio.c.reintegranda.3.q.1.*
12 *Rotæ Pedem. reprobatur sententia.*
13 *Quid si intentato petitorio & possessorio solum super possessorio fuerit pronunciatum?*

K CIVILI] Regula illa, ꝙ à sententia lata in iudicio possessorio non possit appellari, recipit aliquot not.limitationes, quas constitutio admitti voluit, quatenus de iure ciuili procedant. Primo limitatur, vt non procedat de iu-
1 re † canonico, quia illo iure appellari potest à tali sententta, Feder.consi.76. Specul.titu.de appella.§.in quibus,versic.6.casu,not. Abb.in cap. cum ad sedem,de restitu.spol.Aret.in l.fin.§.iussus, colum. pen.ff.de appella. Deci.in l.1.not.3. versi.tertio,C. de bon.poss.secundum tab.& admittenda est talis appellatio quoad vtrumque effectum suspensionis & deuolutionis,Afflict.d. decis.269.Bal.consi.321.lib.3.consi.379.lib.1. & consi.141.eod.libro.& probatur expressim in clemen.vn,de sequest. poss. & fruc. qua decisum est, non esse quem priuandum possessione post vnam sententiam in iudicio possessorio contra eum latã, Didac.dict cap.23. num.8. versic.prima conclu. hoc idem tenet. Roma.consi.324.in princ.Abba.consi.55. col.1.lib.2. Hæc limitatio in se vera est, nõ tamen seruit ad propositum
2 nostræ constitutionis, quoniam ipsa admittit solum appellationem, in casibus, in quibus de iure ciuili permissum est appellare, & sic ius canonicum excludit.Secundo limitatur, vt nõ habeat locum in causa † possessoria, quę proprietatẽ admixtam habet, glo.Bart.& doct. in dicta l.1.per l.siquis intantam. C. vn.vi,Salyc.in l.momentaneæ,colum.3. versi.sed tunc quæro, eo.tit. Dec. in dicta.l.1.not.3.versi.& retenta, Rip. in dicto cap.sepe,col.vltima.versic. secunda fuit opinio, Bal.consi.141. colum. vltima,libro.1. Feder.de Senis consilio.76.Domino auditori, in fin.Dec. consi.28.num.2. Iaco. Menoch.in d.q.46.num. 320.Iaf.prælleg.consi.187.col.1. Rebuf.tit. de executor.sent.art.9. glos.5. num.10.tom.1. quod exemplificari potest in possessorio iurisdictionis, quod, quia iuris adminicula desiderat, fundatur in aliquo iure vero vel præsumpto,propterea mixtum dicitur, & appellari potest, Abba. in cap.fin.num.12.de iud.Rota Pedemon. decis. 25.num.decimo. Tertio limita, quando lata esset sententia super petitorio, & intentaretur pos-
3 sessorium, posset tunc ab illa † sententia appellari, quia non expectatur amplius petitorium, secundum Io.Mon. in cap.vt circa,de electio.libr. 6.Bar.in d.l.vn.ex quo infert ibi Ang.ꝙ vbi non posset probare in petitorio, à sententia lata super possessorio posset appellari, quia tũc in causa appellationis poterit iterum deduci, & probari, quod non fuit deductum nec probatum, quod est singul. Idem dicendum, si lata sententia contra possessorem, nullum remedium competeret in petitorio, vt Barto.tradit in d.l.2. nu.4. &.5. ff.de appella.recip. Bald.in dicta.l. vn. colum.1. opp.1.Abba.dicto.consi.55. Dec.in dicta.l.prima.not.3.versicu.secundo quando,& consil. 28. nu.3.Aufr.in additio. Capel. Tolo. decisio. vlt. Nicel.in concord. 6. versicu.17. moder. vbi fusse de hac materia agit,Iaf.consi.60.num.5.libro primo, Rota Pedemont. dicta decisio.25. num.
4 12.quarto limitatur, ꝙ admittitur † appellatio ab inordinato processu facto sup iudicio possessorio, Bald. in cap.ex conquestione, colum.2. de resti.spolia. idem Bald.in l.post.sententiam, colum.secunda,versi.pone ergo, C.de sentent.& interloc.omn.iudic.vbi in terminis dicit, si Iudex (puta) noluit recipere testes, vel quid simile, eo casu appellari posse, quoniam tale grauamen reparari per difinitiuam non potest, quod not. asserit, Ange. consil.46.num.5.Iaso.dicto consi.60. num.5. Nicel.vbi supra in tertia moder. Dec.in d.l.1. not.3.versi.5. ab inordinato, & in cap.pastoralis, colum.3. versic. vnde licet, post Abba.ibi de appella.idem Dec. in l.fin. nu. 47.C.de ædi.diu.Adr.toll.Didac. dicto cap.23. nume.8.versicu. cæterum. Cotta in memorabil. versic.appellari, Iaso. in dicta l.1.nota.3. C. de bon.poss. secundum tabu. Ad quod bene facit, quod not. Gem. in cap. inquisitionis, in prin.de heret.libr.6.vbi ait, ꝙ dum ibi dicitur, quòd hæreticus non possit appellare, intelligitur à sententia diffinitiua, si autem grauatus sit in processu non prohibetur appellare,Rot. Pedemont. decis.25. num.14.Quinto limitatur, quòd licet
5 non possit appellari, dici † de nullitate non prohibetur, quæ principaliter intentatur, Baldu. in lege prima, nota.2. C.ne lic.ter. prouo.idem Bald.in l.consentaneum colum.3. versic. quæro nunquid, C. quomodo, & quando iud.sequitur Angel.in dicta quæst. vlt. Capel.Tol.in princ.& tunc requiritur, vt nullitas euidens seu iniquitas resul-

resultet ex actis, Alexan.consi.77.Dec.in d.l.1. not.3.versi.sexto & vltimo, Abb.in d. consi.55. colu.1. Iaf.d.consil.60.num.5. Aufr.ind.add.in principio. Rebuf.dicto art.cap.9.glossi.5.nume. 9. Rota Pedemon. dicta decisio. 25. nume. 13.
6 Sexto limitatur,si non fuerit † oppositam à parte cõtra appellationem interpositam, quia tunc procedet appellatio, & valeret sententia, secundum Bal.in l.post sententiam, colu.2.C.de sent. Alex.consi.2.col.pen.lib.3. sequitur Dec.in d.l. 1.not.3.versi.quarto si non opponatur.Septimo
7 appellari † potest, quando ex vi pacti seu stipulationis possessio aduocatur, velluti, siquis vacuam & expeditã possessionem tradere promisisset,& ex eo contractu ageretur,Bal.d.l.vn.col. 3.versi.siquis promisit,Salic.col.pen.versi.quæro ab extra,Bal.consi.210.in fin.lib.5. refert Marant.in Specul.par.6.c.de appell.nu.316.Rot.Pedem.d.decis.25.nu.11.Octauo limita,vt appella-
8 tio † procedat si iudex, à quo illi detulit absolutè ita decidit Bal.in l.post sententiam,colu.2.C. de sent. Alexan.consi.2.lib.3. Iaf.in l.1.in princ. col.3.ff.de no.oper.nunc.in l.patre furioso, col. 3.in fi.ff.de his qui sunt sui vel alien.iu. Soc.Iun. consi.18.col.2.lib.1.Rolan.d.consi.77.nu.1.qui nu.18.recte declarat, nisi admissa fuisset appellatio cum clausula,si & inquantum, operatur.nisi ista clausula, vt si admittenda sit, rectè admissa censeatur,aliàs reiecta, Dec.in c.oblatæ, not.2. de app.Soc.Iun.d.consi.18.nu.15.Alciatus.cõs. 406.nu.3.Grat.consi.26.nu.32.lib.2. Plotus in l.si quando,nu.159.C.vnd.vi.Iac. Meno.in d.q. 49.post.nu.331.Ruy.consi.61.nu.27.lib.1.egregie Rot.Pedem. decis.5.nu.9. & 10.& deci.131. nu.1.&2.Nono not.limitatur, vt non procedat,
9 quando † sententia lata super possessorio haberet secum effectum perpetuum, & probatio petitorij esset difficilis, quia tunc tractatur de magno præiudicio,& potest indistinctè appellari ad impediendam executionem, ita sentit Abba.in d. consi.55.col.1.lib.2. Dec.d.consi.28.Abb.in d. cap.cum ad sedem, colu. pen. & hoc contingere
10 frequẽtius solet inter cõmunitates super territorijs (vt nunc lis ferè immortalis viget inter Fabrianum & Gualdum)quo casu cum non soleant haberi instrumenta propter antiquitatem temporis distinctionis territoriorũ, vt per illa possit probari petitoriũ,solũ fundãt se super possessione, ꝙ ita antiquitus fuit possessum,quo casu, si sucumbat vna vniuersitas in possessorio, est sibi impossibile habere probationes in petitorio, & sic ista sententia haberet effectum petitorij, & est maximi præiudicij, propterea a tali sententia poterit appellari, & impeditur executio, quã limitationem summè commendat Marant.in Specul. par.6.c.de appellat.nu.312. Decimo pro
11 nunc limito, vt non procedat si intentatum fuisset remedium.c.reintegrandę.3.q.1.quo casu,cũ sit remedium canonicum, quĩ illud intentat, vti illo debet cum suis qualitatibus.l.Pomponius.§. eum qui.ff.de vsucap.& sic dabitur appellatio,cũ de iure canonico passim admittatur, vt dictum fuit supra in.1.limit.quæ limitatio not.est,si est vera,in interim cogita.Nunc primam limitatio
12 nem sublimito, vt non procedat † in possessorio quod nostrates summarissimum in l.1.in princ.ff.de acq.poss. vocant. Capy.decis.13.55. 189.& 209.Hispani interim dictum Didac. lib. prat.quæst.c.17. Galli recredentiã Rebuf.tit.de ann. in cõc.Frã.Ceph.consi.19. extraordinariũ, possessorium,quoniam a sententia in tali iudicio lata non admittitur appellatio tam ad mediũ deuolutiuum quã suspẽsiuũ, quia illud instituitur gratia litis ordinandę, Inno.in c. cum venissent, de const.Paul.consi.5.lib.1.& consi.3.lib.2.in l. si super possessione,post medium. C. de transi.in quo quidem possessorio extraordinario is debet obtinere, qui etiam iniustè possidet tẽpore moti iudicij, vt præfati concludunt, Castr.in l.Aquilius,in fin.ff.de dona.Dec.c.cum teneamur, not. 4.de app adeo etiam vt prædo manutenẽdus sit, Soc.consi.32.col.fin.lib.1.Guid.Pap.decis.316. Marsi.sing.406. Ceph.d. consi.19.nu.5.Illud qđ
13 † in 2.dubio Rot. Ped.d.decis.25.exeitat supervacuum mihi videtur,quoniam si daremus, ꝙ in casibus supradictis, in quibus admittitur appellatio, solum procederet quoad medium deuolutiuum, non autem suspẽderet executionẽ sententiæ, certũ esset, ꝙ hi casus non dicerẽtur excepti a regula, sed immo in regula comprehensi, cum passim scrib.in hoc conueniant (& supra diximus) ꝙ de iure ciuili indistinctè admittitur appellatio quoad medium deuolutiuum, quod si illudmet solum procederet in casibus supra relatis, & non etiam se extenderet ad medium suspensiuum frustra laborassent doct.in his casibus,à regula eximendis,quas ꝓp intrepidè cõclu das in casibus relatis appellationẽ vtrumq; effectum tam suspensiuum quàm deuolutiuum operari. Quid si simul intentatum esset petitorium & possessoriũ,& super possessorio solum fuisset pro
13 nunciatũ,an tũc † appellatio admmittetur? dicas ꝙ nõ ꝓ rõnes,quas i id adducit Rot.Pe.decis.47.

QVOD SPONTE CONFESSVS crimen in iudicio non possit appellare. Cap. III.

PETRVS presbyter Cardinalis sanctę Marię in Trãstyberim, & in Italia Vicarius generalis inter alia cõstitutionem cõdidit, ꝙ nullus, qui crimen aliquod,

a vel delictum fuerit ſponte[a] confeſſus in iudicio, poſſit modo aliquo appellare: & ſi in præfatis caſibus fuerit appellatum, iudex à quo tali appellationi non deferat, iudex ad quem nullatenus eam admittat, vel recipiat. Dictæ autem conſtitutioni adijciendo dicimus, & ſtatuimus, q̃ ſiquis ab aliqua ſententia diffinitiua, vel interlocutoria, vel alio grauamine, à quo ei ſit permiſſum ex forma conſtitutionum, vel aliter de iure appellauerit, & in cauſa ſuccubuerit ex prioribus actitatis, ita q̃ pronunciaretur fruſtratoriè, vel aliter ſuperuacuò b appellatum, in expenſis[b] condemnetur, & in alijs arbitrio iudicis declarandis pœnis.

GLO. CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *An ſponte confeſſus poſſit appellare.*

a 1 SPONTE] Dubium erat de iure, an ſponte† confeſſus audiretur appellans, Anch. in c. Romana. §. ſin autem, de app. lib. 6. multos doct. maximæ autoritatis refert tenentes, q̃ confeſſus tm̃ in criminalibus poteſt appellare, idē voluit ibi Arch. plures alios refert Alb. in l. 2. C. quor. app. non recip. eiuſdem ſententiæ. Sed Bal. in l. 1. col. 6. C. ne ex deli. defun. dicit q̃ glo. d. §. ſin autem, ſeruatur in pratica, q̃ cõfitens non reuocans ſuã confeſsionem, non auditur appellans, & traditur iuſtæ morti, ſubdens q̃ aſſeſſores illam glo. ſeruant, & ita voluit Ang. in d. l. 2. & vide Bal. in l. minoribus ff. de his quib. vt ind. in l. fi. C. ſi à nõ comp. iud. Abb. in c. 1. de re iud. Paris de Put. de ſynd. verb. ſequitur. Capel. Toloſ. deciſ. 176. & ibi Aufrer. Intellige hanc ſententiam primo. Si reus perſeuerauerit in ſua confeſsione Carer. in ſua prat. in prin. verſ. 35. caſus, alioquin non Gramat. vot. 7. Secundo ſi reus nullam exponit cauſam expreſsim quæ appellationẽ iuſtificet, nam ſi cauſa expreſſa fuerit admittenda eſt appellatio & ſuſpendenda executio. Nicel. 6. concord. glo. col. 3. Dec. in c. 3. & in c. conſuluit. il. 1. de app. Dida. lib. prat. quæſt. c. 13. nu. 9. verſ. ſecunda concluſio, Quicquid ſit, ego ſemper admitterem appellationem propter multa quę poſſunt occurrere, & maximè vbi tractatur de vita hominis, per ea quæ habentur in §. noſtros, in auth. de iud. & in l. à proconſulibus. C. de app. per ea quæ tradita ſunt, per Anch. in d. §. ſin autem, & de materia vide Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. q. 12. ff. de off. proc. & eundem in add. Specul. tit. de app. verb. appellans à diffinitiua.

SVMMARIVM.

1 *Expenſæ debentur ex varijs cauſis.*

b 1 EXPENSIS] Expenſæ debentur ex varijs cauſis, aliàs ex victoria totius cauſę, de quibus tractatur in l. properandum. §. ſin autem alterutra. C. de iud. & in c. calumniam, de pœn. aliàs ex cõtumacia aduerſarij, quarum ſit mentio in l. ſancimus. C. de iud. & in c. dilecti, de dol. & contum. aliàs ex culpa aduerſarij, qui proceſſum cauſæ difert, vt eſt conſtitutum in l. non ignoret is. C. de fruct. & lit. expen. & in c. finem litibus, de dol. & cont. aliàs, ex temeritate eius, qui alium ſine actione in ius traxerit, vt in l. eum quem temere, in prin. ff. de iud. c. 1. de dol. & cont. lib. 6. de quibus omnibus latè videre poteris apud Rebuf. in tract. de expẽſ. tom. 3. Concors eſt in hoc iuris vtriuſque interpretum ſententia, q̃ victus victori in expenſis eſt cõdemnandus. d. c. calumniam, vbi Abb. & d. c. finem litibus, & d. §. ſin autem alterutra, & ibi ſcrib. Lanfr. in c. quoniam contra, verbo expenſæ, col. 3. de prob. Non procedit quando actor habuerit iuſtam cauſam litigandi ſecundum præfatos ſcrib. l. qui ſolidum, §. etiam. ff. de leg. 2. vbi omnes not. Iaſ. in d. §. ſin autem, etiam ſi extet ſtatutum in loco, q̃ victus victori in expenſis cõdemnetur. c. 1. vbi Abb. de cogn. ſpir. Fel. in c. 1. de reſcrip. num. 15. Mod. Apoſt. ad Alex. conſi. 183. lib. 5. ad fin. Dida. lib. prat. quæſt. c. 27. nu. 4.

DE FRIVOLE APPELLANTIbus. Cap. IIII.

GABRIEL Cardinalis Senen. Legatus in Marchia ſtatuit, & decreuit ad compeſcendas malitias friuolè[a] appellantium, & non proſequẽtium, q̃ quicunq; in cauſis à iure prohibitis, vel conſtitutionibus prouincialibus, aut aliâs manifeſtè friuolè appellauerit, vel etiam debitè ante ſententiam diffinitiuam, & appellationem b non fuerit proſecutus[b] infra legitima tempora â conſtitutionibus notata, pœna decem florenorum auri irremiſſibiliter condemnetur.

GLO. CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit friuola appellatio.*

a 1 FRIVOLÈ] Et dicitur †friuola appellatio, quando non eſt expreſſa in iure, vel alias legitima, circa quam vide Rebuf. in concord. franc. tit. de friuo. app.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Appellans non proſequens videtur in mala fide.*
2 *Condemnatur vltra expenſas in pœnam fiſco.*

b 1 PROSECVTVS] quia †tunc appellans videtur in mala fide, cum præſumatur pro ſententia. l. ingenuum. ff. de ſta. hom. l. res iudicata. ff. de reg. iu. not. Bal. conſi. 269. lib. 4. Et appellatus tũc quid agere debeat inſtruitur in c. oblatæ, de app. Carauita ſuper ritu. 251. Vica. Et fundatus hæc ordinatio in l. 2. C. de epiſ. aud. & in l. ab executione. §. fi. C. quo. ap. non recip. vbi iniuſtè & mala fide appellans condemnatur† vltra expenſas in 50. libris argenti, quæ erogantur pauperibus. d. l. 2. vbi Bar. & doct. & ſecundum hanc conſtit. in decem florenis, & in dubio hæc emendi applicatur fiſco, vt not. Inno. in c. Odoardus, de ſolut. niſi in fauorem partium apponatur. l. fi. ff. de litig.

QVOD NON APPELLETVR ad Papam omiſſo medio: & quis cognoſcat de appellationibus interpoſitis ad rectorem. Cap. V.

RONAE memoriæ dominus Bertrandus Epiſcopus Sabinenſis, dum eſſet Archiepiſcopus Ebredinenſis, & reformator in terris præfatis Eccleſiæ, aſſerens ſe ſuper hoc habere ſpecialem commiſſionem ab Apoſtolica Sede, conſtitutionem quandam edidit in hac forma.

ITEM finem imponi litibus cupientes, & nolentes per appellationem, vel appellantium diffugia, ſubſequendi iuris cuiuſcunque iuſtitia retardari; auctoritate prædicta apoſtolica ſuper hoc nobis ſpeciali tradita ſtatuimus, & ordinamus, q̃ quando à poteſtatibus, capitaneis, & rectoribus, vel officialibus terrarũ Eccleſiæ prouinciæ Marchiæ, vel à iudicibus præſidatuum, vel etiam à iudicibus maioris curiæ cauſarum ciuilium, & criminalium, vel ab aliquibus epiſcopis, prælatis, ſeu arbitris, arbitratoribus, ſeu amicabilibus perſonis, compoſitoribus ab interlocutoria, ſeu diffinitiua ſententia, ſeu à quocunque grauamine iudiciali fuerit appellatum, ad iudicem appellationum maioris curiæ, vel ad rectorem prouinciæ neceſſariò debeat appellari, nec appellatio ad Sedem Apoſtolicam omiſſo medio interpoſita aliquem iuris ſortiatur effectũ: & iudex, à quo omiſſo medio[a] extitit appellatum, proinde poſſit procedere, ac ſi nulla ab ipſo interpoſita appellatio extitiſſet. Illud autem adijciendo declaramus, q̃ licet ad rectorem in caſibus præmiſſis fuerit appellatum, prædictus autem iudex, qui in officio ſibi cõmiſſo vices rectoris gerere reputatur abſque aliqua cõmiſſione ſibi à dicto rectore fienda, cauſas appellationis huiuſmodi poſſit, & debeat cognoſcere, & fine debito terminare, niſi aliàs dictus appellationum iudex partibus, vel alteri earum eſſet ſuſpectus, vel rector cauſam alio de expreſſa partium voluntate commiſerit; hoc ſaluo, q̃ vbi ab epiſcopis, vel alijs prælatis fuerit appellatum, non iudex prædictus appellationum auctoritate propria, ſed rector per ſe, vel alius, cui cõmiſerit cauſam appellationis audire debeat, & fine debito terminare.

GLO. CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Ordo in appellando ab inferiore ad ſuperiorem.*
2 *Differentia inter ius ciuile & canonicum in ordine appellandi.*

a 1 OMISSO MEDIO] ordo in appellando hic eſt, vt ab inferiore ad ſuperiorem appelletur. l. 1. in prin. ff. de app. à ſuperiore autem ad inferiorem appellari nõ poteſt nec à pari ad parem, cum par in parem non habeat imperium. l. nam magiſtratus. ff. de arb. l. ille à quo. §. tempeſtiuum ff. ad Treb. c. innotuit, de elect. ſed in hoc eſt differentia† inter ius canonicum & ciuile, nam de iure canonico appellatur ab inferiore ad ſuperiorem omiſſo medio. 2. q. 2. c. Metropolitanum, gl. in c. ſi duobus, de app. de iure ciuili hoc nõ licet l. Imperatores, in prin. ff. de appel. quod ius ciuile ſequitur Conſtitutio, vt patet in tex. & vide in pragma. ſanct. tit. de cauſis. §. ſtatuit, & ibi glo. verb. immediatum, quibus adde Neuiz. conſ. 44. c. dilecti, de appel. Carauita ſuper ritu 265. vica. nu. 37. Guid. Pap. deciſ. 221, nu. 5. Dida. lib. prat. quæſt. c. 4. nu. 9.

QVOD APPELLATIO interponi possit ad iudicem, ad quem appellatur. Cap. VI.

STATVIMVS ꝙ omnis appellatio deuoluenda ad rectorem prouinciæ, vel suos iudices ordinarios, vel delegatos possint interponi [a] coram iudice ad quem, vel coram iudice, seu arbitro, vel alio, a quo apellaretur, prout maluerit appellans, & coram quocunq; eorum interposita fuerit, valeat, & teneat, ac si interposita esset coram iudice, seu arbitro, vel persona, à qua appellatur, & ꝙ ad rectorem à suo iudice appellationum prædicto, & à suis commissarijs possit liberè appellari.

GLO. CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Coram quo debet interponi appellatio.*

a 1 INTERPONI] de iure communi, primo adeundus est iudex à quo, si illius copia haberi potest, alioqui interponi potest apud iudicē ad quem, si periculum esset ne tempus ad appellandum laberetur. l. 1. §. dies autem. ff. *quando* appel. sit. c. biduum. 2. q. 6. *optima fuit* prouisio constitutionis quia aliquando multi non audent iudicis à quo conspectum adire ꝓp illius austeritatem.

DE EXHIBITIONE, ET petitione apostolorum. Cap. VII.

STATVIMVS, & ordinamus, ꝙ in appellationibus ad rectorem, vel suos iudices ordinarios, vel delegatos sufficiat appellanti apostolos [a] petere pluries etiā vno contextu, vel saltem semel coram iudice, coram quo interponitur appellatio: & si petuntur à iudice, à quo appellat, vel suo in officio successore, ille, à quo petuntur, teneatur in cōtinēti dare apostolos, seu responsum appellanti sine aliqua dilatione, vel termino, & si aliquem terminum statuerit ad recipiendum apostolos, appellans comparere minimè teneatur: nec propterea sibi in aliquo præiudicium generetur, & prædicta facta secundum formam huius constitutionis valeant, & plenam firmitatem habeant, ac si omnes solennitates fuissent plenissimè obseruatæ.

a

GLO. CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur apostoli.*
2 *Tempus petendi illos.*
3 *Dantur à Iudice à quo.*
4 *Iudex procedens post petitos apostolos processus est nullus.*
5 *Plures apostolorum species.*
6 *In appellatione interponenda non est necessaria aduersarii præsentia.*

a POSTOLOS] Quanta sit legum & canonum abrogatio per has constitutiones nemo est, qui nesciat, vbiq; sunt statuta consuetudines leges municipales, quæ tollunt, rumpunt, fragilitant leges & canones, & malè secundum Bal. in sua prat. tit. quæ sint part. iur. quando fue. appel. Apostoli † vulgò, sunt literæ dimissoriæ. l. dimissoriæ. ff. de verb. sig. l. lucius. ff. de iud. fi. l. eos. §. fi. C. de app. quorum formam tradit Martianus in l. vn. C. de lib. dimis. Tempus † petendi apostolos de iure communi est. 30. dierum. l. iudicibus. C. de app. quod tempus incipit currere à tempore latæ sententiæ, & sic spectat ad solicitudinem litigantis petere apostolos à tempore latæ sententiæ secundum Bal. in d. l. iudicibus, pœna nō petentis apostolos infr. 30. dies est, ꝙa videtur suæ appellationi renunciare, clem. quis, de app. c. ab eo, de app. lib. 6. Hę literæ † dimissorię dantur à iudice à quo deferendæ iudici ad quem est appellatum, in quibus continetur, qualiter talis persona ab eius sententia appellauit, & debent sepius peti per interualla dierum, vt prob. in d. l. vn. & not. glo. in d. c. ab eo, quod fortè fuit inductū, quia iudices diuersis negotijs occupati non possunt omnia memoria retinere. c. post appellationem, in fi. 2. q. 6. tamen hodie per clem. 2. de app. sufficit, ꝙ eodem contextu & tempore petantur, Prat. Pap. in form. app. à sent. diff. in glo. petens, Rot. Pedem. decis. 12. nu. 3. quorum vsus nunc tollitur per seq. const. Aduerte tamen ꝙ † si iudex in causa procedat, postquā fuerunt petiti apostoli, nisi appellationi renunciatū fuisset inualidus est processus, tex. est in c. vt super, de app. lib. 6. iun. gl. in c. cordi, eo. tit. specul. tit. de app. §. sequitur, ponit quinque † species apostolorum. s. conuentionales, testimoniales, dilatorios, refutatorios, & reuerentiales, cuius expensis debeant dari, ponit glo. in clem. quamuis, de app. verb. oblatas. Item est aduertendum, ꝙ in omni appellatione interponenda nō est necessaria partis præsentia, nam poterit quis appellare non citata parte, & poterit accipere apostolos infra terminū sibi statutum, sed postmodum tenebitur insinuare parti, tex. est in cle. 1. d̄ app. & istos apostolos nō tenetur appellans petere qñ appellat in casu, in quo non audet appellare ꝓp metū, vel nō pōt habere copiam iudicis

dicis à quo, & hæc est ratio, quia ille non est iudex, qui debet dare apostolos, ita tenet glosl. & Bal. in l. 2. C. de his qui per met. iud. non app. & vide Math. sing. 21.

DE APPELLATIONE VIVA voce facta quando valeat. Cap. VIII.

VRSVS cupientes potestatum, capitaneorum, & officialium terrarum malitijs obuiare, & cōtra iustitiam grauatis consulere, volumus ꝙ quando ab aliquo potestate, capitaneo, vel officiali, vel vniuersitate, barone, vel eius officialibus, vel quibuscunque alijs iudicibus, vel personis ad rectorem prouinciæ, vel eius iudices ordinarios, vel delegatos contigerit appellari à quibuscuuque grauaminibus, iudicialibus, sententijs, interlocutorijs, vel diffinitiuis, aut præceptis, valeat appellatio [a] viua voce facta, & solo verbo etiam sine aliqua scriptura, & possit probari etiam per testes: nec requiratur de necessitate aliqua petitio apostolorum, & valeat, & teneat talis appellatio, ac si interposita esset in scriptis, & causæ [b] omnes grauaminum legitimè, & nullitatum essent insertæ, & ac si apostoli essent legitimè petiti, & præsertim cū interdum, & frequenter locus, & tempus non patiantur plenius deliberandi consilium, & maximè propter fraudem, & terrorem officialium opprimentiū appellantes.

a

b

GLO. CAP. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Ilico appellans à diffinitiua de iure appellat viua voce, secus ex interuallo, ab interlocutoria semper in scriptis.*
1 *Quis dicitur ilico appellare.*

a 1 APPELLATIO] Cum appellatur † à diffinitiua de iure cōmuni ilico appellari pōt viua voce. l. 2. ff. de app. l. litigatoribus. C. eod. tit. secus in appellatione ab interlocutoria: à qua etiam si ilico appellatur non sufficit, ꝙ viua voce appelletur, sed in scriptis. c. cordi, de app. lib. 6. vbi Gem. not. Maran. in specul. par. 6. verb. appellatio, nu. 153. & seq. Rot. Ped. decis. 6. Verum cū procedatur summariè in hoc iudicio appellationis vt supra c. 1. sufficit, si viua voce appellatur, etiam si aliter non esset prouisum pro cōstitut. not. Ang. consi. 267. constitutio, Francus in c. vt debitus, nu. 15. de app. Marant. vbi supra, nu. 254. & dixit Rom. consi. 501. in 1. dub. ꝙ decem requiruntur in appellatione ab interlocutoria, quorum vno deficiente non valet appellatio, Maran. vbi supra nu. 126. & seq. quos per te videas. Si autem appellatur à diffinitiua ex interuallo, bene oportet ꝙ appellatur in scriptis. l. 3. ff. de app. ita not. Bar. & Ang. in d. l. litigatoribus. Sed dubitatur, quis dicatur † ilico appellare? vt sciamus quādo debeat appellari in scriptis, vel viua voce, glo. in d. l. 2. tenet ꝙ eodem die; idem tenet Ang. in d. l. litigatoribus, Bal. autem ibi dicit ilico. i. iudice sedente pro tribunali, & ita debet communiter seruari, quod etiam not. Bar. in l. 1. §. libelli. ff. de app. spec. tit. de app. §. qualiter, versi. per quæ iura.

SVMMARIVM.

1 *In appellatione ab interlocutoria debent causæ inseri.*
2 *Sunt alii casus, in quibus requiritur causarum expressio.*
3 *Petens reductionem an possit ex nouis probationibus iustificare læsionem.*

b CAVSAE] De iure communi in appellatione ab interlocutoria debet exprimi & specificari causa. c. vt debitus, de app. d. c. cordi. facit quod not. gl. & Bal. in l. minoribus. ff. de his quib. vt ind. Rot. Pedem. d. decis. 6. Sunt etiam quidam † alij casus, in quibus quando etiam appellatur à diffinitiua causa exprimi debet, veluti quando appellatur & petitur reductio ad arbitrium boni viri, quia debet exprimi qualitas læsionis, & quantitas, aliàs simplex appellatio non tenet, Bal. in l. vni. C. de his quæ pen. not. Similiter si latæ sint tres cōformes & non obstante hoc victus appellat, si iudex pronunciat non esse deferendum appellationi, appellans à tali sentētia debet exprimere causam, Imo. in c. cupientes, de elec. lib. 6. idem tenet Bal. in l. vn. C. ne lic. in vna eademq; causa. Idem quando cōmissa est alicui causa (appellatione remota) nam debet talis appellans exprimere causam aliàs non tenet appellatio, ita tenet sing. Inno. in c. vt debitus, de app. & facias regulā generalem, ꝙ vbicunque prohibetur appellari, si quis appellat, tenetur exprimere causam, aliàs non tenet appellatio, ita tenet Lapus in c. Romana. §. sin autem, de appel. lib. 6. & ibi voluit gl. in verb. mādetur. An possit petens † reductionem ad arbitrium boni viri ex nouis probationibus & actis iustificare, an vero teneatur ex antiquis? Bar. in l. si societatem. §. arbitrorum. ff. pro Soc. dicit ꝙ in casu quo ad iniquitatem sententiæ demōstrandam requiritur dolus, ꝙ tunc non possunt fieri nouæ probationes, quia dolus debet apparere ex ante gestis, non autem ex futuris. Aut iniquitas sententiæ potest apparere sine probatione alicuius doli, & tunc possunt fieri nouæ probationes & vide ibi Sal.

FORMA QVALITER PROCEDatur in causis appellationum tam ante sententiam, quàm post. Cap. IX.

SANCIMVS hac constitutione in perpetuum valitura, ꝙ quilibet appellans ab aliquo grauamine, interlocutoria, vel præcepto aliquo ante sententię tempus vel post, & quocunque alio actu, præterquam à mera diffinitiua sententia in iudicio, vel extra in criminali causa, vel ciuili à quibuscunque potestatibus, communitatibus, vel alijs iurisdictionem, vel notionem habentibus, vel prætendentibus, seu à iudicibus, & officialibꝰ rectoris prouinciæ tam generalibus, quàm præsidalibus, vel arbitris, & arbitratoribus, & de nullitate agens vel petens reductionem ad arbitrium boni viri, aut restitutionem in integrū coram rectore, vel suis iudicibus, seu ad eos, vel eorum curiam infra octo dies à die interpositæ appellationis, vel factæ contradictionis aut petitæ reductionis *ad arbitrium* boni viri, vel *restitutionis in* integrum computando, appellationem, & causam ipsam prosequi teneatur, faciendo citari partem appellatam, ꝙ in termino citationis debeat comparere: & in dicto termino, & infra dictum terminum ipse appellans, seu de nullitate agens, se debeat præsentare. In causis vero, appellationum, seu prouocationum, seu nullitatum, aut reductionum ad boni viri arbitrium, & restitutionis in integrum, diffinitiua sententia ad rectorem seu suam curiam deuolutis, seu quomodolibet interiectis, appellans, & causam agens infra viginti dies continuos à die appellationis interpositæ continuè computando, appellationis, & nullitatis causam ꝓsequi teneatur, faciendo citari aduersarium, siue partem, & se in dicto citationis termino, vel in ipsum terminum presentando. In omnibus autem appellationibus, & causis suprascriptis possit procedi absque libello litis contestatione, iuramento de calumnia, & alijs solennitatibus, & ordinibus iudiciorum, & substantialibus, sed solum facta præsentatione, vbi opus est, legitimentur personæ: & deinde terminus detur decem dierum, vel maior, vel minor arbitrio iudicis vtriq; parti ad iustificandum, & inpugnandum, & probandum tam per testes, quàm per instrumenta, vel per quemcunq; alium modum, qui eis competeret de iure, & habendum probatum: & elapso dicto termino detur terminus ad accipiendum copiam de productis, & probatis, siqua producta, seu probata sint, ad opponēdum, & probandum, & probatum habendum contra ea vtrique parti. Quo termino elapso detur terminus vtrique parti ad allegandum: & demum eo elapso iudex causam, quàm citius potest, per sententiam debeat terminare. Hoc tamen pro expeditione, & abbreuiatione litium volumus, & ordinamus, ꝙ in omnibus causis supplicans, appellans, de nullitate agens, & petens reductionem ad arbitrium boni viri, seu restitutionem in integrum aduersario comparente, vel non comparente, sic se habeat diligenter, ꝙ infra tempora, fatalia inferius designanda, causam, & item per sententiam curet, & faciat terminare: videlicet, si causa est ciuilis ab interlocutoria, vel ab alio grauamine, vel actu quam à diffinitiua sententia, infra duos menses, si est ciuilis, & à diffinitiua, infra tres. Si vero causa criminalis fuerit, & ab interlocutoria, siue diffinitiua, infra mensem, si grauamen fuerit illatum, vel sententia lata in loco, vbi rectoris curia residet: & si in alio loco, causa infra duos menses debeat expediri, quæ tempora fatalia incipiunt à die appellationis, vel querelæ, nullitatis, siue petitionis reductionis ad arbitrium boni viri, vel petitionis restitutionis in integrum, & prædictis tēporibus fatalibus elapsis, causa intelligatur omnino deserta, etiam sine alia pronunciatione: iudex tamen possit abinde in posterum pronunciare, & declarare desertam, & condemnare deserentem in expensis, hoc addito ad prædicta, ꝙ quilibet appellans causam iniquitatis, & nullitatis in appellatione sua deducere, & intentare possit, & debeat, ac etiam teneatur, & ꝙ simul, & semel agitari debeat vtriusque iudicium, & per iudicē terminari, & etiam simul cum appellatione, & nullitate possit intentari, & deduci restitutio in integrum, & petitio reductionis ad arbitrium boni viri, vbi competit aduersus actum, à quo appellatur

pellatur, vel restitutio in integrum, vel reductio ad arbitrium boni viri petitur, & singuli termini, qui per nostras constitutiones in appellationum causis existunt ordinati, quantum ad eorum progressum, siue quantum ad eorum finem, siue quo ad modum, & ordinem procedendi in causis nullitatum, & reductionum ad arbitrium boni viri, & restitutionis in integrum sint, & esse intelligantur similiter constituti, ita ꝙ eis elapsis agendi de nullitate, & omnis reclamationis, prouocationis, & reductionis ad arbitrium boni viri, & restitutionis in integrum, & appellandi aditus sit, & esse debeat præsentis constitutionis auctoritate præclusus: & per hanc constitutionem quo ad principium, seu tempus dicendi, nullum, vel petendi restitutionem in integrum, vel reductionem ad arbitrium boni viri volumus præiudicium generari, nec aliquid innouari.

DE EODEM, ET TERMINIS seruandis. Ex constitutione Angelina. Cap. X.

IN causa vero appellationis, facta legitimatione ꝑsonarum, iudex, corā quo causa appellationis vertitur, ad petitionem petentis teneatur assignare terminum quindecim dierum ad iustificandum, & impugnandum, exceptis causis instrumentarijs: in quibus causis terminus fit octo dierum, infra quem terminum proceda tur vt in causa principali: & similiter pronunciare non possit nō currere terminum, quo termino elapso processus habeatur pro publicato: & ipso iure intelligatur statutus terminus ad opponendum, & probandum, & producendum instrumenta, allegando, & concludendo in causa, prout in prima instantia, & secundum formam cōstitutionum sitarū in quinto Libro Cap. Quæ forma habeat locum, & seruetur in appellationibus fiendis à sententijs diffinitiuis latis in curia, vel extra eam, siue ferendis, & ab interlocutorijs fiendis, quæ veniunt extra curiam, & ꝙ omnes dicti termini sint, & esse intelligantur vtiles in omnibus quibuscunque casibus, etiam in prima instantia, præter illos, in quibus expresè cauetur, ꝙ sint continui. Addentes ꝙ seruatis terminis, prædictis procuratores partium teneantur concludere in causa, & renunciare probationibus fiendis in huiusmodi causa, & in illa instantia; & ad id per iudices compelli remedijs oportunis.

DE EODEM SVPER DESERtione: Cap. XI.

RODVLPHVS Pius Cardinalis Legatus, & vicarius, comperimus bonæ memoriæ Philippum Cardinalem Bononiensem, & Ioannem Cardinalem Papiensem diuersas fecisse additiones suprascriptæ constitutioni, quas in vnum reducentes statuimus, & ordinamus, ꝙ per lapsum
a primi fatalis,[a] siue termini ad prosequendam causam appellationis in faciendo citari partem, & se in termino representando, intelligatur ipsofacto tota causa appellationis deserta, & sic iudex, ad quem ad instantiam partis appellatæ, siue prouocatæ pronunciare teneatur, & debeat cū cōdemnatione expensarum partis appellātis, siue prouocantis, sub pœna periurij, damnorum, & expensarum partis appellantis: ita tamen ꝙ si vltima dies termini citationis fuerit feriata in honorem Dei ex forma cōstitutionum, quo casu sufficiat in prima die iuridica post diem feriatam, vel secunda comparere pro sequenti: & dies illa habeatur pro die termini, & in ea die & per lapsum dicti diei, vel sequentis, & non per representationem appellantis, vel prouocantis intelligatur appellatio ipsa supra deserta. Per lapsum vero aliorum terminorum per suprascriptam constitutionem designatorum volumus ipsam appellationis, & recursus causam intelligi desertam, & quod fuerit omissum in primo termino, siue fatali non possit in aliquo suppleri, vel restaurari. Decernentes exnunc nullas, & inualidas esse omnes, & quascunque restitutiones, suspensiones, prorogationes,[b] & conuentiones, & interpretationes, seu declarationes etiam in contradictorio iudicio loco stili obseruatas, factas, & fiendas per procuratores, seu iuduces super dictis causis
b

sis appellationum, & longissimæ instantiæ: per prædicta tamen non excludimus facultatem quominus dicti iudices propter eorum absentiam, c ac infirmitatem aduocatorum, procuratorum in causis interuenientium, aut aliqua alia legitima causa possint tempora, & instantias prorogare per decem dies vtiles. Volumus tamen, & huic constitutioni addentes declaramus, q si facto, & d culpa procuratorum d causæ huiusmodi appellationum periclitarent, & desererẽtur, q dicti procuratores teneantur ad interesse, & ad omnia damna, & in expensis per iudicem condemnentur, & multentur sine aliqua remissione: & ad dictarum expensarum executionem procedatur sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua absolui non possit, nisi per nos, & successores nostros pro tempore existentes.

GLO. CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur fatalis dies.*
2 *Tempus prosequendæ appellationis.*
3 *Quando incipiat currere.*
4 *Peremptа instantia quæ pereant.*
5 *Excusatur appellans non presequendo facto iudicis, vel paupertute.6.*
7 *Prorogatio instantiæ spectat ad Principem.*
8 *Princeps potest restituere ad appellandum contra rem iudicatam.*
9 *Instantiæ prorobgatio concedi debet cum refectione expensarum.*

a FATALIS] dies † secundum Azo. in
1 sum. C. de tẽp. appel. dicitur spacium temporis, infra quod appellãs debet appellationem prosequi. l. 2. C. eod. tit. dicuntur fatales dies, quia in eis fatum. i. terminus causæ imponitur, vel mors accidit causæ, gl. in d. l. 2. De iure tempus † prosequendæ appellationis est annus, & ex causa biennium auth. ei qui. C. de temp. app. c. cum sit Romana. c. constitutus, de appel. Rot. Pedem. decis. 28. aliquando triennium. c. ex ratione, de app. quo tempore ela
2 pso, nisi fuerit lata sententia, prima remanet firma, & istud tempus † incipit currere à tempore interpositæ appellationis, clem. sicut, de appel. Idem per lapsum termini hominis dati appellanti ad prosequendum, appellante non prosequente remanet sententia rata. c. cum sit Romana, de app. qui terminus præfixus ab homine succedit loco termini iuris, ideo quoad desertionem operatur eundem effectum, not. Inno. in c. personas, & c. ex ratione, de appel. vbi Abb. c. licet, de sent. excom. lib. 6. vbi Cano. Guid. Pap. decis. 336. & decis. 436. nu. 47. & per const. Angel. supra eo. c. 9. & seq. Si appellans ab interlocutoria in ciuilibus non prosequitur per mensem, & in criminalibus per duos, & appellans à diffinitiua in ciuilibus per tres menses, & in criminalibus per quatuor, lapso tempore deserta est appellatio, & præsens cõstitutio vult deseri per lapsum cuiuslibet fatalis de quibus vide late Neuiz. cõsi. 41. & Rot. Pedem. d. decis. 28. Sed quid si iudex ferat sententiam post lapsum fatalium, an valebit sententia? Specult. de iud. del. tenet, q sic. §. restat, versi. qd si statuto, Alex. in l. properãdum, in prin. nu. 19. & Ias. nu. 26. intelligenisi appellatus opponat de lapsu fatalium, Dec. in c. ex ratione, col. 1. de appel. & tunc perinde est, ac si nõ esset appellatum, Rot. Pedem. decis. 109. nu. 14. item intellige prout declarat Alex. vbi supra, nu. 22. & illum probat Carauita super ritu 245. vic. nu. 5. Aduerte q licet peremptа † instantia causæ appellationis
4 perimatur causa, tamẽ in causa principali nõ perimuntur, nisi acta iudicij, vt libellus litis contestatio, & similia. l. properandum, vbi doct. C. de iud. acta tamen causæ non pereunt, vt confessiones attestationes & similia, no. spec. tit. de iu. del. §. restat, versi. sed nunquid, Bart. o. in l. cum lite. ff. iud. sol. Inno. & doct. in c. causam de testi. Affl. decis. 148. Alex. consi. 58. lib. 2. Præterea considera secundum Bar. in d. l. properandum, q si iudex multitudine causarum impeditus nõ potuit expedire causam, q tunc non currunt parti † aduersæ tempora & terminus, glo. in l. senatusconsulto. ff. de off. præs. & ibi Ang. per illam gl. dicit
5 Bald. in proœmio forum, q si iudex impeditus non potuit expedire causam de die, expediet de nocte, & sic limitat. §. sedebunt, in auth. de iud. pro qua gl. est casus secundum vnam & communem lecturã, in c. tam ex literis, de in integ. restit. vbi volunt doct. q quadriennium non currit ecclesiæ si impedita fuerit facto iudicis, vel aduersarij, & ratio reddi potest, quia mihi imputari non debet, cum per me non stat. c. anteriorum. §. ad hoc. 2. q. 6. glo. in clem. 1. de in integ. restit. & dicit Bal. in l. cum ipse. ff. de excus. tut. q impedito propter factũ iudicis, seu aduersarij non currit dilatio. Sed an tũc requiratur protestatio & quomodo Rot. Pedem. decis. 12. intellige si expeditio fuerit petita per partes, Alex. vbi supra, nu. 8. & Ias. nu. 15. idem Ias. in l. vniuersa. C. de præc. Imp. off. Abb. in c. pen. in fi. de iud. Marsi. in rub. de fideius. nu. 145. Item excusatur propter paupertatem † omittens appellationem prosequi, vt
6 non dicatur deserta, nec ipso iure sibi currit tempus, not. Inno. in c. ex ratione, & post eum Abb. col. 2. ad fin. de app. & in c. ex tenore, col. 2. ad fi. eo. tit. vbi dicit, q paupertas excusat à persecutione appellationis, quod bene not. pro his, qui appellant ad curiam Rom. aut aliam supremam curiam, & propter inopiam non possunt appellationem prosequi, sequitur Bal. in l. acceptam. C. de vsur. Benincasius de pauper. q. 7. spec. 3. Facit quod sing. dicit Bal. in l. 2. §. liquis in iudicio. ff. si quis caut. q si statuto cauetur, q appellãs debeat soluere certam gabellam, alias appellatio sit deserta, q si propter paupertatem non possit soluere, talis appellatio non erit deserta, adde specul. tit. de app. §. nunc breuiter, vbi multos ponit casus, in quibus excusatur appellans, si non prosequatur appellationem. Not. q ad Principem
7 spectat causæ appellationis desertę suscitatio † eius certa scientia secundum Bal. in l. peremptorias. C. senten. rescin. non pos. vbi dicit, q licet rescripta Principum causæ appellationis desertę regulariter impetrata non valeant d. l. peremptorias, cum seq. tamen est verum, nisi in rescripto dicatur expresè non obstante, q appellatio sit deserta, vel alia clausula equipollens, vt quia vtitur Princeps in his plenitudine potestatis, qa in omni sententia intelligitur salua Principis suprema potestas. l. fin. C. de legib. secundum Bal. ibi, vel nisi ex certa scientia hoc fieret ab eo, qui haberet plenitudinem potestatis, vt not. gl. in c. ad hæc, in fi. glo. mag. de rescrip. nam talis clausulæ tollit legem contrariam, habetq; vim dispensationis specificæ, glo. in c. cũ te, verb. literarum, de æta. & qual. Capy. decis. 165. Guid. Pap. consi. 38. in fi. & dicit Ang. in l. 1. C. de sent. pass. q Princeps sententias iudicum rectè latas vno verbo extra ordinem procedendo cassare potest, arg. l. apud ff. de manu. vind. l. 1. C. de crim. sacril. Et dicunt Domini de Rot. decis. 238. non sufficit peteni, in no. q Princeps † potest restituere ad ap
8 pellandũ contra sententiam quæ transiuit in rem iudicatam. Tunc tamen quando fit prorogatio †
9 instantiæ & causæ appellationis à Principe pars impetrans aduersæ parti tenetur ad expensas. l. properandum §. sin autem vtraque. C. de iud. & l. eum quem temere. ff. de iud. & l. qui solidum. §. 1. ff. de leg. 3. Paris de Put. de synd. verb. expẽsas, dicit, q quando talis conceditur prorogatio seu restitutio debet concedi cum hoc, vt reficiat parti expensas, intellige quando ex causa colorata concedit, secus si ex iusta, quia tunc non reficiuntur expensæ Carauita super ritu 248. nu. 6.

SVMMARIA.

1 *Per consensum partium potest prorogari tempus prosequendæ appellationis.*
2 *Instantia appellationis non currit pendente compromisso.*

b PROROGATIONES] Bald. in l. præscri-
1 ptione. C. si cõtra ius vel vtil. pub. tenet de iure, q per consensum † partium potest prorogari tempus appellationis prosequendæ, nõ autem appellandi, gl. est in clem. quamuis, de app. & ita tenent Bal. & Ang. in auth. ei qui. C. de temp. appel. Neuiz. consi. 41. num. 27. & seq. dicit, q non posit prorogari idem tenent Rom. consi. 174. Boer. decis. 283. nu. 30. Sylua. consi. 40. nu. 3. & hæc est communis opinio, vt dicit Carauita super ritu 248. vic. nu. 7. Rot. tamen Ped. decis. 28. num. 16. asserit contrarium per tex. (secundum eum) expressum, in l. fi. C. fi. C. de temp. appel. sub dẽs ita apud Senatum Subalpinum seruari. Mihi magis placet superior opinio quantum ad suscitationem instantiæ, posterior quantum ad prorogationẽ arg. l. sed si manente. ff. de præca. Goz. consi. 101. nu. 13. quod hic inhibet constitutio dans solum iudicibus facultatem ex causa prorogandi vsque ad decem dies vtiles. Not. tamen q
3 instantia † appellationis nõ curritpendente compromisso inter partes in causa vertente contra iudice appellationis, & si non feratur sententia intra compromissum, tunc partes erunt in illo statu in quo erant ante cõpromissum factum, & sic tunc incipiet currere tempus instãtiæ appellationis, vt d. clem. quis, & in auth. si tñ. C. de tẽp. app. Rot. Ped. d. decis. 28. nu. 6. Immo non potest per iudicem tps appellandi, vel prosequendæ appellationis augeri, vel minui, glo. est in c. cum lit, de app. Bal. & Ang. in d. auth. ei qui. C. de tẽp. app.

c ABSENTIAM] concordat tex. cum gl. in c. 1. vt lit. non cont. & in vniuersum quasdam excusandi causas vide apud Rebuf. tract. de excus. tom. 3.

SVMMARIVM.

1 *Quis dicatur procurator.*
2 *Procuratoris officium quando dicatur vile.*
3 *An in generali mandato veniant quæ requirunt speciale.*
4 *Casus in quibus speciale mandatum requiritur enumerantur.*

d PROCVRATORVM] vide Dec. & Cagnol. in l. culpa est. ff. de reg. iu. Et procura-
1 tor † est, qui aliena negocia mandato dñi agit in iudicio siue extra iudicium. l. 1. ff. de proc. Et no.
2 q procuratoris officium vile † est. l. siquis procurationem. C. de decur. lib. 10. Isern. in 1. quę sint regul. nu. 67. Carauita super ritu. 17. vica. nu. 9. quod quidam dicunt esse verum in procuratore vilium personarum sed magnarũ nõ, Rom. sing. 807. dicens q officium vtcunque vile, dicitur dignitas, quando fit Principe seu superiore mandante. l. fi. C. de dign. lib. 12. & comprobatur in l. 1. C. de mand. princ. Et not. secundum Io. Fab. in §. fin. inst. de except. q recipere procuratoris officium infamia est & vile homini existenti in dignitate sed alij non. Et ideo doct. videntur in
3 fames qui onus procurationis suscipiunt. An in generali † de mandato procuratoris veniant & includantur ea quæ exigunt speciale mandatum not. per glo. in l. 1. in l. illud. ff. de min. & l. vna. C. etiam per procur. cau. in integr. agi pos. & in c. qui ad agendum, de procur. lib. 6. Lap. alleg. 69. vbi

69. vbi quid si sit clausula, ꝙ possit maiora expressis Alex.consi.22.lib.1.Rom.consi.83.cõsi. 114.Prat.Pap. in for.responsi. in verb. Simoninus, nu.6. Procurator ante litem contestatã non potest substituere.l.neque.C. de procur.c.1.§.1. de procur.lib.6.Maran. in specul.par.4.dist.16. nu.28.quia non efficitur dominus litis, nisi post litem contestatam.l.nulla, & l. procuratoribus. C.eo.Fallit primo in procuratore in rem suam.l. illam.C.de dona.Fallit secundo, quando sibi data esset potestas expressa substituendi etiam ante litem contestatam,gl.in d.c.1.Inno.in c.1.vt lit. non cont.Procurator ad negocia potest quandocunque substituere,d.c.1.§.1.Iaſ.in l.1.col.fi.ff. de off.proc.Cæsar. quod non procedit in decem casibus relatis per Iaſ.in l.ꝙ quis,col.2.& fin.C. procu.Diaz reg.607. Procurator ante litem contestatam substituit alium, cum hoc facere non posset, pars oppossuit de inualiditate, & nihil vltra dixit, nisi in calculo ferendæ sentẽtiæ eandem repetit exceptionem. Dicitur,ꝙ illa non obstante ferenda est sententia, qm̃ persona dicti procuratoris censetur legitima postquam iudex non obstante exceptione illegitimitatis processit ad vlteriora,vt probat tex.not. in c.ex parte,il 2. de appel.Barto.& alij in l.à procedente.C.de dilat. Alex.consi.37.nu.19.lib.2. Rom.consi.220. nu. 8.Marsi.in l.siquis,nu.90.ff.de quæst. quæ tacita pronunciatio fecit transitum in rem iudicatam postquam non fuit appellatum,Rom. consi.225. Fel.in c.meminimus,col.4.de accus. Dec. consi. 469.in fi.Marsi. in d.l.siquis, num.104. Vant.in tract.de nullit.ex inhabil.mand.nu.177. Carauis. super ritu.106. vica. Quoniam cõtingit aliquando dubitari, qui sint casus illi,qui requirunt mandatum speciale,propterea cum illos in vnum cõgestos reperierim à Petro Rebuffo, in Concord. Fran.tit.de Regia ad Præl. nom.§.1.glo. speciale,placet hic ad vtilitatem legentium illos transportare nullo alio addito. Imprimis sciendũ est, quod illud dicitur speciale mandatum,quãdo ab omni verborum generalitate est extractum, & nominatim concessum.l.Pomponius.ff.de proc. Iacobr.in l.vn.col.4.nu.33.ff.de off.procur.Cæsar. Et quamuis mandatum generale cum libera æquipolleat speciali mãdato,fallit tamen vt per Iaſ.in l. iusiurandum quod ex conuentione, col. 1.& 2.ff.de iureiur.& quando requiritur speciale mandatum, id non potest ratificari, vt concludit Calca. consi.77.col.2.facit gl.in c. nonnulli, verb.sine speciali, de rescrip. Nec sufficit generale etiam cum libera.l.siquis mihi.§.iussum.ff.d de acq.hæred. Alex. consi.133. lib.6. Primus† igitur casus est, in quo requiritur speciale mandatum, quando constitutiones hæ nostræ essent acceptandæ à prouincialibus, hoc enim negocium arduum est.§.cumq; hoc Deo, ibi specialiter,in proœ.instit.Secundus casus est in beneficij acceptatione, gloss. & doct.in clem. vn. verb.præsenti,de caus.præb. Rot. decis. 323. notat Paul.in antiquis,Abb.& alij in cap.accedes, de præb. Card.in elem.1.q.6.de procur. per tex. in c.si sibi absenti; de præb. in 6. quia inuito nõ acquiritur beneficium.l.inuito.ff.de reg. iu. Io. de Selua in tract. de benefic.in 3. part.q.55. Bertrand.con.226.quæsitum,col.2.lib.3.secundum primam impress. Etiam quia per adeptionem secundi, & acceptationem pacificam vacabunt alia beneficia.c.de multa, de præb. extrauag.execrabilis, Io.22.cod.tit. Tertius, iussus super hæreditate adeunda specialis esse debet.l.siquis mihi bona.§.sed vtrum,ff. de acq.hæred. quia in ea paratur graue præiudicium, vel parari potest propter debita & credita secundum Ang.ibi. Sepiusculè latet anguis in hæreditate.Quartus absque speciali mandato in integrum restitutio non conceditur.l.illud.§.si talis.ff.de minor. Iate hoc discutit Dida.lib.resol.3.c.6.quod est verũ,quoniam principaliter petitur,secus si incidenter.l. fin.C.vbi & apud quem, glo.& doct. in l.suscitata, de in integ.restitu.quia agitur de retractando factum domini, quod non potest quis facere sine speciali mandato, nisi magna ex causa, Bal.in d.§.si talis,per l.si hominem.ff.man.& tres rationes tradit Bal.in l.vn.C.etiam per procur.in fin. & in hac in integrum restitutione oportet exprimere causam & personã,nec sufficit dicere constituo procuratorem ad petendum in integrũ restitutionem, Barto.in l.generali.ff.de rit. nupt. Ang. in d.l.siquis mihi.§.sed vtrum, quod declarat,vt ꝑ Bal.& Sal.in d.l.vn.C.etiam per procur. vide tamen Cassad.in decis.1.de procur. & Aufr. in add.Capel.Tholos. decis.55. Quintus, matrimonium sine speciali mandato vnus pro alio nõ contrahit,& sine expressione certæ personę.c.fi. de proc.lib.6.l.generali, de rit.nupt.quia de perpetua hominis seruitute agitur.l.2. ff. de lib.homi.exhib.quippe sub pulchre mulieris specie,interdum aspidum latet vnum, vt apud coniugales in confesso est,requiritur etiam speciale mandatum in matrimonio spirituali, vt tradunt Domini de Rot.decis.375.fuit dubitatum,in nou.Sextus,non facilè per procuratorem quis suspectus accusabitur,quoniam famæ causa est.l.nõ solum §.fin.ff.de proc. idem Rebuf. in tract. recus. art. 1.tom.3. Septimus,interdictum de libero homine exhibendo non instituit procurator, nisi nominatim eidem mandatum sit.l.Pomponius, in princ.ff.de procur.Octauus, qui duos procuratores omnium rerum suarum reliquit, nisi nominatim præceperit,vt alter ab altero pecuniam petat, nõ videtur mandatum vtrilibet eorum dedisse.l.qui duos.ff.de procur. Nonus nisi specialiter procuratori concessum sit pignus remittere non potest.l. si consensit.§.1.ff.quib.mod. pign. vel hyp.solui.nec etiam constituere.l.solutũ.§.fi. ff.de

ff.de pign. act.abundè declarat Ant.Negus,de pign.mẽb.1.3.part.n.36.& seq.Decimus per procuratorem, nec liberari, nec liberare quisquam acceptilatione sine speciali mandato potest,tex. & ibi gl.in.l.per procuratorem.ff. de accept. vbi ratio traditur. Vndecimus,paciſci; nisi specialiter eidem concessum sit, procurator non potest. l.rescriptum,cum.l.nam nocere.ff.de pact.Duodecimus sine speciali mandato procuratori non soluitur.l.hoc iure.ff.de solut.dic vt in seq. casu. Decimustertius, iudicati actio procuratori ad lites non datur.d.l.hoc iure, nisi habeat generale mandatum, & ad negotia, & ad lites.l.2.& 3.de admi.tu.Bal.in rub.inst.de his per quos age.pos. col.2.per glos.in l.purè.§.actoris.ff.de dol.except. vel nisi liberam illius causæ administrationẽ haberet, quia tunc & ei solui, & tranſigere potest, Math. nota.30. nota quòd licet procurator. Decimusquartus,procurator iuramentũ deferre non potest,nisi totorum bonorum, vel nominatim eidem mandatum fuerit.l.iusiurãdum quod ex conuentione.§.fin.ff.de iureiu.c.qui ad agendum.§.fin.de procu.lib.6.ita procurator pro domino non iurat.l.quoties,prima.§.si tutor.ff. de noxal.acti. Decimusquintus, iurare de calumnia sine speciali mandato procurator non potest.c. fin.de iur.calum.in 6.plenè Bar.& Alex.in.l. qui bona.§.si alieno.ff.de dam. infe. Decimussextus, procurator fidelitatem pro domino absq; speciali mandato præstare non potest. c. tibi domino.93.dist.& ibi Archi.Bal.in l.j.q.56.ff.de rer. diuis.refert Boer.in §.10.de consue.feud. in consuet.Bitur.Cassan.in consuet. Burg.rub.des zuff. §.2.glo.faire hommage, vbi idem dicit in iuramento confirmatorio,& in iuramento,per quod aliquis asserit se in negligentia, & in iuramento, per quod positionibus respondetur,vt infra vide re est, idem in procuratore ad negãdum feudum moueri, seu teneri ab aliquo domino, quia tunc perdit feudum negans, nisi Regem Francorum confiteretur, vt scribit Boer. in §. 13. in fin. de consu. feud. & censual. in consuet. Bitur. & hæc negatio debet esse specialis de rebus, quas(vt dicũt)de satoue vt fuit iudicatum anno.1520. die 8.Iun ij. Decimusseptimus,libellus obscurus sine domini speciali mandato non potest declarari,Bar. & Ange.in l.inter stipulantem.§..1.ff.de verb.obl.quia diuersorum raro est vna voluntas. c.quia diuersitatem, de concess. præben. & solus Deus est voluntatis scrutator.c. erubescant. 32. dist. Decimusoctauus, procurator, nisi ei de hoc specialiter concessum fuerit, tranſigere non potest, quia faceret contra mandatum suum,tex.in l.mandato.ff. de procur.l.transactionis.C.de trãsac.Soc.cõs.255.lib.2.limita,vt ibi,& ꝑ Dom.d Rota. decis.62. Nota ꝙ vbi, in antiq.c.qui ad agendum,in fin.de proc.in 6.& in l.interdum.2. §.quia tutelam.ff.de furt. Transactio tamen facta ad vtilitatem domini valebit, Cors.in sing. verb.pupillus,& ibi in add.nec indebitum solue re.l.illud.ff.de mino.l.si procurator.ff.de condi. ind.Decimusnonus,compromittere sine speciali mandato procurator non potest.c.per tuas, de arb.glo.in c.cum dilectus, de relig.dom .Bolog. consi.6.viso,Vigesimus, in pace facienda exigitur speciale mandatum,Specul.tit.de tregua.§.1. uer.hoc quoque, Rom.sing.460.nunquid. Vigesimusprimus, beneficia sine speciali mãdato cõferri (quia donare est) non possunt.c.fina.de off. vica.in 6.idem in praxi benef.in formavica. Epiſcop.Vigesimussecundus, non potest quis donare bona alterius sine speciali mandato.l.filiusfa. ff.de dona. fallit in l. cum plures.§.fi.ff.de admi. tut.& in alijs casibus a iure expressis.Vigesimustertius, est in proroganda iurisdictione, de qua tex.& doct.in c.cum olim, 1.de off.deleg.Guid. Pap.decis.285. statuto.Vigesimusquartus, procurator nõ nunciat nouũ opus sine speciali mandato, glo.in l.de pupillo.§. qui procuratorio.ff. de no.op.nunc.sed ibidem contrariũ tenent Bar. & Iaſ.videlicet sufficere generale mandatum. Vigesimusquintus, est in denunciatione, quam mulier facere debet si prægnantem se existimet. l.j.§.j.& ibi Bar.ff.de lib.agno. Vigesimussextus, rescripta ad lites sine speciali mandato impetrari non possunt, alioqui impetrans tanquam falsarius punitur,quia sunt odiosa,& potestati præiudicant ordinariæ.c. non nulli.§.1.de rescript. idem abundè tract.de rescrip.tom.2. Vigesimusseptimus, instrumenta vetustate consumpta transcribi,ac reparari non debent absq; speciali mandato.c.fin.de fid.instr.Spe.tit.de procur.§.1.ver. item opponitur,ibi vndecimo in instrumentis, vide in l.notionem.§.instrumentorum ff.de ver. sig. Vigesimusoctauus, in beneficiorum renuntione, Card.in clem.vn. de renunc.colu.1.quia, quod nostrum est sine facto nostro à nobis auferri non potest, l.id quod nostrum.ff.de reg. iur. Vigesimusnonus,ad petendum dispensationem, Bal.in l.illud. §. 1.ff. de mino. Abb. in c.innuit. col.2.de elect. Hoc tamen non vidi seruari, alioqui pueris non impetrarent parentes tot dispensationes, quia non valerent,sed multa per patientiam tollerantur, quæ si venirent ad iudicium, non tolerarentur.c.cum iamdudum,de præb.Trigesimus,votum vltramarinum sine speciali mandato Papę commutari non potest.c.& multas,de voto. Trigesimus primus, procurator non habens speciale mandatum dominum ratione euictionis defendere non potest, not. in c. fi.vt lit. non cont.& ideo Curia parlamenti ordinauit anno.1323.ꝙ deinceps hi, qui volunt euictionem assummere per alium potestatem hanc cõcedant procuratoribus,Aufr. in stylo parlam.in 1. par. rub.de dilat.quæ datur pro garendo,& citari debet dominus ad euictionem & non procurator,

Io.

Io. Gall.in q. per arrest.q.94. Trigesimus secundus, iudex accusatus post officium depositum non debet discedere, nisi dato procuratore instructo.l. vn. versi. q si intra. C. vt omnes iud. tam ciuil.quàm mil. Trigesimus tertius, quando Papa vel Rex sibi reseruat quicquam, tunc speciale mandatum exigitur antequam inferior de hoc cognoscere possit. c. vt nostrum, de appel. Bal. in rub.instit. de his per quos. ag. pos.idem Rebuf.tract. de euocat.tom.1. Trigesimus quartus, Tutor non excusatur per libellos, idest, per procuratorem generalem, per specialem sic, exponit glo.in l.excusare.ff. de excus. tut. Trigesimus quintus, idem in alio officio, & ad petendum legitimationem. Bart. in d.l.excusare, & Bal.in rub.inst. de his per quos ag.pos. Trigesimus sextus, ad alienandum.l. si procurator.ff. de cond. ind.nisi res sit tempore peritura.l.procurator totorum.ff.de procur. vel si solitam alienationem fecerit.l.vel vniuersorũ.ff.de pign.act.Bal.cons. 138. factum, lib.5.& consi.181.eo.lib. Trigesimus septimus, non potest procurator sine speciali mandato appellationi renunciare.Bar.in l.fin. §.fin.C de temp.appel.Iaso.in l. cum procurator. ff.de nou.oper.nunc. Trigesimus octauus, procurator non debet aliquem nomine domini capere, vel relaxare sine speciali mandato.l.non solum.§.fin.ff.de procur.sic cõsuluit Soc.cõsi.120. cum in præsenti, col.3.*cum seq.lib.*1.Alex.cõsi. 133.lib.6.*vbi tenet hoc casu* valere tacitam habitionem, vel generale mandatum cum libera. Trigesimus nonus, speciale mandatum in absolutione petenda requiritur, not. in c. cum desideres, de sent. excõ. Barb. consi.7. visis dubijs.q.4.lib.3. Aufr.in add.Capel.tolos.q.56. quia pœnitentia & confessio non potest fieri per alium, Feli.d.c. cum desideres. Quadragesimus, procurator non potest opponere crimina,& defectus sine speciali mandato, clem.1.de procur. Quadragesimus primus, in respondendo positionibus requiritur speciale mãdatum, Imo. in l.pen.§. ad crimen.ff. de pub.iud.quem refert & sequitur Soc.cons.55. in fin.lib.1. Quadragesimus secundus, ad recognoscendum schedulam debet speciale interuenire mandatum, vt plene idem Rebuf. in tract. de chirog.recog.art.1.nu.26.tom.1. Quadragesimus tertius, libri scholasticorum sine mandato speciali alicui non sunt restituẽdi nec tradendi, Alb.in l.q ita. §.1. in fin.ff.ad Treb.idem Rebuf. de priuil.schol.priuil.114. Quadragesimus quartus, nec venia ætatis impetratur sine speciali mandato.l.2.C.de his qui ven.æta.impetr.idem Rebuf.in tract. de regestis baptis. art. 1. tom.2. Quadragesimus quintus, non potest procurator sine speciali mandato ab executione sententiæ appellare, quia dominus in pœnam incideret.l. ab executione.C.quo.app.nõ recip. Auf.in add. Capel.Tholos.decis.476.Quadragesimus sextus, ad accipiendum possessionem beneficij requiritur speciale mandatum, quando illa possessio habet multũ iuris, secus si facti, Aufr. in add. Cap. Tholos.decis.486.elucidat glo.in c.cum nostris, de concess. prẽb. Quadragesimus septimus, idẽ in diuisione bonorum, nec sufficeret procuratorium ad petendum diuisionem, Vltimo in omni arduo & ponderoso negocio, & in quibus reperitur tanta, vel maior ratio requiritur etiam speciale mandatum, Io. Fab. nuncupatim, in §. Procurator, inst.de his per quos ager. poss.24. casus tradit Specul.in tit.de procur.§.1.versi.item opponitur, intercise tamen, & glo. in d. c. qui ad agendum, sed non inueni vsquam, ita plenè deductos.

DE APPELLATIONIBVS INterponendis à iudicibus generalibus prouinciæ celeriter expediendis. Cap. XII.

VIAE per appellationum diffugia, quæ ab interlocutoria interponũtur, frequẽter à Rectore, vel suis iudicibus contingit causam nimium protelari, & effectu iustitiæ impediri: & cum in curijs ipsorum rectorum habeatur copia peritorum, & facilitas consequendorum actorum, & habilitas eorum, ad quos appellatur, & per hoc possint causæ ipsæ cum instantia celeriter expediri, statuimus q̃ quælibet appellatio interposita, vel interponenda à quacunque interlocutoria lata, vel ferenda ante sententiam diffinitiuam, vel post per quemcunq; iudicem, vel officialem ordinarium, vel de legatum Rectoris prouinciæ, possit, & debeat cognosci, & terminari infra octo dies continuos à die præsentis constitutionis in appellationibus iam interpositis à die interpositionis appellationis in appellationibus interponendis, & quibuslibet diebus: etiam quaruncunque feriarum dictæ causæ possint cognosci, & terminari: & tales appellationes interponendæ possint interponi die latæ interlocutoriæ, vel sequenti, & non post: & si appellatio à dictis interlocutorijs non fuerit interposita infra dictum tempus supra ad id ordinatum, vel si fuerit infra tempus interposita, & non fuerit infra dictos octo dies terminata, habeatur perinde ac si nõ fuisset appellatum, & perinde procedatur per iudicem, à quo & per

per partem appellatam: & appellans cogatur reficere parti appellanti expensas antequam audiatur in causa, in qua appellauit ad aliquem actum, & nihilominus pars appellata possit in causa illa principali procedere ad omnes actus sibi opportunos, & expedientes, & q̃ ab interlocutoria aliqua de prædictis non possit appellari, nisi semel tantum: & ab aliquo actu, qui fieret in causa talis appellationis non possit appellari: tamen interlocutoriæ prædictæ omnes latæ ante diffinitiuam, (præterquam latæ super legitimatione personarum pro alijs in iudicio interuenientium,) possint in causa appellationis à diffinitiua sententia recenseri: non obstantibus q̃ ab eis non esset appelatum, vel esset semel appellatum, & q̃ omnis appellatio, quæ interponereretur contra dictam formam præsumatur, & fingatur friuola, & frustratoria, & causa morandæ litis interpositæ: & ei nullatenus deferatur, & ea non obstante procedatur in causa ac si ea interposita non fuisset, saluo, & excepto, q̃ prædicta locum non habeant in interlocutorijs habentibus vim diffinitiuæ, & latis vbi non est lata, nec expectatur ferri alia diffinitiua sentẽtia, in qua possit emendari: nec locum habeant in sententijs, quæ ferentur per iudicem rectoris super appellationibus deputatum: per quas diffiniuntur causæ appellationum ad eum interpositarum ab alijs sententijs, & grauaminibus tam illatis, quàm factis in generali curia suprascripta &c.

HVIC constitutioni bonæ memorię Philippus Cardinalis Bononiensis Legatus addendo statuit propter breuitatem termini, & instantiæ dies octo per constitutionem ipsam præfixos intelligi continuos, præterquam quoad dies feriatos ad honoré Dei, aliàs per constitutiones ipsas exceptos, & nominatos. quos dies noluit computari in termino ipsorum octo dierum, & ita mandamus.

DE RESTITVTIONE IN integrum petenda directa via omissis administratoribus, Cap. XIII.

HAc constitutione decernimus, quòd minor viginti quinque annis, & ecclesiæ vbicunque lædantur in iudicio vel extra, electionẽ habeant, an velint petere restitutionem [a] in integrũ, vel agere cõtra tutorem, procuratorem, actorem, vel syndicum, quorum culpa, vel negligentia contigerit eos lædi, & petita restitutione in integrum procedatur super causa: non obstante q̃ contra administratores [b] ipsorum præfatos non sit primitus actum, aut facta discussio contra eos.

a

b

GLO. CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit restitutio.*
2 *An sententia lata contra minorem debeat dici nulla, vel appellare distinguitur.*
3 *Minore restituto eius aduersarius redit ad primũ statutum.*
4 *Minor de iure maior factus habeat 4. an. ad petendum restitutionem.*
5 *Et si lapsum est non potest uia exceptionis petere.*
6 *Si minor decedat eius hæres petit aliquando.*
7 *Contra vltimam voluntatem non datur restitutio hæredi sanguinis.*
8 *Solutio facta minori iussu iudicis impedit restitutionem.*
9 *Minor non est sæpius restituendus.*
10 *An prosit restitutio minoris fideiussori.*
11 *Mater minor si non petat tutorem filijs excusatur ad tempus.*
12 *An restitutio impediat executionem.*
13 *Hospitale per lapsum temporis restituitur.*
14 *Si ecclesia succedat priuato an vtatur iure illius, vel suo.*
15 *Duo requiruntur coppulatiuè vt detur restitutio.*
16 *Competit hæc restitutio varijs ex causis.*
17 *Ecclesiæ competit restitutio sicut minori.*

a RESTITVTIONEM] Restitutio † nihil aliud est, quàm repositio in pristinum statum, vt vnusquisque ius suum recipiat.l.q̃ si minor.ff.de minor.si igitur minor læsus fuerit circa lapsum instantiæ, ei succurritur beneficio restitutionis l.& si sine.§.fin.ff. de min. Capy.decis.109.nu.7. & tamen vt plenius videamus potest sic distingui

gui secundum Bar. in l. contra pupillum. ff. de re iud. per Cyn. in l. & cum ius. C. si adu. rem iud.

2 Cum igitur quæritur, an sententia † lata contra minorem debeat dici nulla, vel ab ea appellari, aut in integrum restitutionem peti; sic distingue, Aut sententia lata est contra pupillum, aut contra minorem 25. an. nullum habentem tutorem, vel curatorem, tunc sententia est ipso iure nulla, tanquam iudicium sit inchoatum & finitum cum persona minus legittima. d. l. cum & vos, d. l. contra pupillum, & l. acta, in fin. ff. de re iud. aut est lata contra pupillum vel minorem habentem tutorem vel curatorem, & tunc si tutor vel curator interuenit à principio, & potest rescindi si læsio interceserit, vt in d. l. cum & vos secundo respon. aut tutor vel curator non interuenit à principio, nec in causæ processu, & tunc sententia est ipso iure nulla. d. l. cum & vos, in princ. & d. l. contra pupillum, aut interuenit in principio, sed in causæ processu non interuenit, & tunc valet sententia ipso iure, sed ope restitutionis rescindi pot. l. si præses. C. quo. & quando iud. aut è contra non interfuit à principio litis sed solum in causæ processu, & tunc sententia est ipso iure nulla, ideo non est opus q̃ ope restitutionis rescindatur. l. momentaneæ. C. q̃

3 legit. pers. Sed supposito, q̃ minor † sit restituendus, nunquid eius aduersarius erit in statum pristinum reducẽdus? & dicendum est q̃ sic. l. 1. & 2. C. si adu. transl. quod si minor. §. restitutio ff. de min. Minor de iure post 25. an. maior factus habet quatuor annos petendi restitutionem in integrum, & sic durat restitutio vsque ad 29. an. l. superuacuam. C. de temp. in integ. restit. sed

4 quid si hoc tempus sit elapsum, an per viam † excipiendi poterit se defendere petẽdo se restitui? videtur q̃ sic, quoniam regulariter traditur, q̃ ea quæ sunt annuà äd agendum, sunt perpetua ad excipiendum. l. pure, in fin. ff. de dol. except. Contrarium determinat Cy. & alij sequuntur in d. l. superuacuam, ratio est, quia fuit in ipsius potestate per viam agẽdi petere se restitui, ideoq; sibi imputet si non egit, arg. l. Papinianus. §. si filius. ff. de inof. testa. l. quæsitam. §. in dolo. ff. de pecul. quæ ratio cessat in d. l. pure. facit ad prædictam regulam, quod traditur in l. si minor. ff.

5 de iureiur. Sed pone q̃ minor † decesit infra tempus restitutionis petendæ, & tempus fluxit ante aditam eius hæreditatem, an poterit hæres petere restitutionem in integrum? distingue breuiter hoc modo, aut hęres fuit negligens, & tunc denegatur sibi restitutio, aut non & tunc conceditur, ita determinat Cy. in l. 2. C. de tempor. in integ. restit. Capy. d. decis. 109. dub. 1. Adde q̃ hęres minoris restituitur. l. nõ solum. ff. de restit. in integ. fallit si hęres approbauerit, glo. est sing. secundum Bar. in l. paterf. ff. de priuil. cred. not.

6 Rom. sing. 98. fallit etiam contra vltimam, † voluntatem, puta minor frater habens etiam curatorem instituit me extraneũ in omnibus bonis, & verisimiliter debuisset te fratrem instituere, cõtra tale factum testamentũ non competit tibi fratri hæredi ab intestato (ideſt qui successurus fuisses ab intestato si nõ cõdidisset testamẽtum) in integrum restitutio, per tex. sing. in l. Aurelius. §. Caius suis. ff. de lib. leg. Sed quid erit in donatione causa mortis? quia donauit mihi omnia bona sua, Bal. sing. in c. 1. §. sacramenta, de pa. iur. firm. dicit, q̃ tunc poterit peti in integrum restitutio, quia donatio causa mortis non est vera vltima voluntas, & sic non habet locum tex. in d. §. Caius Seius, sed ego reperio Bald. in contrariũ in l. si curatorem. C. de in integ. restit. col. 3. vbi dicit, q̃ d. §. Caius Seius, habet locum etiam in donatione causa mortis, quæ æquiparatur vltimę voluntati, & istud magis placet, quia donatio causa mortis ad sui confirmationẽ æquiparatur vltimæ voluntati, & confirmatur morte, vt per Bal. in l. 2. ff. de don. per doct. in l.

7 2. vbi Rip. ff. de leg. 3. no. Crem. sing. 117. Not. q̃ solutio † facta minori iussu iudicis operatur, q̃ aduersus talem solutionem nõ poterit minor restitui, casum habes sing. in l. ait prætor. §. permit

8 titur. ff. de min. Quid si iudex † absoluat aduersarium minoris petentis restitutionem in integrum, an iterum poterit petere ipse minor se restitui? videtur q̃ sic per l. 1. cũ seq. C. si aduer. rem iud. in contrarium est veritas per tex. in l. 1. & 2. C. si sep. in integ. restit. pet. fu. poterit tamen ab hac tali sententia appellare; & sic vti iure communi. c. fi. de in integ. restit. Nec obstant contraria, quia loquuntur quando sententia fuit lata super alio quàm restitutione. l. sine causa, in

9 prin. ff. de min. Sed an data † minori restitutione proderit eius fideiussori? glo. videtur tenere, q̃ hęc exceptio præstitę restitutionis transeat ad fideiussorem, arg. illius. l. in l. exceptiones quæ. ff. de except. in fin. Petr. tenet contrarium, dic plenius vt not. in l. fin. C. de fideiuss. min. in l. mino-

10 res. 25. an. ff. de min. glo. Bar. Bald. & Alb. in l. ex causa. §. nunc videndum. ff. eo. Not. q̃ mater † minor quæ non petierit tutorem, nõ priuatur hæreditate licet facta fuerit maior, tex. est in l. qui cum maior. §. sed si minor. ff. de bon. libert. ita tenet Rom. sing. 221. quod intellige nisi post maiorem ætatem transactum fuerit quinquennium quia tunc priuaretur idem Rom. sing. 771. per l. fi. C. si ma. fact. alien. & cõtra matrem consuluit Goz. consi. 18. Rot. Pedem. decis. 58. quę transi-

11 uit ad secunda vota. An restitutio † in integrum impediat executionem? declaro lata sententia contra minorem vel ecclesiam, quæ transiuit in rem iudicatam, minor vel ecclesia petit restitutionem in integrum & illam obtinet. Victor petit executionem sententię opponitur de restitutione pendente, quæ debet suspendere sententiã, fuerit

sicut in appellatione dicimus, quid iuris? Inno. in c. suscitata, de restit. in integ. dicit, q̃ aut est præsumptio contra petentem restitutionem, & tunc non impeditur executio, sed habebit locũ cautio, quia tenebitur cauere victor petenti restitutionem, q̃ si succumbat reddet illi rem, de qua agitur, tex. est in l. pen. ff. de pet. hæred. aut præsumptio nõ est contra petentem restitutionem, & tũc impeditur executio. l. vn. C. de in integ. restit. postul. nequid no. fiat. l. causa cognita. C. de transl. Lanf. in c. qm̃ cõtra, verb. interloc. versi. sed plus dubitatur de restit. scrib. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Hospitale fuit institutus hæres sub conditione, si infra annum capellam edificaret, quod si nõ fecerit, instituit tertium, demum mortuo testatore transiuit annus, petit restitui, nunquid posit? Bal. reperitur solus qui hanc q. tetigit in l. pupillorum. C. de rep. hæred. vbi arguit pro & contra, se inuoluit non allegando casum in l. 3. §. & si hæres. ff. de minor. qui licet loquatur in minore, tamen idem est, cum minori

13 equiparetur pius locus, p d. §. Si ecclesia † succedit priuato, an vtatur iure priuati vel suo, vide quod not. in c. fi. in fi. de iurepatr. Scire debes, q̃

14 duo † copulatiuè requirũtur, vt detur restitutio, minor ætas & lesio. l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiu. & debet esse læsio magna & non modica. l. scio. ff. de resti. in integ. Alex. Iaſ. & alij in l. nam posteaquam. §. si minor. ff. de iureiu. Rot. de cis. 87. non sufficit, in no. Abb. consi. 77. col. 4. lib. 2. Alex. cõs. 55. col. fi. lib. 5. Aufr. in add. Cap. Tholos. decis. 53. Bellam. decis. 38. ecclesia, Capy. decis. 96. nu. 14. Guid. Pap. decis. 141. Boer. decis. 79. Grat. cõsi. 119. nu. 15. lib. 1. Natta cõsi. 504. nu. 13. Rebuf. tract. de restit. art. 1. gl. 3. nu. 19. tom. 3. Viuius lib. cõmunium opinio. verb. minor petere, Ruy. cõsi. 68. nu. 20. lib. 1. Rot. Pedem. decis. 157. Etatis autem computatio facienda est de momento ad momẽtum. l. 3. §. minorẽ. ff. de minor. & dies vltima etatis incepta habetur pro completa, Competit autem hæc restitu-

15 tio † varijs ex causis, aduersus venditionem. l. 1. & 2. C. si adu. vend. aut contra ipsum emptorẽ, vt ibi, & si non est soluendo, datur etiã hoc remi medium contra eum, ad quem res ipsa peruenit, & sic apparet, q̃ est in rem scriptum hoc auxiliũ, vt in l. in causæ. 1. ff. de minor. cum l. seq. competit etiam hoc remedium aduersus diuisionem, vt in casu in quo consuluit Goz. consi. 44. & transactionem l. 1. & seq. C. si adu. transl. aduersus ꝓscriptionẽ. l. 1. C. adu. vsuc. aduersus rẽ iudicatã. l. 1. C. si adu. rem iud. Et generaliter competit minori læso aduersus quemcunq; contractũ vel distractum quocunq; noie cõseatur. l. ait ꝓtor, in prin. & §. 1. cum seq. ff. de mino. nedum si rem amiserit, sed etiam si lucrũ perdiderit, quia tam dãni quàm lucri ratio habetur. d. l. ait prætor, in fin. & l. & si sine, eo. Et an competat minori enor

miter læso in spiritualibus, disputat late Didac. lib. 1. resol. c. 5. vbi c. 4. agit, quis sit iudex competens in illa concededenda. Add. quòd ecclesiæ

16 competit † hoc remediũ sicut minori, clem. 1. de in integ. resti. infra quatuor annos à tempore lesionis, & mortis prælati numerandos, cuius facto læsa est ecclesia, secundum Inn. in c. ex literis de restit. in integ. allegat tex. optimum in c. si sacerdos. 16. q. 3. & istud sequitur glo. in c. 1. verb. causa, de rest. in integ. adde Corſ. verb. in integrum restitutio, late Didac. lib. 1. resol. c. 3. cum seq. Et in vniuersum ad materiam Rebuf. tract. de restitu. & releuam. tom. 3.

SVMMARIVM.

1 *Omnis administrator tenetur reddere rationem.*
2 *Frater administrator tenetur fratribus rationem reddere.*
3 *Pater legitimus administrator non tenetur.*

b ADMINISTRATORES] facit tex. in l. 1. §. officio, cum seq. ff. de rat. distrah. om

1 nis † enim administrator tenetur reddere rationem per illum tex. ita extendit ibi Bar. Roland. consi. 49. lib. 1. Rom. consi. 414. quoad primum

2 in primo dub. consuluit, q̃ frater † maior natu, qui post mortem patris administrauit bona fratris minoris, tenetur ei administrationis rationem reddere. Adde fortius q̃ filiusf. qui viuo patre administrauit, tenetur post patris mortem rationem reddere fratribus de administratione, ita sing. tenet Abba. consi. 7. dub. 6. libr. 1. sequitur Iaſ. in l. si hæres. ff. de cõd. cau. dat. qui dicunt secus esse in patre † bona filij administrante aduentitia, cum sit legitimus administrator, & ad eũ spectet vsusfructus nõ tenetur reddere rationẽ, limitant tamen quando pater administrasset vt tutor filij emancipati. Et cõtra patruum pro nepote consuluit Aymo. consi. 159. q̃ illi rationẽ reddere teneatur de administratis, qđ intelligit Ceph. consi. 8. dummodo nepos insteterit pro illa reddẽda, & per patruum non steterit, q̃ si culpa nepotis hoc acciderit & interim patruus moriatur, hæredes non instructi cogi ad illam reddendam non possunt.

QVOD APPELLATIONIS remedio non possit renunciari. Cap. XIIII.

AD HOC, vt obuietur malitijs, & dolis potestatum, officialium terrarum, quæ per ipsos capitaneos, potestates, & officiales fieri, & exerceri consueuerunt, & aliorum iudicum ad diminutionem officij appellationum, statuimus q̃ nullo modo

possit peti per aliquem officialem, communitatem, vel vniuersitatem, statutum, & ordinamentum fieri, nec factum seruari, quo
a prohibeatur, vel tollatur [a] aliqua appellatio, nec in iudicio vel extra iudicium tacitè, vel expressè: nec per aliquam viam directam, vel indirectam, personam, vel personas causam habentes, vel habituras coram eis, vel aliquo eorum: vel alia quæcunque persona possit, vel debeat renunciari, vel remitti beneficium appellationis, vel super eo pactum fieri de nõ appellando ante sententiam, grauamen, vel comminationem illorum comminantium: seu etiam post ipsum grauamen, comminationem, interlocutoriam, seu sententiam diffinitiuam aliquo modo, vel ingenio, etiam sub velamine sacramenti tam in ciuili, quam in criminali, vel aliquo alio grauamine, vel actu iudiciali, vel extraiudiciali: & siqua renunciatio, pactum, siue remissio, vel iuramentum aliàs facta fuerint, ipso iure nullius sint momenti, & idem dicimus in reductione ad arbitrium boni viri, & restitutione in integrum, & querela nullitatis, & per renunciationem tacitam, vel expressam, vel pactum remitti non possint. Excipimus à prædictis, ꝙ si principalis appellans persona, vel de nullitate agens, vel petens reductionem ad arbitrium boni viri per se, non procuratorem, vel aliam interpositam personam personaliter compareat coram Rectore, vel coram suo iudice, coram quo talis causa penderet, & renunciet expressè causæ tali, quæ legitima ipsi Rectori, vel suo iudici videatur, tunc possit admitti: talis renunciatio valeat si aprobetur expressè per Rectorem, vel suum iudicẽ supra dictum: & saluo, ꝙ per hanc, constitutionem non prẽiudicet alijs nostris constitutionibus de desertione loquentibus, quas volumus in suo robore perdurare: & saluo, ꝙ in appellationibus à Rectore, vel suis iudicibus interiectis renunciatio valeat secundum iura communia, & potestas, siue officialis, qui dictam renunciationem, remissionem, seu pactum fieri fecerit, seu iuramentum super hoc receperit, & notarij, qui ipsam remissionem, seu pactum scripserint, ducentorum florenorum auri pro quolibet pœnæ se nouerint subiacere.

Hvic constitutioni NOS Rodulphus Cardinalis Legatus adijciendo, duximus ipsam constitutionem extendere, & locum habere ad omnes illos, qui iussu alicu ius vel coacte, aut metu pœnæ renunciauerint appellationibus per eos interpositis: quam renunciationem dicimus nullam esse, & nullius valoris, vel momenti, & in causa posse procedi: non obstante dicta renunciatione, ac si nunquam facta fuisset, etiam cum iuramento, quod dicimus per dolum, & minis extortum fuisse.

GLO. CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellationi quando renuntiari possit.*
2 *Iudex appellationi deferet, nisi sit friuola.*
3 *Fictus contumax auditur appellans.*
4 *Condemnatus ex præsumptione iuris & de iure non appellat.*
5 *An valeat statutum quod tollit appellationem.*

a 1 [Obiectvr] licet in causa † ciuili siue ante sententiam, siue post possit appellationi renuntiari. l. fin. C. de temp. appel. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. l. si quis libellos C. de app. Guid. Pap. decis. 436. nu. 36. tamen in criminali quando tractatur de morte ciuili, vel naturali, membri mutilatione, vel alia pena corporali nõ potest per condemnatum, vel condemnandum appellationi sue per se vel quẽlibet alium interpositæ vel interponẽdę renuntiari, vt est casus in l. non tantum. ff. de app. not. Bal. in l. raptores. C. de epis. & cler. idem voluit Ang. in d. §. qui prouocauit, fallit quando delictum esset notorium, Abb. in c. 2. de re iud. vel reus ita conuictus esset ꝙ delictum negare non posset, vel esset confessus, quos casus excipit constitutio suprà c. 2. & facit. l. 2. C. quorum app. non recip. Bal. in l. addictos. C. de epis. aud. Aduertat igitur iudex † vt admittat appellationem, nisi sit manifestè friuola, alias teneretur lege Iulia de vi publica, vt est tex. & ibi Bar. in l. lege Iulia. ff. de vi pub. nã cum per appellationem sententia sit rescissa, executio fieri non potest, & si fieret iudex capitaliter puniretur, nam paria sunt occidere innocentẽ, & occidere qui confugit ad iustam iuris defensionem. l. 1. §. fi. ff. ad l. Iul. repet. ita dicit Bald. in d. l. addictos, & in l. siquis filio. §. hi autem. ff. de inoffi. test. ꝙ iudex qui appellationẽ non admisit, sed fecit executionem, puniatur pena mortis, probat ẽt tex. in l. lex Iulia. §. fi. ff. ad l. Iul. rep. & vide Bal. in l. 1. C. ne ex deli. defun. col. 7. vbi dicit, ꝙ iudex qui post appellationem fecit, vel impediuit, ne reus appellaret, tenetur lege Iulia de vi publica, allegat. l. qui dolo. ff. de vi pub. idem voluit Anch. inclem. 1. de excess. prælat. intellige prædicta in casu in quo appellatio deberet admitti, quia si esset manifestè friuola, vt quia sponte confessus fuit, & testib. conuictus, vel crimen est notorium, tunc si nõ admittit nõ tenetur, quinimo si admitteret peccaret. c. cũ appellationib. de app. libr. 6. sunt & alij casus. (vt delicta enormia) in quib. nõ admittitur appellatio, q̃ enumerantur in l. constitutiones. ff. de app. & ẽt in casu. l. 1. C. de rap. virg. & ibi Saly. & in fabricantib. falsam monetã. l. 1. C. de fal. mon. vbi ẽt Saly. qm̃ publicè interest, ꝙ statim fiat executio. Quod dixi, ꝙ cõfessus & cõuictus nõ audiatur appellans l. 2. C. quor. app. nõ recip. intellige si verè sit con
3 fessus & cõuictus, si vero fuit contumax † & sic ex forma statuti habetur pro cõuicto & cõfesso, qa proceditur per viam fictionis, auditur appellans vt not. Bar. & Bal. in l. ita demũ. q. vlt. C. de procur. & vide Bal. in l. 2. C. de epis. aud. & in l. 2. C. si pen. app. mors interu. vnde in dictis casib. nõ obstante appellatione, statim debet fieri executio, & maxime in delictis enormib. l. prouinciarum C. de fer. l. cum reis. C. da pẽ. Adde ꝙ condem-
4 natus † ex pẽsumptione iuris & de iure nõ põt appellare, qa habetur pro conuicto & cõfesso d. l. 2. C. quor. app. nõ recip. Mars. sing. 116. An aũt valeat statutũ † quod tollit appellationem in crimi-
5 nali? Alb. in 3. par. stat. q. 54. primo arguit ꝙ tale statutũ non valet, quia appellatio est species defensionis, & defensio est de iure naturali q̃ non vidꝫ posse tolli per statutum, dicit tñ ꝙ Dy. tenet contrariũ, quia per pactũ põt appellationi renuntiari. l. fi. C. de tẽp. app. l. 1. §. siqs. ff. à quib. appel. nõ lic. ergo per statutum põt hoc fieri l. pen. C. de fideiuss. l. non impossibile. ff. de pact. & subdit Alb. ꝙ ita seruatur. Iul. Clar. in prat. crim. §. fi. q. 94. vers. cæterũ Cæpol. cõs. 32. Gram. vot. 2. Carauita sup ritu 259. Vic. in prin. Did. lib. prac. q. c. 25. nu 6. vbi latè hoc expendit. Sed in cõtrariũ vide Bar. Im. & Rom. in l. fin. ff. de aq. plu. arc. Bal. & Saly. in l. fi. §. fi. C. de tẽp. app. per Cano. in c. venientes, de iur. iur. vbi Bald. Abb.

2

QVOD ACTA EXHIBEANtur in iudicio, quando appellatur in causis criminalibus, & quomodo procedatur quando non exhibeantur. Cap. XV.

Via (iure testante) fraus, & dolus nemini debent patrocinium impartiri, sed ipsis potius, in quantum est possibile, obuiandum, & maximè cum appellantes

in criminalibus causis ante sententiam, vel post propter defectum actorum, & processuum, quorum copiam procurantibus, & facientib. à iudicibus causarũ principalium habere non possunt, tanquam eorum processibus, & probationibus denudati nequeunt ipsorum causas prosequi: neq; modo, & tempore debito facere terminari, statuimus, atque præcipimus, ꝙ quilibet appellans in criminali causa duntaxat ante sententiæ tempus, vel post à quocunque grauamine, vel præcepto, vel sententia in criminali facto in prima citatione faciat mandari iudicibus, & officialibus, siue vniuersitatibus quibuscunq;, à quibus ad Rectorem, vel suam curiam esset appellatum: & etiam parti, ad cuius instantiam, seu petitionẽ factus fuisset processus, vel illatum grauamen, vel lata sententia, à quo, vel qua fuerit appellatum (si qua pars huiusmodi reperitur) ꝙ omnia acta, sententiã, & præcepta, processus quoslibet in formã publicam infra quinq; dies, vel maiorem terminum iudicis arbitrio statuendum teneantur, & debeant exhibere, & producere coram ipso, coram quo causam appellationis huiusmodi contingit ventilari. Quo quidem adueniente termino, si prædictorũ copia iuxta mandati formam exhibita fuerit, in appellationis causa procedatur, prout de iure & secundum formam nostrarum constitutionum fuerit procedendum. Porro si prædictorum copia iuxta primi mandati formam facta non fuerit per partem appellatam, vel per iudicem principalem, seu Rectorem ciuitatis, vel vniuersitatis, qui de hoc fuerit requisitus, iteratò citari debeãt, & requiri, ꝙ in secundo termino per Rectorem, vel suos iudices, vel officiales peremptoriè, & per literas, præfigẽdo tamen terminum quinque dierum, petitorum actorum, sententiarum, præceptorum, & processuum quorumcunque copiam faciant exhiberi: quę si facta fuerit in appellationis causa (vt superius præmittitur) procedatur: alioquin ipsis requisitis (vt prædicitur) in non exhibendo prædicta, contumacibus, & inobedientibus existẽtibus, habitis propter inobedientiam, contumaciam, atque dolum pro confessis, & cõuictis per Rectorem, & suos iudices, & officiales quoscunque tam generales, quàm præsidales, ela-

psis duobus terminis absq; alia citatione, vel requisitione, ad aliquem alium actum, vel ad sententiam audiendam procedi possit: & debeat ad pronunciandum bene, & legitime appellatum, & acta, sententias, & processus, & præcepta esse nulla, cassa, irrita, & nullius valoris per tales iudices, officiales, seu rectores vniuersitatis, siue personas quascunque, à quibus esset appellatum perperam, & inique processum: ac de appellationis causa liqueret, & q siquo tempore sententia, acta, præcepta, vel processus aliqui contra dictum appellantem ex causis præfatis in posterum apparerent, ex ipsis, vel ipsorum occasione appellans inquietari non possit, vel aliqualiter molestari, & nihilominus de prædictorum inobedientia, & contemptu, & fraude prædictos officiales, qui debent acta exhibere, inobedientes, & contemptores siquidem pro delicto, super quo appellabatur, si erat pœna pecuniaria, in tantundem Cameræ: si personalis, in ducentis florenis auri Cameræ Romanæ Ecclesiæ condemnetur: & camerarius communis illius loci teneatur ad requisitionem dictorum officialium, expensis illius communitatis daræ nuncium proportando dicta acta ad curiam appellationum: & si per eum steterit quominus nuncium (vt prædicitur) dederit, tunc ipse camerarius de suo proprio, & non præfati alij officiales dictam pœnam in quolibet dictorum omnium casuum soluere teneatur. Volumus tamen, & ordinamus, quòd si in causa huius appellationis vertentis coram rectore, & suis iudicibus ordinarijs, vel delegatis producta fuerint acta integra, deinde per partem, quæ tunc erat appellata, cõtigerit in tali causa fieri appellationem, non possit compelli, nec teneatur talis pars effecta appellata de nouo, quæ prius fuerat appellans: nec iudex, à quo nuper appellatur, producere acta iam producta: seu anterioris iudicij, sed solum acta facta coram iudice, vel per iudicem, à quo vltimo extitit appellatum: & prædicta locum non habeant in appellationibus, quæ interponuntur à sententijs, vel grauaminibus iudicis maleficiorum curiæ generalis prouinciæ, vel cuiuscunque iudicis curiæ generalis in causa quacunq; criminali: ex qua pœna possit applicari Romanæ Cameræ quantũ ad publicationem causæ: sed in causis talium appellationum, missis prius literis, quæ diriguntur etiam ad aduocatum, & procuratorem fisci, infra terminum eorum, vel per se appellans requirat notarium actorum, seu quemcunque ex notarijs maleficiorum curiæ generalis, vel iudicem, maleficiorum, vel eius locumtenentẽ, qui det sibi copiam omnium actorum, & sentẽtiæ in publicam formam: & q offerat competentem mercedem secundum formam constitutionum, & facta tali requisitione, & oblatione mittantur secundæ literæ, & infra earum termi num, vel post; pars appellans iterum requiratur, & offeratur, vt supra, quibus factis iudex, qui de appellatione cognoscet, vidẽs huiusmodi contumaciam, negligentiam, & defectum in nõ exhibendo copiam actorum, & sententiæ, seu quorumcunque, ex nunc teneatur, possit, & debeat pronunciare, q ipsi parti appellanti non currat terminus, nec tẽpus aliquod fatale in causa suæ appellationis, quousque copia integra omnium actorum, & sententiæ fuerint sibi per iudicem appellationũ, vel alium iudicem curiæ, vel notarium actorum, vel alium ex notarijs maleficiorum tradita cum effectu, vel per partem, vel per alium quencunque sibi facultatem habuerit exhibendi: volumus tamen, & declaramus, q in casu, in quo præfata constitutio loquitur, de periclitatione causæ non proficiant appellanti: nec ex eo capite obtineat, quòd forsan non producatur aliquis actus, vel scriptura, quæ non faciant ad dictam causam, vel per quem, seu quam sua appellatio non iustificetur, vel non releuaretur appellans, & q si dicatur per appellantem actum, vel scripturam non esse productum, vel productam, & de illo actu, seu scriptura esset rogatus, alius notarius, quàm notarij actorũ non profint appellanti, nisi in primis literis, & secundis fiat mentio, & de illis actis, & de nomine notarij rogati, & quòd propter verbum, &c. supra, vel infra, vel his similia acta non intelligantur diminuta, & q illud quod dicit illa constitutio in causis maleficiorũ curiæ generalis nõ periclitan. locum habeant etiam in causis criminalibus curiæ cuiuslibet præsidatus, in pœna applicanda fisco.

DE

DE MODO PROCEDENDI super secundis appellationibus, quæ interponuntur ad Rectorem prouinciæ, & suos iudices. Cap. XVI.

Votiens à iudicibus curiæ generalis ad rectorem iuxta cõsuetudinis, & constitutionis prouinciæ formam, secundo super eodẽ articulo, capitulo vel eadem sentẽtia[a] fuerit appellatum per Rectorem ipsum, siue aliquem commissarium siue delegatum suum de præfatis secundis appellationibus ante sententiam diffinitiuam, vel post in præfatis interpositis à iudibus prædictis cognosci contingat, statuimus q prædicte secundæ causæ, & lites appellationum absque libelli oblatione, litis contestatione, sine strepitu, & figura iudicij ex actis prioribus omnibus, dũtaxat assumendo causas easdem, quæstiones, seu lites in eo statu, quo tunc erant quando remissiones, interlocutoriæ, vel sententiæ fierent, audiantur, cognoscantur, & terminentur: & super ipsis modo prædicto interloqui, sententiari, & procedi possit, & debeat, siue per rectorem, siue per commissarium, ex delegatos ab eo vnum, vel plures sententialiter diffiniri, & q prædictorum iudicium, processus, & sententiæ super hoc sic facti, & latæ valeant, & teneant, ac si ordo iudiciarius foret seruatus integraliter in eisdem, & hoc locum habeat in omnibus, & singulis quæstionibus præsentibus pendentibus, & futuris: & prædicta locum habeant, quando prima appellatio fuerit cognita p Rectorem, vel per suos iudices, siue secunda appellatio interponatur per primum appellantem, siue per partem aduersam. Si vero prima appellatio cognita fuerit, & terminata in alia causa, tunc præsens constitutio non vendicet sibi locum: & in præfatis secundis appellationibus (in quibus hæc cõstitutio vẽdicat sibi locum) sit ordo procedendi, vt facta citatione, præsentatione, & legitimatione personarum, vt supra in alia constitutione continetur, detur terminus ad producendum prima acta: & prius in prima causa, & secũda probata, & producta, quo elapso detur terminus ad accipiendam copiam, & opponendum, & probandum, & habendum probatum contra, & illo termino elapso, detur terminus ad allegandũ: & ipso elapso, per sententiã terminetur. Quam constitutionẽ ad vnguẽ seruari volumus, qñ in prima, & secunda instantijs fuerint seruati termini substantiales præfixi à cõstitutionibus præfatis, & qñ sunt latæ duæ snĩæ conformes. Siaũt termini prædicti non fuerint seruati, & latæ fuerint duæ sententiæ, vna pro qualibet parte, tunc volumus, & mandamus procedi, & terminos seruari iuxta cõstitutionẽ præfatam sub cap. 9. & 10. Forma qualiter. Et de eodem ac terminis seruandis.

GLOS. CAP. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudex appellationis quomodo confirmare debet sententiam.*
2 *Et quando infirmat ex nouis probationibus, quid dicere debet.*
3 *Iudex non tenetur exprimere causam in sententia.*
4 *Quando excusetur vel non litigator ab expensis.*

a 1 Sententia] Iudex† appellationis si vult confirmare primam sententiam pronunciare debet, bene iudicatum & male appellatum, si autem vult infirmare eam, tunc si prima sententia fuit absolutoria, sufficit q tunc dicat pronunciamus male iudicatum & bene appellatum, & ideo condemnamus dictum Titiũ conuentũ, & hoc casu necesse est vlterius procedere, ita not. doct. in l. eos, in prin. C. de app. & ad hoc facit. l. offidius. ff. de leg. 3. Et not. est secundum gloss. in d. l. eos, in princ. q si primus† iudex ex probationibus coram eo factis æquam tulerit sentẽtiam, si postmodum in causa appellationis sunt factæ nouæ probationes ex quibus debeat ferri sententia contraria, iudex appellationis habebit iudicare male iudicatum, & bene appellatum, & debet adijcere ex nouis probationibus, vt per hoc saluet honorem iudicis à quo, & ita debet intelligi glo. in c. sicut nobis, de re iud. in verb. exprimantur, quæ dicit, q in sententia causæ appellationis debet inseri causa, nam hoc intelligitur vbi per iudicem appellationis fertur sententia contraria primæ ex nouis probationibus, quia debet adijci, se ita iudicasse per nouas probationes, & hoc casu intelligitur iudicem appellationis pronunciare male iudicatum (scilicet) quoad partes, quantũ ad iudicem principalis causæ non fuit male iudicatũ, ita determinat gl. in d. l. eos, quæ oĩa sunt not. Regulariter tamen iudex

2 3 † nõ tenetur de necessitate causam exprimere in sententia,

sententia, immo periculum est & fatuũ illam exprimere, si pot cum silentio pertransire, quia redargui pot sententia de nullitate, si causa reperiretur falsa vel erronea, fallit hæc regula in certis casibus not. per prat. Papien. in for. sent. diffi. verb. relaxandum. Et ita videtur, q si appellans † reportauerit contrariam sententiam ex nouiter deductis, puta cum est appellatum à diffinitiua in causa appellationis non allegata allegantur. l. per hanc C. de temp. app. c. fraternitatis, de testi. cap. cum Ioannes, de fid. instr. qui debet euitare condemnationem expensarum, cum iustè appellauerit, & obtinuisset, nisi fuissent probationes de nono factæ, Bar. in l. tutores. ff. de adm. tut. in l. tutores. ff. de adm. tut. in l. properandum. §. finautem vtraq;. C. de iud. l. generaliter C. de reb. cred. Io. And. in c. ignorantia, de reg. iu. lib. 6. Domi. de Rot. decis. 255. in nouis, Paul. de Castr. consi. 80. lib. 1. Hoc putat verũ Abb. in c. finem, de dol. & contu. nisi habuisset iustam causam litigandi super toto tunc. n. non excusaretur, licet habuerit iustam causam litigandi habito respectu ad causam, puta petebam à te decem causa mutui, quæ vere tibi mutuaueram, negasti, induxi testes ad hoc probandum, qui non plenè probauerunt mutuũ, Iudex tamen sequendo dictum illorum condennauit te, tu appellasti, quia iudex secutus probationes minus plenas, ego in causa appellationis produxi instrumentum debiti, & sic iudex propter hoc instrumentum confirmauit sententiam non video, quare non debeat te condemnare in expensis, tam primæ quam secundæ instantiæ, cum temerè & calumniosè litigaueris, licet prima sententia fuerit contra te iniustè lata propter probationes non plenas. c. calumniam, de pœn. quia nõ debebas appellare, si sciebas, iniustã causam fouere, & vide in prag. sanct. tit. de friuol. appell. verb. expensarum, Domini de Rot. decis. 241. in nouis, Rebuf. tract. de expens. tom. 3.

4

SVPER APPELLATIONE AB interlocutoria. Cap. XVII.

AEGIDIVS bonæ memorię Sabinensis, dum edidit constitutiones, in suis constitutionibus additionalibus edidit infra scriptam: videlicet.

ITEM quia (sicut manifesta docet experientia) propter appellationes multiplices, & sæpius frustratorias, quæ ab interlocutorijs interponũtur, lites efficiuntur plærunque immortales, & tam aduersus delinquentes, quàm aliter, vt plurimum iustitia retardatur, statuimus q quicunque in aliquo ex casibus à præsenti, & alijs constitutionibus nostris permissis, ab aliqua interlocutoria duxerit appellandum, siquidem causa ciuilis fuerit, appellatio ab interlocutoria infra vnum mensem; Si vero criminalis, infra duos menses â die interpositæ appellationis cõputando, appellantes huiusmodi vsq; ad sententiam inclusiuè prosequi teneantur: aliàs penitus sint desertæ. Iudex autem, ad quem dictæ appellationes fuerint interpositæ, si eas duxerint admittendas, ipsas infra similem terminum debeat iuridicè terminasse, vel partes ad prioris iudicis examen remisisse. Appellationes vero interpositæ à sententijs diffinitiuis in ciuilibus infra tres menses: in criminalibus vero infra quatuor menses continuos debeat similiter terminasse: quod si nõ fecerit, ipso iure vice qualibet in quinquaginta florenis auri Cameræ Applicandis per thesaurarium illius prouinciæ exigendam sub debito per eum præstito iuramento, infra mensem, postquam notuerit, irremissibilem pœnam incurrat: per hoc tamen non intendimus constitutioni, quæ incipit. Quia per appellationem diffugia, sub rubrica. De appellationibus, situatæ in suo casu in aliquo non derogari.

DE MODO SOLVENDI salarium super appellatione. Cap. XVIII.

NE METV expensarum aliquis cesset prosequi suam appellationem, statuimus q à volente causam appellationis prosequi, exigatur salarium à Camera secundum quantitatem, in qua iuxta quantitatem, quam per formam statuti illius loci, vbi fuerit facta condemnatio, condemnari debuit: & vere absq; remissione aliqua solui debeat, omissis supra additis: de quibus per Cameram salarium non exigatur. Et quia in condemnationibus sæpe dolus, & fraus committuntur in maioribus, vel grauioribus quantitatibus, ideo ne metu maioris, vel grauioris salarij exigendi appellans causam appellationis indiscussam dimittat: à quibus qualiter, & quantum salariũ mitius exigi debeat, Rectoris, & suorum rum iudicum arbitrio reseruamus. Adijcimus quòd nullus potestas, seu officialis alicuius terræ maiorem condemnationem faciat in fraudem appellationis: nec aliquam cõditionẽ vltra debitam condemnationem, vel solutionem ipsius condemnationis apponat: propter quam appellans, vltra debitam condemnationem, grauetur, & qui contrafecerit, ipsa condemnationis sententia sit ipso iure nulla, irrita, & inanis, & puniatur in duplum eius, in quo vltra debitum, in fraudem condemnauit: & vtrum condemnatio in maiori quantitate, vel pœna in fraudem appellationis facta fuerit, declarationi, & interpretationi referuetur Rectoris, & iudicum arbitrio, & habeatur pro plena probatione.

QVIBVS DIEBVS, ET TEMporibus termini, & tempora non currant in causis appellationum, & alijs, &c. Cap. XIX.

TEMPORA, & terminos appellationum, & aliarũ causarum volumus non currere, sed causas ipsas in eodem statu manere à tempore, quo contigerit libros claudi propter renouationem Rectoris de terra, vbi curia generalis prouinciæ residentiam faceret, arripiendo iter, & redeundo à prouincia vsque ad decem dies post aduentum noui Rectoris sui successoris, & restitutionis librorum actorum faciendæ nouis notarijs, seu officialibus, vel etiam veteribus, si ipsos contigerit refirmari: & sententialiter non currant toto tempore, quo propter remotionem iudicum, & officialium, seu syndicatorum eorundem, vel alia quacunque causa libros actorum mandato Rectoris claudi, & clausos stare contigerit: & toto tempore, quo curia prædicta moueretur de vna terra ad aliam, videlicet à tempore, quo iudices desinerent sedere ad bancum iuris in terra, ad quam dicta curia moratura accederet, & similiter non currant omnibus diebus, de quibus per iudicem causæ specialiter in causa de voluntate partium, vel generaliter in causis coram eo vertentibus pronunciaretur cum consensu maioris partis iudicum curiæ generalis tempora, seu terminos non currere, & similiter non currant omnibus diebus, per quos inducerentur, vel pronunciarẽtur ferię generales per Rectorem prouinciæ, vel eius vicarium: & temporibus feriatis propter messes, & vindemias, & omnibus, & singulis diebus, & temporibus feriatis, qui continentur in constitutione nostra posita sub rubrica. De ferijs, & quoties iudex causæ propter contumaciam, vel inobedientiam alterius partium pronunciauerit parti aduersæ tempora, seu terminum nõ currere, quo casu illi parti, pro qua pronunciatum est, tempora non currant, nec termini: alia vero tempora volumus esse iuridica, & continua in temporibus, & metis causarum: per hoc tamen non negamus, quin vbi iustitia suadebit, possit secundum iura communia fieri, ac iusta causa restitutio temporum, vel terminorum.

DE FERIIS. Cap. XX.

FERIATOS dies esse decernimus in causis appellationum omnibus, & in causis ciuilibus, & spiritualibus, quæ coram rectore, vel vicario super spiritualibus agitantur & in quibuscunque alijs causis coram Rectore, iudicibus, vel commissarijs agitandis, præterquam in causis maleficiorum primis, vel alijs causis, quæ ipsis temporibus de iure communi permittuntur agitari: videlicet, Festum Natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI cum quatuor diebus præcedentibus, & omnibus diebus sequentibus vsq; ad secundam diem post Epiphaniam inclusiuè, dies Cineris cum duobus præcedentibus, festum paschale Resurrectionis Domini cum septem diebus precedentibus, & septem diebus sequentibus: dies Pentecostes cum duobus sequentibus, dies festi Corporis CHRISTI, dies Ascẽsionis Domini, quinq; dies festiuitatis sanctæ Mariæ Virginis: videlicet Natiuitatis, Conceptionis, Annunciationis, Purificationis, & Assũptionis, & Visitationis: Dies festiuitatũ oĩum Apostolorũ, dies festiuitatũ quatuor Euangelistarũ: dies Dominici, dies festiuitatũ quatuor

doctorum ecclesiæ, dies festi beatę Agnetis, beatæ Agathæ, sancti Benedicti Abbatis, sancti Gregorij, sanctę Apoloniæ, Dies calendarum Maij, sancti Michaelis, sancti Ioannis Baptistæ tam Natiuitatis, quàm Decollationis, sanctæ Crucis tam inuentionis, quàm exaltationis: sanctæ Margaritæ, sanctæ Mariæ Magdalenæ, sancti Laurentij, sancti Dominici, sanctæ Claræ, sancti Augustini, sancti Fráciſci, omnium Sanctorum, sancti Saluatoris, sancti Martini, sanctæ Chaterinæ, sancti Nicolai, sancti Bernardini, sancti Sebastiani, sanctæ Luciæ, sancti Leonardi, & dies sancti, vocabulo cuius est ecclesia cathedralis, seu maior ecclesia, in qua curiam generalem prouinciæ contigerit residere, seu cuius sancti festum tanquam capitis, & patroni illius terræ, populus generaliter, communiter, & solenniter celebraret. Volumus, & mandamus, quòd in bãco spiritualium, & in banco appellationũm, & in banco cuiuslibet curiæ generalis notarij dictorum bancorum debeant cõficere vnum librum pro quolibet banco, in quo contineatur serioſe, & distincte omnes dies iuridici, & omnes dies feriati totius temporis eorum officij: & talem librum reasignent in fine sui officij Cameræ: & notarij collegij aduocatorũ, & procuratorum curiæ generalis conficiant alium librum, in quo similiter omnes dies iuridici, & feriati contineantur distinctè: & talibus libris, [a] & cuilibet eoram adhibeatur plena fides.

a

GLO. CAP. XX.

SVMMARIVM.

1 *Registra quando fidem faciant.*

a IBRIS] de his libris in alia materia scribit diligenter Rebuf. in trac. de regest. bapt. tom. 2. Et not. q

1 huiusmodi regiſtra† plenam fidem faciunt secundum Inno. c. 1. de procur. quando fiunt per eos, qui habent auctoriratem faciendi authenticam scripturam, quæ datur eis à Principe, alias non faceret fidem, ita tenet Bald. referens Inno. in authen. siquis in aliquo C. de eden. idem tenet Bal. in rub. C. de fid. instr. vbi dicit, q si actus non dependet à voluntate aliquarum partium, tunc requiritur auctoritas iudicis, aliàs tale instrumentum non facit plenam fidem.

QVOD IVDICES PRAESIdatuum deferant appellationibus coram eis interpositis ad curiam nostram. Cap. XXI.

a QVILIBET iudex particularis, seu in præsidatu deputatus vnumquenq; appellare [a] volentem, ac causam appellationis prosequi coram iudice curię generalis super audiendis causis appellationum, ordinando liberè appellare, & prosequi admittat sine aliquo impedimento. & qui contrafecerit, pœna centum librarum denariorum vice qualibet puniatur: & prædicta, cõprehendant omnes locumtenentes, commissarios ciuitatum, & terrarum aliarum dictæ prouinciæ quocunq; nomine nuncupatos.

GLO. CAP. XX.

SVMMARIVM.

1 *Sententia retractatur si error probabilis detegatur.*
2 *Si apparet sententiam fore notoriè iniustam.*
3 *Lata contra absentem dolo aduersarij.*
4 *Sententia interlocutoria lata contra expressum iuris regulam.*
5 *Prætextu testium retractari potest.*
6 *Decretum à iudice per suggestionem interpositum.*
7 *Appellatio alternatiua infra decendium declarari debet.*
8 *Appellationes geminate non prohibentur.*

a APPELLARE] facit tex. in l. quoniã iudices. C. de appel. c. decreto 2. q. 6. glo. in c. de priore vbi Cano. de appel. Not. aliquot casus in quibus

1 sententia retractatur, quamuis appellatio prohibeatur. Primus est si error † probabilis postea detegatur, sing. est glo. in c. fraternitatis, verb. per errorem, de frig. & malef. quã ibi dicit sing. Abb. Et intellige procedere, quando error detegitur non per probationes, quia posset excipi, vt non admittatur propter transitum in rem iudicatam, sed quando aliàs in ipsa re apparet de errore, vt in d. c. fraternitatis. Ex quo Abb. infert, q hoc dictum nõ sit restringendum ad causam matrimonialem, sed etiam procedat in alia causa, & vide not. per Abb. in c. 2. de purg. vulg. & si probationes iniustę de facto retractarẽtur, iudex debet retractare sententiam non obstante, q trãsijsset in rem iudicatam, vt sing. dicit Inno. in c. cum

in c. cum dilecta, de rescrip. & in c. cum Bertoldus, de re iudic. Secundus casus est si apparet

2 † sententiam fore notoriè iniustam, tunc illa omnino reuocanda est, non obstante q impediatur appellatio, sing. dictum Inno. in d. c. fraternitatis, refert & sequitur ibi Abb. & in d. c. 2. de purg. vulg. & optimè facit vterque tex. Nam notorietus iniustitiæ reddit sententiam nullam. c. inter cæteras, de re iud. & sententia iniusta tenet propter præsumptionem, quæ cessat vbi notorietas iniustitiæ est in contrarium, & opinio cedit veritati. c. veritate, dist. 8. Tertius casus

3 est in sententia † lata contra absentem dolo aduersarij præsentis ita exprimendo falsum, siue illud probauerit per falsos testes, siue non, est nulla ipso iure, casus est sing. in l. Marcellus. §. prætor. ff. de iud. secus videtur si præsens tacuit aliquam exceptionem dilatoriam vel peremptoriam aduersario absenti competentem, quia tũc valebit sententia, siue eum dicas fuisse in dolo, & sic in faciendo, siue non, ratio est, quia minus delictum est facere non vera, quàm exprimere falsum. c. 1. 4. q. 4. & istam doct. sentit Bart. in l. 1. C. de sat. sd. Innoc. in c. præterea, in fin. de

4 dilat. Quartus casus est in sententia † interlocutoria lata contra expressam iuris regulam; licet reperiantur aliqui casus excepti, in quibus saluari posit illa sententia, ex quo illi casus speciales non sunt expressi in sententia. Vnde si iudex interloquitur filiumf. posse testari, & ideo valere testamentum, sententia est nulla, licet posit saluari in peculio castrensi vel quasi, similiter videmus in citatione, Nam citatio facta, vt quis compareat die feriata, est nulla, nisi exprimatur causa specialis, in qua illo tempore procedi possit, vt not. Inno. in c. præterea, de dilat. Barto. in l. 2. ff. siquis in ius voc. non ier.

5 Quintus casus est in sententia, quæ prætextu † testamenti retractari potest, nam sicut retractatur iuramentum prætextu testamẽti. l. fin. C. de reb. cred. ita etiã sententia, cum iuramentum & sententia æquiparentur, l. nam & postea, §. qui temporali. ff. de iureiu. & de hoc videtur casus rectè in tuenti in l. si mater, ff. de excep. rei iud. Sextus

6 casus est in decreto † à iudice interpositio per suggestionem alterius, nam tunc si iudex reperit se deceptum in illius interpositione, potest proprio motu ex mero officio illud reuocare, ita dicit Ioan. And. in add. c. cũsultationibus, de off. deleg. quem refert Bal. in c. 1. de mil. vasal. qui cont. est, pro quo facit text. in l. 1. C. si ex falsa allega. Obserua vnum in pratica, q quamuis

7 † admittatur appellatio alternatiua (cuius vsus frequens est apud Sauonam) debet tamen appellans intra tempus quo appellare debuit certum iudicẽ appellationis nominare, vt not. Io. And. in add. specul. tit. de appel. §. nunc tractandum, versi. sed pone aliquis, Ale. cõs. 101. nu. 2. & cõsi. 167. nu. 3. lib. 2. Rot. Pedem. decis. 131. nu. 8.

8 Huic adde, q etsi geminate † appellationes iure non prohibeantur, vbicunque viua voce appellans denuo inscriptis intra dicendium appellationem interponit. l. 1. §. biduum. ff. quando appel. sit Bart. in l. si procurator, §. si dominus, col. 1. ff. de nou. oper. nunc. Bald. in l. 2. ad fin. C. de epis. aud. Tamen si super prima appellatione cõcesi fuerint apostoli, non licet secundo loco appellare, quia cum apostoli dicantur pars ipsius appellationis. c. ab eo, de appel. lib. 6. Rot. Pedem. decis. 7. nu. 4. & per dationem illorum fuerit functus iudex officio suo, consumptaq; sit sua iurisdictio, amplius ab eodem iudice impetrari non poterũt. c. cum appellationibus. §. si vero, vbi Gem. no. 7. de appel. lib. 6. not. Bal. in l. eos. §. apostolos C. de app. col. 2. Perus. in c. sua, nu. 21. de appel. Rot. Pedem. decis. 131. nu. 15.

DE POENA NOTARII RECVsantis recipere rogitum de appellatione, & præsentatione literarum. Cap. XXII.

a VOLVMVS & ordinamus, quòd quilibet notarius [2] requisitus à quibuscunq; personis teneatur confice re publicum instrumentum quarũlibet literarum, citationum, appellationum, & protestationum: & si hoc facere negauerit, vel malitiosè facere distulerit, qualibet vice in vigintiquinque libris vsualis monetæ multetur. Si vero de præsentatione literarum Sedis Apostolicæ, vel ipsius rectoris, & suæ curiæ super negocijs proprijs Romanæ Ecclesiæ, vel curiæ ipsius rectoris, aliter trasmissarum instrumentum facere denegauerit, vel malitiosè distulerit, officio notarius per quinquennium sit suspensus: & nihilominus in quinquaginta libris vsualis monetæ Cameræ Romanæ Ecclesiæ condemnetur. Siquis vero notarius aliquod instrumentum huiusmodi facere prohibuerit ne faciat, vel aliquod grauamen intulerit, vel terrorem, si quidem baro fuerit, in ducentis libris: si potestas, aut vniuersitas, iudex, aut communitas, officialis terræ, vel quiuis alius pœnam centum librarum incurrat.

GLOS. CAP. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Tabellio compellitur conficere instrumenta.*

NOTA-

a 1 NOTARIVS] vide Dec. in l. inuitus ff. de reg. iur. Et not. qui tabellio † compellitur conficere instrumẽta, si rogetur. Quid si mandato superioris (vt hic) nolit conficere instrumenta quæ pœna puniatur? Dic de iure, ꝙ priuatur tabellionatus officio, secundum Bald. in l. prouidendum. C. de postul.

DE CELEBRATIONE FESTIuitatum, & registris fiendis. Cap. XXIII.

IOANNES de Duchis Episcopus Coronen. dum vixit existens Locumtenens in prouincia Marchiæ constitutionem infra scriptã edidit: videlicet. Solicitudo nobis commissi gubernationis officij plurimum excitat, vt circa ea mentis nostræ aciem intendamus, quæ ad cultum diuinũ, atq; iustitiæ tendere videantur. Cũ itaque curiales nostros, ipsosq; prouinciales circa causam, & negociorum cognitionem in hac nostra curia intentorum prolapsum fuerit ad abusionem, vt dies dominicos, & etiam Natiuitatis, & Paschæ Domini nostri IESV CHRISTI profanari nõ vereantur, ideo præsenti hac nostra salubri, & perpetua constitutione sancimus, ꝙ die Paschatis, Epiphaniæ, die Natiuitatis Domini nostri IESV CHRISTI cum duobus sequentibus die Paschatis, Resurrectionis, cũ duobus sequentibus die Corporis Christi, die Ascensionis Domini, quinque diebus festiuitatum beatæ Mariæ Virginis: videlicet Natiuitatis, Conceptionis, Annunciationis, Purificationis, & Assumptionis, diebus festiuitatũ omnium sanctorum, Apostolorũ, & quatuor Euangelistarum, diebus dominicis, die sancti Ioannis baptistæ, tam natiuitatis, quàm decollationis, die sanctæ Crucis de mense Maij, die sancti Martini, & sancti Gregorij, & die sancti Laurentij, & die omnium sanctorum, die sanctæ Chaterinæ, & die sancti Iuliani, seu Protectoris terræ, vbi curiam contingeret residere, nullus notarius curialis audeat, vel præsumat rogitum capere de aliquo actu iudiciali, vel etiam extra quomodocunque, & qualitercunq; etiam voluntariæ iurisdictionis, & etiam de contractu mandati, procuratoris, tutelæ, curæ, vel similis: nec aliquis cuiusuis literas ad eius exercitium pertinentes, etiam monitorias, vel scripturas facere, seu subscribere in quibuscunque causis etiã criminalibus, & in quacunque instantia pendente, immo ipsi notarij curiales apotechas notariatus clausas retineant: abstineantq; ab omni penitus exercitio notariatus his diebus sub pœna excommunicationis, & duorum ducatorum auri pro quolibet, & qualibet vice, qua contrafactum fuerit, & nullitatis actorum, scripturarũ, & contractuum, nisi per ipsum prouinciæ Rectorẽ aliter in speciali casu pro rei qualitate, & exigentia, necessitate vrgente fuerit demandatum: & nisi in interpositione appellationum, & nullitatum, recursus, & restitutionum in integrum, quæ in extremitate, & lapsu decem dierum laborarent, quo casu solum, & dun taxat se roget de interpositione ipsa, & non vltra, & nisi pro carcerato, vbi in mora vitæ, seu personæ periculum immineret, vel contra debitorem fugitiuum. a Item, ꝙ nullus aduocatus, procurator, seu alter quispiam curialis, seu prouincialis pro altero in aliqua causa ciuili, vel criminali iudicialiter, vel extra, verbo, vel in scriptis aduocationem, vel procurationem audeat, vel præsumat præstare alicui, vel extra iudicialem intercessionem præbere, vnde quomodocunque vel qualitercunq;, directè, vel indirectè aliquod pecuniarum commodum, emolumentum consequi posse speret corã ipso Rectore prouinciæ, & eius iusdicentibus: nec coram domino thesaurario, vel alijs iurisdictionem aliquam in curia exercentibus sub pœna excommunicationis, & duorum aureorum pro quolibet, & qualibet vice, qua cõtrafactum fuerit, nisi pro carcerato, & contra debitorem fugitiuum. Item, quòd nullus ex iusdicentibus præfatis, nec ipse thesaurarius audiat, vel admittat aliquem notarium, procuratorem, & aduocatum, & alium (vt supra) ad prædicta aliqua (vt præmittitur) eis prohibita exercẽda: nec eorum sigillũ dictis diebus pro expeditione aliquorum prædictorũ apponat sub pœna iamdicta.

a 2

GLO. CAP. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Debitor antequam vt suspectus retineri possit quædam requiruntur.*
2 *Sicut licet creditori capere suum debitorem ita eius procuratori.*
3 *Omnis fugitiuus fideiussor ante tempus capi potest.*
4 *Creditori detinenti debitorem non statur de suspitione etiam cum iuramento.*

a 1 FVGITIVVM] Ang. in l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cog. vult infrascripta debere interuenire priusquam aliquis velut suspectus † retineri possit. Alex. post ipsum in apost. ad Bart. in l. si is, à quo. §. 1. ff. vt in poss. leg. Cotta in memor. verb. debitor non potest. Lanfr. in c. quoniam contra, verb. recusationes, nu. 13. vbi Apost. de prob. Rhoder. Suarez in rep. le. Hispani. l. 2. fol. 807. nu. 32. & seq. Primo, ꝙ constet de debito, & sic sit liquidum, aliàs non potest fieri incarceratio, iste est tex. in l. 1. C. de pred. cur. lib. 11. Anch. consi. 85. nu. 4. & ideo cautus esse debet aduocatus, vt fidem faciat de debito per testes, vel instrumenta. Secundo ꝙ iste probet suspitionem p duos testes summariè, hoc expressè firmant Alex. & Cotta allegati Bal. in l. creditor, la. 2. ff. si cer. pet. & in l. apertissimi, in fin. C. de iud. nec requiritur secundum Bald. in l. & qui. C. de bon. aut. iud. poss. ꝙ in delatione iuramenti testium citetur aduersarius, ne instruatur ad fugam. idem Bald. in d. l. creditor, Inno. in c. significauit, de testi. Marsi. in l. de vnoquoque, nu. 50. ff. de re iud. Maran. in spec. par. 6. actu. 1. nu. 14. Lanfr. in d. ver. recusationes, nu. 14. Cotta, in memo. verb. citatio partis. 4. fall. Tertio, ꝙ ista suspitio sit causata de nouo, nã si illa suberat tempore debiti nihil fieri potest. Bar. in d. l. si is à quo. §. 1. p illum tex. & in l. fin. C. de sponsi. idem si suberat causa tempore contractus, sed illam ignorabat, Ale. in l. 2. nu. 24. ff. sol. matr. quod intellige, vt declarat Carauita super ritu. 170. vica. nu. 7. Et ideo siquis contraxerit cum forense, & postea veniat ad terram creditoris, non poterit illum iurare insuspectum, sed sibi imputet, quia cum forense contraxit. Bald. in l. hęres absens. §. siquis tutelam, in fin. ff. de iud. subdens Bart. in d. l. §. proinde, ꝙ hoc ideo contingit, quia forenses p̃sumuntur semper recessuri. Quarto, ꝙ tempore contractus erat soluendo & nunc est pauper, quia si tempore contractus erat pauper, & nunc tanquam suspectum volo facere detinere, non possum. d. l. ab arbitro, versi. qui ex causa, & l. qui bona. §. de illo. ff. de donn. inf. Quinto, ꝙ in loco in quo habitat non possideat immobilia, si enim possideret non videtur suspectus. l. sciendum. §. possessor. ff. qui satisd. cog. & hæc examinatio potest fieri die feriato in honorem Dei Anch. consi. 95. nu. 1. & 123. Alex. cõsi. 130. libr. 4. Sexto, ꝙ de nouo superuenerit ista suspicio, quia si diu tacuit creditor sciens ipsum esse suspectum, nec amplius potuit ipsum tanquam suspectum petere incarcerari. l. si creditores. ff. de priuil. cred. quod est not. & quantum sit istud diu remanet in arbitrio iudicis. Quare dicit Cum. consi. 58. viso subscripto, ꝙ mulier, quæ non petijt dotem, postquam maritus cepit vergere ad inopiam, est exclusa à tali petitione, & exactione, & dicit Bald. consi. 36. quidam tabellio, ante fin. lib. 3. ꝙ si accusator multum stetit ad accusandum eius accusatio redditur suspecta, pro quo facit tex. in c. 1. de frig. & malef. ibi, quia si proclamare voluit, cur tandiu tacuit & rẽ dicit specul. tit. de præsum. §. 1. versic. necessaria, &c. quòd violentia longi temporis præsumitur versa in consensum, vide tamen ad vniuersam materiæ tractationẽ Par. de Put. de synd. verb. captura, Caccial. tract. debit. fug. Iaf. in prin. inst. de act. Rip. in c. 1. de iud. Not. tamen interim, ꝙ sicut licet creditori † capere suum debitorem suspectum. l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in fraud. cred. ita licet & eius procuratori etiam generali glo. est in l. 1. C. vbi quis decur. vel cohort. pro qua est tex. in l. refectionis. §. si per tuum. ff. communia præd. Marsi. sing. 243. & idem not. Saly. in d. l. 1. fallit in casu in quo consuluit Rom. consi. 241. nu. 41. quia tunc requireretur speciale mandatum ex quo statutũ indicebat pœnam creditori impetranti iniustè capturam, quo casu interest debitoris, vt habeat speciale mandatum ne dicere possit creditor nõ fuisse suam intentionem, arg. c. procurator, de elect. lib. 6. Et quia non potest procurator facere incidere in pœnam dominum absque speciali mandato. l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius dic. l. si procurator. fi. ꝙ quisque iu. & l. si procurator. ff. de cond. ind. Not. præterea ꝙ omnis fideiussor

3 † fugitiuus potest capi ante diem solutionis, ita dicit Bald. in l. 1. C. de cond. ex leg. allegat. l. quæsitum. ff. de pign. Postremo aduertas, ꝙ si reperiatur creditorem † detinere debitorem, quem habebat suspectum de fuga, non stabitur suo iuramento, super suspicione illa, Bald. in l. apertissimi. C. de iud. Ang. in d. verb. qui ex causa. Aduerte, quòd coram Iudice incompetenti potest etiam iurari debitorem de fuga suspectum Anch. consi. 192. nu. 3. Rom. consi. 242. num. 2. Apost. Lanfr. in d. c. quoniam contra, ver. recusationes. Suarez vbi supra nu. 47. intellige quando Iudicis competentis copia haberi non potest, & ꝙ postmodum tradatur Iudici competenti, ita procedant consi. Aret. 95. & Dec. cõsi. 75. vt vtraque opinio saluetur. Carauita vbi supra nu. 2. Non conceditur talis captura pro modico debito Bal. in auth. sed iam necesse. C. de don. an. nupt. Ro. cõsi. 320. nu. 3. Alex. in d. l. 2. nu. 24. sol. matr. in d. l. si ab arbitro, nu. 6. & Iaf. nu. 5. Idem dicendum quando creditor p̃ro debito haberet pignus, vt dicit Bald. in d. l. creditor, Iaf. in l. 1.

4 *Creditori detinenti debitorem non statur de suspitione etiam cum iuramento.*

in l.1.in princ.col.pen.cir.med.ff.siquis ius dic. non obt. Cotta in memorab. verb. creditor in hęrens. Et satisdatio de iudicio sisti liberat debitorem à captura Anch. consi.85.nu.2.

DE INSTRVMENTIS APPELlationum, & sententijs ponendis in registris, & eorum solutionibus. Cap. XXIIII.

INstrvmentvm appellationis ostensum coram rectore, vel ipsius iudicibus, vel officialibus curiæ generalis de aliquib. sententijs, vel alijs quibuscunq; processibus, [a] recipiat notarius penes se, & in registro ponat, vel faciat registrari: & de solutione prædictorum teneat modum [b] in nostris constitutionibus contentum, & iudex vinculo sui iuramenti faciat obseruari.

a

b

Additio. Idem dicimus de instrumentis mandatorum, & alijs instrumentis publicis, & priuatis.

GLO. CAP. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Quis sit processus.*
2 *Forma iudiciorum moderna est confusio.*

a 1 Processibvs] processus † iudicij, est ordo quidam legittimus, secundum quem controuersiæ causarum cognitę ex bono & æquo celeriter diffiniantur. Proinde talis ordo deseruire debet iudici, vt is teneat cognitionis suæ rationem, non vero vt litigatorum adfectibus obsequatur ad differēdam causam prætextu iudiciarię obseruationis. Forma † igitur iudiciorum, qua nunc vtimur, neque ordo est, neque processus, sed magis confusio. Nam quid est aliud quàm calumniosa ceremoniarum, atque scriptorum altercatio extra omnē causæ cognitionem? adeo vt iudex ipse non habeat sepè in manu officium suum exercere in litibus, immo cogitur ad sedentariam audiendi operam, donec omnes istæ ceremoniarum præstigia peragantur.

b Modvm] de quo supra. lib.2.c.13.

QVOD A RECTORE, ET suis iudicibus appelletur solum coram eis: & nullus alius recipiat, vel scribat appellationem alibi factam. Cap. XXV.

NOn sine magna prudentia fuisse olim inuenimus constitutum, quòd quicunq; à Rectore prouinciæ, vel suis iudicibus, vel officialibus grauatum se sentiēs, duxerit appellādum coram ipsis Rectore, & iudicibus, & officialibus ipsius, tantummodo appellationē suam interponere debeat: quumq; sic ab experto didicimus, q nonnulli de dicta prouincia exquisitis fraudibus ipsius rectoris, & suæ curiæ iustitiā illudere volentes, se iusto metu formidare dicentes, coram dominis interdum, & peregrinis personis, & auditoribus clanculo appellantes, vt ipsius Rectoris, & suę curiæ processibus interponere non verentur: & talibus friuolis putantes se tutos, contumaciam, & inobedientiam dictæ curiæ incurrunt. Volentes insuper prædictis machinationibus, [a] & illusionibus obuiare, hac præsenti cōstitutione sancimus, quòd quicunque à prædicto Rectore, vel eius iudicibus, vel officialibus tam generalibus, quàm præsidalibus appellare voluerit, liberè coram Rectore ipso, suisque iudicibus tantummodo debeant comparere, & securè valeant appellare: quòd nullus cuiuscunque præeminentiæ, conditionis, vel status fuerit coram se aliquem ab ipso Rectore, vel suis iudicibus, seu, processibus ipsius, vel suorum iudicum appellare, pati, audire, vel recipere, seu scribere, & de præfatis ipsis instrumentum conficere presumant sub pœna decem florenorum auri dictę Cameræ persoluenda.

a

GLO. CAP. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Quid sit dolus.*
2 *Duplex est dolus.*

a Machinationibvs] id est dolis. l. si quis cum aliter. ff. de verbo. obl. hocque constat ex diffinitione doli, cū nihil aliud sit dolus † quā machinatio ad alterum fallendum adhibita. l.1. §.1.ff.

a §.1.ff.de dol. Et duplex est † dolus bonus, & malus, à bono nec etiam Deus abstinet scatent in sacris literis. exempla.

DE NON FACIENDO EXEcutionem ante decem dies. Cap. XXVI.

a

b

OVum non solum innouata [a] post appellationem à diffinitiua sententia interiecta debeant ante omnia per appellationis iudicē reuocari, sed ea omnia tempore inter ipsam sententiam, & appellationem, quæ postmodum infra decem [b] dies interponitur ab eadē, contigerit innouari, ac si post appellationem innouata fuisset: & quum melius sit ante tempus occurrere, quàm post vulneratam causam remedium quærere, immo penitus necessarium, vbi maximè tale vulnus existeret, cui postea nō possit adhiberi medela: ideo statuimus, prouinciarum prouincialibus salubre prouidere volentes, & multorum excogitatis fraudibus obuiare, qui contra formam iuris communis, & constitutionū nostrarum in graue animarum suarum periculum conantur facultatem adimere appellandi, illos ad mortem personaliter, vel aliter condemnare, seu punire volunt, faciendo tempore sententiæ, quam in eos proferunt, seu ante tales, quos condemnant, seu condemnare volunt, eos taliter obturari, seu aliter eos impediri, quòd loqui non possunt, nec appellent: eos etiam taliter tenēdo absconsos, quòd nullus propinquus, amicus, vel alius potest ad eos accedere, nec eos super aliqua defensione instruere, vel docere: &, quod peius est, lata sententia corporaliter in aliquem, seu aliquos, incontinenti executionem facere fieri intendunt, & faciunt in condemnatos Deum præ oculis non habendo, nec expectando decem dierum terminum, infra quos de iure permittūtur & in maioribus, & minoribus appellare: post quas executiones quum prouocari non posset, si appellaretur. Vnde prouida deliberatione statuimus, quòd nullus potestas, vel baro, comes, seu quispiam alius iurisdictionem exercens alicuius ciuitatis, communitatis, castri, vel loci audeat, vel præsumat per se, vel alium, seu alios aliquem cō demnatum personaliter, siue corporaliter directè, & indirectè quomodolibet impedire, quominus ad ipsum Rectorem, vel suam curiam valeat appellare: præsenti constitutione firmantes, & sancientes omnibus, & singulis rectoribus, potestatibus, capitaneis, baronibus, comitibus, iudicibus, & omnibus alijs dicte prouinciæ, & omnibus, & singulis vniuersitatibus ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum penitus inhibentes: ne aliquam corporalem pœnam, vel executionem personalem faciant, aut fieri patiantur contra aliquem cōdemnatum ad mortem, seu aliter corporaliter, vel personaliter in fra tempus decem dierum: quod statutum est à iure volentibus appellare: quodque nullus personaliter, uel corporaliter puniendus, ducatur ad scenam, siue ad patibulum, vel locum, vbi fuerit puniendus, ore obturato, vel aliter impeditus, quominus loqui possit apertè, seu facie coperta, *taliter* quòd apertè appellare non possit. Potestas vero, & *capitaneus*, qui contrafecerit, & fieri fecerit, vel passus fuerit fieri, in mille florenis auri effectualiter puniatur: & baro, vel eius iudex in trecentis: communitas, vel vniuersitas in mille florenis puniatur: & læsis, & iniuriatis contra formam præsentis constitutionis, & eorū filijs, & hæredibus ad damna, & interesse Rectoris, & suorum iudicum arbitrio declaranda, teneantur, & compellantur in omnibus casibus supradictis. Communia vero ciuitatum, castrorum, & aliorum locorum pro suis officialibus, & potestatibus teneantur, nisi eos ceperint, & in fortiam dicte curiæ dederint infra octo dies, ex quo deliquerunt in prædictis. Si vero frustratoriè, seu iniustè in præmissis causis ab aliquo appellari contigerit, vt honori prædictorum rectorum in quantum conuenit, deferatur, & vt iurisdictio ciuitatum, & aliorum locorum seruetur illæsa, statuimus, & firmamus, quòd si contigerit per dictum rectorem, vel suum iudicem super appellationibus deputatum, vel deputandum pronunciari aliquam appellationem in dictis casibus non tenere, seu iniustam esse, vel male appellatum fuisse,

executio

c executio c primæ sententiæ ita remaneat præfatis rectoribus, qui eam dederint, vel dabunt, quemadmodum habuissent, seu haberent si nõ fuisset ad ipsum Rectorem, seu ipsius curiam appellatum: appellatione huiusmodi non obstante, & omnibus alijs, quæ super appellationum causis, & in fauorem appellationum per constitutiones nostras statuta, ĩ suo robore duraturis.

GLO. CAP. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Innouata appellatione pendente à diffinitiua reuocantur.*
2 *Ab interloquutoria nequaquam.*
3 *Nisi Iudex à quo illi detulisset, vel ei fuisset inhibitum.*
4 *Quid in appellatione ab actu extraiudiciali declaratur.*
5 *Appellatione pendente nihil est innouandum, fallit in vndecim casibus.*
6 *Aliquando lite pendente priuatur officio & beneficio.*
7 *Iudex deferens appellationi potest præcipere parti ne intentet.*
8 *Potest tamen attentare omnia tendentia ad faciliorem exitum appel.*
9 *Actor censetur renunciare appellationi si reum spoliauit.*

2 1 INNOVATA] si fieret † executio pendente appellatione tanquam attentatum reuocaretur per iudicem appellationis non expectato fine ipsius litis, & hoc siue sit facta innouatio pendente appellatione interposita, siue sit facta pendente termino ad appellandum, vt quia sit facta executio infra decem appell. dies, tex. est sing. in c. non solum, de app. lib. 6. & glo. in l. vn. ff. nil. no.
2 appel. pend. secus in attentatis † pendente appellatione ab interlocutoria, quia non retractantur attentata, nisi secuta victoria appellationis, secundum Ang. in l. per hanc. C. de temp. app. nisi
3 † iudex à quo illi appellationi detulisset, tunc enim nihil posset innouari, ligatę enim sunt sibi manus, adeo q vlterius non potest procedere Ang. in d. l. per hanc, idem est si inhibitio illi facta fuisset per iudicem appellationis, nam tũc etiam omnia attentata post inhibitionem statim per viam attentati reuocarentur, casus est in d. c. non solum, quia postquam causa est introducta coram superiore, nullus inferior se impedit. c. vt nostrum, vbi Inno. de app. Et iudex à quo tenetur deferre appellationi ab interlocutoria vbi causa expressa in appellatione reputatur legittima siue vera, tex. est in c. Romana. §. cum autem, de app. lib. 6. Hæc omnia procedunt in appellatione ab actu iudiciali, secus in appellatione † ab actu extraiudiciali, quia tunc attentata pendente appellatione non reuocantur per viam attentati, sed expectatur finis victoriæ, ita dicit Inno. in c. cum inter, de elec. & in c. cum, A. eod. tit. in quibus locis colligitur duplex differẽtia in appellatione ab actu iudiciali & extraiudiciali circa reuocanda attentata. Qđ dictũ est de attẽtatis in appellatione ab actu extraiudiciali, nõ procedit in duobus casibus. Primus est, si appelletur corã iudice habẽte iurisdictionẽ, veluti si quis appellet à cõfirmatore volente cõfirmare electum. Secundus est si post appellationẽ partes communi consensu eligunt iudicem appellationis, nam attentata reuocabuntur per viã attentati secundum Inno. qui ita not. in d. c. cum inter, subijciens, q si episcopus volens eligere aliquem, & ab eo appelletur, si electio facta est per eum (non obstante appellatione) valebit, nec poterit reuocari per viam attentati, quia licet Episcopus sit iudex ordinarius, tamen hic non processit tanquam iudex in iudicio, sed processit tanq iudex extra iudicium. Adde ad regulã q nihil appellatione † pendente est innouãdum sed omnia debent in suo statu permanere. l. vn. ff. de nil. noua. app. pend. c. post appellationem. 2. q. 6. & d. c. non solum, quam regulam limita multis modis. Primo vt non procedat quando appellans est persona suspecta, vel fructus dilapidat, tunc siue sit res mobilis, siue immobilis fructus sequestrantur. l. ab executore. C. quor. app. non recip. istud voluit glo. in d. c. post appellationem, & voluit Bal. in c. 1. §. sancimus, tit. quo temp. mil. dilapidare dicitur, secũdum Bal. ibi si consumpsit fructus in suos vsus conuertendo, maximè prodigaliter viuẽdo, Arch. 6. q. 1. c. quia res, Ang. in l. diuus. ff. de pet. hæred. Secundo limita non habere locum quando appellatio est expresse iuri contraria, not. in c. pastoralis, de off. del. Bal. in d. §. sancimus. Tertio limita nisi appellatio esset friuola. c. cum appellationibus, de app. lib. 6. Quarto limita regulam esse veram quoad partes secus quoad tertium, secundum Bal. in l. siquis filio. ff. de inof. testa. & hoc expresse voluit Gem. in d. c. non solum, in glo. fi. Quinto intellige regulam esse veram in eadem causa, secus in diuersa, Abb. in c. quia frustra, de vsur. Sexto intellige procedere respectu iudicis, non respectu partis secundum Inno. & Abb. in c. dilecti, versi. 3. opp. de excep. de cuius dicti veritate vide Abb. ibi plene disputantem hunc passum post Host. quibus adde Fel. & Dec. Septimo non habet locum in casu. c. accusatum, de symo. & ibi Abb. secundo not. Octauo limita si maritus carnalis copulæ habebat possessionem in matrimonio, quod de iure non valebat, pendente lite potest prohiberi ne inuicem rem agant, casus

casus est sing. secundum Butr. in c. laudabilem, vt lit. pend. refert & sequitur Rom. sing. 411. Nono limita, q innouatum in causa appellationis non reuocatur si extrinsecus aliquod sit gestum, quod in litis præiudicium non vergat, vt sing. not. in l. furti. §. 1. ff. de furt. Decimo limita, q non reuocatur, quod legittimè factum est secundũ litis exigentiam, tex. est vni. in iure in l. post quam. §. imperator. ff. vt leg. nom. cau. talia innouata non impediunt executionem. l. chirographis. §. 1. ff. de adm. tut. l. is cui. §. qui in possessione. ff. vt in poss. legat. Vndecimo, limita vt non procedat quando res erat tempore peritura ita not. Domini de Rot. decis. 2. tit. de testi. in antic. vbi dicunt q non obstante appellationis pendentia, si aliqui testes sunt abfuturi, vel breui morituri, qui commodè conueniri non possunt, q poterunt tunc appellatione pendente per ipsum iudicem examinari, ne probatio pereat quod dictum refert & sequitur Fely. in c. quoniam frequenter, vt lit. non cont. vbi subdit q pars petens examinationem non videtur appellationi renunciare. Not. casum † in c. inter, de purg. can. in quo lite pendente, quis priuatur quasi possessione beneficij & officij, & intellige illum tex. quoniam accusatus erat infamatus de symonia, vt in glo. nam propter atrocitatem delicti concurrente infamia, sit suspensio, donec causa finiatur, idem dic in alijs criminibus magnis concurrente infamia, facit quod not. Io. And. in c. 1. de accus. lib. 6. Imo. & Abb. in c. cũ
7 M. in glo. fin. de consti. Not. q licet Iudex † deferat appellationi, nihilominus potest præcipere parti, ne attentet id propter quod appellauit, & sic appellatio nõ tuetur appellantem, vt possit id facere pp quod appellauit, tex. est cũ sua glo. in c. ex literis, verb. districtius, de matr. contra interd. ecc. vbi not. Abb. & idem tenuit Io. And. in c. cum appellationibus, de app. l. b. 6.
8 ex qua glo. colligit ibi Io. And. Iudicem † à quo posse attentare omnia tendentia ad faciliorem causæ exitum appellationis, non in cognoscendo de viribus appellationis, pro quo est tex. in c. qua fronte, & ibi Abb. de app. Not. q si actor,
9 † qui egit possessorio vel petitorio appellauit à sententia diffinitiua, vel interlocutoria lata in fauorem rei, & appellatione pendente spoliauit reum possessione rei, de qua erat quæstio intelligitur renunciasse appellationi, idem si iniustè turbauit reum in possessione sua vt in c. cum teneamur, de app. Math. sing. 27.

SVMMARIVM.

1 *In ciuilibus an reo sit danda dilatio ad soluendum & quando.*
2 *Si condemnatus dixit se paratum soluere non perdit beneficium temporis.*

b 1 DECEM] Nunquid in ciuilibus † si constat debitorẽ posse statim soluere, sit sibi illa dilatio dãda? Cyn. in l. 1. exactio. C. de rei vxor. act. tenet q nõ, & allegat. Certũ est, q condẽnato actione psonali lex dat mẽses quatuor ad soluendum. l. 2. & 3. C. de vsur. rei iud. c. quæsti, de off. del. sed hic terminus potest per iudicem tolli, si constet condemnatum soluendo esse. l. debitoribus. ff. de re iud. c. ad cõsultationem, eo. tit. ergo &c. Not. quia sing. sed nõ credo verum, quia iura per eum allegata nolunt, q iudex possit tollere, sed diminuere sic ex causa, & q non possit tollere patet, quia terminus datus à lege non potest tolli per iudicem. c. indultum, cum ibi not. per Dy. de reg. iur. lib. 6. ergo &c. de hoc puto casum in d. §. exactio, si bene ponderes contra Cy. Bar. & doct. in l. diuortio. §. interdum. ff.
2 sol. matr. sed si condemnatus, † dicit se paratum soluere, an perdat beneficium dictæ dilationis miserationis causa indultę? dic q non, casus est sing. in l. si debitori. ff. de iud. Rom. sing. 459.

SVMMARIVM.

1 *Executio sententiæ est mixti Imperij.*
2 *Labor est obtinere sententiam, sed grauius executionem.*

c 1 EXECVTIO] sententiæ † est mixti Impe
1 rij. l. iubere cauere. ff. de iurisd. om. iud. & executio de re iudicata dicitur. l. 1. ff. de re iud. de sententiæ executione fusissimè Bar. & alij in l. miles. & l. decem. ff. de re iud. Rebuf. tract. de
2 sent. execut. tom. 1. Not. q labor † est obtinere sententiam, & grauius ipsius † executionem, nam per cauillosos multa opponuntur contra executionem, & cum creditur litem esse finitam, ad huc durat eius restauratio praua. l. terminato. C. de fruct. & lit. exp. l. fratris. C. de transl. quod debetur. ff. de pecul. nam, vt ait Bald. in c. eccl. vt lit. pend. si executionem non obtineas, frustatorium fuit iudicium tuum, cuius executio tendit in vanum, propter qđ euenit multoties quod dicit Fely. in c. nihil, in prin. de præscrip. q propter litium executiones multi eorum iura dimittunt indiscussa, de quib. & alijs iure merito conqueritur Carauita super ritu. 10. Vica. nu. 14.

QVOD IN APPELLATIONIbus non currat aliquis terminus ordinatus per statutum ad soluendum. Cap. XXVII.

VIA quàm plurimis in terris vigent statuta, seu reformationes, q condemnati, si soluũt infra decem dies, vel aliu̇m certũ terminum, diminuatur eis tertia, vel alia

alia quęcunq; pars condemnationis, quod videtur inuentum ad diminutionem curiæ ipsius Rectoris: & vt condemnati ab appellationibus detrahantur, statuimus, ꝙ quicunque condemnatus appellauerit per appellationem prædictam, terminus sit, & in
a telligatur esse suspensus, [a] & non currat, quousque dicta causa appellationis fuerit terminata: & extunc habeat omne beneficium, & omnem terminum, & omnem diminutionem, & remissionem, sicut habebat in tempore appellationis emissæ.

ADDITIO. Idem seruari mandamus, si contingat appellari à sententijs condemnatorijs latis per iudices curiæ, & alios quoscunque iusdicentes.

GLO. CAP. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus de furto si prouocauit non dum est infamis.*

a SVSPENSVS] facit tex. in l. 1. §. fin. ff. ad Turp. Hinc dicitur, ꝙ condē-
1 natus † de furto, si prouocauerit, pendente iudicio nondum inter infames habetur. l. furti, in prin. ff. de his q not. inf.

QVOD NVLLVS OFFICIALIS debeat committere punctum quæstionis alicuius ante, vel post diffinitiuam sententiam. Cap. XXVIII.

VT officium appellationis curiæ generalis Rectoris vtiliter conseruetur, ne remedium appellationis appellare volentibus auferatur, statuimus ꝙ nullus rector, vel officialis alicuius terræ prouinciæ possit, vel debeat committere punctum alicui quem quæstionis principalis, vel incidenti
a tis post diffinitiuam sententiam, [a] vel ante super quocunque grauamine, vel interlocutoria totaliter, seu in partem aliquo tempore, quum prædicta sæpe fiant, vt appellationis remedium litigantibus auferatur: & siqua commissio decętero facta reperietur contra formam constitutionis, per aliquos rectores, seu officiales alicuius terrę, ipsa commissio, & quicquid sequitur ex ea nullius sit momenti, & officiales, qui fecerint dictam commissionem, suo officio sint ipso iure priuati, & nihilominus in centum florenis auri condemnentur.

GLO. CAP. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sententia est de actis.*
2 *Sententia est indiuidua.*
3 *Contra sententiam multa obijci possunt, quæ hic referuntur.*
4 *Sententia lata sub conditione quando valeat.*
5 *A sententijs conditionalibus esse appellandum infra decem dies.*

a SENTENTIAM] Not. ꝙ † sententia
1 est de actis. l. in fraudem. §. neque, vbi glo. & Bart. ff. de iu. fisc. §. illud, in auth. vt fra. fil. l. gesta, cum glo. C. de re iud. Abb. Fely. in c. quoniam cōtra, not. 5. de prob. & cęteri ibi sequuntur, Carauita super ritu 34. Vica. nu. 6. Not. etiam ꝙ † sententia
2 est indiuidua. l. in hoc iudicio. ff. fam. herciſc. Rebuf. tit. de sent. execut. art. 12. glo. 1. nu. 5. & glo. seq. nu. 3. in fin. tom. 1. Carauita super ritu 247. Vica. nu. 9. Multa † obijci possunt contra
3 sententiam ad illam inualidandam. Imprimis, ꝙ sententia lata est super non productis, quo casu est euidentissimè nulla. l. vt fundus. ff. communi diuid. l. 3. C. de sent. q̄ sine cer. quan. prof. Alex. consi. 37. num. 18. & seq. lib. 2. Iaſ. in l. 1. §. editiones, col. fin. ff. de eden. Rebuf. tit. de part. produc. glo. 1. nu. 3. tom. 3. Ex quo infertur ꝙ falsis est, ꝙ sententia sit conformis prosequutis, quāuis libello nō concordaret. Bar. in extraug. ad reprim. verb. videbitur, Bald. in l. nemo. C. de sent. Aret. consi. 83. diligenter, Iaſ. in l. certi condictio. §. si numos, nu. 32. & seq. ff. si cer. pet. Gram. deciſ. 15. nu. 3. deciſ. 19. nu. 3. Maran. in ſpecul. par. 4. diſt. 9. nu. 3. Item quia sententia fundatur super productis post concluſum in cauſa quæ productio fuit nulla, & consequenter nulla est sententia. l. cum principalis. ff. de regu. iur. c. cum dilectus, vbi communiter doct. de fid. inſtr. Alex. d. consi. 37. nu. 21. Card. consi. 72. col. 6. verſi. ad quartum Rebuf. in iam citato loco glo. incip. quando nu. 4. & 5. Item quia, lata est ex falsa & erronea causa expressa in sententia, quæ relata ad acta errorem detegit, ex not. in l. 1. ff. quæ sent. sin. app. reſcind. Abb. & doct. in c. inter cęteras, de re iud. Vant. late de null. sent. ex defect. proceſ. nu. 128. cum seq. Item quia fuit lata contra partis petitionem. d. l. vt fundus. l. habebat. ff. de inſtit. Ruy. consi. 62. nu. 30. lib. 5. Item quia prolata contra sententiam, quæ transiuit in rem iudicatam, quo casu est ipso iure nulla. l. 1. ff. quæ sent. sin. app. reſcin. l. post sententiam. C. de sent. Franc. Marc. deciſ. 466. 1. par. per

per tex. in l. 1. vbi Barto. & communiter doct. C. quando prou. non est nec. gl. in clem. si appellationem, verb. appellatus, de app. Dec. consi. 198. nu. 3. & seq. & adeo hoc verum est, ꝙ licet concedatur reſcriptum à Principe in quo dicatur, non obstante tali sententia, per illud non intelligitur derogatum sententiæ, quæ transiuit in rem iudicatam, Alexan. consi. 94. num. 2. & 3. lib. 2. & consi. 33. num. 12. lib. 1. Vantius in loco iam citato, num. 125. Item quia sententia est lata contra formam reſcripti. c. cum dilecta, de reſcrip. & c. venerabili, vbi Abb. & doct. de off. del.

Item quia reſcriptum erat obreptitium in parte, quo casu vitiat totum. c. sedis, de reſcrip. late Dec. consi. 198. num. 4. & consi. 602. num. 2. seq. & 15. Item quia lata contra expreſſam constitutionem inſertam in hoc volumine, ideo nulla ipso iure. l. 1. §. item cum contra. ff. quæ sent. sin. appel. reſcind. l. 2. C. quando prouo. non est neceſſ. c. 1. de re iud. & vbique ſcrib. Guid. Pap. q. 292. Grat. consi. 80. num. 7. lib. 2. Rebuf. de consuetud. in princip. nume. 102. tom. 2. Item quia lata contra ſtylum, & illo casu esset nulla, Iaſ. in auth. iubemus, C. de iud. vbi dicit, quòd iudex faceret litem ſuam, Guid. Pap. dicta deciſ. 292. num. 2. Chaſſ. in proœ. conſuet. Burg. num. 17. Item quia lata contra pupillum indefenſum non habentem curatorem, vel habentem & recuſantem defendere, & tunc non valet. l. cum minorem, cum glo. C. ſi aduerſ. rem iud. & l. contra pupillum. ff. de re iud. Carauita ſuper ritu 23. vica. nu. 10. Item quia sententia fuit prius pronunciata & lecta, poſtea vero ſcripta, & ſtante hac ordinis præpoſteratione sententia est nulla, ſpecul. de sent. §. iuxta, verb. non valet, num. 12. Lanfran. in c. quoniam contra, verb. interlocutoriæ, verſi. ſecundo requiritur, de probat. Vant. de null. tit. de nul. ſent. num. 70. Carauita ſuper ritu 37. nu. 2. Item quia clandeſtine lata, quo caſu non valet. Hoſt. tit. de iud. §. qualiter, in prin. ſpecul. tit. de sent. §. qualiter, cir. prin. pro quo tex. in l. cum ſententiam. C. de sent. facit tex. in c. quia propter, de elect. & c. cum inhibitio, de clan. deſp. firmat Vant. vbi ſupra, nu. 81. Item quia lata poſt peremptam inſtantiam Alex. in l. properandum, in prin. nu. 22. C. de iud. Carauita ſuper ritu 245. num. 5. Item
4 quia sententia † lata fuit ſub conditione. Verum quia non omnis ſententia lata ſub conditione est nulla, propterea ſciendum est, ꝙ ad propoſitum noſtrum duplex est conditio intrinſeca & extrinſeca, conditio intrinſeca illa dicitur, quæ ad negocium, de quo agitur pertinet, & ex actis appareret, (veluti) condemno Titium, ſi iuraueris, vel condemno te, ſi probatum est. Conditio extrinſeca ea dicitur, quæ de aliquo actu extraneo interponitur, qui nullam cum materia ſubiecta habet conformitatem, neque ex actis dependet

(vt puta) condemno te ſi Imperator venerit & Italiam, ita declarat glo. in l. cum iudex, verb. palam, in fi. C. de sent. & interl. Bal. l. non dubium, opp. 5. C. de legib. Bar. in l. à diuo Pio. §. in vendi tione. ff. de re iud. vbi etiam Zaſ. col. 3. Abb. in c. præterea requiſiuiſti, nu. 19. de app. Hac declaratione ſtante, dum quæritur, an ſententia lata ſub conditione valeat, tunc ſi quæris de conditione extrinſeca, reſpondeo, quòd valet, glo. & Bar. in l. 2. §. biduum. ff. quando appel. tit. Alex. in d. §. in venditione, colum. 7. Vant. de null. ſent. ex defe. proceſ. & ſolem. ſenten. num. 119. Abb. in c. quod ad conſultationem, not. 2. de re iud. & in dicto c. præterea, num. 10. hanc tenuit conſulendo Alexand. consi. 73. num. 12. libr. 3. Rota Pedemon. deciſ. 146. num. 6. Si quæris de conditione intrinſeca, & tunc ſciendum est primo, conditionem quandoque in præſens, vel præteritum tempus concipi, quandoque in futurum, conditio quæ in præſens, aut præteritum tempus est concepta, illa non est vera neque propria conditio, cum actum cui adijcitur non ſuſpendat. l. cum ad præſens. ff. ſi cer. pet. §. conditiones, inſtit. de verb. oblig. vera autem & propria conditio est quidam futurus euentus, in quem diſpoſitio ſuſpenditur, & ipſius effectus in euentum conditionis differtur. l. itaque. ff. ſi cert. pet. pet. l. cedere diem. ff. de verb. ſignific. Bart. in l. 1. num. 1. ff. de cond. & demonſt. Itaque cum fertur ſententia ſub conditione intrinſeca in præſens, vel in præteritum tempus concepta, vt quia iudex dicat, condemno te, ſi est probatum, & ſi non est probatum abſoluo, tunc huiuſmodi ſententia valet, & iſta est communis opinio, gl. in d. §. in venditione, verb. capiuntur, vbi etiam Bart. in prin. Alex. col. 3. verſi. extra glo. Iaſ. nu. 27. Zaſ. num. 40. Rip. in l. ait Prætor. §. ſi iudex, num. 16. Vant. vbi ſupra, nume. 107. Neuiz. conſi. 93. num. 10. Cotta memor. verb. ſententia lata ſub conditione, intellige quando eodem contextu iudex apponit conditionem, vt ſupra, ſecus ſi ex interuallo quia tunc illa conditio habetur pro non appoſita, & ſententia remanet pure lata, Crot. conſi. 138. nu. 4. Rot. Pedem. d. deciſ. 146. nu. 10. ſi ſententia lata est ſub conditione in futurum tempus concepta, quæ est vera & propria conditio, finge ꝙ iudex dicat condemno te, ſi probabit in qua difficultate hincinde ſunt doct. ſententiæ. Negatiuam (ꝙ non valeat talis ſententia) tenuerunt, glo. & Bart. in d. l. cum iudex, Iaſ. in dicto §. ſi iudex, num. 31. vbi etiam Rip. Vant. loco ſæpius citato nu. 112. vbi ſubdit hanc in actu pratico eſſe amplectendam. Butr. conſi. 50. Fulg. conſi. 217. viſo exemplo, Dec. conſi. 516. in prin. Ruy. conſi. 38. lib. 5. nu. 10. & ſeq. vbi nu. 11. atteſtatur hanc opinionem eſſe veriorem & magis communem, Goz. conſi. 50. num. 18. Affirmatiuam tenet ſpecul. tit. de

sent.prol.§.iuxta, versi. sed ecce, Bald.in d.l.non dubium,opp.5.Alexan.in l. qui Romæ.§.Augerius.ff.de verb.oblig. Zas. in d.§. in venditione, vbi dicit,totum mundum hac consuetudine vti, Abb.consi.73.in fin.lib.1.Rebuf.de cont. & defec.art.2.glo.1.nu.17.tom.3. Hanc secundam opinionem & sic affirmatiuam dicit de stricto iure veriorem Rot.Pedem. decis.d.146.nu.17. per ea quæ scribit Phil.Fran.in d.c.requisisti,nu. 9.de app.concludens à sententijs † conditionalibus (exceptis censurarum) esse appellandum infra decem dies, & si appellandum, ergo tenent mero iure,late Rip.in d.§.si iudex, nu.17. Tiraquel.de retract.prox.§.1.gl.10.nu.48. cum seq. Franc.Marc.decis.418. col.3.par.1.Ruy. consi. 133.nu.21.lib.5. in Principe indubium est, & potest ferre sententiam sub huiusmodi conditione,Grat.d.consi.138.nu.6.in quam partem affirmatiuam inclinauit Senatus Subalpinus,vt appa ret in fin.d.decis.146. Alijs etiam modis oppugnari potest sententia,quos facile inuenire pote rit studiosus lector.

DE COMMITTENDO PVNctum ad cosilium sapientis. Cap. XXIX.

HILIPPVS &c.costitutio ni sub rubrica, Quòd nullus officialis possit commit tere punctum: quæ incipit Vt officium, addendo volumus, & pars,quæ petierit
a consilium[a] super causa principali, vel appellationis, stante prohibitione constitutionis, non potuerit illud consequi, possit, & valeat, non obstante dicta constitutione, Rectorem prouinciæ adire, & ab eodem consilium super actis causæ,& proces su petere ad sententiam ipsam diffinitiuam (vt supra)deferendam:in cuius Rectoris arbitrio sit concedendum dictum consilium, vel non , transmittendo acta, vel processus ad consilium sapientis partibus non suspecti expensis ipsius petentis, & secundũ illud iudex ipse causam ipsam teneatur per sententiam terminare, inspecta qualitate causæ,& personę petentis ipsum consilium & non animo calumniæ illud petierit. Per hoc tamen nõ denegamus quominus pars prætendens se grauari à sententia diffinitiua ferenda, possit à sententia appellare, & de nullitate dicere in casibus, in quibus aliàs per nostras constitutiones seu de communi iure non est prohibitum posse appelari,& hanc additionem decernimus habere locum in iudicibus curiæ generalis tam ordinarijs, quàm delegatis.

GLOS. CAP. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *An & quando Iudex excusetur propter sapientię consilium.*
2 *De consilio sapientis vtiles decisiones.*

CONSILIVM] Quæro an iudex † excusetur propter sapientis consilium à partibus electi? & videtur & non si non est sanum & iuridicum, nisi per partes sit approbatum,per l.si cõuenerit.ff.de re iud.tunc secundum Bar. excusatur & imputat sibi eligentes,arg.l.item si vnus.§.principaliter.ff. de arb. Sed si iudex proprio motu elegisset, non excusatur, secundum Inno. in c. super quæstionum,de off.del.Bald.in l.obseruare.§.proficisci. ff.de off.proc. An si de voluntate partium iudex
2 † miserit ad consilium sapientis, & deinde tulit snïam secundum illud consi. parte contradicẽte, an teneatur in syndicatu? Dic & sic quia illud se qui non tenebatur.l.filium.ff.de adm.tut.Bar.in d.l.si conuenerit, & Bal. in l.mancipia.C.de serfug.nisi ex forma statuti tenetur stare cõsilio,iõ consulitur,& iudex faciat poni in actis, & partes ex nunc consentiunt, & promittunt stare illi consilio,secundum Bar.ibi,quod est verum,si iudex est imperitus,quia tunc debet sequi consilium sapientis,si altera pars nõ consentit, vt dictum est secundum Io.And.in c.statutum,de rescrip. lib. 6. Si tamẽ iudex qui tenebatur pronunciare cum consilio sapientis, bonam sententiam tulerit sine eo, valet sententia, vt not.Barto.in l.1.C. de sent.adu.fis.la.lib.10. & in l.cum sententiam.C. de sent.& interl.om.iud.& ad materiam vide specul.tit.de req.cons.§.1.Io.And.in c.nullus pluribus,de reg.iu.lib.6.Bar.in l.1.§.si plures,ff.de excert.act.facit c.cum olim,de arb. vbi dicit Butr. & iudex non tenetur sequi malum consilium sapientis,etiam si statutum disponat, & quis teneatur,nisi esset ex toto ignarus,per glo.in c. venerabili,de off.del.& l.pluribus.ff.de præt.stip. subdens illud esse verum vbi viri imperiti deputantur iudices, quia tunc debent sequi peritorũ consilium. Cæterum ad propositam materiam vide Pacium à Scala in suo tract.de cons.sapien. Hoc vnum interim not. & sententia lata ex consilio sapientis nũquam transit in rem iudicatam, & per iudicium aliorum peritorum reuocari potest, Bal. in l.ab hostibus.§.si vir.ff.sol.matr.Bart. & Pau.de Cast.in l.arbitro.ff.qui satisd. cog. Ang. & Cæpol.in l.& si nolit.§.si mancipiũ.ff. de ædil. edic.Carauita super ritu 267.vica.nu.10.

DE

DE POENA INNOVATIOnum, vel aliquid facientium contra appellantem,siue volentem appellare ad curiam generalem. Cap. XXX.

VVM inter cęteras superioritates, & preciosa iocalia illud existat, non immerito arduũ appelationis officium , per quod superior possit iniustitias aliorũ minorum iudicum debita emendatione corrigere,subditis, & oppressis in eorum iuribus præbere opportuna remedia, & inferior gradus meritum superioris agnoscat: cumq; huic singulari officio, quod speciali ter ad Romanam Ecclesiam, & officiales ad id per Sedem Apostolicam, aut eius auctoritate pro Ecclesia deputatos solos nõ est dubium pertinere, multi diuersimodè conantur extrahere, & ipsum vtile, ac necessarium officium destruere,vel saltem exterminare in tĩn,vt ẽm intentionem eorum temerariam, ad nihilum deducatur. Aliq eligendo capitaneum, siue assumendo exgrauatores,syndicos, siue cuiuscunque generis , vel nominis officiales, vel arbitros, vel consultores,qui cognoscant de appellationibus,vel iniustitijs,iniquitatibus, siue grauaminibus quibuscũq; aut per viam consilij exgrauentur, siue reforment. Alij statuendo,vel ordinãdo, & ante sententiã, vel grauamen,aut post detur super quibuscunq; sententijs,siue punctis consilium sapientis qũolibet obseruando: alij statuendo,vel ordinando, & à sententijs, vel grauaminibus iudicialibus simpliciter,vel generaliter,vel à certo genere grauaminum, aut in certis generibus causarum, vel sententiarum, arbitrorum, vel laudorum appellari,siue reclamari non possunt: alij,qui prætẽdunt habere priuilegium Sedis Apostolicæ iurisdictionem primarum appellationum statuendo,vel ordinando generaliter, aut in quibusdam sententijs grauaminibus, siue causis, & prima appellatio non fiat,aut impediatur: per quod sequitur, & impedita, aut prohibita prima, siue quomodolibet vulnerata paratur præiudiciũ, siue via præcluditur, etiam in secunda deuoluenda ad Curiam Romanam,vel generalem prouinciæ. Alij statuendo,siue ordinãdo, & parti appellatæ,siue prouocatæ ad ad Romanam, vel generalem Curiã fiant expensæ causæ hmõi per cõe,vel aliam per sonam, vel defendantur in causis expensis cõitatum,vel aliorum locorum, aut per ad uocatos, siue iudices cõitatis alicuius qui patrocinarentur in causis illius communitatis salario,& expensis : alij statuendo,vel ordinando, & nullus scribat prouocationes, siue appellationes huiusmodi, vel in scriptis exhibeat. Alij statuendo,siue ordinando,quòd nulla persona exeat terram illam quandocunque, vel eius territorium sine licentia priorum, vel cuiuscunque officialis, vt per hoc arctent appellantes , siue prouocantes, ne ad dictas possint accedere curias, ad quas appellant, siue prouocant, siue appellare , vel prouocare intendunt. Alij capiendo, & detinendo personaliter, siue carcerando appellantes, siue appellare volentes , vel eorum ascendentes,vel descendentes,consanguineos,vxorem,agnatos,uel cognatos,aut affines, uel laboratores,inquilinos,aut procuratores, uel negociorum gestores,aut intimos amicos eorum , uel bona ipsorum sequestrando, uel quomodolibet capiendo, ut per hoc appellare uolentes , non audeant: & qui appellassent, renuncient, uel appellationes prosequi non attentent. Alij terrendo tormentis,pœnis, iniurijs, uel minis appellantes , siue appellare uolentes , ut non appellent, uel ab appellatione recedant. Alij uero procedendo ad ulteriora causæ post appellationem, cõmissionem, uel ad executionẽ sententiæ post appellationem, uel ante,infra tempus,quo appellare de iure liceret. Alij post appellationem nouos instituendo processus accusationis, denunciationis libelli, uel petitionis ciuilis, uel criminalis contra appellantes sub quocunque colore, uel causa ipsos appellantes nouis prõcessibus implicantes in eadem causa, siue negocio, in qua, siue in quo appellent, uel alio negocio,siue causa. Alij pœnas in personis,uel pecunia, seu rebus imponendo,uel exigẽdo,uel domos diruendo,uel uineas,aut arbores deuastãdo, aut ipsorum possessiones, bona, seu res coli, aut fructari pro eis impediendo: alij offendentes appellantes in psonis,uel rebus im

punitatem, vel præmium, vel fauorem, vel consilium pollicendo: alij acta, instrumenta, testes, iura, vel probationes subtrahendo, vel ne habere possint, impediēdo. Nos huiusmodi malitijs, & præsumptuosis conatibus, vel excessibus obuiare cōgruis remedijs intendentes, cassamus, irritamus, & viribus vacuamus: ac cassa, & irrita, & nulla nunciamus dicta statuta, & ordinamenta edita, & edenda, & secuta, & sequenda ex eis, vel ipsorū occasione, siue prætextu: & dictas electiones, assumptiones capitaneorum, officialium, arbitrorum, siue arbitratorum, siue consultorum, & secuta, & sequenda, siue fienda per eos, seu pretextu eorum officij, seu ipsorū occasione: & ea, & alia quæcunq; similia de capitularibus statutorum, seu quorumcunq; ordinamentorum libris, & actis quibuscunq; mandamus sine tarditate aliqua aboleri, & decætero vllo vnquam tempore talia, vel similia attentari, vel fieri quoquomodo. Prædicta quoque, & alia omnia, & singula fieri, aut attentari penitus prohibemus: & si fierent, decernimus esse nulla, & præsumi, & fingi auctoritate præsentis nostræ constitutionis omnia, & quæcunq; ex prædictis, & similia fierent siue facta essent, contra dictum appellationis officium, & in fraudem ipsius officij, & contra ipsos appellantes, & contra ipsas appellationes esse penitus innouatum. Contrafaciētes vero statuta, vel ordinamenta prædicta, vel aliquid prædictorum faciendo, pœnis omnibus contentis in cōstitutionibus felicis recordationis Vrbani Papæ Quarti supra in primo libro harum constitutionum contenta decernimus subiacere, & eas incurrere ipsofacto: & nihilominus vltra dictas pœnas communitates, siue vniuersitates facientes, aut facta tenentes, & obseruantes statuta prædicta, vel similia, vel aliquod prædictorū in duobus millibus florenis auri: potestas vero, aut capitaneus, seu quiuis alius, qui ipsis statutis auctoritatem, vel cōsensum præbuerit, aut ea seruauerit, in mediam pœnā, qua teneretur communitas, seu vniuersitas in qua gerit officium, puniatur. Alia vero persona singularis talia statuta faciens, vel facere procurans, aut cōsentiens, vel ea facienda, vel seruanda præbens auxilium, & consilium, vel fauorem, in centum florenis auri vice qualibet puniatur. Contrafacientes autem, vel retinendo, aut carcerando, aut terrendo tormentis, pœnis, minis, iniurijs, vt supra dicitur, aut prædicta fieri mandantes, siquidem Episcopi, prelati, potestates, capitanei, vel alij officiales fuerint, in trecētis florenis auri: si aliæ singulares personæ in ducentis florenis auri puniantur. Cōtrafacientes vero procedendo ad vlteriora causæ, aut instituendo nouos processus (vt supra dicitur) si quidē officialis centum florenis auri: si singularis alia persona quinquaginta florenis auri puniatur: sed si processum ad vlteriora fuerit, executio fiat quidem in persona ad mortē, vel membri mutilationem trecētorum florenorū auri, vel maiori pœna arbitrio iudicis puniatur. Si vero executio fuerit in persona, minori pœna quàm mortis, vel membri in ducentis florenis auri puniatur. Si vero executio fuerit in persona, vel rebus, in duplū eius, in quo facta fuerit executio, soluēdum Cameræ puniatur: & executio in pristinū statum reducere compellatur. Contrafacientes vero imponendo, vel exigendo pœnas in personis, vel rebus: vel domos diruendo, vel vineas, aut arbores deuastando, vel bona, & res coli, & fructari prohibendo, aut impediendo: aut offendentibus impunitatem, præmium, fauorem, vel auxilium pollicendo, si quidem grauamen huiusmodi sit in persona in trecentis florenis auri, vel maiori pœna arbitrio iudicis puniatur, si vero in dirutione domorum in quadruplum soluendū Cameræ puniatur: si aliud grauamen, vel damnum sit in rebus, in duplum soluendū Camerę puniatur, & nihilominus in quolibet dictorum casuum æstimationem damni, & tantundem damnum passis soluere teneantur. Subtrahentes vero, vel impedientes acta, instrumenta, iura, testes, vel probationes (vt supra dicitur) in duplum extimationis totius causæ, si pecuniaria fuerit, dictæ Cameræ, & duplum parti puniatur: et si causa fuerit in capitulis, in trecentis florenis auri, vel acrius arbitrio iudicis puniatur, & ꝙ propter malitias cōmunitatum, vniuersitatum, & suorum officialium, & quandoque tyrannorum in eisdem vt plurimum nō possent prædicta secundū scriptam innouationem probari, decernimus ꝙ in prædictis ad plenam proba-

probationem sufficiat: & per iudicem recipi debeat, & admitti fama publica per testes idoneos cum delato à iudice tali appellanti, & ab eo præstito iuramento. Et quæ dicta sunt in appellationibus, & appellantium, siue appellare volentium causis, & negocijs, & facientium, & statuentium contra eos simili ratione locum habere decernimus in causis omnibus, & causantibus, & causare volentibus pertinētibus ad Rectorem prouinciæ, quandocunque ipsius iudicem & prosequentibus, & prosequi volentibus eorum iura quomodolibet corā eis, & quocunque ipsorum: & statuentibus, & facientibus quomodocunque ipsorum prędictorum modorum, & alio simili contra eos. Et vbi per hanc constitutionem non essent in aliquibus casibus determinate pœnæ distinctæ, ad aliam nostram constitutionem locatam supra in quarto libro sub rubrica, De pœna impediētium iura sua prosequentes in curia generali, in eo quod deficeret, recurratur.

DE PROHIBITIONE INNOuationis contra appellantes, & reuocatione innouatorum. Cap. XXXI.

QVIA ex innouationibus, & malitijs innouantium (vt experientia docuit) & appellationibus magnum resultat periculum, & perconsequens contra eos sit promptius remedium adhibendum. Statuimus, ꝙ iudex de quacunque appellatione deuoluta ad audientiam Rectoris prouinciæ, & suorum iudicum cognoscens ordinarius vel delegatus possit etiam in prima citatione, & in quacunq; parte litis sibi videbitur semel, & pluries quoties voluerit inhibere, ne innouetur appellatione pēdente: & pœnam imponere pro suo libito voluntatis, & reuocare attentata, etiam antequam super causa appellationis pronunciet: & antequàm de ea aliquo modo cognoscat: & in quacunque voluerit semel, pluries, & quoties voluerit, possit reuocare
a in genere, & in specie innouata, [a] etiam si non constat sibi de innouatione, valeat ac si plene de innouatione constaret: & in genere, & in specie possit reuocatio innouatorum fieri, prout præfato iudici, qui de huiusmodi appellationis causa cognitor est, videbitur conuenire.

GLO. CAP. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *De innouatis ad stylum Romanæ Curiæ remissiuè.*
2 *Stante appellatione venditoris pro emptore nihil potest innouari.*
3 *Lis venditori etiam scienti est nuncianda ab emptore.*
4 *Non sufficit nunciatio solum sed requiritur vt sit incitatoria.*
5 *In qua libellus litis inferendus est.*
6 *Stante instrumento iurato debet fieri ista notificatio.*
7 *Similiter requiritur, quamuis venditori nulla competeret defensio.*
8 *Non prodest talis notificatio emptori contumaci.*
9 *Idem si sententia lata fuit per imperitiam vel iudicis inuidiam.*
10 *Similiter quando emptor de lite compromisit.*
11 *Si de facto emptor rem extra iudicium amitteret.*
12 *Quando venditor non vult tenere de euictione.*
13 *Quod intellige sano modo vt hic declaratur.*
14 *Quando scienter quis emit rem alienam.*
15 *Nisi emptor sciens sibi expresè de euictione prouidisset.*
16 *Cum res euincitur secundum propriam naturam.*
17 *Hoc procedit quando contrahentes sciebant.*
18 *Promittens pro suo facto tantum, non tenetur pro extraneo.*
19 *Comprehendit factum auctoris vniuersalis non particularis.*
20 *Quando res euincitur facto venditoris.*
21 *Cum euincitur facto Principis.*
22 *Pactum (quando venditor non vult teneri) non porrigitur ad tria.*
23 *Math. dictum reprobatur.*
24 *Si euictio imminet in limine contractus, emptori quomodo consultum.*
25 *Fideiussor euictionis non potest petere si eximi ab obligatione.*

a 1 INNOVATA] De innouatis† ad stylum Rom. Curię vide Octauia. Vestr. in sua praxi Romana lib. vlt. & & late Hier. Manfre. tract. de attentatis. Si venditor appellauit à sententia lata contra emptorem, vt potest propter interesse, quod ex illa sentētia prouenit propter euictionem, ad quam tenetur in casu succumbētiæ, Paul. de Cast. in l. ab executione. §. alio. ff. de appell. & dixi in tract. de euictionib. §. 3. q. 12. in fi. Dubitatur an
2 stante† tali appellatione actor aliquid inuouare possit contra emptorem? Et certum est, ꝙ si potuit appellare, quia tēpora largiebātur, vt in casu in quo consuluit Ceph. consi. 106. & consi. 279. indubium

indubiũ erit, q̃ non poterit innouare, & si innouaret contra ipsum competeret remedium attentatorum, de quo per Dida. lib.prat. quæst.c.23. & seq. sed si non poterat appellare, quia nec emptori permissum foret, vt per Did.lib.pra.quęst. 15.nu.4.vel quia venditor fuit præsens tempore latæ sententiæ, vel quia illi per emptorem fuit sententia intimata, Natta consi. 208. tunc non obesset actori talis venditoris appellatio velut de facto interposita, & quando stante nullitate appellatiõis emptor molestaretur ab actore, tũc haberet regressum de euictione, q̃ ita demũ procedit si lis † venditori fuerit per ipsum emptorẽ (etiam scienti illam motam) denuntiata, & ista est cõis & canonizata scrib. sentẽtia, Accurs. in l. emptor. C. de euict. Specul.tit.de emp. & vend. §.fin.in fi.vbi Io. And. Bar.Bald.Saly.in d.l.emptor, in l.1.in fin.ff.de act. emp. Bar.in l.2.§.voluntatem, in fi.ff.sol.matr.& ibi Alex.Ias.& Rip. Bart.in l.denuntiasse.§.1.ff.de adult. in l.non solum.§.morte, num.52.ff. de nou. oper. nunc. & ibi Alex. nu. 44. Ias. nu. 40. & Rubeus, nu.408. Bal.Bar.Paul. in l.qui absentem.ff.de proc.Paul. Ang. & Ias.in l.in executione. §. insolidum.ff.de verb.obl.Fely.in c.cũ.M.nu.65. & Rip.nu.166. de const.Fel.in c.cum contingat, concl.4. de rescrip. Cano.in c.fin.de emp. & vend. vbi. Anto. Burgos,col.3. Alex. consi.24.nu.6.lib.4. consi. 138.nu.3.lib.7.consi.191.nu.8.lib.6. Bal.consi. 279.lib.3.Paul.de Castr.consi.308. visis & ponderatis, col.pen.lib.1.Capel.Thol.q.407. & ibi Aufr.in addit.Corn.consi.6.nu.4.& 231.nu.10. lib.2.consi.255.lib.3.Io.de Ami.consi. 145.nu. 6.Soz.Iun.consi.4.nu.34.lib.2. Curt.Iun.consr. 104.nu.1.Natta consi.38.nu.5.Franc. Marc.decis.581.nu.9.part.1.Riminal.consi.147.num.3. lib.1.consi.205.nu.1.& cõsi.274.lib.2.Bertran. consi.12.lib.4.Bello.consr.50.dub.2. Alcia.cõsi. 404.circa primum,& in l.detestatio, colu.19.in par.ff.de verb.sig.Rebuf.tit.de dilat.art.5. glosf. vn.nu.27.tom.3.Did.lib.3.resolut.c. 17.illat. 1. Viuius lib.1.cõmunium opin.nu. 434. qui multos ex supradictis non citat. Et nõ sufficit † simplex notificatio, sed requiritur etiam vt incitetur, q̃ veniat ad suscipiendã litẽ emptor.Bart.in d.§.morte, nu.51.allegat tex.in l.1.C.de peric.& com. rei vend. idem tenet in l. at qui natura. §. cum me absente, nu.4.ff.de neg. gest. Ias.in d.§. morte,nu.39. Fel.d.c.cũ.M.n.64. & Rip.n.165. Cagnol.in l.venditor,col.1.de iud.glo.1. Abba. & alij in d.c.fin. de emp. & vend. Bal.in l.si cum quæstio.C.de euic. Paul.de Castr.consi. 240.effectus,in 2.dub.lib.1.& in l.1.nu.3.C.vbi in rem act.Ang.consi.177. Abb. consi.45.& 49. col.2. lib.2.Alex.d.consi.24.col.2.lib.4.& consi. 190. nu.20.lib.6.consi.27.lib.7.Corn.consr.325.col. 3.lib. 1.& consi. 255. col. 2.lib.3. Rubeus. d.§. morte,nu.416.Goz.consr.94.nu.41.plene Grat. consi.139.col.1.&2.lib.2.Capy. decis.106.nu. 2.Dida.d.c.17.illat.2. Alcia. d.l. detestatio col. 19.Requiritur etiam q̃ † in scriptura requisitoria inseratur libellus litis contra eum emptorem motæ,Bar.in l.empti actio.C.de euict. & in d.§. morte,nu.48. Alex.nu. 41. & Ias.nu.38. Ang.in d.§.insolidum, & in l. cum ex causa. ff. de verb. obl.Alex.consi.33. col.fi.lib.3.Fel.d.c.cum. M. nu.63.& Rip.nu.163.Aret.in §.actionũ, nu.18. de act.inst.Rub.d.§.morte, nu.414.Ruy. consi. 136.nu.8.lib.5.Riminal.consi. 147. nu.5.lib.1. Ana. consi. 31.Rip. in l. quod te,nu. 65.ff.si cer. pet.Rebuf.d.art.5.glo.vn.nu 33. Dida.d.c.17.illat.3.Cagn. in d.l. venditor. Et adeo requiritur hæc litis motę † intimatio, q̃ etiam si instrumentum venditionis sit iuratum, nihilominus non interpellat venditorem iuramentum, nec aliter illum constituit in mora absque intimatione. Alex.in l. quod te,nu.8.& Cagnol.nu. 95. & Alcia. in ver.deberes.ff.si cer.pet.Gomes.in §. item siquis postulãte,nu.10.inst. de act. Io.Lupi,in c. per vestras,in fi.de don.int.ui.& vxor.Rebuf.tit. de dil.art.5.gl.vn.nu.36.vbi attestatur, q̃ in praxi ita seruatur,Baue.tract. de mora,par.2.nu.21. Plaut.in d.l.quod te.lib.4.nu.24.& hanc partem acriter sustineo in dict.tract.de euict.§.3. limit. 1.nu. 55. Contrariam sententiam sustinuerunt plures,quæ(si doct.numerentur) videtur cõmunis nam hanc sectati sunt, Alex. sibi contrarius in d.§.voluntatem,nu.16. Ias. in d.l.quod te, nu. 22.Dec.nu.11.in lect.& in rep. nu.43. idẽ Alex. consi.126.lib.1. Aret.consi.150. Corset. in rep. rub.de iureiu.priuil.4. Bauer.in tract.de iureiu. illa.7.Crem.sing.122.vbicunq;,Rub.consr.152. in fi.& in d.§.morte,nu.420.Soc.consr.27.nu.10. & consi.57.nu.11. Grat. consi.139.nu.7.cũ seq. lib.2.Curt.Iun.consi. 74.nu.7. Capy. decis.106. nu.3.Auf.in add.Cap.Tol q.407.limit.5.Fel.c. licet hely.limit.4.de Simo.Rolan.à Valle cõs.6. consi. 57. nu. 45.lib.1.& consi.25. nu.22.lib.2. Natta consi.262.nu.20.Dida.d.c.17.illat.5.quibus adde nunc visam Rot.Pedem.decis.49.nu.7. Et hæc denunciatio † requiritur, quamuis illa etiam facta omnino esset res euicta,quia venditori nulla competebat defensio.glo.Bar.& Sal.in l. emptorẽ, in prin.ff.de act.emp. Alb.in d.§. cum me absente,Aret.§.fi.inst.de emp. & vend. Dec. consr.74.col.4.vbi attestatur, q̃ ista videtur communis opinio,idem fatetur Grat.consi.1.nu.57. lib.1.& dicit Rebuf. in d.art.5. glo.vn.nu.37. q̃ opinio.d.glo.seruatur in pratica, quum ferè semper denunciemus saltem ad repetendum interesse,& expensas ab eo, qui rem alienam vendidit. Sunt & contrariæ opinionis assertores, q̃ non requiratur talis denunciatio. Alex.in d.§.morte, nu.46.idem consi. 67.lib.3.Soc. consi. 120. nu. 11.& 12. lib.3. Natta consi. 232. nu.5.& consi. 462. nu.8.Capy.decis. 106. nu. 4. Aufr. in add. Cap.

Cap.Tol.q.407. limit.6. Rebuf.tit.de lit.ciuil. art.vn.glo.2.nu.38.tom.1.quam sententiam ego impugno & priorem sequor in d.§.3.limit.3. nu.79.sunt tamen plures casus, in quibus quamuis nunciatio atque intimatio facta fuerit, nihilominus euictio locum non habet, & ego de industria in d.tract.de euict. vnum & quinquaginta enumeraui in §.5.inter quos præcipui in praxi illi sunt. Primò si † emptor fuit contumax tẽpore sententiæ latę Corn.consi.326.col.2.lib.1. Capy.d.decis.106.nu.4. Dec. d. consi.74.col.3. Riminal.consr.147.nu.8.lib.1.& cõsi.274.lib.2. Crem. sing.88. si emptor. Secundo, si sententia † lata fuit per iudicis imprudentiam, errorem, vel iniquitatem. Bal.cõsi.460.in fi.lib.4. Corn. consi.325.col.2.lib.1.Ruy.consi.171.lib.4.Ter tio, quãdo † emptor compromisit & succubuit. l. si dictum.§.si compromisero.ff. de euict.Imo. consi.82.Paul.de Castr.consi.309.visis & ponderatis, col. pen.lib.1. Rimin.consi.92. num. 17. lib.1. Quarto si emptor † de facto extraiudicium rem amitteret.l.fin.C.de act. emp. Abb.d. c.fi.nu.7.Bar.& scrib.in l.stipulatio ista,in prin. col.fin.ff.de verb.obl. Neuiz.consi.92.num.21. Natta consi.181.nu.2. & quamuis vẽditor promisisset etiam de facto emptorem velle defendere, illud verbum de facto intelligitur.s. in iudicio. Aret.§.actionum, nu.29.inst. de act. Alex. consr.137.col.2.lib.5. Butr.consi.22.nu.5.Goz. consi.94. nu.42. Ruy. consi.212.nu.10.lib.1. Quinto, quando † venditor in instrumento dicit, quòd nullo modo vult teneri de euictione, tunc emptor recuperat solum precium. l. emptorem.§.qui autem, vbi Paul. ff. de act. emp. quem sing. dicit Rom.sing.387. si vendo, Ant. Burgos in d.c.fi. nu. 15.de emp. & vend. Corn. consi. 226. nu. 6.lib.2. Cassan. consi.55. nu.43. Rub.consi.152. nu.2.& seq.Alcia.consi. 158.allegatum est, Rebuf.d.art.5.glo.vn.nu.51.Intelligę † vbi in genere euictio excipitur, at si conuentum sit, vt venditor non teneatur de euictione, si res empta fuerit euicta à Sempronio, vel ex causa libertatis, secus erit, quia tũc nec ad preciũ agere poterit emptor, ita voluerunt glosf. Fulg. Ang. Bal.& Saly. per illum tex. in l. qui libertatis, in prin.ff.de euic. Rom.d.sing.387. Paul. de Castr. d.§.qui autem,Bal. & Saly.in l.1.q.5.C.de per.& com. rei vend. Marsi. sing. 656. Rip. in l. si aliquam, nu. 47.ff. de acq. poss. Tiraquel. de retr. prox.§.12.glo.1.nu.14. Natta consi.181. nu.7. Sed ista sententia atque declaratio reprobatur à Rub.in d.§.morte, nu.446. Did.d.c.17. in prin. & Mod. Appo.ad Dec.consi.281.col.3.circ.fin. & mihi magis placet, vt latius in d.§.5. nu. 26. explicaui. Sexto, quando † scienter emit.rem alienam.l. si fundum. C. de euict. quo casu, nec etiam tunc agitur ad pretij restitutionem, glo. fin.& ibi Abb.in c.ad audientiam, de reb. eccle. non alien.glo. Bal.& Saly.in l.non dubitatur.C. de euict.glo.Bal.& Saly.in l. iubemus.§.sanè, il 1. C. de Sacrof. eccl. Abb.consi.30. nu.3.lib.2. Dec.consi.411.nu.4.Goz.consi.24.nu.7.Natta consi.181.nu.8. Cuma. consi.33. & consi.170. col.fin.Hunc casum intellige nisi † in specie sibi emptor sciens prouidisset per pactum de euictione Bar. in l.quemadmodum,post gl.nu. 10. C.de agric.& censi.lib.11. Corn.consi.2.nu.13. lib.3.Abb.in c.siquis alio,in fi.de reb.eccl.alien. Tiraquel.de retrac.prox.§.12.gl.1.nu.11. Aym. consi.64.nu.4.Septimo quãdo res † euincitur secundum propriam naturam (veluti est res subiecta fideicommisso, vel iudicio hypothecario) Alex. consi. 21.nu.3.lib.5. Alcia.consi.133.nu. 5.superioribus,& consi.138.prima facie, & quo modo possit tunc cautelari emptor ponit Dec. consi.323.Intellige † quando contrahentes sciebant rem talẽ esse, secus si ignorabant, tunc enim haberet locum euictio, gl.Bar. & scrib.in l.si familiæ.C.fam.hærc.Rom.consi.503.vlt.dub. Cuma.consr.33.col.2.Ruy.consi.42.nu.19.& consr. 146.nu.3.lib.1. Aym. consi.24. & consi.211.& vide Rot.Pedem.decis.24.Septimo quando pro misisset † emptor pro suo facto tãtum, quamuis includatur factum auctoris sui, vt not.Bar.in l.si seruus,la.2.nu.4.ff.de cond.fur.Ias. post alios in l.si stipulatio ista, in prin. not.4.ff.de verb. obl. Crem.sing.32.sæpe istud,Marsi.sing.475.& sing. 656.Dec.consi.281,dub.2.pro facto alieno non tenetur, Dec. consi.492.Intellige hoc † dictum in auctore vniuersali nõ autem particulari, quia pro isto non tenetur.l.fundum.ff.de euict. quem sing.dicit Crem. sing. 158. vnus socius, tenebitur tamen illo casu ad pretij restitutionẽ, Alex. consi.188.lib.1. Viuius lib. communium opin. 2.nu.317.Cõtrariũ tamen iudicauit Senatus Burdeg.in auctore particulari, vt attestatur Boer. decis.67.nu.7. quinimo Mod.App. ad Dec. consi. 281.sentit, q̃ vigore dictæ clausulæ excludatur tam auctor particularis quàm vniuersalis, quia illa clausula directò opponitur ad excludendum factum prædecessoris ipsius promittentis, idem repetit ad Alex.cõsi.18.lib.5. Bal.in tit.qui succes. tene.in fin. Ruy.consi.94.nu.3.& 6.& consi. 184.nu.3.& 14.lib.1. Ceph.consi.168. q. 1. nu. 20.vide tamen Alcia. in l. si cum fundum, verb. ius fundi.ff.de verb.sig.& Rot. Pedem. (nouiter visam) decis.48. Octauo, quando res † euincitur facto venditoris vel sui auctoris vt contingere potest si sibi dedi in dotem pro filia mea fundũ, quem alteri hypotecaueram, quãuis tu maritus illi in testamento prælegaueris, hæres tuus cogi non poterit, vt illum liberet, quia facto meo est obligatus, Corn.consi.42.col.fi.lib.4.Ruy.cõsi. 17.nu.21.lib.3. Nono quando † res euincitur facto Principis.l. Lucius,in prin.ff.de euict. Bald. consi.460.lib.4. Natta consi.181.nu.4. Alcia. consi.

22 consi.340.filias. Decimo,quando quis †de euictione pacto non tenetur, Bertran.consi.112.lib.3.par.2.& consi.101.lib.6. quod pactum ad tria non porrigitur. Primo si venditor fuit in dolo. l.tenetur.§. fi.& ibi Bar.ff. de act. emp.Bal.in l.si traditio.q.5. C.de act.emp. Secundo si ipse, vel hæres eius euincat.l. si emptorem, eo.tit. Tertio pót repeti pretiũ.l.emptorem.§.fi.ff.de act.emp. Aufr.in add.Cap.Tol.q.360. Bertran. cõsi. 205. lib.2.par.2.& cõsi.217.lib.7. Vndecimo,nõ pro
23 cedit †in eo qui fundũ emit, & pretij reliquam partem certa die se soluturum iurauit, deinde cõstituta die non fecerit, tunc cadit à iure petendæ euictionis, Math.not.50. Not.magnum periculum,quam decisionem simpliciter sequũtur Ias. in l.siquis maior,no.4. Cagnol.nu.50. Dec.cõsi. 452.nu.8. & nouissimè Rolan.à Valle consi.31. lib.2. quam decisionem non puto veram per ea quæ dixi in d.tract.de euic.§.3.limit.1. circa materiam iuramenti,& illã merito reprobat Alcia. in d.l. siquis maior,in verb.pacta,in fi.Si euictio
24 †imminet in limine contractus, venditor tenetur præstare fideiussorem.l.si post perfectam.C. de euict.Ang.consi.121.Rom.consi.8.q.vlt.Soc. consi.208.in fi.lib.2.Natta cõsi.267.Alba consi. 107.nu.5.Bertran.consi.60.lib.2.par.2.Cæpol. caut.171.quotidie,Rub.d.§.morte,n.461.Grat. consi.135.lib.2.Non tenetur venditor ad fideiussionem. Primò, quando *ipse* ab alio emit, qui est soluendo, Affl.decis.171. Natta consi.267. nu.4. Secundò,quando ipsemet venditor immediatus soluendo esset, Iac. Meno. de arbitr. iud.
25 lib.2.casu.224.num.5. Fideiussor †euictionis non potest petere se eximi & liberari à fideiussione, quamuis diu steterit in promissione, nisi re euicta, Bart.Bald.Paul.Alex.in l.facere.ff. fol. matr.Cy.Bald.Sal.in l.si pro ea.C.mand.vbi Sal. nu.5.testatur hanc esse communem doct.sententiam,Bal.in l.1.C.d fideiuss.min.Bal.Paul.Alex. Ias. & Dec. in l.si pater.C.de collat. Bar.in l.Lucius.ff.mand.Affl.decis.241.nu.4.quidam notarius.Hæc breui & summo (vt aiunt) digito attigisse sufficiat,cæterum quãdo in hac materia casus occurrerit, præsto tibi sit tractatus ille meus de euictionib. à quo auidus lector recedet satur.

QVOD NVLLVS, QVI contra appellationem fecerit, audiatur super defensione. Cap. XXXII.

SI CONTIGERIT à sententia,vel à grauamine,seu à comminatione, seu interlocutoria,vel à sentẽtia definitiua, vel à quocunque actu iudiciali, vel extraiudiciali aliquem appellasse, & contra appellationem interpositam fuerit aliquid attentatum, & curia Rectoris procederet cõtra appellationem,facientes illi,seu ille, contra quos sic proceditur, in eorum defensione,& causa appellationis, contra quam innouauerit, nullatenus audiatur ante condemnationem de ipsis faciẽdam,vel etiam post: nec super ipsa condemnatione facta, vel fienda cõpositionem aliquam audiant procurare,petere,nec facere, nec fieri facere, nisi prius attentata per ipsos contra appellantes ad statum pristinum fuerint reuocata: & si secus factum fuerit,non valeat ipso iure. Et prædicta omnia, & singula locum habeant solum à tempore, quo de innouatione facta fuerit fides,vel per contumaciam eius contra quem proceditur, qui non comparuerit in termino citationis,nec infra terminum banni, vel per eius veram confessionem,vel per instrumenta,vel acta publica,vel per testes plenè, vel saltem semiplenè per alia indicia, quæ secundum formam cõstitutionum habeantur pro idonea probatione vel de iure sufficiant ad torturam: & de his stetur declarationi iudicis, & ex tunc, ex quo declarauerit hæc iudex, habeant locum omnia supradicta: nõ obstante ꝙ à tali declaratione contigerit appellari,& parti appellanti ex tunc tempora non currant: & nihilominus possit, si voluerit, in causa procedere, non obstante ꝙ pars aduersa audiri non debet.

QVOD QVIS COGNOSCERE debet contra innouantes appellatione pendente, vel impedientes appellantes,aut eorum fideiussores. Cap. XXXIII.

AD cognoscendas audacias hominum innouantiũ contra appellationes, vel appellantes,vel eorũ fideiussores,& cõsanguineos, vel affines,inquilinos, vel colonos,vel eos grauantium, vel impedientium quomodolibet contra formam iuris, & constitutionum nostrarũ. Et quia quod à pluribus quæritur, facilius inuenitur: statuimus ꝙ de prædictis omnibus, & singulis,& contra prædictos possit cognoscere, sententiare,& punire tam iudex de illa appellatione cognoscens,siue sit ordinarius, siue sit delegatus,quàm etiam iudex maleficiorum curiæ generalis: & quilibet eorum insolidum & appellans, siue ille contra quem prædicta fierent, possit accusare, denunciare, seu conqueri,coram quo voluerit, de prædictis.

HVIC constitutioni addendo dicimus, & statuimus NOS Rodulphus Legatus, ꝙ non solum dictus iudex maleficiorum, sed etiam Rector Marchiæ ꝙ tempore existens,possit,in fauorem appellationis, siue appellantis se intromittere, & prouidere, ne aliquid noui fiat contra ipsam appellationem,& appellãtem etiam de causis pendentibus,& introductis in Romana curia: attentataq;,& innouata quæcunque reuocare, & in pristinum reponere: & innouantes punire, & multare secundum formam constitutionis præcedentis,etiã ex officio, vel ad partis instantiam,prout maluerit.

DE NON ADMITTENDIS appellationibus, nisi facto deposito quartæ partis pœnæ. Cap. XXXIIII.

a ELICIS recordationis Alexander VI. per suas literas infrascripti tenoris statuit: videlicet. Quum aliàs ad obuiandũ[a] delinquentiũ subterfugijs, per literas nostras in forma breuium in causis criminalibus neminem in nostra prouincia Marchiæ appellantem, seu de nullitate dicentem, audiri mandauerimus, nisi prius per eum facto actuali depositio in pecunia numerata in manibus thesaurarij illius prouinciæ quartæ partis pœnæ: in qua condemnati vel essent condemnandi: idq; ab omnibus indifferenter obseruari posse, impossibilem fore percipimus propter multorũ paupertatem. Nolentes propterea bonum ius aliquorum deperiri, & innocentes puniri, præfatas nostras literas ita volumus obseruari, ꝙ præfati appellantes,vel de nullitate dicẽtes data prius cautione secundum formam breuis felicis recordationis Sixti prædecessoris nostri dictam quartam deponere teneantur, vel ipsi principales appellantes, vel de nullitat dicentes per se, & communitas per syndi cum proprium de loco curiæ præfatæ prouinciæ nunquam discedere possint,aut debeant: quem locum pro carcere sibi volumus assignari per præfatum thesaurarium sub pœna desertationis appellationis, & nullitatis huiusmodi, & alijs pœnis suo arbitrio imponendit,quousq; dicta appellationis,& nullitatis causa fuerit per sententiam terminata,& post.35. dies assignatos ipsis appellantibus,& de nullitate dicentibus ex forma constitutionum ad deducendum huiusmodi causas in diffinitionis, & infra alios decem dies, quos ipsi iudici de causa cognoscẽti ad expediendum præfigimus,nisi per iudicẽ steterit quominus fuerit per sententiam expedita,tunc volumus eos à dicto carcere liberari, data idonea cautione de iudicio sisti,& iudicatum soluendo,præmissis,& alijs quibuscunq; contrarijs non obstantibus. Datum Romæ apud sanctum Petrum.

HVIC breui sub simili rubrica Sigismũdus Cardinalis Gonzaga ediditinfrascriptam constitutionem. Ordinamus insuper ꝙ appellantes, de nullitate dicentes,recurrentes, supplicantes, querelantes,iudicis officium implorantes, in integrum restitutionem petentes, seu aliàs contradicentes in causis criminalibus, si fuerint singulares personæ decætero non admittantur, nisi deputata quarta parte pœnæ,in qua essent condemnati, vel venirent condemnandi in manibus thesaurarij, aut personaliter se constituant in loco curiæ: quem locum pro carcere eis assignamus: de quo discedere non possint sub pœnis, de quibus in breui felicis recordationis Alexandri Papæ VI. incipiente. Cum aliàs ad obuiandum, in constitutionibus registrato, & eadem forma seruata: quo vero ad vniuersitates, & communitates appellare, reclamare, de nullitate dicere,recurere,supplicare,iudicis officium implorare, in integrum restitutionem petere, seu aliàs contradicere volentes, breue vltimum felicis recordationis Iulij Papæ II.quo cauetur de deputato quartæ partis pœnæ dandæ, inuiolabiliter obseruari mandamus sine præiudicio cõstitutionis Aegidij episcõpi Sabinẽsis sub rubrica,In qbus casibus appellari nõ valeat.

GLO.

GLO. CAP. XXXIIII.

a OBVIANDVM] vide constitutionem Pij V. quam in bullario reperies.

DE APPELLATIONIBVS INterponendis à sententijs capitalibus. Cap. XXXV.

a RODVLPHVS Pius Cardinalis Legatus. Comperimus [a] bonæ memoriæ Pij II. in eius literis sub plumbo, & data Ro. calendis Februarij 1461. Sixtũ quartum in alijs literis, sub plũbo, & data quarto calendas Aprilis 1480. statuisse contra homicidas inter alia, sub hac forma:

Item ꝙ quæcunque appellationes interpositæ vel interponendę ab huiusmodi, vel alijs sententijs, siue grauaminibus contra homicidas latis, vel à processu contra eos facto, etiam si lis, vel instãtia super eis pendeat, & inhibitiones vigore ipsarum emissæ per Auditorẽ Cameræ, vel alium quemcunq; ordinarium, vel delegatum sint nullæ, & inualidæ: nec ad vlteriora super eis vel ipsarum vigore procedi possit, aut debeat. Quinimo appellationes, lites, vel causæ huiusmodi censeantur aduocatæ, extinctæ, & inualidæ: nec potestates, vel alij officiales inhibiti huiusmodi mãdatis, inhibitionibus litis pendentis, censuris, & pœnis in eis contentis astringantur, immo teneantur, & debeant sub pœnis impositis ad exequutionem sententiarũ latarum procedere: possit tamen in causis alijs à iure, vel statuto permissis appellari ad Gubernatorem ciuitatis, seu prouinciæ: qui infra mensem causam diffinire teneatur: quo elapso appellatio, inhibitio, & instantia super eis sint nulla, & liberè sine impedimento possit fieri exequutio sententiæ, vel banni, ac si non fuisset appellatum, & inhibitum. Vltra prædicta per multos Ro. Pont. contra homicidas fuit statutum, ꝙ homicidæ nullo modo audiantur, nisi prius constituerint se in carceribus: quæ omnia obseruari inuiolabiliter mandamus, decernentes nullum irritum, & inane quicquid in fauorem homicidarum fieri contigerit, nisi ipsi homicidæ se prius cõstituerint in carceribus arbitrio iudicis.

GLO. CAP. XXXV.

a COMPERIMVS] vt patet supra lib. 4. ca. 33. cum seq.

QVOD A SENTENTIIS, ET grauaminibus commissariorum apostolicorum generalium ad rectorem prouinciæ libere possit appellari, & recurri. Cap. XXXVI.

RODVLPHVS Pius Cardinalis Legatus. Quia ex multorum testimonio nobis relatum extitit felicis recordationis Leonem X. per literas in forma breuis statuisse ꝙ propter multitudinem commissariorum generalium apostolicorũ in prouincia Marchiæ destinatorum, & ipsorum grauissimas extorsiones ab ipsorum grauaminibus illatis, & inferendis ad Rectorem prouinciæ pro tempore existentem, liberè vnusquisque potuisset recurrere, reclamare, & de nullitate dicere: ne pro causa alicuius extorsionis, & indebitæ exactionis ad Ro. curiam recurrere deberet: maioresq; essent itineris impensæ, quàm principale negocium, & tamen vsi fuimus exacta diligentia: dictæ tamen literæ fortasse aliquorum malignantium occupatione non reperiuntur. Nos uero considerantes huiusmodi decretum æquum esse, cum bona sanctissimi Domini nostri uenia statuimus, & ordinamus, ꝙ ab omnibus, & quibuscunque grauaminibus illatis, & inferẽdis quo modocunque, & qualitercunq; per quoscunque à sancta Sede Apostolica, seu Camera, uel à quocunq; alio generales commissarios [a] deputatos, & deputandos possit, & ualeat uocem appellationis emittere, reclamare, recurrere, ac de nullitate dicere ad Rectorem dictæ prouinciæ: qui iudex cõpetens in huiusmodi causis esse intelligatur: & dictus Rector possit, & ualeat dictas causas per se, vel alium, cui eas duxerit cõmitendas, terminare, & decidere.

a

GLO. CAP. XXXVI.

a COMMISSARIOS] ab his commissarijs Apost. de iure communi appellaretur solum ad Papam. l. 1. cum ibi no. per Soc. ff. quis & à quo appel. Vide Dida. lib. prat. quæst. c. 4. nu. 8. & in pulcro casu consuluit Goz. consi. 76. an à delegato Pontificis possit appellari ad iudicem appellationis ciuitatis.

QVOD CVRIALES SINT IN omnibus, & per omnia ciues in omnibus ciuitatibus, terris, & locis prouinciæ. Cap. XXXVII.

a IDEM Rodulphus pius Cardinalis legatus. Licet per bonæ mem. Aegidium Sabinen. legatum fuerit statutum, [a] ꝙ communitates prouinciæ non possint aliquid contra curiales statuere, & omnia statuta sic facta sint ipso iure nulla, & reprobata: & curiales ipsi in his, ad quæ tenerentur, non potuissent, nisi vt ciues, [b] grauari: tamè (sicut ad aures nostras) peruenit multas communitates in fraudem dictarũ constitutionum, damnumq; curialiũ ipsorum varias edidisse leges, & pacta, ꝙ ipsi curiales quouis quæsito colore non possint bona stabilia emere, habere, tenere, & possidere in eorum ciuitatibus, terris, & locis: ipsosque curiales fore, & esse forenses, & prò forensibus haberi, & reputari. Nos volentes huiusmodi fraudibus obuiare, & ipsos curiales, qui sub nostra protectione existunt, tueri, & in eorum priuilegijs conseruare, hac præsenti nostra constitutione statuimus, decernimus, & declaramus, ꝙ nulla communitas audeat, vel præsumat directè, vel indirectè aliquid statuere, vel ordinare contra ipsos curiales, etiam per pacta, recõuentiones iuramẽto roboratas: quinimo omnia statuta, decreta, ordinationes, & pacta cõtra dictos curiales edita, & edenda sint ipso iure nulla, & inualida: eaq; reprobamus, & viribus vacuamus, & curiales ipsos ciues in omnibus, & per omnia in quibuscunque ciuitatibus, & locis dictæ prouinciæ declaramus, & esse censemus: nec modo aliquo forenses reputari posse decernimus: & locum habere in præsentibus, præteritis, & futuris.

b

GLO. CAP. XXXVII.

a STATVTVM] supra lib. 2. c. 23.

SVMMARIVM.

1 *Qui dicantur ciues.*

b CIVES] origine, manumissione, adiectione, & adoptione fieri diui Principes rescripserunt. l. ciues. C. de incol. lib. 10. Tiraquel. de nobilit.

DE DIVERSIS IVRIBVS constitutionum, quæ debent in obseruantia prævalere. Cap. XXXVIII.

AD tollendam omnem exceptionem, & suspitionis materiam statuimus, quòd quoties iura, & constitutiones, & eorum dispositiones reperirentur cõtraria, & aduersa, prius seruentur constitutiones Papales inserte, & registratæ in præsenti volumine: secundo constitutiones Aegidij, & domini Bertrandi: tertio constitutiones nostræ: quarto constitutiones prouinciæ non aduersantes his constitutionib⁹, & à iure non prohibitas: quinto iura canonica: [a] vltimo iura ciuilia obseruentur.

a

GLO. CAP. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quæ doctorum autoritas præferatur.*
2 *Si lex canonica approbat legem. C. non corrigitur per ius auth.*
4 *Qualiter lex dicatur canonizata.*
4 *Quis in consilijs primo fari debeat.*
5 *Quando doct. sunt varij quæ opinio sequenda.*

a CANONICA] sed hic oportunè quero, quæ doct. autoritas † præferatur in decidendis causis? dic secundum Rom. sing. 678. ꝙ aut dicta doct. ecclesiæ fundantur in autoritate veteris, vel noui testamenti, & tunc statur dictis eorum, licet concilium, Papa, vel Imperator contrarium diceret. Si autem fundatur super dictis sanctorũ, & tunc potius Papæ statur, glo. est in c. de libellis. 20. distin. allegat tex. qui optime probat in c. fin. 36. q. vlt. vbi autoritas solius Hieronimi præfertur toti collegio. Et not. ꝙ vbicunq; † aliquod disponitur de iure. C. & ius cano. approbat illud, referens illam legem, quamuis postea de iure nouissimo, & sic ꝺ iure auth. corrigatur illa lex, nihilominus de iure cano. attenditur ius. C. & non ius auth. glo. est multum not. & mente tenenda in c. imprimis. c. de persona, verb. capituli. 2. q. 1. vbi habetur quòd si aliquis clericò infert iniuriam (puta ꝙ violenter de ecclesia traheret) capitali pœna

1
2

pœna plectatur, allegat l. siquis in hoc genus. C. de epis. & cler. ita decidentem, tamen auth. sed nemo iure, quæ immediatè sequitur eo. tit. dicit, q hodie debet verberari, & in monasterium detrudi, & sic corrigitur. d. l. C. glo. in d. c. dicit, q statur legi. C. cum sit canonizata, quod bene not.

3 Qualiter autem † sit canonizata, scire debes, q non omnis lex ciuilis posita inter Canones, vel libros decretalium, seu decreti, est canonizata, sed illa tantum, quæ est inserta in canone, vt est in d. c. ita declarat Ias. in l. 1. C. de sum. Trin. Petras. sing. 18. sed quæro quis † in consilijs dandis.

4 Primo fari debet? De iure Senior, tex. est sing. in c. 1. de contr. inter par. term. Ro. sing. 81. sed stylus cuiuslibet Rotæ attenditur, Affl. decis. 1. Rot. Pedem. in proœ. decis. nu. 11. cum simi. Aduerte

5 præterea, q vbi † doct. in aliquo articulo sunt varij sequenda est humanior opinio, idest, rationabilior, & equior ad hoc bonus tex. in c, si vir, de cog. spir. vbi Abb. post alios. Si vero vtraque opinio est rationabilis, sequendum est plurimorum iudicium, secundum Host. in d. c. si vir, ad hoc allegat bonum tex. in simil. in c. canonicę. 19. dist. & vide Abb. in c. capellanus, de ferijs. c. esto subiectus. 16. distin. In dubio sequere communes opiniones, & illorum qui consueuerunt in plurimis approbari, sicut facit legislator in l. scire. §. alind. ff. d excus. tut. l. 1. §. interdum. ff. de vsuf. ac cres. clem. 1. in fi. de sum. Trin. Io. Fab. in proœ. inst. Ad vnum semper aduerte, q si reperias diuersas opiniones doct. adhere potius opinioni antiquorum, quàm modernorum, nisi reperias tex. expressum in contrarium. Nam moderni facti sunt ita pomposi, vt se nihil reputent scire, nisi legem faciant per se, spernunt antiquos, laudant modernos de quorũ collegio se faciunt & prædicari volunt. Nam (vt inquit Seneca) probatos semper tene, & si ad alios diuerteris, ad priores redi, ita sing. not. Prat. Papien. in form. prod. testi. glo. fin. in fin. no. doct. in c. vt debitus, de appel. & vide latissimè apud Syl. nupt. lib. pen. & fin.

SPES MEA CHRISTVS.

LIBRI SEXTI ET VLTIMI
FINIS.

INDEX LOCORVM INSIGNIVM GLOSSARVM CONSTITVTIONVM.

A

Abbatis qualitas, glo. A. 56
Abiurationis formula, glo. D. nu. 2. 12
Abolitio quid sit, glo. A. nu. 1. *& quot sint eorum species, nu.* 2. 216
Abolitio ad Principem spectat, glo. H. regulariter. 216
Absens contumax in delicto quomodo sententietur, glo. A. nu. 1. *& quomodo cõtra eum procedi possit, glo. A. nu.* 1. 244
Absoluendi forma ab excõicatione, gl. B. nu. 1. 8
Abuti est malè & perperam vti, glo. A. 116
Absolutus ab excommunicatione cum reincidentia quomodo procedat, glo. A. nu. 8. 156
Accusatione proceditur ordinariè, gl. B. nu. 2. *& ratio. nu.* 4. 189
Accusatio ab actione quid differat, glo. B. nu. 3. 189
Accusatio appellari potest officium iudicis, glo. B. post nu. 3. 189
Accusator iurare debet de calumnia, gl. B. nu. 6. 189
Accusatio continere debet posita in l. libellorum, glo. B. nu. 7. 189
Accusator si nolit exprimere diem, quid tunc agendum, glo. B. nu. 9. 189
Accusationis ineptæ exceptio, glo. B. nu. 10. 190
Accusatio inepta quot modis dicatur, glo. B. nu. 11. 190
Accusator & accusatus si componunt iudex nõ supersedebit in causa, glo. B. nu. 13. 190
Accusans desistens ob vtilitatem publicam, accusatus absoluitur, glo. B. nu. 15. 190
Accusator tenetur de iure satisdare, de consuetudine non seruatur, glo. B. nu. 15. 190
Accusator tenetur probare qualitatem, glo. B. nu. 16. 190
Accusator eoipso q non probat dicitur calumniari, glo. D. nu. 7. 192
Actus celeritas inducit fraudis suspicionem, glo. B. nu. 1. 293
Actor in interdicto retinendæ pbare debet verè vel præsumptiuè, glo. A. nu. 1. 335
Actore non probante reus absoluitur, glo. A. nu. 1. 341
Actor censetur renunciare appellationi si reum spoliauit, glo. A. nu. 9. 399
Actor in litigando prius expensas facit, & postea recuperat, glo. A. nu. 1. 99
Acta quæ dicantur, glo. A. nu. 1. 356
Aduocati & procuratoris fisci prærogatiuæ quædam, glo. A. 88
Aduocati officium quale esse debet, gl. A. nu. 1. 93
Aduocati personam induit Politus, glo. A. nu. 3. *debet esse matriculatus, nu.* 4. *Senior præcedit iuniorem, nu.* 5. 93
Aduocatus conductus per annum, quando censeatur tacitè reconductus, glo. A. nu. 2. 98
Adipiscendæ remedium. l. fi. C. de edic. di. Adr. remissiuè, glo. M. 328
Aequitas est medium quoddam inter veritatem, & benignitatem, glo. Z. nu. 1. *&* 2. 44
Aequitas aliquando acerbius agit, gl. Z. nu. 3. 44
Adulterium cum qua committitur, glo. E. nu. 1. 300
Administrator omnis tenetur reddere rationem, glo. B. nu. 1. *vbi nu.* 3. *&* 4. *exemplificatur.* 385
Affectus punitur propter delicti atrocitatem, glo. B. 295
Afflictus vnde dicatur, glo. A. 31
Agens vti talis debet probare se talem, glo. G. nu. 2. 316
Ambasciatorum notabilia quædam, glo. A. 121
Ambitionem miserrimam esse, glo. A. nu. 6. 153
Anathema quid sit, glo. A. nu. 1. 270
Appellatio quid sit, glo. F. 56
Appellatio quando a statuto tollitur, glo. D. 117
Appellatio quid sit, glo. A. nu. 1. *quotuplex, nu.* 2. 362
Appellationum tempora sunt quatuor, glo. A. nu. 3. 362
Appellandi vsus frequens, glo. A. nu. 4. 362
Appellandi tempus decem dierum, gl. A. nu. 5. *& illud currit de momento ad momentum, nu.* 6. 362
Appellatio omni tempore interponi potest, gl. A. nu. 7. 362
Appellatio interponi potest coram notario, si iudex abest, glo. A. nu 8. 362
Appellari an possit à pronuncia competentiæ vel incompetentiæ fori, glo. A. nu. 19. 363
Appellari an possit à denegata audientia, glo. A. nu. 20. 363
Appellari potest à pnuncia appellationem esse desertam, glo. A. nu. 21. *vbi quinque illius effectus habes.* 363
Appellationum à diffinitiua & interlocutoria differentiæ quædam, glo. A. nu. 22. 364
Appellatio ab vno ex consortibus facta quando prosit alijs. glo A. nu. 23. 364
Appellatio interposita à confesso non prodest socio, glo. A. nu. 24. 364
Appellandum est à non admissione appellationis, glo. A. post nu. 24. 364
Appellatio regulariter datur in quacunq; causa, glo. A. num. 1. *& glo. H. num.* 2. *in no-*

torijs non admittitur, nu. 2. nisi notorium sit per famam, nu. 3. vel allegetur causa rationabilis, nu. 4. 366
Appellatio à sententia, in qua declaratur notorium admittitur. glo. A. nu. 5. Idem si iudex excederet in condemnando, nu. 6. 366
Appellatio non tollitur in delicto manifesto, gl. A. nu. 7. 366
Appellatio non admittitur à sententia possessorij quoad medium suspensiuum, glo. D. nu. 1. Intellige vt num. 7. Ratio explicatur nu. 2. multi tenent contra, nu. 3. ratio explicatur, nu. 4. decem limitationes referuntur in gl. K. 367
Appellatio in remedio. l. fin. C. de edi. diui Adr. absolute non admittitur. glo. D. nu. 6. 368
Appellatio a syndicatu non admittitur, & quare, glo. E. 368
Appellatio non recipitur in causis quæ celeritatem desiderant, glo. F. nu. 1.
Appellatio datur à notorio grauamine, glo. G. nu. 1. 368
Appellatio de iure canonico solum ex rationabili causa admittitur, glo. H. nu. 1. 369
Appellatio non admittitur in causa hæresis, gl. H. nu. 4. 369
Appellatio de iure in parte admittitur à sententia possessorij, glo. I. nu. 1. ratione alicuius mixturæ, nu. 2. 369
Appellatio absolutè non datur à sententia possessorij extraordinarij, glo. K. nu. 12. 370
Appellatio non admittitur, quando intentato petitorio & possessorio solum pronunciatur super possessorio, glo. K. nu. 14. 370
Appellatio friuola quæ dicatur, glo. A. nu. 1. 373
Appellans non prosequens videtur in mala fide, glo. B. nu. 1. & punitur nu. 2. 373
Appellandi ordo ab inferiori ad superiorem, glo. A. nu. 1. est discrimen inter ius ciuile & canonicum, nu. 2. 373
Appellatio coram quo interponi debet, glo. A. nu. 1. 374
Appellationi interponendæ non est necessaria partis præsentia, glo. A. nu. 6. 374
Appellans ilico à diffinitiua de iure appellat viua voce, secus ex interuallo, ab interlocutoria semper in scriptis, glo. A. nu. 1. 375
Appellare quis dicatur ilico, glo. nu. 1. 375
Appellatio ab interlocutoria interponitur causa expressa, glo. B. nu. 1. & in certis alijs casibus, nu. 2. & 3. 375
Appellationis prosequendæ tempus, glo. A. nu. 2. quando incipiat currere, nu. 3. 378
Appellans excusatur non prosequitur facto iudicis, glo. A. nu. 5. vel paupertate, nu. 6. 378
Appellationis prosequendæ tempus consensu partium prorogari potest glo. B. nu. 1. 379
Appellationis instantia nõ currit pendente compromisso, glo. B. nu. 2. 379
Appellationi quando renunciari possit, glo. A. nu. 1. cui iudex deferat, nisi sit friuola, nu. 2. 386
Appellatio alternatiua infra decendium declarari debet, glo. A. nu. 7. 393
Appellationes geminatæ non prohibentur, glo. A. nu. 8. 393
Appellatione pendente nihil est innouandum, fallit in 11. casibus, glo. A. nu. 5. 398
Appellandum est infra decem dies à sententijs conditionalibus, glo. A. nu. 5.
Appellatione stante venditoris pro emptore, nihil potest innouari, glo. A. nu. 2.
Appellatio est introducta ne pars grauetur sententia, glo. C. nu. 2. & vt corrigatur error, nu. 3. 154
Apostolicæ Sedi reseruata. glo. I. 9
Apoca quæ vocetur, glo. B. 68
Apodissa significat euidentem probationem, glo. A. nu. 1. 328
Arendare est ad firmam dare, glo. C. 35
Artifices qui dicantur, glo. E. 106
Articuli generales non admittuntur in consuetudine, glo. B. nu. 13. per positiones probatur, nu. 14. 151
Articuli qui dicantur, & vnde, glo. A. nu. 1. sunt multiplices, nu. 2. si sunt omnino impertinentes non debent admitti, nu. 3. 346
Archiepiscopus est ordinarius prouinciæ, glo. D. nu. 2. & vnde dicatur, nu. 4. 152
Armorum vsus clericis prohibitus, glo. A. 172
Armorũ appellatione quæ veniant, gl. A. nu. 1. 305
Arma vnde dicantur, glo. A. nu. 2. 305
Archiepiscopus non est diœcesanus sed episcopus, glo. E. nu. 3. 309
Archiuium publicum, quid sit, glo. A. nu. 1. 352
Archiuij publici scripturæ inuentæ datur maior fides, vt tamen hoc procedat quædam requiruntur, glo. A. nu. 2. 352
Appellans detentus in carcere non est relaxandus, glo. A. nu. 15. 363
Apostoli qui dicantur, glo. A. nu. 1. tempus petendi illos, nu. 2. dantur à iudice à quo, nu. 3. 374
Apostolorum plures sunt species, glo. A. nu. 5. 374
Archiuium publicum quid sit, glo. D. nu. 1. 2. 68
Attentatorum reuocatio vsq; ad quod tempus peti potest, glo. C. nu. 4. 158
Attentari possunt omnia tendentia ad facilioremexitum appellationis, glo. A. nu. 8. 399
Audientia quandoque capitur pro loco vbi ius redditur, glo. A. nu. 2. 49
Auxiliatores qui dicantur, glo. B. nn. 3. 284
Auxilium quomodo præstatur, glo. C. 293

B

BARATTARIA quæ dicatur & quomodo committatur, glo. A. 37

Baiulorum

Baro quis dicatur, glo. B. nu. 1. 304
Baiulorum quædam not. glo. A. 110
Basilienſis concilij formula contra excommunicatos & interdictos, glo. A. nu. 1. & illius interpretatio, nu. 2. 163
Bannitus an post bannum audiatur, glo. A. nu. 7. 245
Bannitus captus debet recognoscere bannum, glo. A. nu. 2. docetur cautela, nu. 3. 249
Bannitus potest probare emanasse bannum per falsas allegationes, glo. A. nu. 4. & dicere de nullitate illius, nu. 5. 250
Banniti & rebanniti qui dicantur, glo. A. nu. 2. 255
Bannum dicitur sententia interlocutoria, glo. A. nu. 3. 255
Banniti sunt laicaliter excomunicati, glo. A. nu. 6. 255
Baiuli qui dicantur, glo. C. nu. 1. puniuntur propter concussiones, nu. 2. licitum est illis resistere si modum excedant, nu. 3. tenentur ad custodiam pignorum, nu. 4. 278
Baiulo quando, & quomodo credatur, glo. C. nu. 5. & an illi credatur citanti sine literis, nu. 6. & an illi magis quam parti, nu. 7. 279
Barbam expilans qua pœna de iure puniatur, glo. A. nu. 1. 288
Beneficium est duplex, glo. B. nu. 1. 165
Beneficium ecclesiasticum an sit de iure diuino, glo. B. nu. 2. 165
Beneficiorum genera, glo. B. nu. 3. 165
Bona temporalia quæ dicantur, glo. B. nu. 4. 154
Blasfemiæ diuisio, glo. C. nu. 1. 38
Blasfemare quid sit, glo. A. nu. 1. & de illius pœna, nu. 2. 312
Beneplacitum vsque quo duret, glo. A. 37

C

CARDINALIVM nomenclatura remissiue, glo. F. nu. 1. & quid de eis Statuerit concilium Basilienſe, nu. 2. 3
Cardinali Legato creditur absque literis legationis, glo. B. nu. 2. intellige vt, nu. 3. 5
Cautio idonea quid importet, glo. D. 35
Causæ criminales & mixtæ quæ dicantur glo. D. 56
Causæ ciuiles quæ dicantur, glo. E. 56
Carcer quotuplex sit, glo. D. 64
Capitatio tributi genus, glo. C. 127
Castrum custodiendum communibus prouinciæ expensis, glo. A. 129
Castrum sicut non potest fieri inconsulto Papa ita nec refici, glo. A. 132. 142
Causæ purè spirituales, glo. B. nu. 3. 154
Causæ ciuiles & criminales ecclesiasticæ quæ dicantur, glo. B. nu. 6. 154
Calix de qua materia esse debet, glo. C. 159
Capituli potestas sede vacante, glo. C. 180
Calumniantium tres sunt species, glo. D. nu. 1. pag. 191
Calumniator quando quis dicatur, glo. D. nu. 2. 192
Calumniæ pœna est similitudo supplicij, glo. D. nu. 3. 192
Calumnia quibusdam personis non imputatur glo. D. nu. 5. 192
Causa iusta excusandi à calumnia, glo. D. nu. 6. 192
Calumniatores qui dicantur, glo. D. num. 9. pag. 192
Carceratus an poterit recomendari, glo. H. num. 2. 197
Carceratus dicitur qui ad suu libitum recedere non potest, glo. H. nu. 5. 197
Carceratus quando sit relaxandus cum constat de innocentia, glo. H. nu. 7. & 9. 197
Carceratus iniustè potest impunè aufugere, glo. H. nu. 11. 198
Carceratos visitare iudex obligatus est, glo. H. nu. 12. 198
Carceris custos non potest relaxare carceratum etiam iniustè absque iudice, glo. H. nu. 13. & 14. 198
Carceratus aufugiens cum altero ex custodibus, alter custos non tenetur, glo. H. num. 15. 198
Captus iniustè fugiens non tenetur de fuga, gl. H. nu. 16. 198
Carceratus si non habeat alendus est aliunde glo. H. nu. 17. 198
Carceris effractor quamuis illud crimen nõ commiserit habetur pro confesso, gl. H. nu. 18. 19. & 20. 198
Carceratus aufugiens in culpa præsumitur custos, glo. H. nu. 21. idem si moriatur, num. 22. 199
Carceratus si se occidat, non contra iudicem sed custodem præsumitur, glo. H. nu. 24. 199
Carcer ad custodiam inuentus, glo. H. nu. 25. aliquando ad pœnam, nu. 26. 199
Carcer priuatus an committatur per detentionem pulchræ mulieris, glo. H. nu. 30. 199
Carceratus potest omni die appellare, glo. H. nu. 31. 199
Carceris priuati de iure, glo. A. nu. 1. 295
Carcer est duplex, glo. A. nu. 2. 295
Castrum & castra differunt, glo. C. nu. 1. 308
Camera est Principis ærarium, glo. I. nu. 1. 309
Capsoldum quid sit, glo. F. nu. 1. 335
Cauillatio quid sit, glo. A. nu. 1. 352
Census pro tributo accipitur, glo. A. nu. 1. 29
Census moderni pecunia redimibiles, glo. A. nu. 2. 30

Cessio in criminalibus non admittitur, glo. A. 115
CHRISTVS impleuit promissa, gl. A. nu. 1. 146
ratio duplex assignatur, nu. 2.
CHRISTI corporis synonima plurima, glo. B. 158
Christianorum duo sunt genera, glo. B. nu. 1. 154
Censura ecclesiastica quæ & quotuplex, gl. A. nu. 1. 164
Citatio regulariter per edictum prohibita est, glo. A. nu. 1. & quæ dicatur, nu. 2. 183
Citationes in criminalibus fieri debent, glo. F. nu. 1. 193
Ciuis pro sua ciuitate, quando in testem admittatur, glo. K. nu. 22. 204
Ciceronis sententia notabilis, glo. A. nu. 2. 287
Cicatrix an sit remansura statur peritis, gl. A. nu. 1. 288
Ciuitas quæ propriè dicatur, glo. B. nu. 1. & 2. 308
Citatio est actionum instituëdarum principium, glo. C. nu. 1. 324
Citatio est de iure naturali, glo. C. nu. 2. 324
Citatio verbalis non admittit appellationem, lis sic, glo. A. nu. 13. & 14. 363
Clausula non obstantibus, ex certa scientia, de plenitudine potestatis, motus proprii, supplentes omnes defectus, glo. D. 5 6 7
Clausula indignationem &c. quid significet, glo. F. 7
Clausula decreti irritantis cuius virtutis, glo. C. 25
Clausula ex nunc prout ex tunc, glo. E. 81
Clausula conscientiam oneramus, glo. B. 127
Clausula sola facti veritate inspecta, glo. C. nu. 4. 169
Clausula summariè, simpliciter, de plano, gl. D. nu. 1. glo. G. nu. 17. vtitur solus Princeps, glo. A. 322 66 196
Clausula in forma Cameræ Apost. & illius effectu, glo. A. nu. 1. 331
Clausula super quibus omnibus &c. salutaris est, glo. B. nu. 17. 191
Clericos vnde appellatos, glo. A. nu. 1. 165
Clericis prohibitum est negociari, glo. E. nu. 3. nisi vt, nu. 4. 166
Clericis venatio prohibita, glo. F. nu. 4. 166
Clericus vsurarius quam pœnam incurrat, glo. A. nu. 5. 167
Clericus assassinus puniri potest per laycum, glo. A. 321
Clericus capi potest in fragranti crimine & duci ad ordinarium per laycum, glo. A. nu. 19. 321
Clericus si est inter plures delinquentes omnes illius causa ad ecclesiasticum remittuntur, glo. A. nu. 24. 321
Clericus permittens se à seculari condemnari postea allegans priuilegium condemnatur in expensis, glo. A. nu. 25. 321
Clericus trahens clericum coram seculari punitur, glo. A. nu. 28. idem in layco, nu. 29. 328
Clericis pœna indicta est horas non dicendo, gl. A. nu. 6. 174
Clericus dicens horas in peccato mortali satisfacit, glo. A. nu. 7. 174
Clericus aduocatus esse non potest regulariter, glo. A. nu. 1. intellige de clericis in sacris, nu. 2. nec procurator generalis, nu. 3. 175
Clericus potest esse consiliarius Principis, glo. A. nu. 4. 175
Clericus causam capitalem delegare potest, gl. A. nu. 5. 175
Clerici debent esse immunes à tributo, glo. A. nu. 1. 177
Clerici vt sint immunes à gabellis laycorum regulare est, glo. A. nu. 3. fallit vt, nu. 4. 5. 6. 6. 8. 177
Collecta habent executionem paratam, glo. E. nu. 3. 836
Compositio de pœna fieri potest absque thesaurario, glo. A. 23
Constitutiones locales non ligant nisi loca in quibus vigent, glo. A. 40
Concussores lex punit, glo. Q. 43
Corumpens iudicem qua pœna puniatur, glo. C. 53
Communitas non potest puniri pro delicto ciuium, glo. B. nu. 1. intellige vt, nu. 2. 3. 64
Consultor tria inspicere debet, glo. A. nu. 6. glo. B. nu. 2. 93 150
Collectam imponere est de regalibus, & iurisdictionis, glo. A. nu. 1. 120
Collecta est indicenda secundum æs & libram, glo. A. nu. 2. quæ considerantur tribus modis, nu. 3. 120
Confinatus rumpens confinia quomodo puniatur, glo. A. nu. 3. 135
Confinatus ad tempus finito tempore redire potest, glo. A. nu. 4. 135
Confinatio in quibus locis fieri potest, glo. A. nu. 5. 135
Consuetudinem qui allegat probare debet, glo. B. nu. 3. 150
Consuetudo est difficilis probationis, glo. B. nu. 4. ad quam probandam tria requiruntur, nu. 5. in ea non defertur iuramentum suppletorium, nu. 6. 150
Consuetudo in scriptis redacta facilis probationis, glo. B. nu. 8. 150
Consuetudo probatur per duas sententias conformes, gl. B. nu. 9. per instrumenta, nu. 10. ex vnico actu inducitur aliquando, nu. 11. 151
Consuetudo multoties habet vim priuilegij glo. B. nu. 15. 151
Consuetudo antiquissima non requirit Principis confirmationem, glo. B. nu. 16. 151

glo.

Consuetudo nõ inducitur in actibus diformibus glo. B. nu. 18. & actus debent fieri eo animo vt consuetudo inducatur, nu. 19. 151
Concubinarius clericus quis propriè dicatur glo. B. nu. 2. 3. multis incommodis afficitur, nu. 4. 5. 171
Concubinarius à iure est suspensus ab officio, glo. B. nu. 6. non potest compelli ad illam abiurandum, nu. 7. 171
Concubinatus de iure canonico omnino prohibitus, glo. B. nu. 11. 172
Colluſio quid sit, glo. C. nu. 2. 191
Conclusio causæ de iure non requiritur in causis criminalibus, glo. B. nu. 18. 191
Conclusionis loco seruiunt illa verba, super quibus omnibus &c. glo. B. post, nu. 18. 191
Contumacia est ficta probatio, glo. F. nu. 3. 193
Contumax vt quis dicatur, requiritur iudicis sententia, glo. F. nu. 5. 293
Confessio vera & ficta diferunt tripliciter, glo. F. nu. 6. 193
Contumax licet habeatur pro confesso debet iudex illum absoluere, si non est culpabilis, glo. F. nu. 9. 194
Confessio facta in forma iudicij nullo præcedente processu valet, glo. G. nu. 15. 16. 196
Confessio incidenter facta in nouo iudicio probat delictum, glo. G. nu. 18. 19. 196
Confessio non requirit testium præsentiam, glo. G. nu. 21. 196
Confessio in carcere, vel cõtractus factus, quando valeat, glo. nu. 3. 197
Confitens delictum, ex quo potest fideiussoribus relaxari, potest detineri ad ostendẽdum mandatorem & socios, glo. L. nu. 10. 201
Consuetudo valet vt quis relaxetur fideiussore, quando est imponenda pœna corporalis, glo. L. nu. 27. idem in iudice ex causa, num. 28. & 29 202
Consanguinei admittuntur in testes ad excusandum quem ab homicidio, glo. K. nu. 25. intellige vt, nu. 26. 205
Consuetudo potest derogare solennitati citationis, glo. A. nu. 10. 212
Confessionẽ suam multoties reus reuocare vult, glo. A. nu. 1. etiam iuratam, nu. 2. etiam ex interuallo, nu. 3. 217
Confessio erronea probatur etiam per consanguineos glo. A. nu. 4. 218
Confessio in tortura facta perseuerata esse debet, glo. A. nu. 6. 218
Confessio sponte facta si appareat falsa non potest sequi condemnatio, glo. A. nu. 7. idem si non est verisimilis, nu. 8. 10. & 11. 218
Confessio quæ dicatur facta metu tormentorum glo. A. nu. 12. 218
Confessio minoris & sententia differunt, glo. A. nu. 6. 226
Confessus in tortura, & perseuerans, si dicat postea se errasse, glo. A. nu. 77. 242
Confessio facta in tortura sine indicijs non valet, glo. A. nu. 62. 240
Conspiratio quid sit glo. C. 274
Contumax non potest vti beneficio processus, in quo fuit contumax, glo. A. nu. 4. 244
Contumax antequam audiatur soluit expensas glo. A. nu. 6. 245
Contumacia facit indicium ad torturam, glo. A. nu. 6. 250
Constitutio ligat post duos menses, nisi Princeps velit. contrarium, glo. E. nu. 1. 264
Conuenticulæ quæ dicantur, glo. A. nu. 1. 272
Condemnatus in amputatione manus, si alteram debilem habet, vel si vnam tantum habet, quid agendum, glo. A. post, nu. 2. 287
Conatus non punitur nisi sequatur effectus, fallit in criminibus exceptis, glo. A. nu. 2. 289
Consilium presumitur ex breuite spacij, glo. B. nu. 2. 293
Comes Palatinus legittimat, & arrogationi autorit tem interponit, glo. D. nu. 1. 309
Compromissa causa in clericum & laycum, in reductione aditur Episcopus, glo. A. num. 11. 421
Contumax in sui præiudicium habetur pro confesso, glo. H. nu. 2. 326
Comparatio literarum & illius effectus, glo. B. un. 1. 329
Contumax de iure quis dicatur, glo. A. nu. 1. 332
Contumaci propter nimiam contumaciam potest denegari audientia, glo. A. nu. 2. 332
Contumacia contumaciæ aliquando compensatur glo. A. nu. 3. 332
Contumax offendit iudicem & partem, glo. A. un. 5. 332
Comparere quis dicitur per se vel per procuratorem, glo. A. nu. 4. 332
Concluſum in causa quando dicatur, & de eius effectu, glo. G. nu. 1. 344
Contumacia procuratoris nocet domino in non respondendo positionibus, glo. C. post. nu. 1. 350
Contractus simulatus quis dicatur, glo. A. nu. 1. 355
Contractus simulatio an præsumatur ex modicitate precij, & pacto de retrouendendo, glo. A. post. nu. 2. 355
Conuictus & confessus non apellat, gl. B. nu. 1. 366
Conuictus dicitur qui manifesta probatione cõuincitur, glo. B. nu. 2. 368
Contumax verus & manifestus non appellat, glo. C. nu. 1. 367
Contumax in certis casibus de iure habetur pro confesso, glo. C. nu. 2. 367
Confessus aliquando appellat, glo. G. nu. 3. 369

Contumax fictus auditur appellans, glo. A. nu. 3. 387
Condemnatus ex præsumptione iuris & de iure non appellat, glo. A. nu. 4. 387
Consilium sapientis quid, glo. A. nu. 2. 402
Consiliis quis primo fari debet, glo. A. nu. 4. 412
Correctio accelerata remedium est in peccantibus, glo. A. nu. 4. 211
Corrumpens iudicem qua pœna puniatur, glo. C. 53
Confessum iudicis partes sunt in condemnando, glo. B. nu. 13. 196
Confessio qualificata quando probet contra confitentem, glo. L. nu. 3. 208
Confessus sponte quando possit appellare, glo. A. nu. 1. 371
Confitens si prius negauit non admittitur ad beneficium confessionis, glo. C. 246
Cosmus Medices coronatur in Magnum Ducem Aetruriæ, glo. D. nu. 2. 261
Crimen quod dicatur ecclesiasticum, glo. B. nu. 8. 154
Crimen læsæ maiestatis quid sit, glo. B. nu. 1. quod non committit non subditus, nu. 2. 264
Crimina semel audita indiscussa remanere non debent, glo. C. nu. 1. 191
Crimina læuia quæ dicantur, glo. I. nu. 2. 200
Criminales causæ non sunt delegabiles de iure, glo. A. nu. 1. 228
Criminalis & ciuilis causarum differentiæ aliquot, glo. A. 312
Creditorum prælatio vigore instrumentorum & scripturarum priuatarum, glo. A. nu. 8. 329
Creditori sicut licet capere suum debitorem ita eius procuratori, glo. A. nu. 2. 395
Creditori detinenti debitorem non statur de suspitione, glo. A. nu. 4. 395
Curiam qui propriè habeant, glo. A. 105
Custos aliquando excusatur à morte carcerati glo. H. nu. 23. 199
Cura adulterorum finitur 25. an. completis, gl. A. nu. 4. 336
Curatores furiosi desinunt, cum illi resipuerint, glo. A. nu. 5. 336
Curator datus ad litem eodem modo potest reuocari sicut procurator, glo. A. nu. 8. 337
C. quanquam, de vsu. lib. 6. innouatio, glo. A. 170
C. reintegranda. 3. q. 1. remedium an detur contra titulo possidentem, & bona fide, glo. A. 335

D

Damnum diuiditur in iniuriam et paueriem, glo. A. nu. 1. in cuius causa iudex de plano procedit, nu. 2. 231
Damnum passus aliquando debet probare plenè damnum, glo. A. nu. 5. 231
Damnis in datis appellatione filij non uenit spurius, glo. A. nu. ?. 231
Deus sicut non est personarum acceptor ita nec iudex, glo. N. nu. 1. exemplum, nu. 2. 43
Deus creauit hominem, & reparauit, glo. A. 158
Delictum publicum & priuatum quod sit, gl. K. 57
Delicta atrocia quæ dicantur, glo. A. 58
Delinquens dupliciter obligatur fisco & parti, glo. B. nu. 14. 190
Delicti commissi dies non solet apponi, glo. B. nu. 8. 189
Delictis in occultis & secretis ex solis indiciis venitur ad torturam, glo. A. nu. 54. 239
Delicta an possint probari per instrumenta, gl. K. nu. 40. 207
Delictum & crimen quid sit, glo. A. nu. 2. 188
Delictum fore commissum prius cõstare debet, glo. A. nu. 11. & glo. B. nu. 1, 212 189
Denuncians malefactorem aliquãdo habet præmium, glo. A. nu. 1. vbi explicatur an procedat in complice vel officiali 215
Denuncianti præmium quomodo solui debeat, glo. A. nu. 2. 215
Defensio non est deneganda, glo. A. nu. 8. 245
Defensio quomodo probetur, glo. E. nu. 5. 285
Defensio quando dicatur probata, glo. E. nu. 7. 286
Defensio legitima nemini auferenda, gl. G. nu. 2. 368
Defensionem probant testes de credulitate, glo. E. nu. 10. 286
Defuncti contumacia quando afficiat hæredem, glo. G. post nu. 2. 326
De eodem delicto quis pluries puniendus non est, glo. B. 291
Debitor quis propriè sit, glo. B. nu. 1. 324
Debitor ante iudicium interpellandus, glo. B. nu. 2. 324
Debito probato per testes, quantitas iuramento partis probatur, glo. B. nu. 2. 324
Debitor si non habet pecuniam potest offerre de bonis, nisi adsit iuramentum, glo. I. nu. 5. 327
Debitor in diem licet non possit cogi ante diem, fallit in fisco, glo. I. nu. 6. 327
Debitor quando pro debito capi possit & detineri distinguitur, glo. K. nu. 1. 327
Debitor negans suam scripturam incidit in pœnam dupli, glo. A. nu. 2. 329
Debitor compelli potest à iudice, vt respondeat, si scripsit illam schedam, glo. B. nu. 2. potest etiam compelli ad scribendum, nu. 3. 330
Debitoris nomen capiendi forma, glo. D. nu. 1. 334
Delegatus ad examen testium non potest recipere obiectus, glo. C. nu. 3. 347
Debitor antequam vt suspectus detineri possit quædam requiruntur, glo. A. nu. 1. 395
Dispensatio est relaxatio, glo. D. E. 8 185
Diuisio tria operatur, glo. H. nu. 1. 3
Dictio circa quid importat, glo. D. 165
Diœcesanus habet fiscum, glo. C. nu. 7. 170
Diœcesis quid significet, glo. F. nu. 2. 309

Diuinatio non facit indicium, glo. A. nu. 55. 239
Dictio siquis, vtrunque sexum complectitur, glo. A. nu. 1. 287
Districtus, territorium & diœcesim significat, glo. F. nu. 1. 309
Dilatio quid, glo. E. nu. 1. 326
Dilationes omnes de iure sunt arbitrariæ, glo. C. nu. 1. 343
Dilatio danda est à iudice pro tribunali sedente, glo. C. nu. 2. 343
Dilationum plures sunt species, glo. C. nu. 3. pag. 344
Dilatio in dubio non porrigitur ad testes in remotis partibus, glo. C. nu. 4. 344
Dilatione deforis potest iudex exigere iuramentum à partibus, glo. C. nu. 5. 344
Dies vtiles qui dicantur, glo. D. post, nu. 1. 344
Domestici, familiares, & similes testificari non possunt, glo. K. nu. 14. intellige vt, nu. 16. & 18. 204
Domestici qui dicantur, glo. K. nu. 15. 204
Dolus in delinquente præsummitur, glo. A. nu. 14. 212
Dominus quando teneatur de homicidio commisso à famulo, glo. A. nu. 1. 292
Dolus quid sit, glo. A. nu. 1. & est duplex, nu. 2. 396
Doctorum autoritas quæ præferatur, glo. A. nu. 1.

E

Ecclesia quare dicitur apostolica, gl. E. nu. 1. 2
Ecclesia nulli hæretico redeunti claudit gremium, glo. D. nu. 1. 11
Ecclesia græcè latinè congregatio dicitur, glo. H. nu. 1. strictè quæ à religiosis professoribus repræsentatur, nu. 2. 42
Ecclesia Romana omnium ecclesiarum caput glo. T. 44
Ecclesia clauium potestatem habet, glo. A. nu. 4. 146
Ecclesiæ vnitatem ad denotandum vnus pastor creatus est, glo. A. nu. 5. 146
Ecclesia est triplex, glo. E. 152
Ecclesia habet vtrunque gladium, glo. D. nu. 1. 261
Ecclesia si succedit priuato, an vtatur iure illius, vel suo, glo. A. nu. 14. 385
Ecclesiæ competit restitutio sicut minori, glo. A. nu. 17. 385
Emptor si non inueniatur res datur creditori in solutum, glo. E. nu. 6. 335
Emptori contumaci non prodest notificatio facta venditori, glo. A. nu. 8. idem in multis casibus enumeratis, nu. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. & 23.
Episcopi & eius vicarij idem tribunal, glo. C. nu. 4. 173
Episcopus est nomen operis, non honoris tantum, glo. A. nu. 1. 179
Episcopatum qui desiderat bonum opus desiderat, glo. A. nu. 2. 179
Episcopus dicitur superintendens, glo. A. nu. 3. quibus ornatus esse debet, nu. 4. 179
Episcopatus magna est dignitas, glo. A. nu. 5. 179
Eiscopus est dispensator, glo. A. nu. 6. 179
Episcopus triplici pabulo debet subditos pascere, glo. A. nu. 7. 179
Episcopi & simplicis sacerdotis differentia, gl. A. nu. 8.
Episcopus residere debet in sua cathedrali ecclesia, glo. A. nu. 9. 179
Episcopi propriè est cura animarum, glo. A. nu. 10. 179
Episcopo duo concurrere debent, glo. A. nu. 11. 179
Episcopus electus debet à suo metropolitano ordinari, glo. A. nu. 12. 180
Episcopo tria requiruntur, glo. A. nu. 14. & de qualitate illius mensa, nu. 15. 180
Episcopatus venit prælatura appellatione, glo. B. nu. 1. 180
Episcopus licet non possit derogare canonibus, potest illos fouere, glo. A. nu. 2. 141
Excipiens de defensione debet probare necessariam defensionem, glo. L. nu. 4. 208
Excedens in defendendo punitur de excessu, glo. E. nu. 12. 286
Excessus potest esse dolosus, vel culposus, gl. E. nu. 13. & 14. 286
Exceptio noua opponi potest publicatis attestationibus, glo. G. nu. 2. 345
Exceptio calumniosa quæ dicatur, glo. B. nu. 1. 352
Excommunicatio sub conditione ab homine lata quomodo tollatur, glo. B. nu. 2. 8
Exceptiones contra instrumentum opponende, glo. F. nu. 1. 326
Exceptio dicitur actionis exclusio, & est duplex, glo. A. nu. 1. 339
Exceptio procuratoria est dilatioria, glo. B. nu. 1. 339
Excipiens de defensione debet probare necessariam, glo. L. nu. 4. 208
Excommunicatum quis potest absoluere, glo. C. 80
Excommunicationis diffinitio, glo. A. nu. 1. 155
Excommuninatio duplex maior & minor, glo. A. nu. 2. item iuris & hominis, nu. 5. 155 156
Excommunicatio in dubio censetur maior, glo. A. nu. 3. glo. A. nu. 1. 152 160
Excommunicatio ligat ignorantem, quoad vinculum tantum, glo. A. nu. 6. 156
Excommunicatus quas pœnas incurrat, glo. A. nu. 11. 157
Excommunicatus differt ab interdicto, glo. B. nu. 3. glo. C. nu. 3. 157 162

Excommunicatus maiori excommunicatione quibus sit priuatus, glo. A. nu. 2. 3. 164
Excommunicatus minori excommunicatione non efficitur irregularis, glo. A. nu. 4. 164
Excommunicatus per annum, insordescens, glo. A. nu. 1. 3. 178
Excommunicatus vitandus est, glo. B. num. 1. & talis conuersatio à iure diuino prohibita est nu. 2. 162
Excommunicatio in duobus casibus non trahit secum executionem, glo. H. nu. 3 269
Executio à Deo orta est, glo. A. nu. 1. 64
Executor merus est marescallus, glo. A. nu. 1. 64
Executor quis propriè dicatur, glo. A. nu. 3. 64
Executio diebus festis fieri non debet, glo. B. nu. 1. aliis sic, nu. 2. 129
Excusatur nemo tempore caritatis, glo. A. nu. 2. 232
Executio incipere non debet, glo. A. fallit in multis casibus 351
Executio sententiæ est mixti imperij, glo. E. nu. 1. 399
Exemptio est duplex, glo. A. nu. 1. est stricti iuris. nu. 2. 96
Exemptionem concedere non potest recognoscens superiorem, glo. A. nu. 3. 96
Exemptio generalis comprehendit etiam iudeos, glo. A. nu. 5. 96
Exemptio à muneribus concessa intelligitur ab extraordinarijs, glo. A. nu. 6. 97
Expensæ contumaciæ & victoriæ, glo. N. nu. 3. 209
Expensæ contumaciæ non restituuntur soluenti quamuis sententiam reportet, glo. A. nu. 6. 332
Expensæ debentur ex varijs causis, glo. B. nu. 1. 371
Euictio si imminet in limine contractus, emptori quomodo consultum, glo. A. nu. 24. 408
Euictionis fideiussor non potest petere se eximi ab obligatione, glo. A. nu. 25. 408

F

FABRIANI *gentilitas quædam refertur, glo. A. nu. 9.* 231
Fœminæ, impuberes, adolescentes, à munere iudicandi eximuntur, glo. A. nn. 2. 153
Falsum dicitur tribus modis, glo. C. nu. 1. 339
Falsi nemo punitur, nisi alteri noceat, glo. C. nu. 2. 339
Falsitas non commmittitur absque dolo, glo. C. nu. 3. 339
Falsi non nociui punitur pœna extraordinaria, glo. C. nu. 4. 340
Falsum fabricans & falso vtens differunt, glo. C. nu. 5. 340
Falsi crimen præscribitur spatio viginti annorum, glo. C. nu. 8. 340
Falsum dicens tenetur parti vltra pœnam, glo. C. nu. 9. 340
Falsi ciuilis & criminalis cognitio, glo. C. nu. 10. 340
Falsi pœna quæ sit, glo. C. nu. 11. 340
Familiares qui sint, glo, K. nu. 16. glo. B. 204 106
Fama quomodo probetur per testes, glo. A. nu. 20. 213
Fama publica accusatorem excusat, glo. D. nu. 8. 192
Fama excusat iudicem & fiscum, glo. A. nu. 6. pag. 211
Fama quid est, glo. B. nu. 1. & an differat a rumore nu. 2. 230
Fama non facit plenam probationem, glo. B. nu. 3. 230
Fama publica an sit indicium sufficiens ad torturam, glo. A. nu. 29. 236
Factum cum est in obligatione tenetur ad interesse obligatus, glo. A. nu. 4. 319
Fatalium dies quis dicatur, glo. A. nu. 1. 378
Feriæ quæ sint, glo. A. nu. 1. & illarum species, nu. 2. 353
Feudum dictum à fide, glo. B. nu. 1. latinè iura militiarum, nu. 2. & illorum distinctiones, nu. 3. 271
Fidelitas est duplex, glo. B. nu. 1. 2
Fides quid sit, & de illius efficacia, glo. A. 184
Fides christiana dicitur à CHRISTO, *glo. B. orthodoxa, ideſt, firmi dogmatis, glo. C.* 185
Fictio plus non potest quàm veritas, glo. F. nu. 4. 193
Fidei & conscientiæ iudicium, glo. E. nu. 1. 2. 44
Fideiussio est latè extendenda, glo. I. nu. 11. 201
Fideiussor qualis qualis sufficit si principalis est idoneus, glo. I. nu. 15. 201
Fideiussor idoneus quis dicatur, glo. I. nu. 16. illum laudans non tenetur, nisi affirmet, nu. 17. 201
Fideiussor idoneus si efficiatur non soluendo, fideiussio est renouanda in iudicialibus non in conuentionalibus, glo. I. nu. 18. 202
Fideiussor velut obligatur, qui patitur se nominari pro maleficio & tacet, glo. I. nu. 19. 202
Fideiussor de representando statim liberatur lata sententia, si eum exhibeat, glo. I. nu. 20. intellige vt, nu. 21. 202
Fideiussor promittens liberè soluere non renunciauit beneficio excussionis, gl. I. nu. 22. pag. 202
Fideiussio pro maleficio non transit in heredem, glo. I. nu. 30. intellige vt, nu. 31. 202
Fideiussor quando non potest facto iudicis præsentare reum excusatur, glo. I. nu. 31. 203
Filiatio quomodo probetur, glo. C. nu. 1. 352
Fiscalia iura quæ dicantur, gln. Y. nu. 1. 44

Fiscus in dubio vtitur iure priuatorum, glo. Y. num. 2. multoties est deterioris conditionis, nu. 4. 44
Fisco qualiter fauendum, glo. Y. nu. 5. 44
Fiscus constat canone, indictione, & oblatione, glo. A. nu. 4. 120
Fisonomia prodest & nocet, glo. A. nu. 22. 236
Floreni vnde dicti, glo. B. 395
Forensis quis propriè dicatur, glo. A. nu. 1. vnde deriuetur, nu. 2. 102
Forum potest quis declinare illius, in quem consensit ante litem contestatam, glo. A. nu. 5. 319
Forum pœnitentiale an quis sortiatur ratione delicti, glo. A. nu. 15. 320
Fori priuilegium est voluntarium, glo. A. nu. 1. hæc exceptio expeditur causa cognita, nu. 2. intellige, nu. 3. 107
Fori priuilegio pacto renunciari non potest glo. A. nu. 6. 319
Fori declinatoria competens principali nõ competit fideiussori, glo. A. nu. 14. 320
Forensis collectari non potest de iure communi glo. E. nu. 1. fallit, nu. 2. & 3. 120
Focaria quæ dicatur, glo. C. 172
Fornicatio clericis prohibita est, glo. B. nu. 1. 171
Fornicatio quid sit, & cum qua committatur glo. G. nu. 1. 300
Fornicatio est peccatum mortale, glo. G. nu. 2. 300
Fraus quando propriè dicatur, glo. A. nu. 1. probatur coniecturis, nu. 3. 4. 5 176
Fraus præsummitur ex vicinitate actus, glo. B. nu. 3. 293
Fuga in materia syndicatus facit probationem, glo. B. nu. 1. 125
Fuga an sit indicium ad torturam, glo. A. nu. 72. 241
Fumantia est onus personale, vel mixtum, glo. E. nu. 1 eadem est patris & filij, nu. 2. 69
Fures famosi, glo. A. nu. 1. 296
Furem non excusat dominus rei furate quin puniatur, glo. A. nu. 4. 296
Furti duplex actio, glo. A. nu. 5. 296
Furti probatio per coniecturas dicitur manifesta, glo. A. nu. 6. 296
Furtum inuentum penes hominem malæ vitæ glo. A. nu. 7. 296
Furtum quando est commissum iudex faciat inquisitionem diligentem, glo. A. nu. 8. 296
Furtum commissum in hospitio, glo. A. nu. 10. 297
Fur non potest puniri pro furtibus alibi commissis, glo. A. nu. 11. 297
Fure mortuo hæredes tenentur ad rerum restitutionem, glo. A. nu 12. 297
Furem iudex condemnare non potest ad rei restitutionem, nisi petatur, glo. A. nu. 13. 297
Fur repertus cum re furata in alieno territorio, an possit ibi puniri, glo. A. nu. 14. 297
Furti condemnatus si prouocauit, nondum est infamis, glo. A. nu. 1. 400

G

GABELLA *tributi genus, glo. A. nu. 1.* 307
Grauatus omnis per sententiam appellare potest, glo. A. nu. 9. 362
Guelfæ & Gibellinæ factionum origo, glo. C. 117
Grauaminis appellatio quod habet vim sententiæ infra decem dies interponenda, glo. A. nu. 17. 363

H

HABILITAS *à iuramento ad effectum agendi vel excipiendi sit non citata parte, glo. A. nu. 2.* 95
Habitus clericalis in quibus consistat, glo. D. 165
Hæres quando ex defuncti delicto conueniri possit, glo. A. post. nu. 1. 188
Hæres an tunc teneatur vltra vires hæreditarias, glo. A. post, nu. 1. 188
Hæres tenetur vindicare necem defuncti, glo. A. nu. 5. 292
Hæres & defunctus vna & eadem persona, glo. G. nu. 1. 326
Hæres factum defuncti approbare debet quomodo intelligatur, glo. G. post, nu. 2. 326
Hæres adeundo cõtrahere videtur, glo. H. nu. 1. 326
Hæredi respõsuro debet dari terminus, glo. H. nu. 3. 326
Hæredem qui se dicit, addere debet ex testamento vel ab intestato, glo. H. nu. 6. 326
Hæredem quem esse quomodo probetur, glo. H. nu. 7. 326
Hæretici dicuntur rebelles ecclesiæ, glo. A. 11
Hæresis ab electione dicta, glo. B. nu. 1. & glo. D. nu. 1. 11 185
Hæreticus præsummitur qui libros hæreticorum habeat, glo. B. nu. 2. & qui dicatur suspectus nu. 3. 11
Hæreticus est qui contemnit canones, & Papæ præcepta, glo. B. nu. 4. 11
Hæreticus quis non est ex sola nominatione, glo. B. nu. 6. 11
Hæreticorum fautores qua pœna puniantur, glo. C. nu. 1. & qui dicantur, nu. 2. receptatores, adherentes, defensores, nu. 3. & sunt excommunicati, nu. 4. 11
Hæreticus non est ab ecclesia defendendus, glo. G. 42
Hæresis suspectus vt hæreticus damnandus non est, glo. A. nu. 2. 178
Homicida q̃ puniatur pœna pecuniaria, omnibus legibus repugnat, glo. A. nu. 1. 13
Homicidium commissum in præsentia iudicis, quando probandum sit, glo. B. nu. 1. 213
Homicidium voluntarium & inuoluntarium, gl. A. nu. 1. 283

Homicidium dolo commissum præsumitur, glo. A.nu.2. 283
Homicidij pœna de iure, glo. A.nu.3. 283
Homicidium commissum culpa non punitur lege Cornelia, gl.F. nu.1. 286
Homo liber an possit se dare alteri ad torquendum, glo. A.nu.81. 243
Horæ canonicæ sunt septem, glo. A.nu.1. sunt sacrificium, nu.2. dicuntur ab orando, nu.3. sunt census Deo debitus, nu.5. 174
Horæ prioritas, glo. A.nu.4. 219
Honor & vita æquiparantur, glo. A.nu.3. 290
Honor exhiberi potest quatuor modis, glo.G. 56
Honorem qui negligit crudelis est, glo. A.nu.4. 290
Hospitale per lapsum temporis restituitur, gl. A. nu.13. 385
Hostis antiquitus æqualem significabat, glo. A. nu.1. dictus ab hostio, nu.2. hodie perduellem significat, nu.3. 310

I

IGNORANS *nemo peccat, glo. A.nu.1.* 250
Imperatorē eligunt septemuiri, glo.C.nu.4. 261
Imperium & tyrannis olim idem sonabant, glo. A.nu.1. 263
Impedimentorum genera plura, glo.1. 57
Impeditus infirmitate abhoris canonicis dicendis, glo. A.nu.4. 174
Immunitas ecclesiastica quid sit, glo. A.nu.2. 177
Incestus quid sit, glo. D. nu.1. 300
Inculpati à reo in casibus exceptis possunt torqueri, glo. B.nu.5. 195
Indicia debent esse verisimilia, glo. A.nu.5. 234
Inculpatus si non vult respondere, quid agendum glo. A.nu.80. 243
Indicia dicuntur ab indicando, glo. A.nu.28. 236
Indicia quæ fama coadiuuantur per ordinem referuntur, glo. A.nu.30. vsque ad nu.53. 237
Indicium qualiter probetur, glo. A.nu.65. 241
Indicium contra dominum non facit scala posita ad fenestram, glo. A.nu.9. 296
Inducię deliberatoriæ non dantur in criminalibus, glo. G.nu.12. 195
Inimicitia, & noua reconciliatio impediunt testificari, glo. K.nu.24. 205
Infames personæ, quæ sunt, glo. D. nu.1. 274
Infamia duplex est, glo. D. nu.2. 274
Iniuria omnis præsumitur prauè facta, glo. A. nu.13. 212
Iniuria personalis maior est quàm rerum, glo. E. nu.4. 285
Iniuriæ verbali verbis resistendum, glo. A.nu. 1. non tamen punitur de tolo sed de quanto. nu.2. 290
Inquisitio regulariter de iure non formatur glo. A.nu.1. seruatur contrarium de consuetudine generali, ne maleficia remaneant impunita, nu.3. si fama præcedat, nu.5. 218
Inquisitionem sex præcedere debent, glo. A.nu. 16. intellige duobus modis, nu.16.17. 218
Inferior nullus potest vti clausula derogatoria glo. B.nu.2. 14
Inferior à Papa non potest derogare his constitutionibus, glo.9.nu.1. 45
Inferior quamuis non possit tollere legem superioris potest illam iuuare, glo. A nu.1. 141
Inhibitio quomodo fieri debeat, glo. C.nu.1. 158.
Ingressus ecclesiæ aliquando personæ interdicitur glo. C.nu.2. 162
Innouari non debet post appellationem emissam glo. C.nu.2. & quis dicatur innouare, nu.3. 158
Innouare non dicitur qui ius suum prosequitur glo. A.nu.16. 363
Innouata appellatione pendente à diffinitiua reuocantur, glo. A.nu.1. ab interlocutoria nequaquam, nu.2. nisi vt infra, nu.3.4. glo. A. nu.1. 398. 405
Intellectus. c. pen. de sent. excom. glo. B.nu.3. 163
Intellectus. c.1. de exception. lib.6. glo. A.nu.2. 160
Intellectus. c. alma mater, & constit. glo. A. nu.3. 161
Intellectus. l. non videtur. ff. de iud. glo. A.nu.5. 219
Intellectus. l. milites. ff. de quæst. glo. A.nu.69. 241
Intellectus. l.1. C. si de monen. poss. glo. D.nu.5. 368
Innocens à quolibet excusari potest, glo. A. nu.3. 244
Interdictum ecclesiasticum est suspensio, glo. E. 8
Interdici potest alicui ex causa locus aliquis, gl. A.nu.1. quæ aliquando prodest, nu.2. 135
Interdictum ecclesiasticum quid sit, glo. B.nu.1. 157
Interdicti ecclesiastici effectus, glo. B.nu.3. 157
Interdictum aliquando ipso iure operatur, glo. B. num.4. pro debito pecuniario non datur, nu.5. 157
Interdictum ecclesiasticum est duplex, glo. A. nu.1. 161
Interdictum ecclesiasticum quid operabatur secundum antiquos canones, glo. A.nu.2. 161
Interdicto ecclesiastico contrauenientium pœna, glo. A.nu.4. 161
Interdicere propriè quid significet, glo. C.nu.1. 162
Instantia perempta quæ pereant, glo. A.nu.3. 378
Instantiæ prorogatio spectat ad Principem glo. A.nu.7. 379
Instantiæ prorogatio concedi debet cum refectione expensarum, glo. A.nu.9. 379
Instrumentum capitur pro scriptura autentica propriè, glo. D.nu.1. 324
Instrumentum publicum de iure communi non habet executionem paratam, glo. D.nu.2. 324
Instrumentum publicum est multiplex, glo. D. nu.5. 325
Instrumentum priuatum quod quis sua manu scribit, glo. D. nu.6. 325

Instru

Instrumentum habet præsumptionem pro se, gl. D. nu.7. 325
Instrumentum non probat enunciata in illo, glo. D.nu.8. idem assertiua incidenter, nu.9. 325
Instrumenti productio ante litem contestatam non prodest, nisi reproducatur in termino probatorio, glo. A.nu.4. quid si produceretur in parte & partibus, ibidem. 356
Insultatus præsummitur ad defensam facere glo. E.nu.6. 286
Insultus dicitur cum armis factus etiam non euaginatis, glo. A.nu.1. 289
Intestabiles qui dicantur, glo. D.nu.1. 264
Inuasor excusatur si ex interuallo eijcitur glo. A.nu.1. & possunt illum amici & vicini impunè adiuuare, nu.2. 298
Irregularitas est impedimentum canonicum, gl. C. glo. D. 8 185
Irregularis vt quis efficiatur quid requiritur glo. A.nu.4. 164
Irregularis efficitur suspensus ab officio celebrando, glo. A. nu.5. 164
Iudici suspecto an causa committi possit, glo. H. 57
Iudex fieri non quærat pusilanimus, glo. A. nu. 2. 93
Iudicis diffinitio, glo. A.nu.1. 153
Iudex vir bonus esse debet, glo. H. nu.3. 153
Iudicis petitia & sapientia duobus constat, gl. A.nu.4. 153
Iudicis potestas à quibus processerit, glo. A. nu. 5. 153
Iudicem qualem esse debere, glo. A. nu.7. 153
Iudex ecclesiasticus aliquando cognoscit inter laycos, glo. B.nu.7. 154
Iudex laycus cognoscit aliquando de re ecclesiastica, glo. B.nu.9. 154
Iudex functus semel officio suo quando possit iterum iudicare, glo. C.nu.1. 154
Iudex laycus potest aliquando se ingerere contra clericos, glo. B.nu.1. 173
Iudicum moralis admonitio, glo. B. nu.5. 189
Iudex supplere potest in accusatione de iure & de facto, glo. C.nu.3. 191
Iudex non summit informationem ad fauorem contumacis, glo. F. post, nu.9. 194
Iudici arbitrarium quando reum interroget, gl. G.nu.2. 194
Iudex secularis non damnat ad carceres perpetuos, glo. H.nu.27. fallit, nu.28. 199
Iudex ecclesiasticus condemnat ad priuatos carceres, glo. H.nu.29. 199
Iudex relaxans reum non idoneis fideiussoribus reum potest iteratò capere, glo.1.nu.8. 200
Iudex non accipiens idoneos fideiussores tenetur fisco in syndicatu, glo. I.nu.12.13. & 14. 201
Iudex deducere debet qualitatem offensi, glo. H.nu.3. 203
Iudex in criminibus potest incipere à captura glo. A.nu.8. pratica circa illam, nu.9. 212
Iudex regulariter iudicat secundum allegata & probata, glo. B.nu.2. 213
Iudices faciunt recognoscere hominem mortuum vel vulneratum, glo. A.nu.12. 212
Iudex suspectus quando allegari possit, glo. B, nu.3. 214
Iudex in propria persona audire debet testes, glo. A.nu.2. fallit vt infra, nu.8. & 9. 229
Iudici cum scribitur alicuius territorij officium illius exigitur, glo. A.nu.10. 229
Iudex iuris & humanitatis considerationem habere debet, glo. A.nu.3. 234
Iudex si torquet non torquendum tenetur. l. Iulia de vi publica, glo. A.nu.15. 235
Iudex potest probare per suos q̄ non excessit modum in torquendo, glo. A.nu.74. 242
Iudex an teneatur de culpa si reus malè ligatus cecidit, & fregit aliquod os, glo. A. nu. 75. 242
Index poterit pro absentis innocentia supplere glo. A.nu.2. 244
Iudex si adhibet imperitum medicum cum peritiorem habere potest tenetur in syndicatu, glo. A.nu.4. 289
Iudex secularis potest punire periurum, glo. A.nu.1. & pœna extraordinaria punitur nu. 2. 303
Iudici licet suam iurisdictionem defendere pœnaliter, glo. A.nu.1. & illius remedia ponuntur, nu.2. 311
Iudex potest prohibere suis ne coram alio iudice litigent, glo. A.nu.1. 319
Iudicem in non suum licet vnicuique consentire exceptis clericis, glo. A. nu.2. intellige, vt nu.3. 319
Iudex secularis aliquando remittit causam ad ecclesiasticum, glo. A.nu.10. 320
Iudici layco non prohibetur cognitio spiritualium, vbi est summaria cognitio, glo. A. nu. 11. 320
Iudex ecclesiasticus non potest laycum condemnare ad perpetuos carceres, glo. A. num.12. pag. 320
Iudex ecclesiasticus quando possit inhibere iudici layco, glo. A.nu.13. 320
Iudex ecclesiasticus in causa individua clerici & layci est competens, glo. A.nu.20. 321
Iudex prorogatus non admittit appellationem glo. A.nu.22. 321
Iudicem recusandi forma, glo. A. nu.1. differentia inter ius ciuile & canonicum, nu.2. 345
Iudicem recusandi causæ legittimæ, gl. A. nu 2. 345
Iudicis manus sunt ligate statim proposita recusatione

cusatione, glo. A. nu. 4. 346
Iudex procedens post petitos apostolos processus est nullus, glo. A. nu. 4. 374
Iudex appellationis quomodo confirmare debet sententiam, glo. A. nu. 1. & 2. 389
Iudex non tenetur exprimere causam in sententia, glo. A. nu. 3. 389
Iudex deferens appellationi potest præcipere parti ne intentet, glo. A. nu. 7. 399
Iudex quando excusetur propter consilium sapientis, glo. A. nu. 1. 402
Iudex multoties accedit ad locum delicti, glo. B. post, nu. 1. 189
Iuramentum regulatur ab actu super quo interponitur, glo. A. nu. 4, 97
Iuramentum perhorescentiæ, glo. E. 117
Iuramentum relaxari potest ab ordinario loci contractus, glo. A. nu. 16. 320
Iuramentum decisiuum deferri potest vsque ad sententiam exclusiuè, nisi in casu, gl. B. nu. 1. aliquando reuocari potest delatum ex causa ibidem, ab illo aliquando admittitur appellatio, & electa via probationis per testes potest ad iuramenti delationem confugi, 323
Iuramentum quantum ad obligationem non differt à simplici loquela, sed quantum ad fractionem sic, glo. R. 144
Iuramentum tribus modis quis impugnare potest, glo. L. nu. 3. 327
Iuris ciuilis cognitio semper fuit in summo honore, glo. D. nu. 3. 2
Iurisdictione simpliciter concessa quid veniat glo. 5. 5
Iurisdictionis ecclesiasticæ turbatores sunt excommunicati, glo. B. nu. 2. 173
Iurisdictio quid sit, glo. H. nu. 1. quæ diuiditur vt, nu. 2. 309
Iuris allegationum quando parti est danda copia, glo. E. nu. 1. 344
Iustitia eleganti figura pingitur, glo. A. 35
Iustitia duplex est, glo. A. 35
Iustitiæ fundamentum est fides, glo. P. nu. 1. 43
Ius sibi dicere nemo debet, glo. A. nu. 1. fallit vt in, glo. sequ. 268
Italia propter Principis absentiam à barbaris deuastata, glo. C. nu. 3. 261

L

LATRONES *insignes, glo. A. nu. 1.* 230
Laycus citatus ab ecclesiastico an teneatur comparere, distinguitur, glo. A. nu. 9. 319
Layco delinquenti non prodest si post delictum fiat clericus, glo. A. nu. 26. fallit, nu, 27. 321
Laycus vxorem habens cognoscens monialem potest à seculari iudice puniri. glo. C. nu. 2. 300
Laudum pro sententia barbara vox, glo. F. nu. 1.
Leges seruant boni virtutis amore, mali pœnæ metu, glo. D. nu. 1. 2
Legatus non potest dicere auctoritate apostolica, glo. E. nu. 2. 2
Legati de latere mittuntur solum Cardinales, glo. B. nu. 1. 5
Legatus delatere iure legationis non potest de homicidio componere, glo. B. nu. 1. 14
Legum auctoritas in quibus versetur, glo. A. nu. 1. quid sit, nu. 2. de eius laudibus, nu. 3. pag. 42
Legitima filij de iure communi non confiscatur valet tamen Statutum aliter disponens, glo. B. nu. 1. 227
Legitima integra filijs, filij reseruanda, nisi in crimine læsæ maiestatis, glo. B. nu. 2. 227
Lex quando copulatiue loquitur quomodo intelligenda, glo. A. nu. 2. 228
Lex requirens fieri ab aliquando debet doceri de eius scientia, glo. A. nu. 1. 266
Lex prohibens loqui cum rebelle intelligitur in præiudicium regiminis, glo. A. nu. 2. 266
Leges silent inter defensoria arma, glo. E. num. 1. 285
Lex quando meminit instrumenti & literarum quomodo intelligatur, glo. A. 68
Liberatio facta à Tyranno non subsistit, glo. D. 120
Libellus dicitur ineptus omissa forma. l. libellorum, glo. B. nu. 12. 190
Libellos famosos fabricantes, glo. A. 291
Libellus quid sit, glo. B. nu. 1. est sylogismus, nu. 2. in quo requiruntur narratio & conclusio, nu, 3. 333
Libellus debet formari vt concludat verè vel præsumptiuè, glo. B. nu. 4. 333
Libellus non requiritur in summarijs, glo. B. nu. 5. 333
Libellus est de substantia iudicij, glo. B. nu. 6. 333
Libellorum clausulæ, glo. B. nu. 7. 333
Libellus si continet instrumenti mentionẽ, quando sit producendum, gl. B. nu. 8. 334
Libellus differt à positione incerta, glo. A. nu. 4. 349
Lite pendente nihil est innouandum, gl. H. nu. 8. 197
Litis redemptor, & continuus litigator nõ sunt testes idonei, glo. K. nu. 23. 205
Lis breuis causæ quomodo agenda, glo. A. nu. 1. 322
Lis & causa differunt, glo. A. nu. 1. 324
Litis ordinationem spectantia, glo. H. nu. 5. 326
Lis contestata quando dicatur, glo. B. nu. 1. 343
Litis contestatio quid sit, glo. B. nu. 2. 343
Litis contestatio est duplex, glo. B. nu. 4. 343
Lis antequam contestetur non dicitur agi, glo. B. nu. 3. 343
Litigator quando excusetur ab expensis glo. A. nu. 4. 390
Lite pendente aliquando quis priuatur officio & beneficio, glo. A. nu. 6. 399

Literarum

Literarum ad lites abusus, glo. A. nu. 1. 66
Locatio cẽsetur renouata cum pactis decursis glo. A. nu. 3. 98
Literarum appellatione quid ueniat, glo. A. 134
Ludus est laboris alleuiatio, glo. B. nu. 1. in eo tempus amittitur, nu. 2. crimina oriuntur, num. 3. inuentus fuit à diabolo, neme. 4. 53
Lusores sunt deterioris cõditionis quam latrones, glo. B. nu. 5. 53
Ludus scaccorum comendatur, glo. B. nu. 5. 53
Ludus est crimen. glo. F. nu. 1. ludentium pœna. nu. 2. & 3. 166
L. nec emere. C. de iu. delib. limitatio, glo. A. num. 1. 228
L. 3. C. de ped. iud. glo. F. num. 4. 368
L. canonica si approbat. l. C. non corrigitur per ius auth. glo. A. nu. 2. 411
L. qualiter dicatur canonizata, gl. A. nu. 3. 412

M

MALA *quæ ex litibus scaturiunt, glo. A. nu. 7.* 93
Maleficia quæ propriè dicantur, glo. A. nu. 1. 188
Maleficium ca uale quid sit, glo. D. nu. 1. 284
Mandans tenetur ut faciens, glo. B. nu. 4. 284
Mandans uerberari, si sequatur homicidiũ, tenetur, glo. A. nu. 3. limitatur, nu. 6. 7. 8. 292
Mãdati de inualiditate semper opponi potest glo. B. nu. 2. 339
Mandato solo quis punitur in atrocioribus extra ordinem, glo. A. nu. 11. 292
Mandatum sibi fuisse factum an credatur, gl. A. nu. 12. 293
Mandatum generale non comprehedit ea quæ requirunt mandatum speciale, glo. B. nu. 3. 379
Mandatum speciale requiritur in multis casibus, qui per ordinem numerantur, glo. D. num. 4. 380
Maritus occidens uxorem adulteram amittit dotem non lucrum statuti glo. C. nu. 1. 299
Mater amittens dotem propter adulterium debet à filijs alimentari, glo. F. post nu. 1. 300
Marca continet octo uncias libræ Romanæ, glo. B. 132
Matrimonij forma in celebrando eo, & alia de eo. glo. A. 1. 166
Meretrices soluunt certum quid annuum glo. B. nu. 1. 38
Maretrices inuitæ ad coitus compelli non possunt, glo. B. nu. 2. 38
Merces quid sit, glo. A. nu. 1. 97
Metropolitanus ab archiepiscopo nihil differt, glo. D. nu. 1. & unde dicatur. nu. 3 152
Mercatores qui dicantur, gl. E. nu. 1. differunt ab artifice, nu. 2. 166
Mendicantium ordines sunt quatuor, glo. B. 182
Mercenarius non est idoneus testis, glo. K. nu. 27. declara, ut nu. 28. 205
Metus quomodo probetur in appellando, glo. A. nu. 1 282
Membri appellatione non uenit digitus, glo. A. post nu. 2 287
Medicorum dictum recipi potest etiã post publicationem testium, glo. A. nu. 3. 289
Meretrix cognita a clerico debet puniri ab ecclesiastico, glo. G. post nu. 2. 300
Mimi iaculatores repelluntur a testimonio, glo. K. nu. 20. 204
Minores 20. annis non possunt esse testes ad partis instantiam, glo. K. nu. 11. ex officio examinati faciunt indicium, nu. 12. 204
Minoris confessionem non recipiat iudex absque curatore, glo. A. nu. 2. 225
Minoris curator citari debet ad uidendum illũ iurare, gl. A. nu. 3. non tamen debet adesse in tormentis, nu. 4. distingue, ut nu. 5. 225
Minor nulliter alienans si post maiorem etatem per quinque annos tacuerit, agere non potest, glo. A. nu. 10. 337
Minore restituto eius aduersarius redit ad primum Statum, glo. A. nu. 3. 384
Minor maior factus de iure habet quatuor annos ad petendum restitutionem, glo. A. nu. 4. & illo lapso non potest etiam uia restitu. num. 5. 384
Minore decedente hæres eius potest aliquando petere restitutionem, glo. A. nu. 6. 384
Minori facta solutio iussu iudicis impedit restitutionem, glo. A. nu. 8. 384
Minor non est sepius restituendus, gl. A. n. 9. 384
Minor mater si non petat tutorem filijs excusatur ad tempus, glo. A. nu. 11. 384
Missa non est uerbum latinum, Sacrum, uel lyturgiam dici, glo B. 161
Missa celebranda omni die quinque de causis. glo. D. 161
Missa concubinarii de iure audienda non est, glo. B. nu. 9. 172
Ministeria multiplicia in ecclesia, glo. A. n. 2. 165
Monacorum origo, glo. C. 182
Monetæ in constitutione qũo æstimentur, gl. C. nu. 1. ubi ponitur utilis. q. nu. 2. 68
Monetam cudere ad quem spectet, gl. A. nu. 1. 194
Monetam tondentis pœna, glo. E. nu. 1. 194
Monitio necessaria, glo. A. nu. 1. 310
Moræ purgatio an admittatur in respondendo positionibus, glo. C. nu. 1. 350
Monitoria quæ & qualia, gl. A. nu. 10. 157
Monarchia est principatus unius, gl. B. nu. 1. 261
Mutus repellitur a testificando, gl. K. nu. 19. 204
Mulier quando sit idonea testis, glo. K. nu. 38. 206
Muros si quis uiolauerit capite punitur, glo. A. nu. 2. 261
Mors nõ probatur per solam famam in arduis, A. nu. 9. 218
Minæ an faciãt indiciũ ad torturã, gl. A. n. 78. 242

Munerum uacatio concessa liberis & posteris quomodo intelligatur, glo.C.nu.2. 264
Marchia unde dicta, glo.B.nu.1. 274

N

NEPOTES, *in odiosis non ueniunt appellatio. filiorum, glo.E.nu.1.* 274
Nobilis non debet furca suspendi, nisi sit proditor, glo.A.nu.5. 283
Notariorum nimia imperitia mundum destruit, glo.A.nu.1. ubi per totam glo. quædam notatu digna de notarijs ponuntur. 78
Notarius de falso condemnatus an possit conficere instrumenta, glo.D. 80
Notarij imperitia partibus nocere non debet, glo.A. 136
Notarius non potest cogi tradere instrumentum ei, qui non rogauit, gl.A. ex causa cogitur. 136
Notarius duplicem mercedem habere debet, glo.A.nu.1. 137
Notarius potest cogere partem ad leuandum instrumentum, glo.A. nu.2 137
Notarius recipit aliquando mercedem, ut ostendat solum protocollum, glo.A.nu.3. 197
Notarij de contractu pauperum non debent recipere mercedem, glo.A.nu.5. 237
Notarij quando requiruntur non procedit in actis publicis, glo.A.nu.6. 137
Notarius damnatus de falso ex uera confessione non potest amplius rogari, secus ex ficta glo.F.nu.7. 193
Notario testium examinatio committi non potest, gl.A.nu.3. nisi ex causa, nu.4. non potest tamen ipse alio cõmittere, nu.5. restringe, vt nu.9. & dummodo sit æquè idoneus, nu.7. 229
Notarius quem esse quo probetur, gl.D.nu.4. 325
Notarius non punitur de falso quando loquitur ut priuata persona, glo.C.nu.6. 340
Notarius compellitur conficere instrumentum glo.A.nu.1. 394
Notorium quotuplex sit, glo.A.nu.1. notorium præsumptionis, nu.2. notorium iuris, nu.1. & notorium facti, nu.4. 258
Notorium facti tribus modis deprehenditur, glo.A.nu.5. & hoc aliud est facti transeuntis, nu.6. facti interpolati, nu.7. & facti permanentis, nu.7. in quo duplici uia proceditur. nu.9. 259
Nullitates sint fugiendæ, glo.D. 158
Nullitatis exceptio, glo.A.nu.1. 357

O

OBLIGATI *non implentes promissa sunt periuri, glo.L.nu.1.* 327
Occisus si habebat inimicum capitalem an sit præsumptio contra eum, glo.A.nu.79. 243
Octauianus pater patriæ à Senatu salutatus, glo.C.nu.2. 261
Officiales de leuibus non syndicantur, nec etiã commissis extra officium, glo.A.nu.2. probationes debent esse euidentes, nu.3. 125
Officialis de sententia nulliter lata non syndicatur, glo.A.nu.4. 125
Officialium fugientium querelæ probantur contra eum iuramento, glo.B.nu.2. 126
Officiales de consuetudine non recipiuntur in fideiussores, glo.L.nu.7. 200
Officia duo regulariter eodẽ tempore exerceri non possunt, ampliatur duobus modis, limitatur sex, glo.A.nu.1. 376
Officij iudicis descriptio, glo.A.nu.8. 153
Officium iudicis duplex, glo.A.nu.9. 153
Omnia in peius ruunt, glo.A.nu.1. 274
Opinio quæ sequenda est quãdo doctores sunt uarij, glo.A.nu.5 412
Ordinarius quando que cognoscit inter clericos de re seculari, glo.A.nu.3. 147
Ordinarij ex qualibet leui causa solebant indicere excommunicationem, glo.A.nu.9. 157
Ordines sacri sunt tres, glo.C. 166
Ordinarius potest adiuuare canones pœnali constitutione, glo.F.nu.5. 167
Ordinarius quis sit, glo.C.nu.1. 322
Orfanus propriè quæ utroque parente orbatus est, glo.K.nu.3. 43
Oriundi non debent esse iudices, glo.A. 47
Osculum inferens mulieri per uim punitur pœna extraiudiciaria, glo.A. num.1. si prostruit in terram, & conatus est illam cognoscere, idem. 302

P

PACTVM *inhibitum cum indicãte furem, si est de illis non prodest, gl.A.nu.1.* 296
Papa solus in ecclesia Dei habet plenitudinem potestatis, glo.C.nu.1. 2
Papa eximens ecclesiam limitatè in alijs non est exempta, glo.A.nu.4. 96
Papæ omnis anima subdita est, glo.B.nu.9. 117
Papa non potest tollere defensionem, glo.E. num.9. 289
Papæ est iurisdictio uacante Imperio non Legati, glo.A.nu.25 321
Parentes quod interesse prætendere possunt propter filij delictum, glo.A.nu.1. 225
Patroni causarum reijciuntur a testificando, glo.K.nu.29. 205
Pauper quis dicatur, glo.A.nu.1. priuilegia illius & incommoda, nu.2. 91
Pauperi litiganti dantur aduocati, & procuratores publicis expensis, glo.A.nu.3. 91
Pauperibus minus creditur quàm diuitibus, glo.K.nu.13. 204
Pax est uinculum perfectionis, glo.O.nu.1. differt à concordia, num.2. 43
Pax quid sit, & illius effectus, glo.A.nu.1. 304
Pacis uiolatorem quãdo noua causa excusset glo.A.nu.2. 304
Participans cum excommunicato quam pœnam incurrat, glo.B.nu.3. glo.B.nu.1. 162 163
Peculia filiorumf. an & quando confiscantur propter delictum glo.A.nu.1. 226
Pedagium quid sit, glo.A.nu.1. 307
Pedagium exigens debet iter tenere securum, glo.A.nu.2. 307
Personæ miserabiles quæ dicantur arbitrio iudicis relinquitur, glo.M.nu.1. & eorum priuilegia, nu.2, 43
Petro data est potestas tanquam capiti, glo.A.nu.3. 146
Personæ quæ carcerari possint, glo.H.nu.31. 199
Personæ qualitas animum indicat, glo.A.nu.5. 292
Persona legitimanda est in quocunque iudicio etiam summario, glo.glo.B.nu.3. 339
Personæ ecclesiastice non sunt exempte ab exactionibus, glo.F.nu.2. 368
Pecunia est de his rebus quæ seruando seruari non possunt, glo.A.nu.18. fallit, nu.19. 337
Periurus accusari potest criminaliter, glo.I. nu.2. 327
Periuri à testificando excluduntur, glo.K. nu.21. 204
Pluralitas de iure resoluitur in singularitates, glo.A.nu.70. 241
Iura quando concurrunt sufficit vnum verificari, glo.A.nu.71. 241
Pœna certa ubi non exprimitur iudicis arbitrio eligitur, glo.E.nu.1. & 2. 35
Pœnæ omnes in Principe sunt arbitrariæ, glo.E.nu.3. glo.B.nu.1. 35. 246
Pœna quis ex causa excusatur, glo.A. 56
Pœna aliquando mitigatur, glo.A.nu.1. 246
Pœna aliquando augetur, glo.A.nu.1. 246
Pœna consimilis quæ erit, glo.A. 315
Pœna parricidij, glo.C.nu.1. 284
Populus latinè, laos græcè, glo.B.nu.2. 154
Positio quid sit, glo.A.nu.1. de quibus rebus fiat, nu.2. 349
Positioni incertæ quis non tenetur respondere glo.A.nu.3. impertinenti, nu.5. contrariæ, nu.6. continenti factum alienum, nu.7. iuris, nu.8. superfluæ, nu.9. captiosæ, nu.10. negatiuæ, nu.11. multiplici, nu.12. 249
Ponens iurat & respondens alias punitur, glo.A.nu.13. 350
Possessoria materia remissiuè ostenditur, glo.A.nu.1. 335
Potestas gladij quid significet, glo.C.nu.1. 42
Potestatem secularem a Deo in Petrum & successorem translatam, glo.B.nu.3. 261
Potestatibus sublimioribus omnis anima est subdita glo.A.nu.1. Dei ministri sunt, nu.2. 278
Præferi qui dicantur, glo.C.nu.1. 264
Potestatis plenitudo in summo Pontifice glo. X. nu.1. 44
Pistores unde dicti, glo.D. 106
Pratica antiqua non est relinquenda, glo.A. nu.3. 228
Præsidis nomen generale est, glo.B.nu.1. proprie qui prouinciam regit. nu.2. illius officium, no.3. 42
Præscribens an sit tutus in foro conscientiæ, glo.A.nu.2. 97
Præco quis dicatur quod qui eillius minus, glo.B. 111
Prælati ecclesiæ, habent auctoritatem excommunicandi. glo.A.nu.4. 156
Prælati appellatione ueniunt tam superiores quam inferiores, glo.B.nu.2. & quare sic dicantur, nu3. 180
Prælatura quid sit, glo.D.nu.1. prælati qui dicantur. nu.2. 352
Prælatorum qualitas, & unde dicatur, glo.B. 56
Præceptum factum sub pœna excommunicationis quando liget. glo.A.nu.7. 156
Presbyter unde dicatur. glo.B. 160
Præparatoria iudiciorum fiunt ab actore ad eius utilitatem, glo.H.nu.4. 326
Principis beneficium personale & reale glo. A.nu.1. & 2. 143
Princeps solum bannitum restituit, glo.A.nu. A fallit vt in, nu.5. 255
Princeps à Deo constitutus est, glo.C.nu.1. 261
Princeps potest restituere ad appellandum contra rem iudicatam, glo.A.nu.8. 379
Princeps debet subditorum utilitati studere, glo.D.nu.2. 2
Plebania quæ dicatur, glo.C. 56
Præuentio quid sit, glo.A.nu.1. & quando dicatur præueniri, nu.2. 319
Præuentio Mediolani inducitur per inventarij confectionem, glo.A.nu.3. 219
Præsumitur ex præteritis in futurum, glo.B. nu.2. 284
Proœmium arguit intentionem finalem, glo. A.nu.1 glo.F.nu.2.3. & 4. 2 152
Procurator Cæsaris & Fisci, glo.A. 90
Protestatio non releuat statuentes cõtra auth. cassa, glo.B nu.6. 117
Priuilegium datum loco an videatur datum personis, glo.A.nu.3. 143
Proclama de assignando sua frumenta non ligat forenses, nec ignorantes, potest breui mora purgari. glo.A. 139
Processus in criminalibus publicari debet. glo. M.nu.1. 208
Probatio in criminali causa admittitur usque ad sententiam, glo.M.nu.2. 209
Procurator qñ in causa criminali interuenire possit, distinguitur. gl.A.nu.1. cautela Ang.

ad illum repellendum,nu.2. 221
Procurator constitui potest ad respondendum inquisitioni,glo.A.nu.7. 222
Procurator si admittatur non admittendus,gl. A.nu.8. 222
Procurator potest respondere positionibus nisi statutum personaliter loquatur,glo.C.post, nu.1. 350
Procurator quis dicatur,glo.D.nu.1. 379
Procuratoris officium quando dicatur esse vile,glo.D.nu.2. 379
Procurator ante litem contestatam non potest, substituere,glo.D.post,nu.3. nisi vt declaratur 380
Procurator ad negotia potest quaudocunque substituere,glo.D.post.nu.3. 380
Processus quid sit,glo.A.nu.1. 196
Proditorie occidi quando dicatur,gl.A.nu.4. 283
Prouincia quæ dicatur, glo.B.nu.1. 310
Procuratio quid significet,glo.C.nu.1. 310
Protestatio quid sit,& illius species,glo.A. 314
Prorogatio iurisdictionis tacito consensu fit gl. A.nu.7.cum iuramento,nu.8. 319
Probatio quæ præualeat sanitatis vel furoris glo.A.nu.13. 337
Prodigus quis dicatur,glo.A.nu.1. 355
Prodigus notorius si contrahat,glo.A.nu.3. 356
Pupillus greca dictio est,glo.K.nu.1.differt ab orfano,nu.2. 43
Pupillus quomodo accipiatur apud iurisconsultos,glo.K.nu.4. 43
Pupillus si decedat sine hærede succedit tutor, glo.A.nu.9. 437
Pupillo sicut datur curator ad litem ita ad negocia dari potest,glo.A.nu.6. 336

Q

QVAESTIO est res fragilis,glo.A.nu.5. 218
Quæstio non est habenda ex quolibet maleficio, causa,vel persona,glo.A.nu.4 234
Quæstio qualiter sit habenda,glo.A.num.16. cuius moderamen circa tria versatur, nu.17. 235

R

RAPINAE ad rem, raptus ad personam,glo.G.nu.1. 309
Rapina maius est furto delictum,glo.G.nu.2. pag. 309
Raptor iudicatur ab animo,glo.A.nu.2. 296
Rapientis mulierem pœna,glo.A.nu.1. 299
Raptus quomodo dicatur glo.A.post,nu.1. 299
Rationem reddere vnusquisque tenetur suc vil licationis,glo.A.nu.5. 125

Rebellis is dicitur,qui Principi,aut eius officialibus non obedierit,glo.F.glo.A. 42 182
Rebellio quid sit,glo.A. 131
Rector prouinciæ qualiter præbere se debet in audiendia,glo.A.nu.1. 49
Rector potest legem condere,glo.A.nu.3. 49
Rector potest multare vbi pœna non est statuta, glo.A. nume.5. potest breuiare dilationes ex causa,nu.6. ex bono & æquo iudicare solet,num.7. quando absoluit ab expensis, nu.8. 50
Rector quis propriè dicatur,glo.B.nu.1. 322
Registrum an probet, glo.B.glo.A. nume.1. 80. 392
Religiosus plura habet significata,glo.A.nu. 1.propriè tamen quid significet, nu.2. hic habet nouem ligamina,nu.3. 170
Religiosi omnes non possunt testificari nisi in casu,glo.K.nu.10. 204
Represaliæ quæ sint,glo.A.nu.1. 271
Reductionem petens an possit ex nouis probationibus iustificare læsionem,glo.B.nu.3. 375
Remissio fit ad locum commissi delicti, glo.L. nu.1.quorum expensis fieri debeat,nu.2. 57
Relaxatio est in pristinum statutum repositio, glo.G. 8
Reditus & prouentus promiscuè ponuntur, glo.B. 35
Reus comparens in genere interogari debet, glo.G.nu.1. 194
Reus in certis casibus de alijs in tortura interogatur, glo.G.nu.3. 194
Rei responsio facit præsumptionem tunc contra eos,glo.G.nu.4. 145
Reus fideiussoribus non est relaxandus, qui alias de carcere aufugit, glo.I.nu.9. 201
Reus quamuis soluendo sit satis dare debet, glo.I.nn.23.amplia vt post nu.31. 202
Reus agit actione iniuriarum contraiudicem si eum non relaxet fideiussore exhibito,glo.L. nu.24. 202
Reo quandocunque est concedenda defensio,gl. M.nu.3. 209
Reus non potest renunciare propriæ defensioni, glo.M.nu.4.fallit in tribus,nu.5.6. 209
Reus imputatus capi potest antequam de delicto constet propter fugam,glo.A.nu.7. 211
Reus tortus ad perseuerandum quo duci debet,glo.A.nu.13.& quanto tempore stare debet post torturam ad ratificandum, nu.15. 219
Reus carceratus potest se defendere per procuratorem, glo.A.nu.3. 222
Reus ad euitandam infamiam comparere debet per procuratorem,glo.A.nu.4.& 5. 222
Reus damnandus est quamuis in criminalibus procurator interueniat,glo.A.nu.6. 222

Reus

Reus si non vult iurare habetur pro confesso, glo.A.nu.82. 243
Reus potest allegare litis pendentiam in alio tribunali,glo.A.nu.5. 244
Reus vt habeatur pro confesso requiritur sententia,glo.C. nu.2. 350
Reus quando teneatur positionibus respondere, glo.B. nu.1. 350
Reus condemnatus si dixit se paratum soluere, non perdit beneficium temporis,gl.B.nu.2. 399
Reus semper dicat excipiendo animo litem non contestandi,glo.B.nu.5. 243
Reus si neget totum qui debet partem condemnatur in expensis,glo.A.nu.1. non procedit in duobus casibus, vt nu.3. 99
Reus iurare debet veritatem dicere,glo.G.nu.10. 195
Reus negans delictum vt suam vitam saluet non est periurus,glo.G.nu.11. 195
Reus confessus omnia nō solum factum sed qualitatem fatetur, glo.G. nu.14. 196
Reus potest reuocare suam confessionem probando contrarium,glo.G.nu.20. 196
Reus negans delictum carcerandus est in grauibus, glo.H.nu.1. intellige vt glo.I.nu.25. & 26. 199 202
Reus in leuibus relaxatur fideiussoribus,glo.I. nu.1. intellige, vt nu.25.26. 200
Reus fideiussoribus relaxatus si iterum citatus non cōpareat,quid agendum? glo.I.nu.3.4. 5.& 6. 200
Reus quando partem negat & partem fatetur, glo.L, num.1. pro quo refertur Ang. consi. nu.2. 207
Reus torqueri potest ad indicandum mandatorem, glo.A.nu.9. 292
Reus si in tormentis fatetur, ad bancum neget quid agendum, glo.A. nu.63. 240
Reo in ciuilibus an sit danda dilatio ad soluendum,& quando, glo.B. nu.1.
Res semel facta alienabilis à tutore emi potest, glo.A.nu.14. 337
Res inter alios acta facit qualemqualem præsumptionem, glo.A.nu.11. 362
Res sacræ vendi nec pignorari possunt,contrafacientes puniuntur, glo.A. 174
Responsio positioni facta,credit prout in instrumento, glo.D.nu.1.si respondeat non credit vt ponitur, nu.2. 351
Restitutio quid sit, glo.A.nu.1. 383
Restitutio non datur hæredi sanguinis contra vltimam voluntatem, glo.A.nu.3. 384
Restitutio minoris an prosit fideiussori, glo.A. nu.10. 384
Restitutio an impediat executionem,gl.A.nu.12. 385
Restitutio vt detur duo requiruntur copulatiue,glo.A.nu.15. 385
Restitutio competit ex varijs causis,glo.A.nu. 16. 385
Rebannire est ad priorem statum bannitum restituere, glo.A.nu.1. 254
Receptans scienter bannitum punitur, nisi sit sanguine coniunctus,glo.A.nu.2. 251
Rixæ inceptor punitur, glo.B.nu.5. 284
Ritus patriæ familiarumq; seruanto, glo. B. nu.1. 150
Romulum fratricidam reprehendit Cicero,gl. A.nu.3. 261
Regulæ.l.quod omnes tangit.ff.de reg.iu. intellectus, glo.C. 120

S

SACRILEGIVM quid sit,glo.A.nu.1. 275
Sacrosancta quæ dicantur,glo.A.nu.1. 261
Sacerdotium triplex, glo.D. 159
Sacerdos vestem albam induit,& quare, glo.E. 159
Sacerdos non potest esse tabellio,glo.A. nu.4. 137
Sacrificandum non est absque igne, illius mystica interpretatio,glo.C. 160
Salarium debetur aduocatis, glo.A. nu.1. 98
Saluaguardia quid,glo.A.nu.4. 129
Securitas simpliciter concessa quomodo intelligatur, glo.A. nu.1. 128
Securitate pendente nihil est innouandum, glo. A.nu.2. 128
Securitas aliquando extenditur ad non comprehensa in ea, glo.A.nu.3. 129
Sedi Apostolicæ reseruata,glo.I. 9
Sententia Rectoris non admittit appellationem, sed supplicatur, glo.A. nu.4. 49
Sententiæ forma contra contumacem, glo. F. nu.9. 194
Sententia quid sit, & quotuplex, glo.A. nu. 1. 354
Sententia aliquando nocet tertio, glo. A. nu. 10. 362
Sententia non præiudicat tertio si lata est contra contumacem, glo.A. nu.12. 363
Sententia non est omnis vox iudicis, gl.A.nu. 18. 363
Sententia excommunicationis ad impediendam executionem non admittit appellationem,gl. H. nu.2. 369
Sententia lata contra minorem an debeat dici nulla,vel appellare, glo.A.nu.2. 384
Sententia retractatur in sex casibus,gl.A.nu. 1.2.3.4.5.& 6. 393
Sententiam obtinere labor est, sed grauius exe cutionem, glo.C. nu.3. 390
Sententia est de actis, glo.A. nu.1. estq; indiui dua, nu.2. 400
Sententia multas oppositiones recipit, glo. A. nu.3. 400

Sententia ex vera confessione infamat, ex ficta non, glo.F.nu.8. 194
Sententia criminalis quando possit ferri mortuo reo in procuratorem, glo.A.post nu.1. 188
Sententiæ conditionales admittunt appellationem infra decem dies, glo.A.nu.4. 402
Sententia lata sub conditione quando valeat, glo.A.nu.4. 401
Scriptura probatoria est duplex, glo.D.nu.3. 325
Scriptura priuata facit plenam fidem, si debitor fatetur, glo.A.nu.6. negata in antiquis semiplenam, nu.7. 329
Scripturæ omnes produci debent parte præsente vel citata, glo.A.nu.2. de quibus copia parti facienda est, nu.3. 356
Seruitus personalis in pœnam aliquando permittitur, glo.E.nu.1. 264
Sigillum est multiplex, quam formam habere debet, glo.B.nu.1. 66
Sigillum Episcopi & aliorum iudicum authenticum, glo.B.nu.2. 66
Socij criminis depositio quando faciat indicium ad torturam, glo.G.nu.8. & 9. 195
Soluens ignorans quod præscripsit non repetit, glo.A.nu.3. 97
Solutum exigi est cõtra bonam fidem, quod amplia, glo.B.nu.1. & 2. 303
Sodomiæ pœna de iure ciuili & canonico, gl.B.nu.1. 299
Spiritualia quæ dicantur, glo.A.nu.1. ex quibus quædam sunt mixti fori, nu.2. 149
Spiritualia non subsistunt sine temporalibus, glo.B.nu.5. 154
Sportulæ vnde dictæ, glo.A.nu.1. in materia tres casus considerantur, nu.2. 104
Sportulæ de iure communi ad quam summam ascendant, glo.A.nu.3. 105
Sportulæ non soluuntur in causis summarijs, nec miserabilium personarum, glo.A.nu.4. 105
Statutum generaliter loquens comprehendit fiscum, glo.Y.nu.3. 44
Statuta condere est iurisdictionis, glo.B.nu.1. possunt condi à populo subdito, nu.2. quare fiant, nu.3. 116
Statuere contra libertatem ecclesiasticam quid sit, glo.B.nu.4. 117
Statuta debent confirmari à Superiore, glo.B.nu.5. 117
Statutum valet contra ecclesiam in quærendis, glo.B.nu.7. nisi agatur de peccato, nu.8. 117
Statuta iuri diuino obuiantia non merentur appellari Statuta, glo.B.nu.10. 117
Statutum an valeat, q̃ contumax habeatur pro confesso & conuicto, glo.F.nu.2. 193
Statutũ mandans aliquem carcerari quomodo intelligatur, glo.H.nu.6. 197
Statutũ nõ valet plus vnum quàm alterum gra uans, glo.A.nu.1. 95
Statuuntur duo contra ius commune, glo.A.nu.1. 225
Statutum q̃ credatur damnum passo, intelligitur nisi pars probet contrarium, glo.A.nu.3. Intellige vt nu.4.6. & 7. 231
Statutum valet q̃ bannitus impune occidatur, intellige sano modo, glo.A.nu.1. 258
Statutũ tollens defensionem intelligitur de ciuili, glo.E.nu.8. 286
Statuto Stante contra deferentes arma, an sufficiat inuenire, vel requiratur præhensio, glo.A.post nu.1. 291
Statutum non valet impediens matrimonium, glo.A.nu.17. 321
Statutum disponens debere positionibus simpliciter responderi, intelligi debet, si positio erit simplex, alioquin non, glo.D.post nu.2. 351
Statutum prohibens nullitatem, non procedit in nullitate euidenti, glo.B.nu.1. 364
Statutum permittens dici de nullitate infra decem dies quomodo intelligatur, glo.D.nu.2. 3. 4. & 5. 365
Statutum an valeat quod tollit appellationem, glo.A.nu.5. 387
Stipendiarij dicuntur milites, glo.C. 106
Stuprum quomodo committatur, glo.F.nu.1. 300
Suspensionis plures sunt species, glo.F, 8
Suspensus propter concubinatum si celebrauerit sit irregularis, glo.B.nu.8. 171
Succumbens in expensis condemnari debet, gl.N.nu.1. ratio explicatur, nu.2. 209
Subhastatio vnde dicta, glo.E.nu.1. & quæ & quomodo fiat, nu.2. & 3. 334
Symoniaci post absolutionem sunt habilitandi glo.A.nu.1. 9
Symonia quid sit, glo.&, nu.1. 45
Syndicus vnde dicatur, glo.A.nu.1. qui illum constituere possint, nu.2.3. & 4. 25
Syndicum generalem habet tota prouincia in curia generali, glo.A. 127
Syndicatus est tempus digestionis, glo.A.nu.1. 125

T

TABELLIO ad sumendas responsiones positionibus quando mitti debeat expensis petentis, quando cõmunibus, & quando non, glo.E.nu.1.* 351
Tallea angariæ species, glo.B.nu.1. 31
Talio quid sit, glo.E.nu.1. 192
Talionis pœna quare inducta, glo E.nu.2. 192
Talionis pœna de consuetudine sublata, gl.A.nu.1. & 2. 210
Tenuta quid sit, gl.C.nu.1. & gl.A.nu.1. 15 334
Tenuta nulliter concessa, si sit de nouo concedenda an sit confirmanda, glo.C.nu.2. 334

Terminus de iure in dubio est continuus, gl.D.nu.1. 344
Territorium quid sit, glo.E.nu.1. postea dici ceptum comitatus, nu.2. 309
Tertius si scribit, obligat mandantem, glo.A.nu.3. non tamen illi creditur, q̃ alterius mandato scripserit, nu.4. 329
Testes quomodo deponere debent de consuetudine, glo.B.nu.7. 150
Testes instrui solent ad probandam consuetudinem, glo.B.nu.12. 151
Testes singulares an probent quem vsurarium, glo.B.nu.1. 168
Testes admittuntur ad probandum quem vsurarium, qui soluerunt illi vsuram, glo.B.nu.2. 169
Testes repulsi eorum defectu excusant à calumnia, glo.D.nu.10. 192
Testes sunt examinandi reo citato, glo.K.nu.1. 203
Testes non coget iudex aliud dicere quàm sit veritas, glo.K.nu.2. 203
Testis conditionem iudex inquirere debet, glo.K.nu.4. 203
Testis quilibet admittitur nisi prohibeatur, glo.K.nu.7. 204
Testis infamis repellitur, glo.K.nu.8. idem seruus accusatoris, nu.9. 204
Testes singulares, excommunicati, hæretici, infideles repelluntur, glo.K.nu.30. inimici capitales, nu.31, odiosi, nu.32. varij, falsi, nu.33. mendaces, nu.34. pecunia corrupti, qui per eadem verba loquuntur, & subornati, nu.35. 205
Testibus non attestationibus iudex credere debet, glo.K.nu.36. 206
Testes non idonei quando admitti possunt, glo.K.nu.37. 206
Testis omni exceptione maior quando cum fama sufficiat ad condemnationem, glo.K.nu.39. 206
Testes an sint torquendi, glo.K.nu.41. 207
Testis tortus an perseuerare debeat, glo.K.nu.42. 207
Testis falsus punitur similitudine supplicij, gl.K.nu.43. 207
Testes duo iuridici sufficiunt ad probationem infamiæ, glo.A.nu.18. 212
Testes concordare debent, si tempus & locus sunt de substantia, glo.A.nu.19. 213
Testium defectus quomodo suppleat numerus, glo.A.nu.21. 213
Testibus duobus affirmantibus magis creditur, quàm mille negantibus, glo.A.nu.2. fallit in criminalibus, 288
Testis vnus facit indicium de actu propinquo glo.A.nu.10. 292
Testis falsus quomodo puniatur, glo.D. 294
Testis negans aliquid mendaciter quamuis non noceat punitur, glo.C.nu.7. 340
Testes & dicta eorum quomodo impugnentur, glo.F.nu.1. 344
Testi producto de consensu partium nihil opponi potest, glo.F.nu.2. idem si producatur contra eum, qui aliàs eum produxit, nu.3. 344
Testes non admittuntur super ijsdem articulis vel directò contrarijs post didicita testificata, glo.B.nu.1. qui si examinati fuerint, non faciunt præsumptionem, nu.2. sed an valeat consuetudo in contrarium, nu.3. 347
Testium reprobatio non admittitur in iudicio summario, glo.C.nu.1. 347
Testes quomodo impugnari debent, glo.C.nu.4. specificè contra personas, nu.5. 347
Testis per suam confessionem facit se inhabilem, quamuis pars non opponat, glo.C.nu.6. 347
Testis integer de visu probat indicium ad torturam, glo.A.nu.66. 241
Testes duo cuiuslibet conditionis probant indicium remotum, glo.A.nu.67. 241
Testes singulares an probent indicium, glo.A.nu.68. 241
Testis in materia hæresis rationem reddere debet, glo.B.nu.5. 11
Timens ab aliquo offendi remedium habet, glo.A.nu.1. 294
Thesaurarius an sit in dignitate vel officio solum, & de illius auctoritate, glo.B. 23
Tonsura prima an possit conferri à non suo Episcopo, glo.D. 165
Tortus in casibus exceptis de complicibus interrogatus debet iurare de illis, & ratificare, glo.G.nu.6. 195
Torti persona inspici debet si sustinere potuit tormenta, glo.G.nu.7. 195
Tormentum non est leuis territio, glo.A.nu.13. 218
Tortura quid sit, glo.A.nu.1. est remedium subsidiarium, nu.2. 234
Tortura non est repetenda nisi duo concurrant, glo.A.nu.6. 234
Torquendi fortitudo consideranda, glo.A.nu.7. 234
Torturam cum moderamine dandam, glo.A.nu.8. 234
Torqueri possunt omnes vtriusque sexus, nisi prægnantes, glo.A.nu.9. 235
Torqueri non possunt minores sed terreri, glo.A.nu.10. nec maiores 60. annis, nu.11. nec in dignitate positi, nu.11, nec in sacris constitutus, nu.13. fallit vt, nu.14. 235
Tortura quo ordine sit habenda, glo.A.nu.18. à filio incipienda in conspectu patris, nu.19. à fœmina priusquam à masculo, nu.20. ab eo, qui habet malum nomen, nu.21. vel simile delictum commisit, nu.23. 236
Tortura quibus ex causis inferatur, glo.A.nu.24.

24.in ciuilibus infertur si habet delictum an nexum,nu.25. 236
Tormenta incipienda non sunt sine indicijs,glo. A.nu.26. quæ iudicis arbitrio committuntur,nu.27. 236
Tormentorum species quot sunt,glo.A.nu.56. 239
Torturæ quis sit effectus,glo.A.nu.57. 239
Tortura res fragilis est,glo.A.nu.58. 239
Tortura an sit inferenda crimine plene probato,glo.A.du.59. 240
Tortus an possit iterum torqueri,glo.A.nu.60. 240
Tormentis repetitis absque nouis indicijs, si confiteatur non valet eius confessio,glo.A. nu.61. 240
Tortura vltra tres vices diuersis temporibus est immoderata,glo.A.nu.64. 240
Tortus si moriatur in tormentis,gl.A.nu.73. 242
Tumultus quid sit,& qua pœna puniatur,glo. A.nu.1. 305
Turpiliani pœna est pecuniaria,glo.D.nu.4. 292
Tutela inculpata quæ dicatur,glo.E.nu.3. 285
Tutelæ inculpatæ moderamen circa tria versatur,glo.E.nu.11. 286
Tutela vel cura non suscepta aliquando euitari potest,glo.A.nu.1 336
Tutela multis modis finitur, non tamen liberatur tutor,nisi petat curatorem,glo.A.nu.2. & 3. 336
Tutela qui vult se excusare vel cura petat curatorem dari minori,glo.A.nu.7. 337
Tutor non potest soluere sibi de pecunia destinata ad emptionem,glo.A.nu.11. 337
Tutor excusatur minoris rem vendens iudicis æstimatione,glo.A. nu.12. 337
Tutor cautius agit si adhibeat consanguineos pupilli in actu explicando,glo.A.nu.15. 337
Tutelæ instrumentum quomodo sit concipiendum,glo.A.nu.16. 337
Tutor non potest agere non confecto inuentario,glo.A.nu.17. 337
Tyrannus vnde dicatur,& quis,glo.E. 42
Tyrannus compellens vendere carcerando, retractatur venditio,glo.H.nu.4. 197
Tyrannis quomodo processerit,glo.B.nu.2. 261

V

VECTIGAL quid sit, glo. B. nu. 1. illiusq; significatio duplex,nu.2. 307
Vendere nemo de iure cogitur,fallit hic,glo.A. nu.1. 232
Venenum parans ad venenandum ex hoc solo non tenetur,glo.A.nu.1. 298
Vendite rei & insolutum date differentia,glo. E.nu.7. 335
Venditor si appellarit per emptore nihil est innouandum,glo.A.nu.2. 402
Verbum sub fida custodia quid significet,glo. A.nu.10. 298
Verba enunciatiua aliquando tacitè disponunt, glo.A.nu.2. 292
Viatica iudici dare aliquando expedit,glo.A. nu.1.& primus quis fuerit,qui illi dederit nu.2. 84
Venditori etiam scienti lis est nuncianda,glo. A.nu.2. vt veniat ad defendendum,nu.4. cum copia libelli,nu.5.stante etiam iuramento,nu.6.etiam & venditori nulla competeret defensio,nu.7. 406
Vicarius Principis est ordinarius,glo.G.nu.1. 3
Vicarius Episcopi ordinarius dicitur, glo.C. nu.1.non potest conferre beneficia, nu.2. non potest esse laycus,nu.3. 173
Vicarius in causa sui Episcopi potest recusari, glo.C.nu.5. 173
Vicarius foraneus qui dicatur,& in quo differt a generali,glo.A.nu.1. 281
iduæ honorande sunt,quæ verè viduæ sunt, glo.I.nu.1.cuius in iure duplex est significatio,nu.2. 42
Visitatio diœcesis debet fieri per Episcopum, glo.A.nu.13. 180
Vidua an propter stuprum amittat dotem,glo. F.post,nu.1. 300
Virgini stuprate quomodo dos constituenda,gl. F.post,nu.1. 300
Virgo viripotens dicitur maior.12.annis,glo. A.nu.1. 301
Virginem immaturam cognoscens de iure communi qua pœna puniatur.glo.A.post,nu.1. 301
Vniuersitas quid sit,glo.A.nu.1. 308
Vniuersitas excommunicari non potest, gl.A. nu.5. 162
Violare propriè de virgine dicitur impropriè de alijs,glo.A.nu.1. 304
Vouentes religionem quo nexu obligentur, gl. A.nu.4. 171
Vim vi repellere licet,glo.E.nu.2. 285
Vsura quid sit,glo.A. nu.1. vtraque pagina probibita,n.2.in qua nec Papa potest dispensare,nu.3.quare sit prohibita,nu.4. 167
Vsura est crimen ecclesiasticum,glo.A.nu.1. & potest agi criminaliter,nu.2. 168
Vsurarius potest puniri per iudicem secularem,glo.A.nu.3. 168
Vsura est difficilis probationis,glo.B.nu.2. 168
Vsurarius publicus & manifestus quis dicatur,glo.A.nu.1. 169
Vulnerantes plures quomodo puniantur, glo. B.nu.1. 283
Vulnus confunditur cum delatione armorum, glo.A.nu.1. 291
Vulnerato non creditur, & talis eum percusserit,glo.K.nu.5.declara,nu.9. 204

FINIS.

24.112.
H.178443.

REGISTRVM.

* A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z,
Aa Bb Cc Dd Ee.

OMNES SVNT QVATERNI,
præter Cc Dd Ee qui sunt Terni.

HAYKOBA BIBLIOTEKA OHY imeni I. I. MECHNIKOVA



НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА